



EX LIBRIS
GILBERT MURRAY
VERITAS LIBERABIT
BONITAS REGNABIT


303318605T

Gilbert Murray

HERODOTI

HALICARNASSENSIS

MUSAE.

TEXTUM AD GAISFORDII EDITIONEM RECOGNOVIT,
PERPETUA TUM

FR. CREUZERI

TUM SUA ANNOTATIONE INSTRUXIT, COMMENTATIONEM DE VITA ET
SCRIPTIS HERODOTI, TABULAS GEOGRAPHICAS, IMAGINES
LIGNO INCISAS INDICESQUE


ADIECIT

J. C. F. BAEHR.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

VOLUMEN QUARTUM.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
MDCCCLXI.



LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

Index Voluminis quarti.

Imagines huic Volumini adiectae.

Tabulae Geographicae huic Volumini adiectae:

1. Orbis terrarum Herodoti.
2. Delineatio orbis terrarum Herodoti ex coniectura Niebuhrii.
3. Ora maritima et interna Libyae regio una cum Oasibus et Aegypto. Accedit peculiaris Oasium ac praesertim Ammonii delineatio.
4. Situs et regio antiquae Babylonis, muri Medici et canalium inter Euphratem et Tigrim.

Corrigenda:

pag. 38. adnot. col. I. lin. 20 ab inf. legend. **num** pro **nunc**.
,, 168. ,, col. I. lin. 10 pro **IX**, **49** legend. **IX**, **94**.
,, 181. lin. 5. pro ***δευτερείοισι*** leg. ***δευτεραίοισι***.
,, 201. adnot. col. I. lin. 18 ab inf. pro VIII, **188** leg. VIII, **108**.
,, 258. ,, col. I. lin. 9 pro **accasativi** leg. **accusativi**.
,, 274. ,, col. I. lin. 24 ab inf. pro V, **62** leg. V, **67**.
,, 284. ,, col. I. lin. 8 ab inf. pro ***εἰσενηνεῖχθαι*** leg. ***ἐσενηνεῖχθαι***.
,, 297. pro Calliope **VIII**, 51 leg. Calliope **IX**, 51.
,, 309. adnot. col. I. lin. 2 pro ὡς ***δὲ*** leg. ὡς ***δή***.
,, 314. ,, col. II. lin. 21 pro VI, **61** leg. VI, **6**.
,, 354. ,, col. I. lin. 13 pro VIII, **8** leg. VIII, **9**.
,, 358. ,, col. I. lin. 8 pro **IV**, 12 leg. **V**, 12.
,, ,, ,, ,, ,, ,, 14 pro V, **24** leg. V, **124**.
,, 412. lin. 5 pro „perspicuum **est**. **Tamen**" leg. perspicuum **est**: **tamen** etc.
,, 409. not. 4 lin. 3. pro **conf. 106** leg. **conf. I, 106**.
,, 466. lin. 10 post **aeque** inser. **atque**.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

ΟΥΡΑΝΙΑ.

Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἦσαν 1
619 *οἵδε· Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχόμενοι ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαιταιέες, ἄπειροι*

Cap. I.

Οἱ δὲ Ἑλλήμων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἦσαν οἵδε] De locutione ***ταχθέντες ἐς τὸν ν. στρατὸν*** conf. allata ad VII, 21., ***ἦσαν*** pro ***ἔσαν*** dedi cum Gaisfordio et recc. edd. Quod idem feci VIII, 2. 5. 6. 10. 18. 24. 37. 46. 47. 69. 72. 86. 87. 93. 99. 107. 110. 111. 113. 129. Vid. nott. ad I, 31. Ad argumentum loci haec adscripsit *Schweighaeus.:* „Referuntur haec ad ea, quae VII, 202 dicta sunt: ***ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ***, nempe ad *Thermopylas*. Scilicet haud ita procul a Thermopylis aberat Artemisium (VII, 175 extr.): ad Thermopylas copiae Graecorum pedestres oppositae sunt Xerxi, ad Artemisium copiae navales. Iam postquam, quae ad Thermopylas acciderunt, exposuit scriptor [narrationem concludens verbis extremo libro septimo positis: ***ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι***], nunc pergit ad exponendas res ad Artemisium gestas."

Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχόμενοι ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν] Ita cum Schweigh., Gaisf. et recentt. edd. e Sancrofti libro alioque rescripsi, quae vulgo sic legebantur inverso ordine: ***ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτά***. Vid. Bredov. Quaest. de dialect. Herodot. p. 280 et conf. Matthiae Gramm. Graec. §. 140, qui in textu vulgarem retinuit ordinem. Quod vero *centum viginti septem* ab Atticis exhibitas esse naves scribit Herodotus, vix dissentit Diodorus XV, 78, qui *ducentas* ponit, itemque Cornelius Nepos Themistocl. 3, ubi vid. nott. Namque ipse Noster VIII, 14 coll. Diodor. XI, 13 *quinquaginta tres* naves scribit auxilio venisse Atticas, quarum inde summa fit *centum octoginta*, ut legimus VIII, 44. Quibus si addas *viginti* Chalcidensium naves, *ducentarum* prodibit numerus, quem eundem proferri invenimus VIII, 61 fin. Itaque *trecentarum* navium si classis tota erat, ut canit Aeschylus Pers. 339 (345 Blomf.), duas certe partes Athenienses soli praebuisse putandi sunt: idque clare enuntiat Demosthen. De coron. §. 238 (p. 306): ***τῶν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἐκείνων ἀγωνισαμένων τριήρων, τριακοσίων οὐσῶν τῶν πασῶν, τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο κ. τ. λ.***, atque altero loco de Symmoriis §. 29 (p. 186),

τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας· Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο, Μεγαρέες δὲ εἴκοσι· καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφι παρεχόν-

de quo plura disputat Voemel. in programmate Francofurti ad Moen. edito ann. MDCCCLII pag. 12. 13, quae repetita leguntur in Edit. Contionum Demosthenis, quae Halis Saxonum prodiit ann. MDCCCLVI. pag. 801 et seq. Ad Aeschyli l. l. spectant, quae Leake affert in libro de demis Atticis pag. 190 e vers. Westerm. Ac denique forsitan huc quoque referri possunt, quae exstant in Scholiis in Aristid. Oratt. p. 59 ed. Frommel: ἦσαν γὰρ [τριήρεις] τῶν μὲν ὅλων Ἑλλήνων ργ´ [i. e. 103], αἱ δὲ τῆς πόλεως σξσ [vel potius σξϛ i. e. 266]. Quae cum ita sint, excusari vix poterit Isocrates in Panegyr. §. 90 *sexaginta* naves ad Artemisium complevisse Athenienses scribens, nimis Athenienses laudandi studio abreptus, quod cum tam paucis navibus toti hostium classi obviam iverint. In universum navium multitudine reliquis antecessisse Athenienses scribit Plutarch. Themistocl. 7. pag. 115. Conf. quoque Dahlmann. Herodot. pag. 219.

συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας] i. e. *una cum Atheniensibus hasce naves militibus instruxerunt*, sive: hac in re quoque opem Atheniensibus praestiterunt Plataeenses, viros praebentes ad naves ab Atheniensibus exhibitas manu necessaria (s. remigum s. propugnatorum) instruendas. Namque πληροῦν et πλήρωμα, quae verba saepius quidem de *nautis* ac *remigibus* (qui igitur alii sunt atque οἱ ἐπιβάται, *propugnatores*, *milites classiarii*, ut vidimus ad VII, 96) intelliguntur, ad utrosque etiam subinde referri solent, ita ut h. l. συνεπλήρουν, ut mox ἐπλήρουν, de propugnatoribus aeque ac de remigibus intellexerim, quemadmodum VIII, 43. 45 πλήρωμα de ipsis navibus unâ cum hominibus, quibus instructae sunt. Cf Lexic. Polybian. s. v. [pag. 482], quod laudat Schweighaeuserus recte contra Gronovium (qui solos propugnatores hîc intelligi voluerat) monens, Plataeenses, licet mari adsueti non fuerint, haud aegre tamen eorum nonnullos, quaque in Attica nave remigibus Atticis mixtos, utilem hac etiam in parte operam praestare potuisse. Memorant Plataeenses Atheniensibus in certamine navali opem praestantes Demosthenes c. Neaer. p. 740 [p. 1377 seqq. R.] et Pausanias IX, 1. §. 2, quos affert Valckenarius.

Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρείχοντο] Intelligi hinc potest, *Corinthios* caeteris Graecis, si ab unis Atheniensibus discedas, subito ad tantam rerum navalium copiam evectis, cum paucis ante annis ab ipsis Corinthiis naves mutuari coacti essent, teste Herodoto VI, 89 coll. Thucydid. I, 41, praestitisse re navali. Corinthios proxime excipiunt *Aeginetae*, quos mature inter Graecos re navali eminuisse constat. Vìd. modo Herodoti locos III, 59. 60. 139. IV, 152. V, 81. 83. VI, 49 ibique allata. *Megarenses* et *Chalcidenses*, quibus Athenienses naves praebuere, vix in censum venire possunt. Quo magis mireris *Lacones*, principatum Graeciae tunc temporis obtinentes, decem modo naves complevisse ac sedecim navibus ad Salaminem pugnasse (VIII, 43). Ad paupertatem civitatis Spartanae, opibus ad naves exstruendas necessariis destitutae, referas licet cum G. Webero (De Gytheo et Lacedaemoniorum rebb. navall. Heidelberg. 1833. pag. 48) aut potius ad Spartanorum ingenium, quos a bellis maritimis abhorrentes omnem ad bella terrestria convertisse curam novimus. Sed Attici oratores hinc maxime Laconibus decem istas obiecerunt naves, eoque simul Atheniensium studia extulerunt. Monuit Valckenar. laudans Isocrat. in Panathen. p. 242 seq. [cap. 16 seq. §. 50.].

Ἀθηναίων σφι παρεχόντων] Ita

των τὰς νέας, Αἰγινῆται δὲ ὀκτωκαίδεκα, Σικυώνιοι δὲ δυώδεκα, Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα, Ἐπιδαύριοι δὲ ὀκτώ, Ἐρετριέες δὲ ἑπτά, Τροιζήνιοι δὲ πέντε, Στυρέες δὲ δύο καὶ Κεῖοι δύο τε νέας καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοκροὶ δέ σφι οἱ

e Florentino dedi cum recentt. edd. pro **παρεχόντων σφι**, quod tuetur Matthiae, qui idem cum Bekkero et Dindorfio mox tenet **δυοκαίδεκα**, quod equidem e duobus codd. mutavi in **δυώδεκα**, quam formam vere Herodoteam esse probavit Bredov. pag. 279. De discrimine verbi activi **παρέχειν**, quod hoc loco Noster adhibuit, et verbi medii *παρέχεσθαι*, quo paulo ante itemque mox cap. seq. Noster utitur, vix opus pluribus monere: medii verbi a Nostro adhibiti locos attuli ad IV, 44. — De reliquis gentibus atque de navibus, quas praebuerunt, conf. etiam VIII, 43 seq.

Ἐρετριέες δὲ ἑπτά] Eretrienses a Persis captos et Susa abductos legimus supra VI, 100. 119. Itaque hoc loco non nisi de iis Eretriensibus sermo esse potest, qui Persis aggredientibus Oropum se receperunt, teste Herodoto VI, 100, coque modo se servarunt: qui iidem Persis discedentibus denuo in patriam urbem se recepisse putandi sunt. De *Troezeniis* conf. allata ad VIII, 41.

Στυρέες δὲ] Male duo codd. **Στυριέες**. Intelliguntur et hoc loco et infra VIII, 46 incolae *Styrae*, quae fuit Euboeae urbs prope Carystum, Homero iam cognita Ili. II, 539, aliis, quorum locos dabunt Wasse et Duker. ad Thucydid. VII, 57, Poppo in ed. maior. Thucydid. I, 2. pag. 269, Forbiger: Handbuch d. alt. Geograph. III. p. 1021. Scripserunt quoque de hac urbe Mannert: Geograph. d. Griech. u. Röm. VIII. p. 264, vir doctus in: Transactions of the royal society of Literat. I. pag. 250 et Girard in: Archiv. des Miss. scientif. II. p. 723 seqq. Vetusta urbs, cuius adhuc vestigia quaedam superesse scribit L. Ross: Wanderungg. in Griechenland II. pag. 29 seq.. Lamiaco bello eversa esse dicitur: Romanorum aetate celeberrimum marmor ibi excidebatur. Quod nunc in veteris urbis locum cessit oppidum *Stura*, loco magis sano atque apto exstructum, unius ferme horae itinere distat a vetere urbe.

καὶ Κεῖοι] E Sancrofti libro Wesselingius dedit *Κεῖοι*, idque posteri editores retinuerunt: Florentinus liber cum tribus Parisinis codd. exhibet *Κῖοι*, quam lectionem, haud infrequentem illam quidem, e mala scribendi ratione ortam esse bene monet Broendsted: Itiner. I. p. 102 coll. p. 73 omnium copiosissime de Ceo insula eiusque historia, antiquitatibus, aliis disputans. Add. Reise nach d. Griech. Inseln I. p. 128 et quae excitavit Forbiger l. l. III. pag. 1026 seq. Ipsa civitas, quae nunc *Zea* vocatur, olim vocabatur *Κέος*, *Ceos* (Herod. VIII, 76); cives *Κεῖοι* et hoc loco et infra VIII, 46 (ubi Florentinus liber cum tribus Parisinis codd. offert *Κεῖοι* pro olim vulg. *Κῖοι*) itemque apud Thucydid. VII, 57; cuius loco quod supra apud Herodotum IV, 35 exstat *Κηΐων* et V, 102 *Κηΐον* ab omnibus libris scriptis allatum, inde hic quoque et VIII, 46 *Κήϊοι* scribendum esse suspiceris, nisi Herodotum, qui etiam scripsit *Ἀργεῖοι*, *Καδμεῖοι*, alia id genus, in hoc quoque nomine, praesertim in nominativo, communem formam consulto retinuisse credas; eandemque retineri quoque iubet Bredov. pag. 168 coll. 179, qui hanc formam ad formam *Κέος*, qua Nostrum VIII, 76 usum esse modo diximus, revocat, *Κήϊοι* autem ad formam *Κέως* (*Κῆος*) referri vult — **πεντηκοντέρους** Noster constanter dixit pro *πεντηκοντόρους*, quod loci allati a Bredov. pag. 161 satis monstrant. De ipsis navibus *pentecontoris* vid. allata ad I, 163. III, 39. Quibus quas Noster opponit **νέας**, *triremes* intelligi satis constat: vid. nott. ad III, 13. VII, 1.

Λοκροὶ δέ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπε-

2 Ὀπούντιοι ἐπεβώθεον, πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά. Ἦσαν μὲν ὦν οὗτοι οἱ στρατευόμενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον· εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι. Τὸν δὲ

βώθεον] De *Locris Opuntiis* accurate exposuit Kruse: Hellas II, 2. pag. 110 seqq., inter recentioris aetatis peregrinatores inde potissimum Leake: Travels in Northern Greece II. pag. 174 seqq. coll. Ross: Wanderüngg. in Griechenland I. pag. 77. *Locri Opuntii*, qui naves ad Persas impugnandos h. l. mittere dicuntur, supra (VII, 203) Graecis opem praestiterunt, ad Thermopylas cum accederent Persae, cum antea minus promptum animum monstrasse (vid. nott. ad VII, 132 et 203) videantur. Ad Locros Ozolas Phocenses a Persis petiti res suas transportasse dicuntur VIII, 32. — Pro ἐπεβώθεον legitur in Florentino aliisque ἐπεβοήθεον, ad vulgarem dicendi usum, cui h. l. praestat Ionum forma, quam praebet quoque Hesychius I. p. 783: βωθέοντες· βοηθοῦντες, itemque Abydenus apud Euseb. Praep. Evang. IX, 14. pag. 416. Ex Herodoto conf. VIII, 14. 45. 47. 72. 144. IX, 23 et vid. Bredov. p. 196, qui plura profert, quae Herodotum in hoc quoque verbo non unâ semper formâ usum esse ostendunt.

CAP. II.

ἐπ' Ἀρτεμίσιον] Vid. allata ad VII, 176 et add. Ulrichs in Mus. Rhen. N. F. V. p. 495, qui ipse Euboeâ perlustratâ non longe a vico, cui nomen Καστρὶ, ubi vallis mare versus patet collisque eminet, Artemisium vetus quaeri vult. — In proximis retinui librorum vetustorum lectionem ὡς τὸ πλῆθος κ. τ. λ. a Schaefero sic immutatam: ὅσον τι πλῆθος, cuius loco olim Reiskio reponere placuerat ὅσον τὸ πλῆθος, quod fere convenit cum iis, quae supra leguntur VII, 60: ὅσον μέν νυν ἕκαστοι παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμὸν, οὐκ ἔχω εἶπαι τὸ ἀτρεκές. Recentiores editores omnes vulgatam lectionem retinuerunt, quam cum Schweighaeusero sic explicare licet: „*quomodo multitudinem illam* (sive *summam navium*) *confecerint singuli;* nempe singuli pro ratione virium suarum conferentes.“ — Ad vocem πάρεξ conf. nott. ad III, 97 fin.

μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι] Ita cum recentt. edd. dedi e duobus codd. pro vulg. διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Conf. Matthiae l. supra l. Quod Herodotus h. l. summam navium Graecarum scribit fuisse 271, exceptis pentecontoris novem, id prorsus convenit cum Diodoro XI, 12 *ducentas octoginta* naves Graecorum fuisse scribente (οἱ δ' Ἕλληνες ὥρμουν μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ τῆς Εὐβοίας, εἶχον δὲ τὰς πάσας τριήρεις διακοσίας καὶ ὀγδοήκοντα) neque inter triremes et pentecontoros discernente: qui idem tamen ab Herodoto discedit, inter has fuisse *centum quadraginta* naves Atheniensium narrans, caeteras reliquorum Graecorum. — In seqq. Wesselingius e Vind. receperat Εὐρυβιάδεα pro vulg. Εὐρυβιάδην, quod Florentinus unusque Parisinus, teste Schweighaeusero, prae se fert. Wesselingium recentt. editores secuti sunt: equidem et hoc loco et reliquis locis huius libri, ubi eadem accusativi forma vulgo legitur (cap. 57. 59. 60. 61. 62), revocavi Εὐρυβιάδην, cum huiusmodi nomina in αδης terminata primam declinationem in omnibus casibus sequantur: vid. Bredov. pag. 226 seq. Inde mox cap. 4. 49. 74. 58 Εὐρυβιάδεω et cap. 5. 64. 124 Εὐρυβιάδῃ. — Ad οὐκ ἔφασαν (*negarunt*) vid. modo VII, 136 ibique nott. Pro ἡγεμονεύῃ Naber in Mnemosyn. IV. p. 23 scribi vult ἡγεμονεύσῃ,

στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδην τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα. Ἐγένετο 3 γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς, ὀρθὰ νοεῦντες. στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν

quod meâ quidem sententiâ haud necessarium est.

CAP. III.

Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος] Ad locutionem *κατ' ἀρχὰς* (*initio*) vid. allata ad V, 62. Add. IX, 22. Pertinet autem, quod h. l. traditur, ad ea, quae VII, 145 seqq. 153 seq. de Graecorum conventu narrantur ad Persas repellendos habito, de consiliis ibi captis ac legatis in Siciliam mittendis, qui auxilium a Gelone peterent. Itaque ad verba *πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν* mente addendum *τοὺς Ἕλληνας* s. *τοὺς συμμάχους*. Ac miratur G. Weber (De Gytheo p. 48), quod Lacedaemonii totius Graecae classis tenuerint imperium, idque eo refert, quod illi tum maxima fruebantur auctoritate neque ulla civitas cum iis de imperio contendere ausa est. Addit, Atheniensibus, qui nuper demum Themistoclis operâ classe instructi caeteris civitatibus pares viderentur, earum ipsarum invidiam hanc concedere noluisse praestantiam; neque enim Spartanos maritimum imperium studiose quaesivisse, qui non tam aegre laturi fuissent, si Athenienses classi imperassent. Quod mihi ille haud persuasit; novi enim Spartanorum studia, qui principatum in omnes Graecas civitates sibi eripi nunquam aequo tulissent animo neque imperium civitati paulo antea inferiori, nunc subito ad tantas opes evectae sponte concessissent. — In seqq. cum recentt. edd. pro *χρεὸν* dedi *χρεών*. Vid. nott. ad V, 49. Idem feci VIII, 74. 75. 79. IX, 16. 17. 23. 25. 26. 41. 46. 53. 54. 58. 106.

εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.] Quae h. l. in Atheniensium laudem edixit pater historiae, bene congruunt cum iis, quae VII, 138 et 139 leguntur, ubi vid. nott. Add. VI, 108 ibiq. nott. et vid. infra VIII, 94. 139. — Ad locutionem *μέγα πεποιημένοι* conf. similia, quae attulimus ad III, 14 coll. 155. Quod h. l. et IV, 147 Naber in Mnemosyn. III. pag. 489 scribi vult *μέγα τι πεποιημένοι* ob *δεινόν τι* sic fere positum I, 61. III, 155 (quibus add. VIII, 15. V, 33. 87), id recipere nolui, si quidem nostri loci ratio nonnihil differre videtur, nec voculâ *τι* insertâ opus est; dixit inde quoque plurali numero Noster *δεινὰ ποιεῖν* s. *ποιεῖσθαι* II, 121. §. 5. IV, 33. IX, 33. Ad *ὀρθὰ νοεῦντες* conf. VII, 168: *ἄλλα νοεῦντες* et infra VIII, 22.

στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου κ. τ. λ.] „Excitat hinc Choricius Orat. in Summum Ducem cap. 11 Bibl. Graec. Fabric. V, 31 [T. VIII]. pag. 869 [p. 30 Boissonad.]: *ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν* (Herodotus), *πρᾳοτέρα πολέμου, τοσούτῳ πόλεμος ἔφυ στάσεως ἱμερώτερος. Quando, inquit ille, pax bello sedatior, tanto bellum seditione amabilius.* Nonne mera sententiae *παραδιόρθωσις* est?" *Wessel.* Sententia Herodoti haec est: seditionem domesticam (s. bellum inter diversas Graeci nominis gentes ortum) tanto peiorem esse bello,

ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. Ἐπιστάμενοι ὧν αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον, μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν, ὡς διέδεξαν. ὡς γὰρ δὴ ὠσάμενοι τὸν Πέρσην περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

quod ex omnium (Graecorum) consensu (adversus exteros) geratur, quanto peior sit ipsa pax bello. Quae sponte in memoriam revocant similem sententiam, supra I, 87 allatam atque a Stobaeo (Eclog. 55, 10) servatam: οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀνόητός ἐστιν, ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. Ipsa locutio: στάσις ἔμφυλος haud scio an ad poëtas pertineat, si quidem Solo in Elegia illa, quam servavit Demosthenes de fals. legat. §. 255. p. 422 (vid. Bergk. Poëtt. Lyricc. Graecc. p. 334 seq.) vs. 19 στάσιν ἔμφυλον πόλεμόνθ' dixit, quod utrumque coniunxit quoque Pythia in oraculo, quod apud Athenaeum XII, 18. p. 520 B. et Stephanum Byzantin. s. v. Σύβαρις legitur. Unde στάσις ἔμφυλος apud Pausan. VIII, 51 init. et Dion. Cass. LVII, 18. LXII, 18.

μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν] i. e. *Athenienses cesserunt, quamdiu illis* (reliquis scil. Graeciae civitatibus) *magnopere indigebant*. Retinui μέχρι ὅσου, quod optimi et plurimi ferebant libri. Alii μέχρι s. μέχρις οὗ, de qua dicendi formula vid. allata ad I, 181 et conf. ea, quae nuper disseruit E. A. Fritsch: Vergleich. Bearbeit. d. Griech. u. Latein. Partikeln II. p. 103. De vocis μέχρι forma apud Herodotum semper obvia, abiectâ literâ σ, dixit Bredov. pag. 110. Ad verba proxima ὡς διέδεξαν cf. nott. ad V, 124 et VII, 172. Mox e Florentino duobusque aliis revocavi cum recentt. edd. Πέρσην, quam formam accusativi ab Herodoto semper adhiberi monstravit Bredov. pag. 228, pro vulg. Πέρσεα; idem feci infra VIII, 108. 109. Conf. etiam nott. ad VIII, 2. 15. Voculam δή, quae legitur inserta post ὡς γάρ, omiserunt Bekker., Dindorf. et Dietschius, qui διωσάμενοι. E libris scriptis nihil adnotatum reperio: itaque retinui.

περὶ τῆς ἐκείνου] Minime opus cum Galeo corrigere περὶ γῆς ἐκείνου, quandoquidem vocula γῆ in talibus plerumque reticetur, ut VIII, 41. 106, ne plura afferam in re nequam notissima. Intelligitur autem ἡ ἐκείνου terra Xerxi subdita, inprimis Asia minor. Schoellius Thraciae et Asiae minoris oram Graecis coloniis a Persarum dominatu liberandis repletam respici putat.

πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι] „Satis erat dixisse τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ut *hoc illudve praetexere* dicitur προέχεσθαί τι: sed scribere Noster maluit πρόφασιν προσχέσθαι, ut IV, 165 [ubi vid. nott. Add. V, 33.] VI, 137.“ *Valcken.*

ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους] De structura vocis ἀφαιρεῖσθαι *Valckenar.*, citans VI, 70 (ubi conf. nott.) et Thom. Magist. s. v. p. 130, haec ad ipsum argumentum loci spectantia adscripsit: „Evenit illa res triennio post, Ol. LXXV, 4. [sive 477 ante Chr. n. Vid. Clinton. Fast. Hell. pag. 32 ed. Krueger.]. Athenienses tum temporis dicuntur Thucydidi I, 96 παραλαβόντες τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν ξυμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος. Spartani quidem Pausaniae περσίζοντος superbia socios irritavit; sed ad imperium in Athenienses transferendum caeteros Graecos aequitas potissimum movit Aristidis: Cornel. Nepos in Aristid. c. 2. Vid. et Diodor. XI, 44, qui cap. 46 utrumque memorat et *Pausaniae vitia, Aristidis autem virtutes fecisse* scribit, πάντας ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς ἀποκλῖναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους atque adeo Athenienses χωρὶς κινδύνου παραλαβεῖν τὴν κατὰ θά-

Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, 4
ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας καὶ στρα-
621 τιῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταρρωδήσαντες δρησμὸν ἐβούλευον ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα.

λατταν ἀρχήν. Rectius dixisset Diodorus τὴν ἡγεμονίαν, *ducatum*, nam περὶ ἀρχῆς, *de imperio*, necdum erat aut esse poterat concertatio: vid. Is. Casaub. in Polyb. pag. 96. Quam acceperunt oblatam τὴν ἡγεμονίην Athenienses apud Herodotum, ἀπείλοντο τοὺς Λακεδαιμονίους, sua nimirum virtute virorumque principum artibus non illegitimis.“ Pluribus quoque de his exposuit Plutarch. Vit. Aristid. cap. 23. p. 232, quomodo scilicet Aristides ἔλαθε τῶν Λακεδαιμονίων οὐχ ὅπλοις οὐδὲ ναυσὶν οὐδ' ἵπποις, εὐγνωμοσύνῃ δὲ καὶ πολιτείᾳ τὴν ἡγεμονίαν παρελόμενος.

Cap. IV.

οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον] Pro καί, quod equidem cum recentt. edd. revocavi e libris scriptis, Schaeferus posuerat ὡς. Sine causa, opinor. Ac bene Schweighaeuserus affert Herodoti locum VII, 207 (οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες — καταρρωδέοντες ἐβουλεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς), ad quem quae hoc loco leguntur, referuntur. — Ad verba νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας (i. e. naves multas, *quae ad Aphetas appulerant*) conf. VI, 101. VII, 50 (ibique nott.). VIII, 40. 41. 42, et ad Ἀφέτας VII, 193 ibique allata.

τὰ πρήγματα — ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον] Eadem fere locutio I, 79, ubi vid. Add. Stallbaum ad Platon. Criton. cap. 3 et cf. Arnold. ad Thucydid. V, 65.

δρησμὸν ἐβούλευον] Vulgo ἐβουλεύοντο, quod Schaeferus et Matth. retinuerunt, quos recentt. edd. secuti sunt, licet Schweighaeuserus et Gaisfordius e Sancrofti libro alteroque exhibuissent ἐβούλευον, quod omnes praebent libri scripti VIII, 97. 100. IX, 110 coll. I, 11. V, 124. VIII, 18 fin., ubi eadem scripturae diversitas. Nam ibi quoque Schweigh. et Gaisf. cum Wesselingio retinuerunt ἐβούλευον, cuius loco Schaeferus et recentt. edd. ἐβουλεύοντο, quod et ipsum praebet Florentinus liber cum aliis. Nostro in loco nihil obstat, quod mox sequitur βουλευομένους, quum Herodotus similem in modum iam supra V, 124 utroque verbo (δρησμὸν ἐβούλευε — συγκαλέσας τοὺς συστασιώτας ἐβουλεύετο λέγων) sit usus, bene opinor inter activum et medium verbum discernens: quod idem statuit Bredov. pag. 25. Itaque hoc loco equidem δρησμὸν ἐβούλευον reddiderim: *cogitabant de discessu*, *agitabant consilia de discessu*, et βουλευομένους ταῦτα: *haec secum deliberantes*, *haec consilia agitantes* s. *secum animis volventes*, ut et activi et medii verbi eluceat vis ac discrimen. Neque alio modo alterum, quem modo attuli, locum V, 124 interpretandum esse censeo, indeque recte activum verbum a Nostro adhiberi existimo VIII, 18 aliisque huius libri locis supra allatis, quibus vel Plutarchi locus addi potest in Vit. Marii cap. 10 κρύφα δὲ βουλεύων προδοσίαν ἐπ' αὐτῷ, et Euripidis in Hecub. 856 φόνον βουλεῦσαι, coll. 870 et Rhes. 951: medium verbum Noster adhibuit V, 35. VII, 207. VIII, 7. 30. 75. IX, 106; add. nott. ad IV, 120. Ipsam vocem δρησμόν, qua Herodotus h. l. utitur *discessum* s. *receptum* Graecorum ab Artemisio declaraturus, ut infra cap. 18. 23, admodum perstringit Pseudo-Plutarchus l. mox l., cum turpe quid haec vox contineat, adeo ut Graecos turpiter aufugisse existimandum sit. Quam putidam esse vituperationem bene docuit Lahmeyer l. mox l. pag. 70, cum Herodotus VIII, 21 eadem

γνόντες δέ σφεας οἱ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω προσμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ μισθῷ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ᾧτε καταμείναντες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην. Ὁ δὲ Θεμιστοκλέης τοὺς Ἕλληνας ἐπισχεῖν ὧδε ποιέει. Εὐρυβιάδῃ τούτων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῆθεν δι-

in re adhibeat vocem *ἀποχώρησιν* atque aliis locis (VIII, 97. 100), Xerxem quoque de *δρησμῷ* cogitasse scribat: eandem vocem adhibet Aeschylus in Perss. 360. 370. Alia dabit Thesaur. Ling. Graec. Vol. II. p. 1670 ed. Dindorf.

ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται] De verbo *ὑπεκτίθεσθαι* conf. nott. ad V, 65 et add. VIII, 41. Nec alio pertinet verbum *ὑπεκκομίζεσθαι* IX, 6 et *ὑπεκκεῖσθαι* VIII, 41. 60. §. 2. IX, 73 itemque *ὑπεξάγεσθαι* VIII, 40. Attigit haec etiam Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 80. p. 108. Equidem iam supra (ad IV, 120) similia quaedam attuli verba. *οἰκέτας* non *servos* tantum dici ac *mancipia*, verum omnes, qui ad familiam domumve pertineant, ipsamque adeo *uxorem* et *liberos*, e Thomae Mag. observatione p. 644 hîc tradit Wesselingius. Tu vid. potissimum VIII, 106, ubi *τοὺς οἰκέτας* ipse Noster postmodo interpretatur *τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα*, quae eaedem voces sic iunctae leguntur omisso articulo VIII, 60. §. 2 coll. VIII, 44. 142.

μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν κ. τ. λ.] Eadem ferme ad Herodotum provocans (*ὡς Ἡρόδοτος ἱστόρηκε*) enarrat Plutarch. Themistocl. 7. pag. 115, ubi tradit Euboenses timentes, ne Graeci discederent, clam cum Themistocle egisse, misso cum pecuniis ad ipsum Pelagonte, aliaque adiiciens e Phania Lesbio desumpta. Add. Aristid. schol. ad T. III. p. 313. pag. 233 Frommel., ubi eadem produntur. Displicuerunt autem Herodotea, cum Graecis principibus non valde sint honorifica, Pseudo-Plutarcho (T. II. pag. 872 B.); de quo ita disserit *Valckenar.*: „Si vera sunt, ut esse videntur, veracis historici laudem meretur Herodotus: verisimillima reddit aliunde nota viri maximi Themistoclis avaritia, quae summa saepius ingenia dedecorat.“ Ac nullam sane causam esse, cur Herodoto, qui laude potius quam vituperatione dignus esse videtur, quod ab eo, quod verum est, minime recedere voluit, minorem fidem habeamus eique inde obtrectemus, monuit quoque Lahmeyer: De libelli Plutarch. qui de malign Herodi inscrib. etc. pag. 70. Tu cf. etiam VIII, 112 ibique nott. Ad locutionem *ἐπὶ μισθῷ* conf. I, 160. V, 65, ubi post *ἐπὶ μισθῷ* sequitur *ἐπ' οἷσι* (ut I, 141), cuius loco hîc ponitur *ἐπ' ᾧτε*, plane ut I, 22. III, 83. VII, 153, ubi vid. nott. De dativo *τριήκοντα ταλάντοισι*, qui h. l. in appositione quasi positus genitivi attributivi vim habet, monuit Kuehner Gr. Gr. §. 473, e. itemque Matthiae Gr. Gr. §. 428, 5. Ipsa triginta talentorum summa superat septuaginta florenorum millia (78,174 flor. 49 crucig. e Wurmii ratione): unde si quinque talenta (i. e. 13029 flor. 8 cruc.) Eurybiadi data et tria talenta (7817 fl. 29 cruc.) ad Adimanti navem missa deducuntur, viginta duo talenta (i. e. 57,328 flor. 11 cruc.) reliqua manent Themistocli.

CAP. V.

μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα] De accusativo hoc *Cr.* conferri vult Schaefer. Melett. critt. pag. 21. Tu conf. Herod. IV, 145. IX, 34 et vid. Matth.

δούς. ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντος γὰρ ὁ Ὠκύτου, Κορίνθιος στρατηγὸς, τῶν λοιπῶν ἤσπαιρε μοῦνος, φάμενος ἀποπλώσεσθαί τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου καὶ οὐ παραμενέειν,

Gr. Gr. §. 328, 3 not., qui idem §. 588 in. de locutione παρ' ἑωυτοῦ (ubi male olim παρ' ἑωυτῷ) monuit, de qua eadem monuerunt Kuehner Gr. Gr. §. 615, I. et Fritsch: Vergleich. Bearbeit. der Griech. u. Lat. Partik. II. pag. 232: valet enim: *de suo aere, de suis opibus, von sich*, i. e. *aus seinen eigenen Mitteln, aus seinem Vermögen*. Ex Herodoto huc pertinent loci II, 129. VII, 29, ubi vid. nott. Simili modo Xenophon Hellen. VI, 1, 3 παρ' ἑαυτοῦ προσετίθει. Ad usum voculae δῆθεν conf. allata ad III, 74. Adde VIII, 6.

ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο κ. τ. λ.] Deest ad haec verba apodosis, quae, sensum si respicimus, continetur verbis: πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας, in quibus πρὸς τοῦτον additâ particulâ δὴ spectat ad Adimantum in sententia proxime praecedente et per particulam γὰρ illata commemoratum: quae sententia cum caussam contineat, praeponitur ex more Herodoti aliis quoque locis sic loquentis: vid. quae notavimus de hoc usu ad I, 8. 24 et add. I, 30. 85. 97. 129. 155. 174. III, 120 coll. 159. V, 67. VI, 11. 102. 109. VII, 46. VIII, 8; neque aliter ἀλλὰ γάρ, de quo diximus in nott. ad I, 14 et IX, 109. Atque alios ut taceam, nuper de his exposuit I. Schraut in programmate Rastadiensi anni 1857: Ueber die Bedeutung der Partikel γάρ in den scheinbar vorgeschobenen Sätzen, Herodoti bene memor pag. 7 et potissimum pag. 41 seqq. Neque dubia ipsa Herodoti sententia: Themistocles enim cum Eurybiadi persuasisset, tum ad Adimantum, quod hicce unus e caeteris Graecorum ducibus reluctabatur, accessit idem huic persuasurus. Atque *Adimantum* cum laude commemorat Lycurgus in orat. advers. Leocrat. cap. 17. §. 70 (Ἐτεόνικος μὲν γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ Ἀδείμαντος ὁ Κορίνθιος καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικὸν ὑπὸ νύκτα τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἔμελλον πορίζεσθαι, in quibus verbis *Eteonicum*, quem bello Peloponnesiaco Lacedaemoniorum classi praefuisse e Xenophontis Hellen. I, 6, 26 constat, vocans orator pro *Eurybiade* fallitur) itemque Pseudoplutarchus De Herodoti malign. cap. 39 (II. p. 870 F) adiiciens epigramma sive epitaphium a Simonide (ut ex Antholog. Palat. VII, 347 et Dion. Chrysost. XXXVII, 526, ubi idem carmen profertur, intelligimus) in Adimanti laudem conscriptum:

οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλὰς
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Tu vid. Fragmm. Simonid. nr. 160 Schneidewin. et nr. 103 Poëtt. lyricc. Graecc. ed. Bergk. (pag. 903) Conf. etiam Analectt. vett. poëtt. Graecc. I. p. 133. nr. 41.

Κορίνθιος στρατηγὸς] Revocavi cum Schweigh. et Gaisf. Κορίνθιος e codd. consensu, ut VIII, 94 init. Etenim Schaeferus, quem recentt. edd. sequuntur, scripsit Κορινθίων inductus opinor Vallae interpretatione, qui exhibuit *Corinthiorum;* altero tamen, quem attuli, loco neque Schaeferus neque reliqui editores quidquam mutarunt. — Verba proxime sequentia τῶν λοιπῶν in pluribus codd. desunt.

ἤσπαιρε] Affert Suidas s. v. I. pag. 81 itemque Eustath. ad Ili. pag. 410, 34 s. 326, 4, ubi ἀσπαίρειν interpretatur προθυμεῖσθαι. Schweighaeuserus cum Porto et Wesselingio interpretatur: *prae metu palpitabat, trepidabat*. Equidem malim cum Valla et Valckenario: *reluctabatur, obluctabatur*, ut IX, 119. Aristid. I. p. 356 s. 545 Dind. Probat Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 970, ubi vid. In hanc sententiam etiam Negris interpretatur

πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας· Οὐ σύ γε ἡμέας ἀπολείψεις, ἐπεί τοι ἐγὼ μέζω δῶρα δώσω, ἢ βασιλεὺς ἄν τοι ὁ Μήδων πέμψειε ἀπολιπόντι τοὺς συμμάχους. ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου τάλαντα ἀργυρίου τρία. Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι ἀναπεπεισμένοι ἦσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοεῦσι ἐκεχάριστο, αὐτός τε ὁ 622
Θεμιστοκλέης ἐκέρδηνε, ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων· ἀλλ' ἠπιστέατο οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν χρημάτων ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρήματα.

6 *Οὕτω δὴ κατέμεινάν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ καὶ ἐναυμάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε· ἐπεί τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην γινομένην ἀπίκατο ὁ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότε-*

ἠναντιοῦτο. In seqq. pro *ἀποπλώσεσθαι* Florentinus aliique *ἀποπλεύσεσθαι*, de quo vid. IV, 147 ibique nott.

ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ πέμπει] De usu particularum *τε — καὶ* dixi ad III, 135.

Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι] Quod pro *πληγέντες* Florentinus cum quattuor aliis codd. habet *πάντες*, id ex librariorum, quibus vulgatum durius visum, ingenio derivat Wesselingius, comparans Themistii locum Orat. II. p. 26 A., ubi legimus *ταλάντοις οὐκ ἔτρωσε οὐδ' ἔκαμψε.* Magis huc facit Plutarch. Demosth. 25. p. 857 D. *πληγεὶς ὑπὸ τῆς δωροδοκίας*, Cicer. 15. p. 868 B. *πληγεὶς ὑπὸ τοῦ δεινοῦ.* Nic. 10. p. 529 F. *ἄχει καὶ θαύματι πεπληγότες*, et Moral. T. II. p. 74 E. *πληγεὶς παρρησίᾳ* coll. p. 763 B. — In seqq. edidi *Εὐβοεῦσι* e Sancrofti libro tribusque aliis pro vulg. *Εὐβοέεσι*, quod ferri posse negat Struve Spec. Quaest. II. pag. 7 (Opuscc. II. p. 332), rescribi iubens *Εὐβοεῦσι*, quod recentt. edd. inde a Bekkero receperunt.

ἐλάνθανε δὲ — ἔχων] i. e. *ipseque Themistocles lucratus est reliquam pecuniarum partem retinens caeteris insciis* s. *clam caeteris:* „er hatte das übrige, ohne dass es jemand wusste," ut reddidit Matthiae Gr. Gr. §. 552. De imperfecti forma *ἠπιστέατο*, quae iterum reperitur in huius libri capp. 25. 88. 97. 132 (ubi male olim *ἐπιστέατο*), reliquos Nostri locos affert Bredov. pag. 301. 329 seq. — Quae sequuntur *ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ*, valent: *sub hac conditione.* Cf. VII, 158. IX, 26 (ubi vid. nott.). 33 coll. I, 60. Mox pro *ἐκ τῶν Ἀθηναίων* Bekker. dedit *ἐκ τῶν Ἀθηνέων*, eumque secutus est Dindorf.

Cap. VI.

περὶ δείλην πρωΐην] „Esse *horam pomeridianam*, uno ore Hesychius, Suidas, Moeris, Grammatici omnes profitentur." *Schweighaeuser.* Quale diei tempus declaret *δείλη πρωΐη* apud Herodotum, satis colligitur ex eo, quod idem mox cap. 9 et supra IV, 167 (ubi cf. nott.) dixit *δείλην ὀψίην* alteram eamque posteriorem temporis pomeridiani partem ab ipsa nocte ingruente non admodum remotam intelligens, quam quae antecedit *pomeridiani temporis pars prior*, circa *quartam* fere nostram horam, ea dicatur *δείλη πρωΐη* necesse est. Inde quoque infra IX, 101 verbis *πρωῒ ἔτι τῆς ἡμέρης*, quibus matutinum diei tempus indicatur, opponitur *περὶ δείλην* sive tempus vespertinum: neque aliter de tempore crepusculi vespertini Lycurgus orator §. 17 dixit *περὶ δείλην ὀψίαν*, itemque Aelianus (A. H. I, 14. VII, 7), Alciphron (Ep. I, 17. III, 5), alii, quos excitavit Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. p. 75 *δείλης ὀψίας*,

ρον περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πρόθυμοι ἦσαν ἐπιχειρέειν, εἴ κως ἕλοιεν αὐτάς. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν οὔ κω σφι ἐδόκεε τῶνδε εἵνεκα, μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλώοντας ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν, φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι· καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύξεσθαι· ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον τῷ ἐκείνων λόγῳ ἐκφυγόντα περιγενέσθαι. Πρὸς ταῦτα ὦν τάδε 7

quamquam non satis accurate ipse Timaeus scripsit: δείλης πρωΐας, τῇ πρὸ ἀρίστου ὥρᾳ· δείλης ὀψίας, τῇ πρὸ δείπνου: quae rectius sic affert Moeris p. 132: δείλης πρωΐας, τὸ μετὰ ἕκτην ὥραν· δείλης ὀψίας, πρὸς ἑσπέραν. Unde satis patet, non recte interpretatum esse Vallam *circa diluculum;* eumque qui sequitur Langius vernacule non magis recte reddidit: *in aller Frühe*, neque rectius Schoellius: *mit der ersten Dämmerung*. Et quae continuo apud Nostrum subiiciuntur (φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι), satis ostendere possunt, de diluculo matutino sermonem hîc esse non posse, sed de tempore pomeridiano. Mox e Florent. cod. cum recentt. edd. dedi γινομένην pro γενομένην, quod retinuit Matthiae. — ἐκ τῆς ἀντίης valet *ex adverso*. Sic VIII, 7 et VII, 225 (ubi cf. nott.) ἐξ ἐναντίης et supra II, 161. III, 127 (ubi vid. nott.) ἐκ τῆς ἰθέης, quod infra IX, 37 iterum legitur.

φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι] De vocula τε simpliciter posita, ut VIII, 10. 13. 20, conf. nott. ad VII, 188; de voce εὐφρόνη vid. allata ad VII, 12 et de significatione verbi καταλάβοι nott. ad VI, 29. ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν redde: „*ne Graeci — in fugam se proriperent;*“ Schweighaeuserus reddidit: *fugam arriperent*. Quae continuo sequuntur verba: καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύξεσθαι, addita sunt ad explicanda ea, quae in proxime praegressis de consilio Persarum traduntur Graecos ex adverso adoriri nolentium: hoc enim si fecissent Persae, Graecis, ut Persae certe putabant, continuo in fugam se coniicientibus occasio data esset effugiendi seque servandi: id quod a Persarum mente prorsus alienum erat, ex qua omnes Graecos ad unum perire neque quemquem salvum effugere voluerunt. Itaque cum Dindorfio sic Latine reddere placet: *atque erant nimirum fugâ salutem consecuturi* (Graeci, si Persae continuo in ipsos impetum fecissent): quare minime opus corrigere μέλλωσι vel μέλλοιεν, quod Schweighaeusero in mentem venerat, qui haec ipsa minus accurate sic interpretatur: „*ne — nox fugientes reciperet adeoque salvi illi evaderent*“; ubi nullam prorsus rationem habuit voculae δῆθεν, de qua cf. citt. ad cap. 5. Nec magis probare possum eam rationem, qua Langius hunc locum vernacule reddidit: *diesen war vom Schicksal bestimmt von dannen zu entkommen:* neque enim in verbis ἔμελλον δῆθεν talem significationem inesse credo. — In Tauchnitz. edit. min. priori exstat: καταλάβῃ ἢ καὶ ἔμελλον κ. τ. λ.

ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον — ἐκφυγόντα περιγενέσθαι] Quae sic vulgo reddunt: „*debebat autem, ut Persae quidem dictitabant, ne ignifer quidem in vita reliquus manere.*“ Proverbiali Noster utitur locutione de iis, qui ad unum omnes internecione pereunt, ita ut ne unus quidem supersit, cladis nuntius qui sit, ut disertis verbis prodit Diodor. XI, 23, ubi vid. Wesseling. De ipso proverbio citant Suidam s. v. οὐδὲ πυρφόρος II. p. 732. Zenob. Cent. V, 34. Diogen. VII, 15. Schol. ad Euripid. Phoeniss. 1386. p. 141 Valck. Schol. ad Gregor. Nazianz. Stel. II. p. 92, quibus add. Arsenii Violet. pag. 391 ed. Walz. et Aristidis Scholia pag. 241 ed. Frommel. Ac πυρφόρος proprie dicebatur sive sacerdos sive

ἐμηχανέοντο. τῶν νεῶν ἁπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλώουσαι Εὔβοιαν κατά τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν ἐς τὸν Εὔριπον, ἵνα δὴ περιλάβοιεν, οἱ μὲν ταύτῃ ἀπικόμενοι καὶ φράξαντες αὐτῶν τὴν ὀπίσω φέρουσαν ὁδὸν, σφεῖς δὲ ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίης. ταῦτα βουλευσάμενοι ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας, αὐτοὶ οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ἐπιθήσεσθαι, οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλωόντων ὡς ἡκόντων. ταύτας μὲν δὴ περιέπεμπον· τῶν δὲ λοι-
8 πέων νεῶν ἐν τῇσι Ἀφέτῃσι ἐποιεῦντο ἀριθμόν. Ἐν δὲ τούτῳ
τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν

minister *ignifer*, qui in Spartanorum expeditionibus facem exercitui praeferebat, sacrum ignem secum gestabat ipseque inde sacrosanctus habebatur. Qui inde si occubuisset, omnes reliquos, ita ut ne nuntius quidem calamitatis superesset, obiisse dicebant. Vid. Xenoph. De republ. Laced. c. 13. §. 2. 3 coll. Sturz. Lex. Xenophont. III. pag. 766. Add. Iahn. in Palamed. pag. 54, Welcker: Nachträge z. Aeschyl. Trilog. pag. 31 seq. Scite proverbii vim vernacule sic reddidit Langius: „*es sollte auch keine Maus davonkommen.*" — Pro ἔδει recentt. edd. exhibuerunt ἔδεε, libris scriptis invitis: tu vid. nott. ad VII, 23.

Cap. VII.

ἔξωθεν Σκιάθου] De hac insula vid. nott. ad VII, 176. In proxime antecedentibus ad *ἐμηχανέοντο* (de qua verbi forma vid. nott. ad V, 63) mente addendum *ἐκεῖνοι* s. *οἱ βάρβαροι*. — Ad structuram verborum *ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι* vid. nott. ad I, 5. 11. 36.

κατά τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν] Schaeferus, quem Matth. et recc. edd. inde a Bekk. secuti sunt, delevit *περὶ*, quod omnes codd., excepto uno Sancrofti libro, retinent. *Caphareus* dicebatur promontorium maxime importunum, ad quod olim fecerat naufragium Graecorum classis Troiâ revertens, in Euboeae meridionalis apice situm e regione Andri insulae. Nunc fertur loci nomen *ξυλοφάγον* (i. e. *ligna devorans*) vel *Capo d'Oro*. Non multum hinc distabat *Geraestus* et urbs et portus, cuius iam apud Homerum mentio Odyss. III, 177. Tu vide Thucydid. III, 3 ibiq. Wassium et Poppon. T. I. 2. p. 270, Forbigerum: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1019 et 1020, cui add. Girard in: Archiv. d. Miss. scientifiq. II. p. 715 seqq. Adhuc vocatur *Gerésto* s. *Castri*.

De *Euripo* conf. nott. ad VII, 173. — In fine cap. ante *ἀριθμὸν* nonnulli codd. adiiciunt *τὸν*, ut VII, 59; sed in verbis seqq. initio cap. 8 iidem codd. negligunt articulum. Ad *σύνθημα* (signum, de quo conventum est, *tessera*) conf. V, 74 (ibique nott.). VI, 121. IX, 98. Ad *ἐν νόῳ ἔχοντες* cf. III, 64 ibique nott.

Cap. VIII.

ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ κ. τ. λ.] Oratio *ἀνακόλουθος* eodem modo intelligenda, quo VIII, 5, ubi vid. nott.

Σκυλλίης Σκιωναῖος] *Scyllias*, qui *Scione* urbe, cuius mentio VII, 122, oriundus erat, non *Sicyonius*, ut falso reddit Valla, celeberrimus

τότε ἀνθρώπων ἄριστος, ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ
Πήλιον γενομένῃ πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρ-
σῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο· οὗτος ὁ Σκυλλίης ἐν
νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας,
623 *ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε ὡς τότε. ὅτεῳ μὲν δὴ τρόπῳ τὸ ἐν-*
θεῦτεν ἤδη ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως·
θωυμάζω δὲ, εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα. λέγεται γὰρ, ὡς ἐξ
Ἀφετέων δὺς ἐς τὴν θάλασσαν οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ

fuisse videtur urinator, cuius etiam meminerunt Pausan. X, 19. §. 1 (ubi *Σκύλλις* scribitur). Athen. VII. pag. 296 F. (ubi *Σκύλλης* vocatur). Antholog. Gr. I, 69 Ep. 1, ubi vid. Iacobs. in Animadverss. T. II, 1 (VIII). pag. 363 seq. Unde carmine illum honoratum esse discimus et tabulâ pictâ repraesentatum, Delphisque illius statuam positam. Iure igitur hic ab Herodoto vocatur *δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος*, *optimus omnium illa aetate urinator:* ubi attendas vocem *δύτης* de *urinatore* dictam, quam inter alia similis notionis nomina, ut *βύθιος, κολυμβητής*, affert Pollux I, 97, alio loco VII, 137 sic scribens: *κολυμβηταί, δυόμενοι· ὁ γὰρ δύτης εὐτελές· εἴρηκε δ' αὐτὸ Ἡρόδοτος ἐπὶ τοῦ Σκυλλίου.* Apud Hesychium invenio: *ἀρνευτῆρες· δύται, οἱ δύνοντες.* Alibi, quantum scio, vix obvia haec vox. Apud Thucydidem IV, 26 fin. occurrunt *κολυμβηταὶ ὕφυδροι*, de qua locutione nonnulla attulit Blomfield. Adhuc apud eos Graecos, qui Aegaei maris litora incolunt, eximios urinatores reperiri observat Leake: Die Demen Attica's p. 182 e vers. Westermanni.

ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένῃ] Vid. VII, 188 seqq. et ad verbum *περιεβάλετο* conf. nott. ad III, 71. — In seqq. vocula *ἄρα* valet: *nimirum, scilicet,* et plerumque postponitur; de qua particula exposuit Stallbaumius ad Platon. Apolog. cap. 23 (p. 34 C.): add. quae ad Herodot. III, 64 et IV, 64 monuimus et confer alios Nostri locos I, 141. VI, 62. VII, 35. 130. VIII, 111. 136. IX, 9 (ibique nott.). 108 coll. 58. 90. Aeschyl. S. c. Th. 487. Hartung: Lehre v. d. Gr. Part. I. p. 466 coll. 437.

ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε] i. e. *neque vero potuit*, neque enim ei talis obtigerat occasio, qualis tunc (obtigit). Itaque non recipiendum, quod in uno cod. invenitur: *ἀλλ' οὔπω καιρὸς παρέσχε.* Tu vid. nott. ad III, 73 et ad V, 49. Add. VIII, 75. 100. 140. De particulis *ἀλλ' οὐ γὰρ* cf. nott. ad IX, 109.

οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως] Tres libri *εἰπεῖν*, sollemni confusione: cf. Bredov. pag. 353 seqq. Usus Noster est hac formula crebrius in rebus incertis mirisve, a quibus prudenter suum assensum cohibet. Conf. IV, 25 ibique nott. 187. I, 160. II, 103. V, 9 ibique nott. Quo eodem spectant verba sequentia *θωυμάζω δὲ* (ita enim scripsi pro *θωμάζω δὲ*), *εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα*, nam declaratur his verbis veri studium, quo Noster eminuit, in iis diiudicandis, quae a rerum natura abhorrere aut minus credibilia esse viderentur, simulque animus vulgi superstitionibus haud ita captus, ut rebus miris atque incredibilibus continuo fidem adderet. Conf. VII, 189. 133 ibiq. nott.

οὐ πρότερον ἀνέσχε] i. e. *non prius se extulit aquâ.* Conf. Homeri Odyss. V, 320: *οὐδ' ἐδυνάσθη αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς*, ubi Scholium explicat *ἀναδῦναι.* Alciphron Epist. III, 60 fin. *καίτοι γέ φασι τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Κυθήρων ἀνασχοῦσαν τὴν Ἀκροκόρινθον ἀσπάσασθαι.* Ad *διεξελθὼν* conf. nott. ad VII, 100. *Octoginta* stadia hic minora intelligi vult Larcherus, ita ut duo ferme

ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, σταδίους μάλιστά κη τούτους ἐς ὀγδώκοντα διὰ τῆς θαλάσσης διεξελθών. λέγεται μέν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι ἴκελα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, τὰ δὲ μετεξέτερα ἀληθέα. περὶ μέντοι τούτου γνώμη μοι ἀποδεδέχθω, πλοίῳ μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς
9 περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ λεχθέντων ἐνίκα τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας, μετέπειτα νύκτα μέσην παρέντας, πορεύεσθαι καὶ ἀπαντᾶν τῇσι περιπλωούσῃσι τῶν νεῶν. μετὰ δὲ τοῦτο,

milliaria Gallica (*Lieues* vocant) inde conficiantur. Equidem alia cur intelligam stadia quam quae vulgo appellantur, sexcentos pedes Graecos, qui sexcentos viginti quinque Romanos pedes aequant, complectentia, causam nullam perspicio: itaque vulgaria stadia hoc quoque loco intelligi malim octoginta, quae *duobus* fere milliarr. geographicc. paria habentur, sive I, 9974 e Wurmii ratione (De pondd. etc. rationibus pag. 213).

λέγεται μέν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι ἴκελα κ. τ. λ.] Respicitur hic forsitan notante Schoellio, quod filiam Cyanen eandem artem ille docuisse traditur, quodque Glaucus maris deus Cyanen deperiisse fertur. Ac sane de his tradunt Pausanias atque Athenaeus l. l.; filiam vero non *Cyanen*, sed *Hydnam* vocant. — Pro vulg. *εἴκελα* e Sancrofti libro recepi *ἴκελα*, quod idem dederat Bekkerus, quodque Herodoti dialectus flagitare videtur; vid. Bredov. p. 160.

γνώμη μοι ἀποδεδέχθω] De locutione conf. nott. ad I, 170. De *Artemisio* vid. VII, 175. 176. — In seqq. pro *ἐσήμηνε* tres codd. *ἐσήμαινε*, quod non spernendum videtur Schweighaeusero conferenti VIII, 21. Equidem cum recentt. edd. in vulgata acquiescere malui.

ὡς γένοιτο] Valcken. scribi vult *ὅση ἐγένετο*: *quantum fuisset illud naufragium*. „At," inquit *Schweigh.*, „eandem fere in sententiam bene habet vulgatum *ὡς γένοιτο*, *quale fuerit naufragium*, quo modo acciderit *quemque exitum habuerit*: nempe haec ille Graecis omnia particulatim renunciavit." Namque Persicae classis naufragium quidem indicarant speculatores, teste Herodoto VII, 192; iam advenit Scyllias, singula accurate enarrans, quaecunque ad illud naufragium pertinebant, quaeque ipse omnium optime noverat, cum ipse cladi interfuisset.

Cap. IX.

λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν] i. e. *secum deliberaverunt Graeci*. Vid. I, 34. II, 162. III, 76 ibique allata. *σφίσι* cum recentt. edd. dedimus e Florentino aliisque pro vulg. *σφι*. — Ad verbum *ἐνίκα* suppl. *ἡ γνώμη*. Conf. I, 61. VII, 175 ibiq. allata.

αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας] i. e. *vicit ea sententia, qua illo die ibidem manerent stationemque per noctem servarent s. pernoctarent*: id enim significat verbum *αὐλισθέντας* consulto additum antecedenti *μείναντας*, vix accurate redditum a Schweighaeusero (in Lexic. Herodot. I. p. 110): „in statione manentes *cum navibus*." Etenim *αὐλίζεσθαι* de classi pernoctante adhibuit quoque Xenophon in Hellen. I, 6, 36 coll. Thucydid. IV, 13; de exercitu pedestri saepius Thucydides (III, 96. 112. VI, 7. 50. 64. VII, 3. 4. 29 etc.), Xenophon (Anab. IV, 1, 11), alii: unde *commorandi, versandi* in loco aliquo significationem hoc

ὡς οὐδείς σφι ἐπέπλωε, δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες αὐτοὶ ἐπανέπλωον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἀπόπειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης καὶ τοῦ διεκπλόου. Ὁρέοντες δέ σφεας οἵ τε ἄλλοι στρατιῶται οἱ Ξέρξεω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγῃσι, πάγχυ σφι μανίην ἐπενείκαντες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἱρήσειν, οἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες, τὰς μέν γε τῶν

verbum assumpsit, ut monstrant loci Herodotei III, 110. IX, 37. 93. Conf. etiam Sturzii Lexic. Xenophont. I. pag. 468 seq. — Quae sequuntur: νύκτα μέσην παρέντας (*media nocte praeterlapsa*), eadem fere leguntur VII, 183. Mox pro vulg. νηῶν cum Bredovio (pag. 260 seq.) et recentt. edd. reposui νεῶν.

δείλην ὀψίην — φυλάξαντες] δείλην ὀψίην Larcherus intelligit *sur les trois heures après midi.* Hesychio auctore I. p. 903 indicatur ἡ περὶ δύσιν ἡλίου, quod idem habet Suidas I. p. 530. Plura dabit Alberti ad Hesych. l. l. Leake (Die Demen Attika's p. 184 e vers. Westermanni) *tertiam horam* ante solis occasum intelligi vult, quam eandem Graeci adhuc δειλινόν appellent. Sed ipsum crepusculum vespertinum sive id tempus, quod ipsam vesperam noctemque ingruentem proxime antecedit, intelligi, satis opinor patet ex iis, quae ad VIII, 6 attulimus. Verbum φυλάξαντες Suidas III. p. 642 recte interpretatur ἐπιτηρήσαντες. Tu vid. allata ad V, 12 et add. VIII, 14. Plutarch. Themistocl. 14.

ἀπόπειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι] ἀπόπειραν ποιεῖσθαι nihil aliud fere esse atque ἀποπειρᾶσθαι, *tentare aliquid*, *periculum alicuius rei facere*, Herodoto, Procopio, aliis frequentatum, bene monuit Wesseling. similesque attulit locutiones ἀνάπειραν et διάπειραν ποιεῖσθαι, quibus utuntur, quoties periculum fit peritiae nautarum militumque ante pugnam, apud Polybium [ubi XXVI, 7. §. 9 coll. §. 8 verbum ἀποπειρᾶσθαι hoc sensu] et Diodorum XIII, 8, ubi plura dedit Wesseling. Conf. etiam ἀναπειρᾶσθαι VI, 12 ibique nott. ναυμαχίας ἀπόπειραν λαμβάνειν dixit Thucydides VII, 21, ubi similia quaedam affert Blomfield. — De voce διεκπλόου vid. nott. ad VI, 12, quibus addi possunt, quae disputat Leake l. l. pag. 183 seq.

CAP. X.

Ὁρέοντες δὲ] Florentinus liber et h. l. et paulo inferius habet ὁρέωντες, quod recepit Matthiae. Sed vid. Bredov. pag. 384. — Ad verba μανίην ἐπενείκαντες conf. nott. ad IV, 154. Quod sequitur ἀνῆγον — τὰς νέας, significat: *naves*, quae stationem tenebant, inde in altum adversus Graecos *educere instituerunt.* Ad locutionem conf. VI, 12. VII, 100 et infra VIII, 15. 57. 63. 70. 76. 79. 83. IX, 96. Neque aliter ἀναζευγνύναι τὰς νέας VIII, 60. §. 1, ubi vid. nott. Caeterum plura hoc loco participia coniuncta sunt (ut fere supra V, 105, ubi vid. nott.), neque particula ulla adiecta, cum alterum ab altero pendeat participium. Etenim a verbis οἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες, quibus consulto et cum vi quadam repetitur antecedens ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἱρήσειν, pendet quod sequitur participium ὁρέοντες (*cum viderent*), causam declarans spei, quam animo conceperant: valde enim probabilem Persarum spem fuisse Noster significare vult, cum Graecorum naves paucas esse viderent, suas autem numero longe plures ac melius navigantes. Haec vero omnia, quae in animo habuisse Persas ac sperasse antea dixerat Noster, in unum quasi concludens subiunxit: καταφρονήσαντες ταῦτα (*hac igitur mente cum fuissent*) idque coniunxit cum se-

Ἑλλήνων ὁρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἑωυτῶν πλήθεϊ τε πολλαπλησίας καὶ ἄμεινον πλωούσας· καταφρονήσαντες ταῦτα ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον. Ὅσοι μέν νυν τῶν Ἰώνων ἦσαν

quentibus: ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον, i. e. *inde Graecos medios circumcludere instituerunt.*

πλήθεϊ τε πολλαπλησίας] Ad locutionem conf. allata ad IV, 191. Scripsi cum Matth., Bekkero et recentt. edd. πολλαπλησίας, cum Gaisfordius e libris quibusdam dedisset πολλαπλασίας, ut V, 45, ubi vid. nott. et III, 135 ibique nott. — Mox retinui πλωούσας, ut VIII, 22 init. et 44, ubi alii codd. πλεούσας. Vid. modo Bredov. p. 171 seq.

καταφρονήσαντες ταῦτα] Iam attigi haec in nota ad I, 59, quo loco Hoeger in Actt. philoll. Monacc. III, 4. pag. 483 seq. καταφρονήσας refingi vult in κάρτα φρονήσας, idemque p. 485 hoc loco ταῦτα ad verbum καταφρονήσαντες, quod genitivum obiecti requirat, referri posse negans absolute accipi vult *ob haec*, ubi vulgo supplent κατά, ita ut ad καταφρονήσαντες mente addatur τῶν Ἑλλήνων. Quae tamen si dicere voluisset Noster, vix credo eum sic fuisse locutum. Quapropter malim interpretari: *cum haec mente reputassent, cogitassent* non sine quodam Graecorum contemptu. Nec aliter accipi vult Larcherus, quo auctore καταφρονεῖν hic valet *remarquer*, *considerer*, *réflechir*. Nec aliter Wesselingius haec verba, „non adeo *contemptum*, sed *considerationem*" indicare existimat; „etsi enim *aspernatio* haud afuerit, consilium Persarum spectandum est"; inde haec rectius verti posse putavit: *ea considerantes*, locos Nostri afferens I, 59. 66 atque Euseb. Praepar. Evang. IX, 14, locum haud disparem: Abydenos θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, i. e. *quumque se diis meliores opinarentur.* Vid. Diss. Herod. XI, p. 197. 198. Negris interpretatur ἐν φρενὶ λαβόντες, παρατηρήσαντες αὐτά. Ac dixit Euripides in Bacch. 430 (al. 503): καταφρονεῖ με καὶ Θήβας ὅδε; sic enim nunc edunt. In Antiphanis fragmento, quod legitur apud Athenaeum IV, 21 fin. pag. 143 A., invenitur: τοὺς βύστακας (i. e. μύστακας) μὴ καταφρόνει, ubi verbo καταφρονεῖν accusativus additur, nisi, quod proponit H. van Herwerden in Observatt. critt. in fragm. comicc. Graecc. pag. 46, legendum μηκέτι φόρει; corruptum autem hunc locum esse iam iudicaverat Meineke Fragmm. Comicc. Graecc. Vol. III. p. 22.

ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς] αὐτοὺς recte tenent libri scripti; nam ad Graecos sive Ἕλληνας spectat per sensûs quandam structuram, cum sane proprie ad *naves* illud referri debeat indeque scribi αὐτάς, quod et ipsum olim in quibusdam libris exstitit. Hinc quoque mox περιεχομένους αὐτοὺς et cap. 16 ἐκυκλεύοντο (sic vulgo) ὡς περιλάβοιεν αὐτούς. Ubi Valckenario rescribere placet ἐκυκλεῦντο, assentiente Wesselingio, qui e Sancrofti libro in l. l. VIII, 16 pro vulg. ἐκυκλεύοντο in textum recepit ἐκυκλέοντο, ipse coniiciens ἐκυκλεῦντο. Recentiores editores inde a Bekkero, qui hoc loco omnes exhibuerunt ἐκυκλοῦντο, ab omnibus codd. allatum, Wesselingium secuti, altero loco dederunt ἐκυκλέοντο, quae forma aeque reiicienda videtur atque olim vulgatum ἐκυκλεύοντο, si quidem verba pura in όω desinentia apud Herodotum vocalium contractionem constanter servarunt, ut docuerunt Dindorf. in Comment. de dial. Herodot. pag. XXXII et Bredov. pag. 391, in eo autem variant, quod contractioni in ου haud raro substituunt contractionem in ευ, quam tamen legitimam vix haberi posse iudicat Dindorf.: de quo ego ita dubito, ut utraque contractione Nostrum in diversis verbis usum esse credam indeque in verbo κυκλοῦσθαι vulgarem contractionem praeferens, quae hoc ipso loco ab omnibus libris agnoscitur, alteris duobus locis VIII, 16 et 78 ἐκυκλοῦντο et περιεκυ-

εὔνοοι τοῖσι Ἕλλησι ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὁρέοντες περιεχομένους αὐτοὺς καὶ ἐπιστάμενοι, ὡς οὐδεὶς αὐτῶν ἀπονοστήσει· οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἅμιλλαν ἐποιεῦντο, ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἑλὼν παρὰ βασιλέος δῶρα λάμψεται· Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα.
624 Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μὲν ἀντίπρωροι τοῖσι 11
βαρβάροισι γενόμενοι ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον, δεύτερα δὲ σημήναντος ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες καὶ κατὰ στόμα. Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἱρέουσι

κλοῦντο reposui. De ipso verbo **κυκλοῦσθαι** *cingendi includendique* notione plura attulit Bredov. l. l. Conf. etiam Aelian. N. A. II, 8, ubi Herodotea attulit Iacobs, qui idem etiam ad Aelian. N. A. I, 58 de verbo **περιλαμβάνειν** conferri potest. Ad **ἐς μέσον** conf. IV, 97 et VI, 129 ibique nott.

συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὁρέοντες] Distinctionem post **μεγάλην** poni solitam sustuli, quo melius appareret totius loci structura. Namque apodosis incipit a verbis **συμφορήν τε ἐποιεῦντο**, ita ut per **τε — καὶ** iungantur participia **ὁρέοντες** et **ἐπιστάμενοι**, quae vero proxime antecedunt: **ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο**, ea ad protasin pertineant, verbis **ὅσοι — ἦσαν εὔνοοι** annectenda. Ubi simplex **τε** ita ponitur, ut VIII, 6. Ipsam locutionem **συμφορὴν ποιεῖσθαι** attigi ad V, 5. Add. VIII, 100.

ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον] Ad locutionem vid. Herodot. IX, 46 et Kuehner. Gr. Gr. §. 582, c. Ad pronomina **αὐτὸς ἕκαστος** conf. III, 82 ibique nott. VII, 19 et ad formam **λάμψεται** nott. ad III, 146. Pro **βασιλῆος** reposui **βασιλέος**.

Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα] i. e. *nam in* (Persarum) *exercitu Iones* (**αὐτοῖσι**) *maximam Atheniensium habebant rationem, maximi Athenienses faciebant.* Similis loquendi ratio IV, 135 init., ubi vid. Add. VIII, 102. IX, 80 coll. I, 19. 120 ibique nott.

CAP. XI.

πρῶτα μὲν ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενόμενοι κ. τ. λ.] E praecedentibus **τοῖσι Ἕλλησι** mente his addendum **οἱ Ἕλληνες**. Qui signo dato primum quidem proris adversis (**ἀντίπρωροι**, de qua voce plura dabunt Duker. et Blomfield. ad Thucydid. IV, 8 et VII, 36) in barbaros (conversi) puppes in medium contraxerunt; deinde vero, iterum signo dato opus (proelium) aggressi sunt, in exiguo quamvis loco conclusi et ex adverso (impetum facientes). Vernacule eum in modum expressit Langius: „*Auf das erste Zeichen nun stelleten sich die Hellenen, die Schnaebel den Feinden zugekehrt, die Spiegel in der Mitte, gegeneinander, auf das zweite Zeichen ging es, obgleich sie engen Raum hatten, gerade von vorne drauf los.*“ Schweighaeuserus, qui olim post voces **κατὰ στόμα** aliquid intercidisse putarat, postea has ipsas voces sequentibus verbis annecti voluit, prouti in libro Florentino haec leguntur nulla distinctione posita, ita ut haec evadat sententia: „*et ibi triginta a fronte naves ceperunt barbarorum.*“ Sed in Lexico Herodoteo (T. II. p. 284) hac sententia reiecta **κατὰ στόμα** denuo a sequentibus seiungi et antecedentibus adiici vult, cum Herodotus indicare voluerit *in ipso ore*, id

τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλέος ἀδελφεὸν Φιλάονα, τὸν Χέρσιος, λόγιμον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἷλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχρέω, καὶ τὸ ἀριστήϊον ἔλαβε οὗτος. Τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους νὺξ

est *e proximo, cominus admodum cincti* et *conclusi erant*, ut in Euripid. Rhes. 408. Equidem κατὰ στόμα accipio: *ex adverso, a fronte* (ut in Polybii locis a Schweighaeusero allatis II, 27. §. 8. XXXI, 26. §. 10 coll. Xenoph. Anab. III, 4. §. 42. V, 2. §. 26. V, 4. §. 22, ubi de aciei fronte locutio adhibetur) idque iungo antecedentibus ἔργον εἴχοντο, ita ut vocula καὶ explicandi simul notionem contineat: *et quidem*. „In pugnis navalibus, ait *Schweighaeuserus*, plerumque a latere primum aggrediebantur naves hostiles, διέκπλουν facientes et remos conantes detergere; tum frequenter puppim hostilis navis rostro petebant: nunc hi a fronte facto impetu, rostris suarum navium in hostiles iuxta proram impactis, illas ceperunt." Locutionem ἔργον ἔχεσθαι invenimus II, 121. §. 1 (ibique nott.) coll. VIII, 108; verbum ἀπολαμφθέντες, quod h. l. idem fere valet atque περιεχόμενοι (*exclusi, intercepti*), V, 101 coll. VIII, 97. 108. IX, 51. Ad genitivum σημήναντος, ut infra VIII, 25 init. ad genitivum ἐπαγγειλαμένου, intellig. τοῦ κήρυκος s. σαλπιγκτοῦ; neque aliter supra ad ἐσήμηνε mente addendum ὁ σαλπιγκτής s. κῆρυξ, quod ipsum additum invenimus VI, 78, ubi cf. nott. Tu vid. Kuehner. Gr. Gr. §. 414, 2 et conf. Sturzii Lexic. Xenophont. IV. pag. 16. 27. — Mox βασιλέος dedi pro vulg. βασιλῆος. De Salaminiorum regibus vid. nott. ad V, 103, ubi etiam *Gorgus* et *Chersis* reges commemorantur; de ipsa urbe Salaminia vid. nott. ad V, 109. Pro Φιλάονα Dindorf. in Comment. de dial. Herod. pag. XVII praeferret Φιλέωνα, idemque etiam placuisse video Bredovio pag. 137; equidem in nomine proprio malui libros scriptos sequi: de orientali nominis stirpe num cogitandum sit, ut placuit Hamakero (Miscell. Phoen. pag. 203) ad פְּלָאוֹן respicienti, quod *insignem, mirabilem* significat, decernere nolim.

Λυκομήδης Αἰσχρέω] Plutarcho auctore in Vit. Themistocl. 15 fin. p. 119 F. *Lycomedes* Atheniensis in Salaminia pugna primus hostilem cepit navem eiusque insignia Apollini dedicavit. Ubi haud male suspicatur Sintenis, insignem errorem commisisse Plutarchum, quum, quae ad Artemisium acciderint, ad Salaminiam pugnam transtulerit. Αἰσχρέω dedi secutus Bredovium pag. 217 seq., ut supra VI, 101, ubi scripsi Κυνέω, si quidem, ut dudum monuit Valckenarius, hic genitivus descendit a nomine Αἰσχρέης sive Αἰσχρέας, ut Χαιρέας, Δημέας, Ταυρέας, quae nomina Attica similia idem attulit Valcken. Ex Aldina editione, accedente Florentino libro unoque Parisino, Schweighaeuserus dederat Αἰσχρέου, quod idem receperunt Gaisford. et Bekkerus. Mediceus liber ac plerique alii codd. habent Αἰσχραίου, quae scriptura, haud mutanda illa quidem in Αἰσχρεέω, probabilior videtur Dindorfio, qui eam recepit, cum in Attica inscriptione ab Welckero edita in Museo Rhenan. Vol. II. p. 318, 13 invenisset ἐπὶ Αἰσχραίου ἄρχοντος (Comment. de dialect. Herodot. pag. XII). Dindorfium sequitur Dietsch. — Ad τὸ ἀριστήϊον (praemium virtutis in pugna prae caeteris probatae) conf. etiam infra VIII, 122. 123 et IX, 81. Plutarch. Vit. Alcib. 7.

ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους] i. e. *ancipiti Marte pugnantes*, ut IX, 103 ἑτεραλκὴς μάχη, quando *aequo pugnatur Marte*. „Quando, ait *Valckenarius*, victis virtus redibat in praecordia, tum, qui se putabant victores, νίκην reportasse dicuntur

ἐπελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλωον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος, μοῦνος τῶν σὺν βασιλέϊ Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς Ἕλληνας· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, 12
ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἱ-

ἑτεραλκέα. Veteres sequuntur in hac voce sophistae; praeter alios Aelianus apud Suidam in Ἀτιμώρητος [I. p. 272]." Tu vid. potissimum Homerum, qui hanc vocem frequentat, Ili. VII, 26 coll. VIII, 171. XV, 738. XVII, 627. Odyss. XXII, 236. Doederlein: Homerisch. Glossar. III. p. 95 (nr. 2075). Aeschyl. Pers. 943 ed. Blomf. — Verba πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι vulgo sic reddunt: *„multo graviore, quam exspectaverant, certamine defuncti."* Ad παρὰ δόξαν conf. VIII, 4. I, 79.

CAP. XII.

ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος] Recte Hoogeveen. ad Viger. pag. 111: *erat tempus mediae aestatis.* Vid. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterth. §. 49. not. 11. Ad vocem εὐφρόνη in antecedentibus conf. nott. ad VII, 12.

ἐγίνετο δὲ ὕδωρ κ. τ. λ.] Ad voculae δὲ usum conf. Werfer. Actt. phill. Monacc. I. pag. 96. Voce ὕδωρ hic indicantur *pluviae, imbres*, ut I, 87. VIII, 13. Ad vocem ἄπλετον vid. allata ad III, 106 et add. Ahrens in Philolog. Suppl. I, 2. pag. 284. Mox dedi e Florentino aliisque σκληραὶ βρονταί, cum vulgo esset βρονταὶ σκληραί, i. e. *dira, gravia tonitrua.* Vid. Arrian. Exped. Alex. I, 17. §. 6 ibique Ellendt. Aelian. Hist. Animall. IX. 57 ibique Iacobs p. 334. σκληρὸν δ' ἐβρόντησε dixit Hesiodus in Theogon. 839 ed. Goettling.

οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας] Voces οἱ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια simili modo iuncta reperiuntur VIII, 18 aliisque locis, quos excitat Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 8 fin. p. 56. Valckenarius Homerica comparaverat Odyss. XII, 67 πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν, addens Homero recentiores scriptores *fractae navis tabulas* dixisse τὰς σανίδας et τὰ ναυάγια, quibus igitur hoc quoque loco intelliguntur ligna s. tabulae navis fractae summis undis natantes et eiectae ad oram Aphetarum. Excitat praeterea Valcken. Aeschyl. Pers. 422 (426 Blomf. 393 Both.) Agamemn. 668. Choeril. apud Athen. XI. p. 464 B. coll. Clem. Alexandr. Paedag. II. p. 179, 29. De *Aphetis* cf. nott. ad VII, 193. ἐξεφορέοντο (*eiiciebantur*) retinui cum Schweighaeusero et recentt. edd., cum in Aldina esset ἐξεφέροντο, quod idem praebet Florentinus alterque Parisinus liber: nec infrequens in talibus hoc verbum esse vidimus ad VII, 188. At verbo ἐκφορεῖν Noster quoque usus est supra I, 197 adhibuitque Homerus Ili. XIX, 360 (ὡς τότε ταρφειαὶ κόρυθες — νηῶν ἐκφορέοντο). Odyss. XXII, 451.

καὶ περί τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἱλέοντο] Vulgo sic reddunt: *et circa navium proras volvebantur*, εἱλέοντο repetentes a verbo antiquo εἱλέω, cui *volvendi* et *constringendi* notionem tribuunt: de quo merito dubites; adhibuit utique Noster hoc verbum supra II, 76 de genere ibidum ἐν ποσὶ μᾶλλον εἱλευμένων τοῖσι ἀνθρώποισι narrans, adhibuitque

λέοντο καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ, ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον κατιστέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἧκον· πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου κατὰ Πήλιον ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερὴ, ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης ὄμβρος τε λάβρος καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ ἐς θάλασσαν ὡρμημένα βρονταί τε σκληραί. καὶ τούτοισι μὲν τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο.

13 *Τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτῶν περιπλώειν Εὔβοιαν ἡ αὐτή περ ἐοῦσα νὺξ πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν*

idem verba composita **συνειλέω, κατειλέω** *cogendi, compellendi, urgendi* notione, ut apparet ex iis, quae ad III, 13. 45 attulimus. Neque aliter Homerus Ili. XXI, 8: **ἡμίσεες δὲ ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύρροον**, ubi Scholium exponit **συνωθοῦντο**; conf. etiam II, 294. VIII, 215. Odyss. XI, 573. Quare hoc quoque Herodoti loco **εἰλέω** eiusque passivum **εἰλέομαι** de cadaveribus naviumque fractarum tabulis sive lignis dici crēdam, quae multa cum essent, circa navium proras cogebantur s. compellebantur indeque remis se implicantia cursum motumque navium impediebant. De verbo **εἰλέω** plura disputavit Buttmann. in Lexilog. II. p. 141—159, contra quem exstitit Fritsche in Comment. ad Aristoph. Ran. 1066. pag. 344 seq. Tu conf. etiam Bredov. pag. 148.

ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων] i. e. *impediebant palmulas remorum.* Emperius Opuscc. philoll. pag. 312 **ἀπάρασσον** suspicatur scribendum esse pro **ἐτάρασσον**, quod mihi quidem satis genuinum nec ullo modo turbandum videtur. Caeterum Herodotea citat Suidas s. v. **ταρσὸς** III. p. 432, ubi haec leguntur, quae eadem exstant in gloss. Herodot.: **ταρσὸς κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὅμοιος ὁ σχηματισμός.** Ac **ταρσὸς** s. **ταρρὸς** hoc loco propria sua notione dicitur de inferiore eoque latiore remorum parte sive palmula, teste Boeckhio: Urkund. über d. Attisch. Seewesen pag. 112; apud Herodotum IX, 37 inde quoque dicitur **ὁ ταρσὸς τοῦ ποδός**. Tu vid. quoque Thucydid. VII, 40 ibique interprett. Mox **οἱ στρατιῶται οἱ ταύτῃ** plane ut V, 2 **οἱ ταύτῃ οἰκημένοι**, ubi conf. nott. Ad imperfecti formam **κατιστέατο**, ut supra cap. 5 (ubi vid. nott.) **ἠπιστέατο** conf. allata a Bredov. pag. 329. — **ἐλπίζοντες** est: *putantes, arbitrantes*, ut saepius apud Herodotum. Conf. modo I, 27 ibique nott. III, 130. 151 coll. 119. Ad locutionem **ἐς οἷα κακὰ** similia quaedam attulerunt Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. 1633 et Heindorf. ad Platonis Phaedon. pag. 262. Ita enim his locis ponitur **οἷα**, ut pro **ὅτι τοιαῦτα** poni existimes.

ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή] Ad verbum **ὑπέλαβε** conf. allata ad VI, 27 et I, 24. Mox revocavi cum Schweigh. et Gaisf. **καρτερὴ** pro **κρατερὴ**, quod e Florentino alioque libro retinuerunt Schaeferus, Matth. et Bekker. Conf. Herod. I, 76. VI, 101. IX, 9. Bredov. p. 100. Sic quoque in proxime seqq. pro **ὄμβρος τε λάβρος** in uno libro vetusto exstat **κρατερὸς**, in alio **καρτερός**, quod utrumque e glossa ductum puto. Vocem **λάβρος** attigi ad I, 87. Add. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 114. — In fine cap. cum recentt. edd. restitui **τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο**, ubi Schaeferus de suo dederat **ἡ νύξ**.

Cap. XIII.

τοσούτῳ ὅσῳ κ. τ. λ.] Attigit Matthiae Gr. Gr. §. 455. not. 7 et p. 480. itemque Kuehner. Gr. Gr. §. 831. Add. Schaefer Apparat. crit. ad Demo-

πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. καὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἐοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. οὗτοι μέν νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο.

14 Οἱ δ' ἐν Ἀφέτῃσι βάρβαροι, ὥς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε, ἀτρέμας τε εἶχον

sthen. T. I. p. 866 et ea, quae nuper de hac structura attulit O. Schneider ad Isocratis orat. ad Demonic. §. 4. pag. 3. Similem in modum Noster VI, 137 τοσούτῳ — ὅσῳ dixit. De voce ἄχαρι conf. allata ad VI, 9. Qua voce indicari quodvis malum, *tout ce qu'il y a de plus fâcheux*, h. l. observat Larcherus. Cur autem h. l. τὸ τέλος ἄχαρι ut τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον notarit Longinus De sublimit. cap. 43. §. 1. pag. 222, iure miratur Valcken., nisi omnino haec a sciolo quodam Longinianis interiecta putentur. Quae sint τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, diximus ad VI, 100. Add. Pflugk. Euboicc. p. 4 et Leake: Die Demen Attika's pag. 185 e vers. Westermanni. Verbum ἐκπίπτειν de iis, qui naufragium passi ad litus eiiciuntur, aliquot locis illustravit Wesseling. ad Diodor. II, 60. Tu conf. supra nott. ad VI, 44. Idem verbum infra IX, 74, ubi vid. nott.

ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν κ. τ. λ.] τοῦ, quod in Aldina et aliis edd. abest, cum Schweigh., Gaisf. et recc. edd. e pluribus revocavi codd. Intelligitur enim deus ille ultor superborum vindexque, qui superbiam Persarum supra modum elatam deprimat Graecorumque res augeat. Cf. citt. ad VII, 10. §. 5. Neque aliter Aeschylus in Persis vs. 351 seq. nuntium dicentem facit: ἀλλ' ὧδε δαίμων τις κατέφθειρε στρατὸν, τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ. Hinc minus utique placent, quae Valckenarius adscripsit: „quam hic dat Herodotus rationem, noverat Atticis potius ingeniis placituram, quam si superbiam dixisset Persicam ab arrogantiae humanae vindice sic castigatam depressamque; alias saepe memorans ultorem superborum deum. Frequenter Noster ἀνθρώπινά μοι δοκεῖ ἁμαρτεῖν." Quibus eo, opinor, respicit vir doctus, quod Herodotum in hisce Musarum libris nonnulla in Atheniensium, quibus placere voluerit, gratiam dixisse contenderunt. Sed vid. nott. ad VI, 108. VII, 139. Expressit Herodoti sententiam Diodorus XI, 13 init., auctore eodem Valckenar., qui cum Herodoti verbis sequentibus: ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν contendit Isocratis verba ad Philipp. pag. 90 B. [cap. 15. §. 39], qui πόλεις dixerat ὡμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν, et Thucydid. VII, 57, qui collidendo ait ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους. Eodem modo Polyaenus VII, 16 fin. de Artaxerxe scripsit: ἀεὶ γὰρ ἐπανισῶν τὸ ἐλαττούμενον τὴν ἰσχὺν τοῦ νικῶντος κατέλυεν. — Ad structuram ὅκως ἂν ἐξισωθείη conf. I, 75 ibique allata.

Cap. XIV.

ὥς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε] i. e. *ut grata illis dies illuxit.* Ad usum vocis ἀσμένοισι conf. VIII, 18 init. et quae ad Plutarch. Philopoem. p. 20 attulimus; quibus nunc add. Bremi in Excurs. XI ad Lysiam p. 449 seqq. et Herbst in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. III. pag. 22. Ad verbum ἐπέλαμψε conf. nott. ad VII, 13.

ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας] Retinui ἀτρέμας, cuius loco male plures codd. ἀτρέμα. Neque enim in hoc adverbio extrema litera abiicitur; vid. V, 19. VIII, 16. IX, 53. 54 et

τὰς νέας, καί σφι ἀπεχρᾶτο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ παρεόντι. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπεβώθεον νέες τρεῖς καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗταί τε δή σφεας ἐπέρρωσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. φυλάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὥρην πλώοντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίσσῃσι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.

15 Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ δεινόν τι ποιησάμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέμειναν ἔτι τοὺς Ἕλληνας μάχης 626

conf. Bredov. pag. 114. Mox scripsi *ἀπεχρᾶτο*, ut I, 102, ubi vid. nott. Vulgo *ἀπεχρέετο*, quod Bekker. et Dindorf. retinuerunt. Ad formam *ἐπεβώθεον* conf. allata ad VIII, 1, ubi etiam de his quinquaginta tribus navibus Atticis diximus.

φυλάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὥρην] Quod e Florentino nuper receptum est *δὲ* pro *δή*, malui equidem cum Matth., Bekkero et recc. edd. retinere *δή*, quod huic loco melius convenire credo. Verbum *φυλάττειν* attigi ad VIII, 9. *τὴν αὐτὴν ὥρην* cum Larchero et Schweighaeusero de *eodem diei tempore* quo *pridie* accipio. Nam respiciuntur verba VIII, 9: *δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες*, quibus in verbis quod Leake (Die Demen Attika's pag. 185 e vers. Westermanni) *δείλην ὀψίην* de vespera intelligi posse negat propter ea ipsa, quae hoc loco leguntur: *τὴν αὐτὴν ὥρην* et *ὡς εὐφρόνη*, equidem haud perspicio. Idem verbis Herodoteis *ταύτας δὲ διαφθείραντες* indicari negat, omnem Cilicum classem centum fere naves complectentem periisse, si quidem Cilicum naves vel Salaminiae pugnae interfuerint: nec vero tale quid Herodotus indicare voluit, qui hoc tantum tradit Graecos impetum fecisse in Cilicum *naves quasdam* (*νηυσὶ Κιλίσσῃσι*, ubi consulto omisit articulum, quem sane addere debuisset, si omnes Cilicum naves s. totam quam praebuerant Cilices classem indicare voluisset), easque perdidisse. Quare apud Leakium l. l. haud accurate redduntur haec verba: „sie bohrten eine bedeutende Anzahl derselben in den Grund.“

CAP. XV.

δεινόν τι ποιησάμενοι] Pro *τι* Koen. coniecit *τε*, probante Valckenario. Sed vid. nott. ad VIII, 3. Infra VIII, 16: *δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο*. Verba seqq. *νέας οὕτω σφι* (cuius loco duo codd. *σφέας*) *ὀλίγας λυμαίνεσθαι* sic censeo esse intelligenda, ut Persarum duces aegre tulerint, *tam paucas* (Graecorum) *naves ipsis* (Persis) *damnum inferre cladem que contumeliosam*. De structura verbi *λυμαίνεσθαι* vid. I, 214. III, 16 ibique nott. V, 33 et conf. etiam VIII, 28. IX, 79. Wesselingius de verbi *λυμαίνεσθαι* structura cum utroque casu excitaverat Albert. ad Act. Apostol. VIII, 3.

καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω] scil. *γινόμενον* vel simile quid; quo Xerxis supplicium s. ira, quam sibi timebant, occulte significatur. Sic *τὸ ἀπὸ σεῦ* I, 159, ubi vid. nott. Plenius Noster dixit III, 78 *τὰ ἀπὸ Πρηξάσπεω γενόμενα*; add. VI, 98. Conf. Fischer. ad Weller. III. pag. 116. Structuram verbi *ἀναμένειν* in seqq. attigi ad V, 35; cf. Herod. VIII, 56.

ἄρξαι, ἀλλὰ παρακελευσάμενοι κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς
νέας. Συνέπιπτε δὲ, ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τάς τε ναυ-
μαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύ-
λῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τοῦ Εὐρί-
που, ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδην τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν· οἱ
μὲν δὴ παρεκελεύοντο, ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα
τοὺς βαρβάρους· οἱ δ', ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα διαφθεί-
ραντες τοῦ πόρου κρατήσουσι. Ὡς δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω 16
ἐπέπλωον, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ
δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν ἐκυκλοῦντο ὡς
περιλάβοιεν αὐτούς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐπανέπλωόν τε καὶ

κατὰ μέσον ἡμέρης] Refero huc Ev. Matth. XIV, 24: τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, ad quem locum plura dederunt interpretes a Kuinoelio excitati p. 395; nec fugit iste usus Viger. De idiotism. p. 111. Ad locutionem ἀνῆγον τὰς νέας conf. allata ad VIII, 10. Ad particulam ὥστε post συνέπιπτε abundanter quasi positam conf. nott. ad I, 74. III, 4 et infra VIII, 132. 141. Pro ταῖς αὐταῖς ἡμέραις Sancrofti liber τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας, probante Wesselingio, qui confert VII, 151: τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον. Sed dativum, in quo caeteri edd. acquieverunt, ipsa sententia postulat. Gravius illud, quod Bredovium si audis pag. 233, scribendum erit: τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι, quod recepit Dietsch. omnibus quamvis libris scriptis adversantibus; cf. etiam III, 40 ibique nott. Pluralem numerum adhibitum notavit Blomfield in Glossar. ad Aeschyli Agamemn. 1656 similibus nonnullis locis allatis. In verbis subsequentibus τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας pronomen demonstrativum sic postpositum notat Strangius in Iahn. et Seebod. Annall. Suppll. II, 2. pag. 240, ubi plura similia afferuntur.

ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν κ. τ. λ.] „Studium Graecorum in Euripi et Thermopylarum angustiis defendendis et contrariam Persarum contentionem hinc Diodorus XI, 13 mutuatus est.“ *Wessel.* Pro vulg. Λεωνίδεα e Florentino revocavi Λεωνίδην, idemque feci VII, 21 et 71. conf. Bredov. pag. 226 et vid. supra nott. ad VIII, 3.

ὅκως μὴ παρήσουσι] Sic recte dedit Matth. (Gr. Gr. §. 531. not. 2) e Florentino aliisque pro παρήσωσι, quod praebet Sancrofti liber, dudum iure damnatum a Werfero in Actt. phill. Monacc. I. p. 105, qui idem cum Matth. mox quoque recte dedit κρατήσουσι pro κρατήσωσι, cum huius loci sane par ratio, etsi postea idem Werferus l. l. p. 273 coniunctivum κρατήσωσι retineri voluit, probante etiam Schaefero, cum modos variare Herodoto sit usitatissimum, ut apud Isocrat. Areopag. 11. p. 225. Equidem cum Bekkero, Dindorf., Dietsch., Bredov. (pag. 340), Stegero eiusque censore Lipsiensi (1833 Add.) pag. 44 atque Ienensi (1828. nr. 186. p. 46), qui alia quaedam etiam affert, utroque loco futurum reposui, de cuius usu post ὅπως plura disputantur ab Isocratis interpretibus ad l. l. pag. 212–216 ed. Benseler. Add. G. Wolf ad Sophocl. Aiac. 566 et conf. Herodot. III, 36 ibique allata.

Cap. XVI.

μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν] Mente addas licet τάγμα vel simile quid. Naves enim ita collocarunt, ut lunae crescentis speciem referret acies. Conf. I, 75 et ad antecedentia οἱ Ξέρξεω nott. ad VII, 104.

ἐκυκλοῦντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς] Cf. nott. ad VIII, 10.

συνέμισγον. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγίνοντο· ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάθεός τε καὶ πλήθεως αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε, ταρασσομενέων τε τῶν νεῶν καὶ περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας. ὅμως μέντοι ἀντεῖχε καὶ οὐκ εἶκε· δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τράπεσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι διέστησαν
17 χωρὶς ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν

παραπλήσιοι — ἐγίνοντο] Alii ἐγένοντο, quos sequuntur Matth., Bekker, itemque Dindorf. et Dietsch. Quod vero vulgo vertunt: *pari Marte pugnatum est*, mavult reddi Larcherus: *aequatis viribus*, *à forces égales*, cui interpretationi vel sequentia verba, quae magnitudinem copiarum Xerxis declarant, obstare credo. Vulgatae interpretationi favet Cornelius Nepos loco mox laudando, ubi conf. interpretes, qui et locutionem illustrarunt et argumentum, quandoquidem sunt, qui victoriam aliter atque Herodotus Graecis tribuant.

αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε] De vi praepositionis ὑπὸ vid. IX, 75 et allata ad IX, 67. Confert Valcken. Cornelii Nepotis verba in Themist. cap. 3: „Angustias enim Themistocles [inter Euboeam continentemque terram] quaesiverat, ne multitudine navium circumiretur. Hic etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere etc.“ Ad verba δεινὸν χρῆμα ἐποιεῦντο conf. nott. ad VIII, 15 init. Pro περὶ ἀλλήλας Reiskius mallet περὶ ἀλλήλαις, non male, ut iudicat Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 15. p. 106, quamquam etiam accusativus ferri poterit. Quo eodem monente περὶ ἀλλήλαις, *de aliis super alios incidentibus*, bene dicitur. In Sancrofti libro prorsus deest praepositio περί. Recentt. edd. in vulgata omnes acquieverunt, quam nec equidem turbaverim. Namque videtur Noster his verbis (περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας) id indicare voluisse, quod Curtius IV, 3. §. 14 dixit: *inter se navigia collidere*, et IX, 9, §. 9: *ergo collidi inter se naves*. Conf. Thucydid. II, 65 et quae ad h. l. protulit Hünnekes in Observatt. Thucydidd. (Monaster. 1859.) pag. 30. Quod sequitur: ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, sic legitur quoque I, 189. III. 69, coll. I, 120, ubi vocula γε additur, de quo usu cf. Eltz. Quaest. Herodd. Spec. I. p. 116 (Jahrbb. f. Philol. Suppl. IX.) — Mox pro vulg. τραπέσθαι, quod retinuit Dietsch., equidem cum Schaef., Bekkero et Dindorfio dedi τράπεσθαι, qui praesentis infinitivus in passivo est h. l. necessarius. Cf. etiam Bredov. pag. 145. Eltz. (Quaest. Herodd. Spec. I. in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 122) tuetur τραπέσθαι infinitivum aoristi medii pro passivo adhibitum, ut IX, 65; sed hoc ipso loco passivum reperitur; vid. ibi nott.

διέστησαν χωρὶς ἑκάτεροι] i. e. *discesserunt* (e proelio) *utrique* seorsim in sua quique castra: ubi χωρὶς additur parem in modum, quo supra IV, 180 Noster scripsit: αἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας. Ipsum verbum διέστησαν hoc eodem significatu reperitur I, 76 et VIII, 18: nec aliter Isocrates de pugnantibus (in Philipp. §. 39): οὐδενὸς διαλύοντος αὐτοὶ διέστησαν. De usu vocis ἑκάτερος vid. nott. ad III, 8 et IX, 16. Pro ἀγωνιζόμενοι Schweigh. mallet ἀγωνισάμενοι.

Cap. XVII.

Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ] Secuncundum Diodorum XI, 13 inter Grae-

Ξέρξεω στρατιωτέων ἠρίστευσαν, οἳ ἄλλα τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἐνδράσι εἷλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω, ὃς δαπάνην

cos excelluerunt Athenienses ἀριστεύοντες, inter barbaros *Sidonii*, non, ut apud Herodotum est, *Aegyptii*, de quibus vid. nott. ad VII, 69. 89. Athenienses eadem laude ornaverat Pindarus in carmine apud Plutarch. II. p. 552 B [s. de gloria Athen. c. 7 ubi haec leguntur: ἐν τούτοις Πίνδαρος ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος προσεῖπε τὰς Ἀθήνας, οὐχ ὅτι — ἀλλ' ὅτι πρῶτον, ὥς φησι αὐτὸς, ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας κ. τ. λ. Add. Plutarch. Themist. vit. cap. 8 et conf. Bergkii Poëtt. lyricc. Graecc. pag. 244.] coll. Aristid. Themistocl. T. III. pag. 310. Attulit haec Valcken. Ad locutionem ἔργα ἀπεδέξαντο cf. allata ad VII, 139 et ad αὐτοῖσι ἀνδράσι III, 45 ibiq. nott.

καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω] Hunc quidem *Cliniam* Plutarchus quoque tradit (Vit. Alcibiad. cap. 1. p. 191: ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ [scil. Alcibiadis] Κλεινίας ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν, ὕστερον δὲ Βοιωτοῖς μαχόμενος περὶ Κορώνειαν ἀπέθανε) sua navi ad Artemisium pugnasse, postea vero in Boeotia occubuisse ad Coroneam: de qua pugna testes excitavi ad Plutarchi l. l. pag. 56. Add. Wiggers. Quaestt. critt. et historr. in Cornel. Nep. Alcib. (Lips. 1833) pag. 59. 60. Fuit hicce Clinias illius Alcibiadis filius, qui inde a Platone in Euthyd. p. 275 A. p. 312 Heind. vocatur ὁ παλαιὸς, ut scil. distingueretur ab illo *Alcibiade*, qui prioris illius Alcibiadis nepos et huius Cliniae filius per belli Peloponnesiaci tempora potissimum inclaruit celeberrimus Atheniensium dux, qui, uti mos fuit Athenis (vid. Sturz. in Commentt. Societat. philolog. Lips. I, 2. pag. 226), nomen ab avo eoque paterno acceperat. De eius stirpe vid. Plutarch. l. l. ibique allata pag. 55, Wiggers l. l. pag. 42 seq. Hertzberg. in Alcibiade pag. 53 seq. coll. p. 20, ubi de hoc Clinia ipso agit. Et congruit, observante Wesselingio, temporum ratio. Nam Alcibiades ille, qui Diodoro teste XIV, 10 obiit annos ferme natus quadraginta Olymp. XCIV, 1 (i. e. 404 ante Chr. n.), lucem viderit necesse est circa Olymp. LXXXIII s. 444 ante Chr., nisi, quod longe probabilius, cum Clinias pater obierit anno 447 ante Chr. n., iam antea, Olymp. LXXXII, 2 sive 451 ante Chr. n. Alcibiadem natum esse existimes cum Meiero (in Indice Lectt. Gryphisvaldd. aestatis anni 1821, cui assentitur Hertzberg. l. l. pag. 61, alios viros doctos, qui dissentiunt, commemorans), Clinia patre quinquagenario ferme, quem, quando ad Artemisium pugnatum est Olymp. LXXV, 1 sive 480 ante Chr. n. annos viginti certe habuisse si probabile est, consequens inde fit, hunc filium genitum fuisse a Clinia sene, qui ad Coroneam haud multo post occubuit, relicto filiolo Alcibiade orbo, ut ait Isocrates De Big. pag. 352 [cap. 10. §. 26]. Accidit enim ista pugna anno 447 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIII, 2 (vid. Clinton. Fast. ed. Krueger. p. 54), igitur ante bellum Peloponnesiacum (sive ann. 431 a. Chr. n.), cuius anno demum duodecimo Alcibiades ἔτι νέος ὢν producitur a Thucydide V, 43, triginta annos probabiliter natus, ut ad Plutarch. Alcibiad. 13. p. 123 posui. Haec ad Herodotei loci intelligentiam sufficiant: in quo lapsum videri Herodotum patremque cum filio confudisse, cum scribere potius debuisset Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, quod contendit C. Fr. Hermann. (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. XIII. p. 326), probare nequeo, qui temporum rationes in his non satis perspectas esse credo a viro doctissimo, contra quem disputavit Vater (ibid. Vol. XII. pag. 87 seq.

οἰκηΐην παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ 627
οἰκηΐῃ νηΐ.

18 Ὡς δὲ διέστησαν, ἄσμενοι ἑκάτεροι ἐς ὅρμον ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον· τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἦσαν, δρησμὸν δὴ ἐβούλευον
19 ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ

XIII. p. 490). Itaque retinui *Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω* et ad hunc Cliniam, Alcibiadis famosissimi patrem, refero quoque sequens pronomen relativum ὅς, accedente quoque Plutarcho, qui l. l. hunc eundem Cliniam navi suis opibus parata ad Artemisium pugnasse tradit. Cui Cliniae num pater adhuc vivus sumptus ad navem instruendam necessarios praebuerit, filiusque duce patre navem ipsam et homines praebente pugnaverit (vid. Vater. l. l. XIII. pag. 490), haud quaeram: Herodoti certe sententia nulla alia est, nisi Cliniam suis sumptibus navem praebuisse et cum hac navi in bellum profectum eximie pugnasse ad Artemisium; quod cur minus credibile videatur, nullam perspicio causam.

δαπάνην οἰκηΐην παρεχόμενος] Inde mox *οἰκηΐῃ νηΐ* militasse dicitur sive, ut apud Plutarch. Alcib. 1 legimus, *ἰδιοστόλῳ τριήρει*, quod eodem sane redit. Nec alio sensu *οἰκείαν ναῦν* dixit Pausanias X, 9. §. 1, quam *ἰδιόστολον* vocat Plutarch. Alexand. 34. p. 685 D. Apud ipsum Horodotum V, 47 Philippus Crotoniensis e Cyrene profectus *συνέσπετο οἰκηΐῃ τε τριήρεϊ καὶ οἰκηΐῃ ἀνδρῶν δαπάνῃ*. Neque aliter intelligi volunt Thucydid. VI, 61, ubi Alcibiades dicitur: *ὁ μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ ναῦν*, i. e. navem, quam ipse praebuerat suisque impensis armaverat. Ac vel Horatii locus in Epist. I, 1, 93 („locuples, quem ducit *priva triremis*") apte affertur a Blomfieldio. Quum enim Athenis respublica ipsa praeberet naves bellicas a singulis civibus ditioribus certo quodam ordine instruendas armis ac reliquo apparatu, sigillatim memorantur, qui gravissimis temporibus rerumque discriminibus naves ipsas suis impensis constructas et ornatas apparatu necessario (id est *ἰδιοστόλους τριήρεις*) suppeditarunt; quo ipso egregium sui in patriam studii testimonium exhibere putabantur. Conf. Wolf. Prolegg. ad Demosthen. Leptin. pag. C seqq. CXVII. CXIX. Boeckh. Oeconom. Atheniens. Vol. I. p. 384 ed. sec., ubi etiam monuit de iusto *ducentorum* virorum numero, quibus triremes plerumque compleri solebant: de qua re iam supra monuimus ad III, 13.

CAP. XVIII.

Ὡς δὲ διέστησαν] Cf. VIII, 16 et ad vocem *ἄσμενοι* citt. ad VIII, 14. Ad vocem *διακριθέντες* cf. nott. ad VII, 219.

τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων] Quae eadem sic iuncta reperimus VIII, 12, ubi vid. Sedulo autem Herodotus indicat, cadaveribus et navium fragmentis eos esse potitos: si quidem id victoriam indicabat simulque pietatem declarabat erga mortuos, qui iusta obtinerent exsequia.

τρηχέως δὲ περιεφθέντες] Conf. nott. ad V, 1 et add. Cobet in Mnemosyn. VII. p. 297. De usu verbi *τιτρώσκειν* de *navibus* cf. citt. ad VII, 233. De verbo *ἐβούλευον* egimus ad VIII, 4. Ex Aldina Schaeferus revocaverat *ἐβουλεύοντο*, quod Florentinus et duo codd. Parisini praebent quodque receptum est a recentt. edd. inde a Bekkero.

CAP. XIX.

Νόῳ δὲ λαβὼν] Locutionem at-

ἀπορραγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦλον καὶ τὸ Καρικὸν, οἷοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτῃ συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς ἔλεγέ σφι, ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλέος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς ἀρίστους. ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου. ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι εἶναι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοϊκῶν καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι· κρέσσον γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν ἢ τοὺς πολεμίους· παραίνεέ τε προειπεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους πῦρ ἀνακαίειν· κομιδῆς δὲ πέρι τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν, ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς

tigi ad III, 41. Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi βαρβάρου, quod libri scripti quantum scio omnes praebent. Ex Aldina fluxit lectio βαρβαρικοῦ, quam tenent Matth. et Bekker., ortam opinor e seqq. Ἰωνικὸν et Καρικόν. Dietsch. recte exhibuit βαρβάρου, si quidem h. l. *de barbarorum* i. e. Persarum *rege* agitur, noto dicendi usu, de quo vid. modo allata ad V, 94. De confusione haud infrequenti inter βάρβαρος et βαρβαρικὸς conf. Herod. III, 115 ibique nott. itemque I, 58. 60. — Post εἴησαν Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I. p. 245 addi vult ἄν, quo mihi quidem haud opus esse videtur. Assentitur Reisig. ad Sophocl. Oedip. Col. pag. 320, qui rationem particulae omissae reddere studuit.

κατύπερθε γενέσθαι] i. e. *superiores fieri reliquis*, ut VIII, 60. 75. 136 coll. VII, 233. I, 67. V, 69. Itaque idem fere valet atque κρατεῖν.

ταύτῃ συλλέξας] i. e. παρὰ τὴν θάλασσαν, *ad ipsum mare*, quâ illi agebant oves, cogit exercitus duces. Hinc male quidam Codd. ταύτην. — In proxime seqq. παλάμην affert Suidas III. p. 5 exponens τέχνην. Rectius, opinor, Schweighaeus. in Lex. Herod. II. p. 171 interpretatur *ansam* et *occasionem* sive *viam* et *rationem efficiendi aliquid*. Cf. Theogn. 634. 906 et vid. plura in Thesaur. Ling. Graec. Vol. VI. p. 75 ed. Dindorf. Pro βασιλῆος rescripsi βασιλέος.

ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου] i. e. *et hoc quidem non nisi hactenus aperuit iis* (ducibus). Ad verbum παραγυμνοῦν conf. I, 126 ibique nott. Ad locutionem ἐς τοσοῦτο vid. allata ad VII, 99. — In seqq. verba ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι valent: *pro praesenti rerum statu* s. *ob rerum praesentium statum*, ut infra cap. 40. 102. Conf. nott. ad V, 49.

σφι εἶναι ἔλεγε] Ita e Florent. receptum pro vulg. εἶναί σφι. Ex quo eodem mox repositum καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι, ubi vulgo ὅσα τις ἐθέλοι καταθύειν. Matthiae utroque loco vulgatam retinuit, quam eandem recentt. edd. inde a Bekkero retinuerunt. Ipsum καταθύειν, *mactare*, vix multum differt a simplici θύειν I, 216. II, 42 coll. VII, 197. Εὐβοϊκῶν (pro vulg. Εὐβοεικῶν) e Sancrofti libro alteroque dedi cum recentt. edd. Vid. allata ad III, 89. In verbis sequentibus pro τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους Cobet in Mnemosyn. IX. p. 288 scribi vult: τοῖσι ἑωυτοῦ ἕκαστον.

πῦρ ἀνακαίειν] Vid. nott. ad IV, 145. Ex quo loco aliisque ibi allatis mihi satis patere videtur, quod mox legitur, πῦρ ἀνακαυσάμενοι, sanum esse neque mutandum in πυρὰ ἀνακαυσάμενοι, ut proponit Cobet in Mnemosyn. IX. pag. 288, „quia passim *ignes* ardebant". In proxime seqq. verbis τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν eadem valet structura, quam ad VI, 63 observavimus. τὴν

τὴν Ἑλλάδα. ταῦτα ἤρεσέ σφι ποιέειν· καὶ αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντο, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν οὔτε προεσάξαντο, ὡς παρεσομένου σφι 628
πολέμου, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός·

ὥρην de *tempore* (ad reditum) *commodo* accipio. Conf. VIII, 12. 14.

CAP. XX.

παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν] i. e. *spreto, neglecto oraculo,* quod a Bacide ipsis erat datum. Verbum *παραχρῆσθαι* attigi ad I, 108. De *Bacide* haec adscripsit *Wesseling.*: „Vaticinus iste de Persica expeditione cecinerat, Pausan. X, 14. §. 3; ex illo carmine haec durat portio. Idem cap. 12 [§. 6] *ἐκ Βοιωτίας Βάκιν* adpellat, sicuti et Cicero Divinat. I, 18 [§. 34]. Duos Bacides Clemens Alex. Strom. I. pag. 398, Arcadem et Boeotium, memoravit; tertium Atheniensem alii addunt: super qua re sollicita exstat opera Loënsis Epiphyllid. IX, 11 interpretumque Aeliani Var. XII, 35.“ Add. Schol. ad Aristophan. Pac. 1071 atque Eudoc. Violar. p. 92 et 374 seq., et vid. Theopompi fragmm. nr. 81. pag. 291 Fragmm. hist. Graecc. ed. Mueller., unde discimus, Theopompum in Philippicorum nono libro multa de Bacide exposuisse, cuius oracula Noster etiam infra VIII, 77. 96. IX, 43 protulit. De Bacide nonnulla iam supra in nott. ad V, 43 excitavimus, quibus nunc addi volumus C. Goettlingii Commentationem de Bacide fatiloquo (in programmate Ienensi anni MDCCCLIX.), in qua quaecunque de hoc Bacide apud veteres tradita exstant, afferuntur. — Schweigh. huic capiti commodiorem futurum fuisse putat locum proxime post caput quartum. Libri scripti nihil mutant.

ὡς οὐδὲν λέγοντα] Eadem locutio III, 35 et VII, 17, ubi vid. nott. Recte autem Zeunius ad Viger. p. 152 *οὐδὲν λέγειν* tradit esse *perperam dicere, id quod probari nullo modo potest.* Vid. Platon. Apolog. 17. p. 30 B.

οὔτε προεσάξαντο] Haud incommode Reiskius: „*ἐξεκομίσαντο, deportarunt in locum tutum extra insulam* [quod alias est *ὑπεκθέσθαι*, ut cap. 4], *προεσάξαντο*, *rure in urbes compulerunt.*“ Euboeenses, spreto Bacidis oraculo, cui nullam fidem habendam esse putabant, neque exportarunt quidquam e sua insula (in alia eaque tuta loca transferentes) neque ante hostium adventum quidquam in urbes importarunt, quo instructos esse ipsos oportuit bello ingruente. Retinui *προεσάξαντο* (a verbo *προσάττειν*), cuius loco Mediceus cum duobus aliis *προ ς εσάξαντο*, Florentinus *προς ε τ άξαντο*, puod utrumque alienum est ab hoc loco; tu vid. nott. ad I, 196 et V, 34. — De vi particularum *οὔτε* — *οὔτε* — *τε* conf. allata ad VI, 1.

περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα] i. e. *sed res suas ipsi in summum discrimen adduxerunt.* Ita Schweighaeuserus in Lex. Herodot. II. p. 205 comparans, quae continuo in eandem sententiam dicuntur: *παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα*, ubi *πρὸς τὰ μέγιστα*, notante Schweighaeus., idem fere valet atque *ἐς τὰ μέγιστα* VIII, 144. Ad locutionem *συμφορῇ χρῆσθαι* cf., ne plura, III, 41 ibiq. nott. — In verbis *Βάκιδι — ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμὸς* Dativum *Βάκιδι* eum fere in modum accipias, quo VIII, 125 et VII, 161: *οὕτω ἔχει τοι* (scil. *τὸ πρᾶγμα*), ubi conf. nott. Infra IX, 43 Noster dixit *τὰ μὲν Βάκιδι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα.*

Φράζεο βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας.

τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπρησσον, παρῆν
21 δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος, Πολύας, γένος Ἀντικυρεύς, τῷ προσετέτακτο (καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον), εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς,

Φράζεο βραβαρόφωνον] Schaefer., Bekkerus, Dindorf. et Dietschius, praeeunte Larchero, post φράζεο comma ponentes dederunt βαρβαρόφωνος contra codd. fidem, qui in vulgata conspirant, quae, docente Schweigh., idem valet atque φράζεο, ὅταν βαρβαρόφωνος βάλλῃ, per attractionis illam structuram. Quod nisi placeat, ad verbum βάλλῃ mente addere quoque licet, subiectum ὁ βάλλων vel simile quid, ut VIII, 11 init., ubi cf. nott.: tum autem, quae sententia est Osenbrueggenii De iure belli ac pacis Romm. pag. 2, βαρβαρόφωνον necesse est iungatur cum ζυγὸν neque quidquam aliud quam βάρβαρον i. e. *peregrinum* declarat. Quod quam durum sit, haud fugit virum doctum, qui inde cum Larchero scribere mavult βαρβαρόφωνος. Equidem omnium codd. lectionem retinendam duxi, in oraculorum lingua minus clara plerumque et perspicua attractionem talem, quam Schweighaeuserus statuit, minus molestam videri ratus. Ipsa vox βαρβαρόφωνος, quae iam ex Homero nota est Ili. II, 867, et hoc loco et IX, 43 *peregrinum* indicat sive *extraneum*. Ad vocem ζυγὸν Wesseling. excitarat Aeschyl. Pers. 72, qui πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου tragice dixit de ponte in Hellesponti angustiis, intenso funibus ex byblo VII, 36. **πολυμηκάδας αἶγας** vates dixit imitans opinor Homerum, qui μηκάδας αἶγας (*balantes* capras) dixit Ili. XI, 383. XXIII, 31. Odyss. IX, 124. 244. Ipsa vox πολυμηκὰς vix aliunde cognita.

προσδοκίμοισι κακοῖσι] i. e. *in malis imminentibus, quae adhuc exspectantur*, indeque τοῖσι παρέουσι, i. e. *iam praesentibus*, opponuntur. Conf. V, 108. III, 123 ibique nott. Herodoti sententia haec est: his vero oraculi verbis cum Euboeenses non attendissent (s. nullo modo essent usi ad ea, quae instabant, avertenda), tam in malis tunc praesentibus quam imminentibus, sponte accidit, ut in maximas inciderent calamitates. Ad παρῆν conf. IX, 70; plura attulimus ad V, 49 in fin.

Cap. XXI.

Ἀντικυρεύς] De *Anticyra* urbe vid. allata ad VII, 198. De *Trachide* vid. nott. ad VII, 199. **πλοῖον κατῆρες** Schweigh. in Lex. Herod. II. p. 35 intelligit de navi remigio omnibusque rebus ad navigandum necessariis bene instructa indeque opinor celeriter navigante, *actuaria*. Apud Hesychium (II. p. 194) pro κατῆρες· κατηρτισμένον ἐν ἐρήμῳ G. Hermann. ad Euripid. Iphigen. in Taur. 1362 pag. 157 scribi vult κατηρτισμένον εὐήρετμον, cum κατήρης proprie denotet *aptatum, instructum;* Seidlerus reponi iubet κατηρτισμένον ἐν τῷ ἐρέσσειν. Conf. etiam Faesi: Berichtt. u. Zusätze zu Passow's Wörterb. II. (Zürich 1838) pag. 11 et Thesaur. Ling. Graec. Vol. IV. pag. 134 ed. Dindorf.

εἰ παλήσειε] Ita omnes codd., excepto uno Florentino, in quo exstat παλαίσειεν, ut dudum in mentem venerat Pavio, cui nuper accessit Lobeck (Ῥηματικ. pag. 145), Herodotum scribere potuisse existimans εἰ παλαίσειε, i. e. πονήσειε, cum

σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι· ὣς δ' αὕτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος, Ἀθηναῖος. καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν. Οὗτος ὦν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενός σφι ἐσήμαινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδην καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν, Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.

saepius quoque dicatur *παλαίειν κακοῖς* etc. Ad vulgatam tuendam afferunt Hesychium III. p. 842, apud quem legimus *παλήσειε· διαφθείρειε* (nisi cum Valcken. rescribendum *διαφθαρείη*, quod sententia postulare videtur) itemque *ἐπάλλησεν* (quod cum Schweighaeusero rectius commutabis in *ἐπάλησεν*)· *διεφθάρη* atque *πεπαληκέναι· ἐκπεσεῖν, πεπαλημέναι· βεβλαμμέναι.* Quae omnia Schneider (qui *παλήσειε* idem esse vult atque *ἐκπίπτοι*, „*wenn er sollte unterliegen, besiegt werden.*") in Lex. Graec. et Schweighaeus. ad verbum *παλαίω* s. *παλάω*, ionice *παλέω*, relata volunt, quod cum in universum valeat *colluctari, conflictari*, frequentius tamen de *graviori lucta et periculoso certamine* adhibeatur. Nec aliter statuerat Wesselingius, de *conflictu* sive de *clade* secuta *agitationeve classis maiore* illud accipiens simulque afferens ex Hippocrate *ἀποπαλέειν* et *ἐκπαλέειν* in *evibratione* et *concussu vehementiori* usitatum. Nec equidem meliora habeo, quae in medium proferam, Bredovio p. 861 assentiendum esse ratus, qui tuetur *παλήσειε*, ductum a verbo *παλέω*, quod intransitivam vim habeat atque de copiis deperditis dicatur, probatque idem vir doctus eam interpretationem, quam Hesychius dedit, cuius glossa haud dubie ad hunc Herodoti locum pertinet. Coniecerat Valckenarius, probante Larchero: *εἴ τι πταίσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς*, id est *ἐάν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γένηται πταῖσμα*, ut est apud Diodor. XI, 15 coll. Thucyd. V, 16. Demosthen. [pag. 23. 155 coll. 1479 Reisk.] eoque etiam refert similis argumenti formulam: *εἴ τι παθήσειε*, *si quid eveniret classi*, cum talibus uti veteres consueverint *εὐφημισμοῖς*, ne belli tristem eventum memorarent, ut in Euripid. Phoeniss. 251. Iphigen. in Taur. 755, alibi. Negris, qui *παλήσειε* derivat a verbo *παλέω*, quod idem sit atque *πάλλω*, id sibi videri ait: *εἰ κινηθείη, εἰ ταραχθείη, εἰ σεισθείη* sive *εἰ βλαφθείη, εἰ διαφθαρείη.* Si vero locus emendatione egeat, forsitan scribendum esse putat: *εἴ κου λύσειε.*

ὣς δ' αὕτως] i. e. *eodem modo*, ut I, 215. II, 67. IX, 81. Coniunctim invenitur *ὡσαύτως* VII, 86. Ad *τριηκοντέρῳ* conf. IV, 148 ibique nott. de hoc navium genere VII, 97.

ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν] Haec formula, in utramlibet partem quae accipi potest, plerumque malam in partem adhibetur. Vid. allata ad III, 33 et de comparativo *νεώτερον* nott. ad III, 62. V, 19. Mox dedi *σφι ἐσήμαινε*, ut plures iubebant codd. pro *ἐσήμαινέ σφι*, quod tenuit Schaefer. Pro vulg. *Λεωνίδεα* dedi *Λεωνίδην*, ut VIII, 15, ubi vid. nott. *ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν* idem fere quod *ἀνεβάλοντο τὴν ἀποχώρησιν*, *haud sibi differendum, protrahendum putabant discessum.* Vid. Thucydid. VII, 15, ubi plura de hac locutione, quam attigit quoque Strangius in: Jahrbb. f. Philolog. Supplem. Vol. III. pag. 37, attulerunt Blomfield. aliique interpretes in edit. Popp. P. III. Vol. IV. pag. 402.

Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θε- 22
629 μιστοκλέης ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα, τὰ Ἴωνες, ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε· Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι καὶ τὴν Ἑλλάδα καταδουλούμενοι· ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστι τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε καὶ αὐτοί,

Cap. XXII.

ἐπιλεξάμενος] Corrigunt ἀπολεξάμενος, ut VIII, 101 coll. V, 110 (ubi vid. nott.), praesertim cum quod hic *eligendi* notione adhibetur verbum, ἐπιλέγεσθαι, idem mox (atque infra VIII, 136) *legendi* notione inveniatur: de quo monui ad III, 41. At *eligendi* significatione idem verbum invenimus VI, 73. VII, 10. §. 8. Tu vid. nott. ad VIII, 107. — In seqq. τὰ πότιμα ὕδατα de iis locis intelligo, quae aquam potabilem praebebant, quibus igitur appellere coacti erant Persae s. Iones, qui, uti mos fuit veterum, plerumque non eâ aquarum copiâ, qua ad longiora itinera opus est, naves instruxerant. Ad argumentum pertinet Plutarch. V. Themist. p. 116B. cap. 9, ubi literas a Themistocle insculptas esse tradit, ἢ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις. Attigit nuper Herodotea Curtius: Griech. Quell- und Brunneninschriftt. p. 179 (Abhandll. d. k. Gesellsch. d. Wiss. in Göttingen. Vol. VIII), ubi admonuit, loca, quae aquam praeberent bibendam vel hauriendam, per Graeciam maxime frequentata ipsisque statuis et inscriptionibus honorata fuisse: eamque ob causam Themistoclem addit his orae locis inscripsisse literas, quibus Iones incitaret, ut Persarum partes desererent.

ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα] Quae sequuntur verba usque ad vocem ἄνδρες, ea omnia absunt a Sancrofti libro alioque, in quo utroque codice non nisi haec leguntur: λέγοντα τάδε. Equidem librariorum socordiae tribuere malim quam glossam suspicari. Invenitur ἐντάμνειν γράμματα supra IV, 87 de Dario, qui lapideis columnis literas *insculpi* sive *insecari* (ut Latini quoque dicunt) iussit. Quod idem etiam Herodoto dicitur ἐγκολάπτειν I, 93. 187 coll. III Maccab. II, 27 et Franz. Elementt. Epigraphic. pag. 36. Vim articuli τοῖσι (ante λίθοισι), quae talis est, ut lapides significentur, qui ibi erant, bene notavit Sintenis ad Plut. Themistocl. 9. pag. 58. Ipsum Themistoclis factum callidum commemorant praeter Plutarch. l. l. Polyaenus I, 30, 6 et Aristides I. p. 314 (ubi cf. Schol. p. 234 Frommel.), notante Valckenario, cui merito videntur absurda et sophistarum more dicta, quae Themistocli tribuit Iustinus II, 12, falsoque ficta, quae Plutarchus II. pag. 305 D. (ubi nunc conf. Wyttenbach. Animadvers. II, 1. p. 80) scribit de fratre Themistoclis, Agesilao, quem ad Artemisium Graeci miserint speculatorem. — Ad locutionem τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ conf. allata ab Herbstio in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. III. p. 35.

οὐ ποιέετε δίκαια κ. τ. λ.] Spectat huc Eustath. ad Dionys. Perieg. 423. Tu conf. de sententia Herodotea nott. ad VII, 51. 150 coll. Diodor. Sic. XIX, 41. Iustin. II, 12, cui πατέρες sunt *conditores*. De participii (στρατευόμενοι) usu vid. Matth. Gr. Gr. §. 554, γ. Et conf. quoque VIII, 137. IX, 60. Ad verba: πρὸς ἡμέων γίνεσθε (*nostris a partibus state*) vid. I, 75 ibique nott. VIII, 60. §. 2.

ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε καὶ αὐτοί] i. e. *secedite e pugna ita, ut neutrius sitis partis, et*

καὶ τῶν Καρῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. εἰ δὲ μηδέτερον τούτων οἷόν τε γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε ἢ ὥστε ἀπίστασθαι, ὑμέες γε ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέετε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε. Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα ἔγραψε, δοκέειν ἐμοί, ἐπ' ἀμφότερα νοέων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλέα Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλεῖν καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, ἤ, ἐπεί τε ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας καὶ τῶν ναυμαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ.

quidem non solum vos ipsi, verum etiam Caribus, ut idem faciant, persuadete. Pro vulg. ὑμέες e Florentino reposui ὑμεῖς, quod Herodoteus sermo flagitat (vid. Bredov. pag. 282 seq.) idemque feci infra cap. 20. 143. 144 huius libri et IX, 87. Formulam ἐκ τοῦ μέσου ἕζεσθαι attigi ad III, 83. Schaefer. (ad Plutarch. Vit. Vol. V. p. 39) comparat cum his quod legitur apud Plutarch. Vit. Aristid. 10: ἐκποδὼν τοῦ πολέμου γίνεσθαι. — Vocula δὲ h. l. non sine vi quadam posita vel potius repetita est, monstrante Werfero in Actt. philoll. Monacc. I. pag. 93. Tu vid. nott. ad VI, 58.

ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε] i. e. *sed si graviori necessitate quam ut* (a Persis) *deficere possitis, estis adstricti s. coacti.* Ad locutionem Wesseling. bene affert Aeschyli Prometh. 108. Sophocl. Philoct. 1022. Ai. 123. Nec dissimilis locutio apud Herodotum I, 11 coll. IX, 16. — In seqq. ἔργον de ipsa *pugna* accipiendum, ut saepius, apud Thucydidem praesertim, cuius vid. I, 105. 107. II, 89. III, 108. 112. IV, 14. 25. 32. 34. 72. 96. 131 etc. Verbum συμμίσγειν attigi ad VII, 85. Ad ἐθελοκακέετε conf. nott. ad V, 78.

ἔγραψε] Schweigh. et Gaisf. dederant ἔγραφε, cuius loco quod e Sancrofti libro alteroque assumpsit Schaeferus ἔγραψε, id cum recentt. edd. omnibus tenui vel propter ἐνέγραψε, quod initio capitis sequentis legitur. — ἐπ' ἀμφότερα νοέων Schweigh. in Lex. Herodot. II. p. 125 reddit: *in utramque partem cogitans, rem deliberans.* Tu cf. etiam supra VIII, 3. Pro βασιλῆα dedi βασιλέα et pro vulg. μεταβαλέειν scripsi μεταβαλεῖν secutus Bredov. pag. 327, idemque feci VIII, 65 pro ἀποβαλέειν reponens ἀποβαλεῖν.

ἐπεί τε ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα] sc. τὰ γράμματα, ut haec verba si *renunciata* s. *relata essent* (Xerxi) *et in calumniam sive criminis suspicionem adducta apud ipsum, Iones suspectos* sive *fide dubios redderent* eosque a pugna navali amoverent. Haud aliter Herodotus in simili re IX, 98 fin. Nostrum locum excitavit G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV. p. 103 de vocula ἐπεὶ exponens, quae hîc fortius urgeat conditionem, cum, si ἐπεὰν dixisset Herodotus, nil nisi incertum esse indicasset, futurumne illud esset nec ne; indeque reddit: *si* (quod tamen si fieri posset, evitare cupiebat) *cognovisset Xerxes.* Quod nec mihi ille persuasit nec Baeumleinio (Griechisch. Mod. p. 237), qui hoc certe loco tale discrimen statui posse negat, quod vel additâ vel omissâ voculâ ἂν in talibus enuntiatis effici statuerat Hermannus. Voculae ἐπεὶ cum coniunctivo coniunctae exempla ex Atticis afferunt Sophocl. Antigon. 1025 Oedip. Col. 1226; de Homeri usu monuit Baeumlein. l. l. pag. 242; praeterea vid. Hartung: Lehre v. d. Partik. d. Gr. Sprach. II. p. 296. — De verbo διαβάλλειν conf. nott. ad V, 50. 97.

630 Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα 23 μετὰ ταῦτα πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ Ἱστιαιεὺς, ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίης τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ, νέας δὲ ταχέας ἀπέστειλαν προκατοψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἦν, οὕτω δὴ ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἁλὴς ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ἐπισχόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίην. ἀπικόμενοι δὲ τὴν πόλιν ἔσχον τῶν

Cap. XXIII.

Ἱστιαιεὺς] Ita plerique libri scripti cum Plutarcho II. p. 867 E. In Florentino exstat Ἰστιεὺς, in aliis duobus codd. Ἱστιεὺς, utrumque mendose. Hinc infra quoque nunc rectius pro vulg. Ἱστιαίων editur Ἱστιαιέων, ut dudum in mentem venerat Valckenario, probatum nunc cod. Sancrofti et Diodor. XI, 13 fin., ubi eadem narrantur, coll. Schol. Aristid. pag. 183 Frommel. De ipsa regione vidimus ad VII, 175. Hanc constanter apud Nostrum (cap. 23. 24. 25. 66) scribi Ἱστιαίην, nulla lectionis varietate, recte observat Bredovius p. 129 caute hanc lectionem retinendam esse ratus, neque scribendum Ἱστίαιαν, quae est Homeri aliorumque forma, in aliis nominibus in αια exeuntibus apud Herodotum quoque obvia et inde a Dindorfio (Commentat. de dialect. Herodot. pag. XI) et Dietschio recepta. — In seqq. pro ταχείας, quod vulgo legitur, Wesselingio dialectus flagitare videbatur ταχέας, idque vel invitis libris scriptis cum recentt. edd. reposui; vid. Bredov. pag. 158.

ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων] Quamvis praecedat νέας, subito deflectit scriptor, *viros* intelligens, qui in illis navibus inerant. Conf. modo IV, 110, ne plura.

ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ] i. e. *simul una cum sole spargente* (radios suos supra terram eamque illustrante), id est *prima fere luce*. Attigit Herodotea Eustathius ad Ili. pag. 691, 3 s. 568 extr. Tu vid. nott. ad Herodot. VII, 141. Wesselingius attulit Homerica: ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς Ili. VII, 451. 458 coll. XXIII, 227. Aeschyl. Pers. 502 (508 Blomf., quem vid. in Glossar.), itemque Philonis locum Vit. Contempl. p. 899 F., qui simili figura usus dixit σπείρειν ἀκτῖνας. Latini, eodem observante Wesselingio, *spargere lumine terras*, v. c. Lucret. II, 143. Virgil. Aen. IV, 584 coll. IX, 459. — Ad vocem ἁλὴς conf. VII, 157 aliosque locos, quos attuli in nott. ad I, 133.

μέχρι μέσου ἡμέρης] Excitat Matthiae Gr. Gr. §. 118. not. 1, ob formam μέσος, quae de masculino et feminino adhibeatur. Nisi potius h. l. neutrum est μέσον, unde pendet genitivus ἡμέρης, ut supra VIII, 15 κατὰ μέσον ἡμέρης, et apud Plutarch. Marcell. 18 init. διὰ μέσον τῆς πολιορκίας. Accedit, quod Herodotus, ut recte mihi monere videtur Bredov. pag. 273, ex adiectivis simplicibus in ος exeuntibus paucissima constanter communia usurpavit. — *Ellopia* terra dicitur fuisse Histiaeotidis pars occasum versus sita prope Cenaeum promontorium, bene distinguenda ab ea, quae in Epiro fuit *Ellopia* prope Dodonam; quamque utriusque regionis incolae perhibentur Pelasgi. Vid. Strabo X. p. 683 A. s. p. 445. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. VIII. pag. 247 seq. 249. 252 et conf. quae nuper disseruit Girard in: Archiv. des miss. scientifiques II. pag. 688. 696, qui Ellopiae nomine significari putat tractum montanum, in ea septentrionali insulae parte, quae ad occidentem potissimum spectat.

Ἱστιαιέων, καὶ τῆς Ἐλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιήτιδος, τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον.

24 Ἐνθαῦτα δὲ τούτων ἐόντων Ξέρξης ἑτοιμασάμενος τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα. προετοιμάσατο δὲ τάδε· ὅσοι τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἦσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι, ἦσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες, ὑπολιπόμενος τούτων ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς τάφρους ὀρυξάμενος ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κῆρυξ, σύλλογον ποιησάμενος παντὸς τοῦ στρατοπέδου ἔλεγε τάδε· Ἄνδρες σύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ ὑμέων παραδίδωσι, ἐκλιπόντα τὴν τάξιν καὶ ἐλθόντα θεήσασθαι, ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλέος δύναμιν ὑπερβαλέεσθαι.

25 Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων

πάσας ἐπέδραμον] Verbum ἐπιδραμεῖν de hostili incursione, quam sequitur vastatio, VIII, 32. Supra I, 161: *Μαιάνδρου πεδίον πᾶν ἐπέδραμε.* Add. Herodian. III, 9, 3 et Lex. Polyb. p. 270.

Cap. XXIV.

ἔθαψε] Vid. nott. ad V, 8. Quae sequuntur: **φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος**, ita Valcken. accipi vult: *et frondes iniecit arboreas terrae superingestae*, bene admonens, *super cadaver terram congerere* Graecis dici **ἐπαμήσασθαι γῆν**, et comparans Homer. Od. V, 482. Plutarch. II. pag. 982 B. Iamblich. V. Pyth. pag. 160 [cap. 31. p. 396 Kiessl.], alia. Vid. quoque Theognid. 428 (**καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον**) et quae attulit ad hunc locum Bergk: Poëtt. lyricc. Graecc. pag. 407. Agesilaum Xerxis factum imitantem monstrat Polyaen. II, 1, 23, qui idem VII, 15. §. 4 hoc ipsum Xerxis prodidit facinus. Verbum **ἐπαμησάμενος** Glossa Herodotea exponit *ἀνακινήσας*. Plura dabit Dorvill. ad Chariton. p. 423 seq. p. 366. **φυλλὰς** *congeriem* indicat *foliorum*, ut in Aeschyli Agamemn. 974 et 78, ubi in Glossario alios locos attulit Blomfield., quemadmodum **λιθὰς** est *imber lapidum* et **νιφὰς** *imber nivis*, observante Blomfield. in Gloss. ad Aeschyli S. c. Th. 146, cui add. Lobeck. in Dissertat. I. de terminatt. tertiae declinat. vicissitudine (Regimont. 1839) pag. 4 seq. — In seqq. vocem **στρατοπέδου**, ut supra vocem **στρατοῦ**, de *classe* accipio. Conf. nott. ad Plutarch. Philopoem. pag. 58 et add. Plutarch. Pericl. 27 init. Nic. 16. De ipso exercitu vidimus supra V, 75, ubi conf. nott.

τῷ βουλομένῳ — παραδίδωσι ἐκλιπόντα — καὶ ἐλθόντα θεήσασθαι] Simili modo a dativo ad accusativum transit oratio VI, 86. §. 1, ubi conf. nott. Pro **θεήσασθαι** unus codex **θεήσεσθαι**, quod cap. seq. invenitur. Tu conf. I, 8 ibique nott. — **μάχεσθαι πρός τινα** Noster quoque dixit II, 76. IV, 11. 180.

ὑπερβαλέεσθαι] Hoc verbum eodem *superandi* significatu VI, 9. 13. V, 124. VII, 163. 168. VIII, 123 et 140. §. 1. Pro **βασιλῆος** dedi **βασιλέος**, ut VIII, 26. 27.

Cap. XXV.

Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου] scil. **τοῦ κήρυκος**, quod simili modo abesse

σπανιώτερον· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θεήσασθαι, διαπεραιωθέντες δὲ ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς· πάντες δὲ ἠπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐ μὲν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς δια-
631 βεβηκότας Ξέρξης ταῦτα πρήξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ· καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν. τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ἐκέατο ἀλέες συγκεκομισμένοι ἐς τὠυτὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θέην ἐτράποντο, τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ἐπὶ τὰς νέας, οἱ δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα ἐς ὁδὸν ὡρμέατο.
Ἧκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίου 26

vidimus VIII, 11. Quae sequuntur verba: μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον, *nihil posthac navibus fuit rarius*, vivide omnium festinationem, qua ad terram escendere gestiebant, declarant. Mox pro vulg. θεήσεσθαι reposui cum recentt. edd. e Florentino libro alteroque Parisino θεήσασθαι, ut supra cap. 24. Ad verbum διεξιόντες cf. nott. ad VII, 100.

ἠπιστέατο] i. e. *putabant, existimabant*. Conf. allata ad VIII, 6. τοὺς κειμένους vocat mortuorum humi prostratorum cadavera. Haud enim infrequens verbum κεῖσθαι de interfectis, notante Sintenisio ad Plut. Themistocl. p. 57. Quod vero Cobet in Mnemosyn. IX. p. 288, mendum in his Herodoti verbis inesse existimans e dittographia ortum, scribi vult πάντας δὲ ἠπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι Λακεδαιμονίους, mihi non sine causa Noster, licet πάντες initio periodi scripserit, postea cum vi quadam addidisse πάντας videtur.

καὶ τοὺς εἵλωτας] Cf. VII, 202 ibique nott. et ad seqq. οὐ μὲν οὐδὲ Herod. IV, 205. VI, 72 ibique nott. IX, 7. §. 1. VIII, 130. Hartung: Lehre v. d. Partik. d. Griech. Sprache II. p. 167. Pro vulg. ὁρμέατο in fine capitis e Florentino recepi ὡρμέατο, vid. Bredov. pag. 308 et 330. Inde infra quoque cap. 35 et 109 revocavi ὡρμέατο pro vulg. ὁρμέατο idemque facere debui I, 83, ubi vid. nott.

Cap. XXVI.

αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης] „Arcades illos, qui hîc memorantur, *transfugas* ex Carya Arcadiae oppido advenisse statuens Heringa Obs. critt. pag. 156 testimonio maxime Vitruvii usus erat, qui lib. I. cap. 1 originem *Caryatidum*, quae in architectura vocantur, expositurus, *Carya*, ait, *civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit.*" *Schweigh.* Atque Heringae sententia placuit quoque Larchero. Mihi cogitandum videtur de Arcadibus hominibus, qui propter terrae inopiam atque egestatem mature iam coacti erant victum extra angustos patriae suae fines quaerere indeque primi inter caeteros Graecos mercede conducti militasse dicuntur: vid. Thucydid. VII, 57. Herodoto hi *Arcades Caryatae* dicuntur βίου τε δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι, *victus egentes et in agendo desiderantes occupari*, prouti accipi vult Valckenar. de voce ἐνεργὸς plura adiiciens, quae minus huc pertinent. Alia dabit Thesaur. Ling. Graec. Vol. III. p. 1067 ed. Dindorf. Ad vocem βίου confer Herod. I, 30. 31. 32. VIII, 51. 105, ne plura. Locutionem βίου δεόμενοι Negris bene interpretatur χρήζοντες τῶν πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων. In proxime seqq. revocavi ἄγοντες; una Aldina, cui adstipulatur Florentinus, ἀγαγόντες, quod Schaef. et Matth. retinnerunt. Tu vid. I, 9. III, 61 ibique

τε δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. ἄγοντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιέοιεν· εἷς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. Οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο, ὅ τι τὸ ἄεθλον εἴη σφι κείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται· οἱ δ᾽ εἶπον τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. Ἐνταῦθα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τριταντταίχμης ὁ Ἀρταβάνου δειλίην ὦφλε πρὸς βασιλέος. πυνθανόμενος γὰρ τὸ ἄεθλον ἐὸν στέφανον,

nott. IX, 95. — De tempore, quo ludi Olympiaci agebantur, conf. VII, 206 et quae plura afferuntur a C. Fr. Hermanno et B. Starkio: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 49. not. 11; per hoc autem tempus Graecos a bello abstinuisse induciasque constitutas fuisse satis constat; vid. ibid. not. 9. 10.

τὰ ποιέοιεν] Pro *τὰ* Florentinus liber affert *τὶ* et pro *ποιέοιεν* prave dat *ποιέειν*, tres alii codd. dant *τι ποιέοιεν*, unus liber cum Choricio Or. in summ. Duc. c. 22 *ὅ τι ποιέοιεν*.

εἷς δέ τις] *Tritantaechmem* fuisse sequentia declarare videntur. In seqq. pro *ἄγοιεν*, quod tuentur Mediceus liber, Florentinus, alii, *ἄγουσι* dant quidam libri, non improbante Schweighaeusero. Mihi displicet. Pro *κείμενον* olim legebatur *προκείμενον*, scriptis quoque libris invitis, si quidem simplex *κεῖσθαι* etiam dicitur de praemiis in certamine propositis. Conf. VIII, 93 et adhibe Creuzeri annott. ad Plotin. de pulcrit. p. 324, ubi nostrum locum attigit.

περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται] Duo codd. *περὶ ὅτεω*, quos debuisse scribere *περὶ ὅτεῳ* (quod Homeri ex usu idem fere atque *ὑπὲρ ὅτευ*, Odyss. II, 245. XVII, 471. XVIII, 402), annotat Schweighaeuser. Tu conf. de forma *ὅτευ* nott. ad I, 7. Ad indicativum *ἀγωνίζονται* in tali interrogatione conf. V, 6. VIII, 134, ne plura. Quod vero in proxime seqq. pro *τὸν διδόμενον στέφανον* Valcken. coniecit *τὸν ᾀδόμενον στέφανον*, coronam *illam* poëtarum, Pindari praesertim, *carminibus decantatam*, id merito displicuit Schweighaeusero. Indicatur autem h. l. corona oleagina victoribus in ludis Olympicis dari solita, quam *ἐλαίας γλαυκόχροα κόσμον* appellat Pindarus Ol. III, 23 coll. IV, 19. Nem. I, 26. Vid. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 50. not. 25 ed. sec. Apud Pausaniam V, 19. §. 3 est *κότινος* s. *oleaster; καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ᾽ αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους.*

Τριταντταίχμης ὁ Ἀρταβάνου] Idem esse videtur, qui VII, 82 memoratur. Alii pro Tritantaechma male substituunt *Tigranem*, qui quamquam et ipse Persa fuit (cf. VII, 62. IX, 95), nunquam tamen, ut bene notat Wesseling., Artabani dicitur filius.

δειλίην ὦφλε πρὸς βασιλέος] *ὦφλε* merito revocavit Schaeferus, idemque praebet Florentinus, Sancrofti liber cum Parisinis codd.; olim vulgo *ὦφλεε* legebatur, quod iure respuit Bredov. pag. 307 et 368. Itaque recte Matthiae et recentt. edd. inde a Bekkero exhibuerunt: *ὦφλε*. Conf. etiam nott. ad I, 118. Locutionem *δειλίαν ὄφλειν*, *culpam timiditatis sustinere*, illustrant similia: *αἰσχύνην ὄφλειν* apud Thucyd. V, 101, *γέλωτα ὄφλειν* apud Plat. Alcib. I. p. 121 B. Phaed. p. 117 A. Plura dabunt Koerner ad Euripid. Andromed. 188 coll. Reutero ad Demosthen. Philipp. I. §. 42. p. 78 seq., Wyttenbach. Ind. Graec. Plutarch. Opp. VIII, 2. p. 1152, Lothholz ad Basilii orat. cap. 5. pag. 51. Prae-

ἀλλ᾽ οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε ἐς πάντας τάδε· Παπαί, Μαρδόνιε, κοίους ἐπ᾽ ἄνδρας ἤγαγες μαχεσομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. Τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο.

Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐπεί τε τὸ ἐν Θερμοπύλῃσι 27
τρῶμα ἐγεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φω-
κέας, ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώ-
ματος καὶ τὸ κάρτα. Ἐσβαλόντες γὰρ πανστρατιῇ αὐτοί τε
οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτῶν ἐς τοὺς Φωκέας οὐ πολ-
λοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλέος στρατηλασίης, ἑσ-
632 σώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων καὶ περιέφθησαν τρηχέως. ἐπεί τε

positio πρὸς hic eodem modo adhibita, quo VII, 139. IV, 144, ubi vid. nott.

οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν] Participii usum attigi ad I, 206. Add. V, 19. VII, 139 ibique allata et conf. Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Pers. 843. De particulis *οὔτε — τε* diximus ad VI, 1. Voces *ἐς πάντας* Fischer ad Weller. III. pag. 154 recte interpretatur *coram omnibus*. Tu conf. allata ad IV, 97. Mox cum recentt. edd. pro *μαχησομένους* dedi *μαχεσομένους*. Tu vid. nott. ad VII, 102. Caeterum ipsa sententia, quam Tritantaechmam eloquentem facit Noster de Graecis, qui *non de opibus acquirendis certamen instituunt, sed de virtute*, vere Graeca est, barbaro homini tributa eum in modum, quo etiam passim per hos libros vidimus Persis hominibus tribui Graecas sententias, mores, alia id genus: de qua re diximus in Commentat. de vita et scriptis Herodoti §. 9 circ. fin.

CAP. XXVII.

Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ] Eadem locutio invenitur IX, 112, quam Hoogeveen. ad Viger. p. 111 interpretatur *interea temporis*. Add. Plut. Camill. 1. Pericl. 10. De voce *τρῶμα* conf. citt. ad VI, 132.

ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον] i. e. *quippe his semper infensi atque inimici*, proprie *intus habentes odium, iram*. Eadem locutio I, 118. VI, 119. Quare retinui *ἐνέχοντες* duobus firmatum codicibus. Florentinus liber cum reliquis *ἔχοντες*. Cf. nott. ad III, 59. Vetus autem Thessalorum in Phocenses odium iam indicat murus in Thermopylis exstructus, teste Herodoto VII, 176, disertisque verbis commemorat Aeschines De fals. legat. §. 39. pag. 46 coll. Plutarch. II. p. 244 B. Pausan. X, 1. §. 2. Polyaen. VI, 18, qui Herodotea refert, quae eadem tangunt, monente *Cr.*, Wyttenbach. ad Plut. l. l. Animadverss. II, 1. p. 4. 5, C. O. Mueller: Orchomen. pag. 414 seq., Thiersch. Epoch. d. bild. Kunst. pag. 161 ed. alter.

περιέφθησαν τρηχέως] Cf. citt. ad VIII, 18 et ad verbum *κατειλήθησαν* nott. ad I, 80. III, 12. IX, 31. Tu mente addas *ὑπὸ τῶν Θεσσαλῶν*, qui nimirum subita incursione Phocenses in Parnassum concluserant. — Pro *Παρνησσὸν* Florentinus liber cum alio cod. habet *Παρνησόν*. Sed antiquiorem scripturam eam esse, quae duplicatam habet literulam, contendit G. Pinzger in Iahn. et Seebod. Annall. phil. 1833. VIII, 3. pag. 290, recteque apud Nostrum hanc vocem constanter duplicatâ literâ scribi monet Bredov. pag. 96. Plura de hac scriptura excitat Bode in nott. criticc. in mythograph. Vatican. I. §. 189. pag. 60. Add. Ideler ad Aristotel. Meteorolog. Vol. I. pag. 456 et conf. quoque, qui Herodotea affert, Eustath. ad Ili. XIII. p. 945, 50 s. 921, 25. De ipso *Par-*

γὰρ κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες, ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι τοιόνδε· γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε τούτους καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσαλοῖσι, προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν αἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιή,

nasso, monte celeberrimo, veterum scriptorum locos exhibuit situmque eius indicavit Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 859; pluribus retulit Kruse: Hellas II, 2. pag. 4 seqq.; inter recentiores potissimum consulendus Ross, qui ipse montem adscendit, Wanderungg. in Griechenland. I. pag. 42. 55 seqq. itemque Ulrichs: Reisen u. Forschungg. in Griechenland I. cap. VIII. pag. 112 seqq., qui aeque accurate montem viasque ad eum ducentes descripsit. Etenim mons longe porrectus atque ex parte praeceps, multisque iugis et cacuminibus distinctus, quorum quod altissimum est (cf. ad VIII, 32 nott.), ad *septem* vel *octo mille* pedes usque escendere dicitur, refugium facile praebere poterat ac securitatem iis, qui e regionibus circumiacentibus iisque planis eo cedere coacti erant; nunc monti nomen ἡ *Λιάκουρα* sive τὰ *Λιάκουρα*, quod nomen nunc e *Λυκώρεια* ortum sit an ad Albanensium linguam pertineat (cf. Ulrichs l. l. pag. 121), haud disquiram: id unum afferam, quod idem Ulrichs. protulit, adhuc altissimam montis partem vocari τὸ *Λυκέρι*, quam ad 2459 metra Gallica sive 8196 pedes Helveticos usque adscendere testatur Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. p. 614. Tu conf. etiam Herodoti locos VIII, 32. 36. 37 et quae ibi adnotata sunt.

ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον] Elis vatibus excelluisse videtur, si quidem vates Eleus memoratur III, 132 itemque Tisamenus IX, 33, ubi vid. nott., et Hegesistratus IX, 37. Nec aliter Acarnanes vates Graecorum exercitum comitantur I, 62 (ubi vid. nott.) et VII, 219. Quae satis probant Graecorum morem, qui copiis ad bellum proficiscentibus plerumque addere solebant vatem eumque insignem, cuius vaticinationibus tanquam consiliis opportuno tempore in rebus gravioribus uterentur. De quo more nuper dixit C. Koehler de Graecorum mantice tractans in: Allgem. Kirchenzeit. (Darmstadt.) 1860. nr. 47. pag. 738 seqq.

σοφίζεται] i. e. *callide comminiscitur, excogitat.* Cf. III, 111 ibique nott. Alia quaeras in Wyttenbach. Indic. Graecit. Plut. Opp. VIII, 2. p. 1423. Additum pronomen *αὐτοῖσι* ad Phocenses spectat. Quod sequitur *γυψοῦν*, intelligo *cretâ obducere* s. *illinere*, *weiss anstreichen*, ut *λευκανθίζειν* *albo colore inductum, dealbatum esse:* sic Alciphron Epist. III, 30: *πάντα γὰρ ἡ χιὼν κατείληφε καὶ λευκανθίζουσιν οὐχ οἱ λόφοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κοῖλα τῆς γῆς.* Verbo *γυψοῦν*, quo Noster utitur supra III, 24, Polyaenus l. l. in eadem re enarranda usus scripsit: *γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα*; praeterea afferunt e Geoponicis IV, 15, 13 et 17.

δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας] i. e. *prodigium quoddam omnino esse putantes:* de usu vocis *ἄλλο* in talibus monui ad IV, 179 et II, 80 (add. Stallbaum. ad Platon. Phaedon. 54. p. 110E. et virum doctum in Philolog. XIV. pag. 615), ut minime opus sit scribere *ἄλλως*, uti iubet Burges in Prolegg. Thucydidd. pag. 221. — Ad ea, quae in sequentibus *de decima* narrantur, conf. allata ad VII, 132; de *Abis* vid. nott.

οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας ἀνέθησαν, τὰς δὲ ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ τὸν τρίποδα συνεστεῶτες ἔμπροσθε τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβῃσι ἀνακέαται. Ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν ἐργάσαντο τῶν 28
Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς· ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώρην τὴν ἵππον αὐτῶν ἐλυμήναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ, ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες ἀμφορέας κεινοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν· χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας. ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι

CAP. XXVIII.

πολιορκέοντας ἑωυτούς] Accusativus πολιορκέοντας, a quo ipso pendet ἑωυτοὺς, obiecti scil. accusativus, refertur ad τὸν πεζὸν, structura ad sensum magis conformata, quae neminem offendere debet; cf. modo Eltz. Quaest. Herodd. Spec. II. p. 333 (Jahrbb. f. Philol. Suppl. IX. p. 333). *Phocenses tam male tractaverant Thessalorum peditatum,* qui ipsos in Parnassum inclusos obsidione premebant. Invenitur verbum πολιορκεῖν hoc significatu VIII, 49.

ἐλυμήναντο ἀνηκέστως] Ad structuram verbi λυμαίνεσθαι cf. nott. ad VIII, 15 et de adverbio ἀνηκέστως vid. Herodot. I, 137. VI, 12. III, 154 ibique nott. Equitatum Thessalorum *insanabili* clade affecerunt Phocenses, unde nunquam vires recuperare possent. De Thessalorum equitatu conf. nott. ad V, 63.

κατὰ Ὑάμπολιν] *Hyampolis* in Phocensium ditione sita iam Homero (Ili. II, 521) fuit cognita, sed bello Persico et postea bello sacro eversa est. De ipso loco, quo fuit exstructa, haud liquet: conf. Mannert. VIII. pag. 176 seq., C. O. Mueller. Orchomen. pag. 496 seq. 499 coll. p. 39. 40, Kruse Hell. II, 2. p. 75; in angustae vallis Opuntem versus porrectae introitu sitam fuisse urbem statuit Leake: Travels in Northern Greece II. pag. 167 seq., ubi vid. plura; alia dabit Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 913. Add. Vischer: Erinnerungg. aus Griechenland p. 628. Cum hac autem Herodoti narratione de Phocensium fraude conferantur Pausaniae et Polyaeni loci supra cap. 27 laudati. — κεινοὺς (i. e. *vacuos* urceos) Noster scripsit neque κενεούς, ut in Aldina impressum legitur: vid. Bredov. pag. 150. Mox χοῦν dixit terram effossam et egestam, quae urceis superiniecta solum aequatum prorsus reddebat; conf. I, 150. VII, 23.

ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας] i. e. *sperantes se facile abrepturos ac primo quoque impetu oppressuros esse Phocenses.* Cf. IX, 59 fin. ibique nott. Metaphoram ab aquila ductam vult Schweigh. in Lex. Herod. II. pag. 43, praedam e terris sublimem rapiente. Tu vid. Plut. Mar. 11. p. 412A. et Pompei. 7. p. 622A. Caes. 24. p. 719F. Oth. 9. p. 1070E. Eoque etiam pertinet, quod proxime legitur, φερόμενοι, i. e. *cum impetu delati*, ut reddit G. Hermann. ad Viger. p. 778 de usu huius participii et significatione plura disputans et Herodotea citans VIII, 91. IX, 102 coll. II, 29. Add. VIII, 39.

29 τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Τούτων δή σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες ἔγκοτον οἱ Θεσσαλοὶ πέμψαντες κήρυκα ἠγόρευον τάδε· Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν. πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλλησι, ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἥν- 633 δανε, πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ τοσοῦτο δυνάμεθα, ὥστε ἐπ' ἡμῖν ἐστι τῆς γῆς τε ἐστερῆσθαι καὶ πρὸς ἠνδραποδίσθαι ὑμέας. ἡμεῖς μέντοι τὸ πᾶν ἔχοντες οὐ μνησικακέομεν· ἀλλ' ἡμῖν γενέσθω ἀντ' αὐτῶν πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου, καὶ ὑμῖν ὑποδεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην ἀποτρέψειν.

30 Ταῦτά σφι ἐπηγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν

τὰ σκέλεα διεφθάρησαν] i. e. *cruribus fractis perierunt.* Supra I, 38 alter filiorum Croesi dicitur διεφθαρμένος τὴν ἀκοήν, ubi conf. nott. Pausania, qui Thucydidem VII, 27 imitatur, auctore l. l. equi, equitibus in foveas praecipitatis, ἀπεχωλοῦντο, i. e. *cruribus fractis claudi sunt facti*, ita ut discedere non possent. De voce σκέλεα conf. nott. ad VII, 67.

CAP. XXIX.

ἔχοντες ἔγκοτον] Conf. nott. ad III, 59.

ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὅμοιοι ἡμῖν] i. e. *nunc saltem meliora edocti intelligite pares vos nobis non esse.* Ita Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 136. Tu vid. nott. ad III, 25. VII, 130.

ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἥνδανε] i. e. *quamdiu illa* (Graecorum scil. res, τὰ τῶν Ἑλλήνων) *nobis placuerunt, quamdiu illorum partes secuti sumus.* In seqq. πλέον φέρεσθαι indicat: *superiorem esse aliquo*, quo eodem fere sensu πλέον ἔχειν τινός IX, 70. Et conf. etiam ad VII, 211 allata. Mox pro vulg. τοσοῦτον Bredovium pag. 105 secutus scripsi τοσοῦτο.

ἐπ' ἡμῖν ἐστι] i. e. *in nostra est potestate, penes nos est, vos agro exui ac praeterea in servitutem redigi.* Ad locutionem ἐπ' ἡμῖν ἐστι conf. Theocrit. XV, 72. Euripid. Alcest. 455 et quae alia protulit Fischer ad Weller. III. pag. 235. In seqq. τὸ πᾶν ἔχειν valet: *omnem potestatem, omne imperium tenere.* In seqq. verba οὐ μνησικακέομεν redde: *acceptarum iniuriarum memores haud sumus*, neque vobis irascimur; conf. Thucydid. IV, 74 et quae alia afferuntur in Thesauro Ling. Graec. Vol. V. pag. 1120. *Quinquaginta*, quae postulantur, talenta efficiunt summam florenorum 130291 et 21 crucigg. ex Wurmii rationibus. Ad τὰ ἐπιόντα conf. nott. ad VII, 157, ubi iam commemoravimus Naberum (in Mnemosyn. IV. p. 28) hoc loco rescribi iubentem τὸν ἐπιόντα ob alios Nostri locos similes, qui tamen a nostro loco ita differre videntur, ut τὰ ἐπιόντα Noster consulto hic scripsisse putandus sit, si quidem Thessali promittunt, se quidquid Phocenses adgrediatur inque eorum terram invadat (sive Persas sive etiam Graecos) aversuros esse.

CAP. XXX.

οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι κ. τ. λ.] „Si vero nititur Pausaniae X, 1 fin. narratio, Phocenses cum Persa, necessitate compulsi, ὑπ' ἀνάγκης, primum fecerunt, postea ad Graecorum societatem reversi. Non ita Noster hic et superiore libro c. 203 et 218.“ *Wesseling.* Ad formulam ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω conf. nott. ad VII, 24. Mox dedi

οὐδὲν, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν· εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων αὖξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες. ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν οὔτε δώσειν ἔφασαν χρήματα, παρέχειν τέ σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ ἄλλως βουλοίατο· ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἑκόντες εἶναι προδόται τῆς Ἑλλάδος. Ἐπειδὴ δὲ ἀνηνείχθη- 31
σαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ, κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐγένοντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν

αὖξον, pro vulg. ηὖξον, cum augmentum absit ab hoc verbo, ut docuit Bredov. pag. 310, quo eodem auctore pag. 296 supra dedi ἐπηγγέλλοντο pro vulg. ἐπαγγέλλοντο.

κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν] i. e. *nulla alia de causa, quam quia oderant Thessalos*, ut bene reddit Valckenar. Nam τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν odium dicit, quo Thessalos prosequebantur Phocenses, ut IX, 38 τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων et τὸ ἐς Λακεδαιμονίους IX, 37, ubi citant Diod. Sicul. XVII, 24 τὴν εὐεργεσίαν τῆς γυναικὸς, *benevolentiam erga mulierem*. Add. Herod. III, 136. Supra VIII, 22 Noster ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον. Simillima e Thucydid. I, 103. IV, 1. VII, 57 coll. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 25 et XII, 53 protulit Valcken. de Latinis citans I. Fr. Gronov. ad Liv. XXXIV, 26, de quibus Wesseling. laudaverat Cort. ad Sallust. fragmentt. pag. 936. Ut ad Herodoti locum revertar, κατὰ hîc valet *ob*, *propter*, ut VI, 51. II, 44. VII, 136. IX, 15. 109. In clausula addam Pseudo-Plutarchi locum (II. p. 868 C.), qui probabilem Herodoti coniecturam, quae simul virum prodit a partium studio alienum veroque indagando unice intentum, malevolentiâ evertere frustra nititur, ut indicat Valckenar. Carpit enim Plutarchus, popularium suorum partes suscepturus, Herodotum solo in Thessalos odio ductos a Persis non stetisse Phocenses declarantem, qui omnia pro Graecorum libertate egerint summaque mala perpessi sint. In quo Plutarchum non prorsus a vero aberrasse existimat Lahmeyer: De libelli Plutarchei qui de malign. Herod. inscrib. etc. pag. 71, cum Herodotus opinionem suam non satis argumentis necessariis stabilierit: quamquam in huius ipsius auctoritate acquiescendum esse et ipse statuit. Atque in hac nobis quoque acquiescendum videtur, cum Herodotum, quem in omnibus, quae perscripsit, veri studiosissimum fuisse constat, sat idoneas rationes causasque habuisse existimemus, quibus commotus hanc de Phocensibus sententiam professus est. Conf. Dahlmann. Herodot. p. 183.

οὔτε δώσειν — παρέχειν τε] Scil. οἱ Φωκέες. De οὔτε — τε vid. allata ad VI, 1. — Verbum παρέχειν attigi ad VIII, 8. De locutione ἑκόντες εἶναι vid. nott. ad VII, 164.

Cap. XXXI.

ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ] De locutione cf. nott. ad V, 14. De *Trachinia* terra conf. VII, 199 ibique nott. In seqq. ποδεὼν est extrema pars regionis in angustam veluti laciniam excurrens, docente Schweigh. in Lex. Herodot. II. p. 215. Langius vernacule expressit: *ein schmaler Strich.* Conf. etiam Herod. II, 121. §. 4 et quae alia afferuntur in Thesaur. Ling. Graec. Vol. VI. pag. 1276 ed. Dindorf. Ad hunc vero ποδεῶνα, intra Phocidem et Maliensium terram protensum, C. O. Mueller Orchomen. pag. 498 refert urbes Lilaeam, Carphaeam ac Dryopem, quae Persico bello Doricae, postmodo Phocensium et ex parte Locrorum ditioni fuerint accensae. Veram enim ac propriam Doridem tetrapoli contineri addit, ad quam

δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, ἥπερ ἦν τὸ παλαιὸν Δρυοπίς· ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίναντο ἐσβαλόντες οἱ βάρβαροι·
32 ἐμήδιζόν τε γάρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησσοῦ 631
ἀνέβησαν· ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδέη δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐπ' ἑωυτῆς· Τιθορέα οὔ-

Pindum, Boium, Cytinium et Erineum ille refert.

τῆς τε Μηλίδος] Μηλίδα γῆν supra dixerat VII, 198 (ubi vid. nott.). Callimach. in Del. 287. Itaque recte Wesseling. respuit Μηλιάδα, quod Florentinus cum tribus aliis affert, quodque exhibuit Dietschius; Bekkerus et Dindorf. retinent Μηλίδος. De ipsa regione vidimus ad VII, 132.

ἥπερ — Δρυοπίς] ἥπερ non ad proxime antecedens τῆς Φωκίδος χώρης pertinere, sed ad superius τῆς Δωρίδος ποδεῶν, recte monet Larcherus. Duo codd. cum Valla h. l. afferunt Δρυοπίης, quae forma etiam invenitur apud Schol. Apollon. Rhod. I, 1212. De ipsa terra conf. I, 56 ibiq. nott. VIII, 43. Add. Leake: Travels in Northern Greece II. pag. 94, Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 902 seq. Ad seqq. ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις κ. τ. λ. conf. Scymn. Ch. 595 ibique Gail. p. 379 coll. Thucyd. III, 92. Scylac. §. 63. p. 274.

ἐσβαλόντες] Ita e Florentino, aliis dedi cum recentioribus edd. Vulgatam ἐσβάλλοντες retinuit Matthiae. Ad sequens ἐμήδιζον suppl. οἱ Δωριεῖς e praegressis ταύτην τὴν Δωρίδα γῆν.

καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι] „*neque Thessalis videbatur*, nempe *vastanda* Doris; horum enim ductu Persae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant.“ *Valcken.*

Cap. XXXII.

κατὰ Νέωνα — ἐπ' ἑωυτῆς] Male olim ὑπ' ἑωυτῆς. Nam indicatur locus *seorsim situs*. Conf. I, 202 ibique nott. Itaque minus recte Larcherus ἐπ' αὐτῆς: et *sur la quelle est bâtie*. Probat tamen Clarke: Travels II, 3. cap. VII. p. 217. not. 5, ubi etiam probatur emendatio κειμένην pro κειμένη. Nobis nulla mutandi causa apparuit. Urbem Νέωνα, quam hinc citat Stephanus Byzantinus p. 588, Νεῶνα scribit Harpocrat. s. v. Νεῶσι. Apud Pausan X, 32. §. 6 editum video a Siebelisio (p. 160. 287) Νέωνα, ut X, 2. §. 2. 3. §. 2 coll. Strab. IX. p. 439 s. 641: sed Schubart. exhibuit Νεῶνα. Valet autem κατὰ Νέωνα *ad Neonem oppidum s. e regione oppidi Neonis*, siquidem hoc oppido, ut e cap. 33 patet, incenso Phocenses hoc in vertice Parnassi separato tuti erant a Persarum ac Thessalorum impetu. Itaque probabile est, ad verticis radicem Neonem fuisse sitam, ubi postea fuit Tithorea urbs. Qui igitur apud Herodotum pro Neone *Cleonas* (Κλεωνὰς) refingi voluit Larcherus, egregie ille lapsus est, bene monente Krusio: Hellas II, 2. p. 81. Quod vero illum verticem *Tithoream* appellari Noster scribit, quam Plut. Syll. 15. pag. 461 vocat τὴν Τιθόραν, ubi Τιθορέαν reponendum esse recte monuit Bredov. pag. 129; Pausanias l. l., ubi Tithoream urbem commemorat octoginta stadiis

νομα αὐτῇ· ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν. οἱ δὲ πλεῦνες αὐτῶν ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἄμφισσαν πόλιν, τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην. Οἱ δὲ

remotam Delphis, Herodoteo hoc loco allato subiicit, videri utique totam aliquando regionem Tithoream fuisse nuncupatam, postea vero factum esse, ut, cum e diversis pagis in unam se urbem denuo contulissent, urbs haecce nomen Tithoreae obtineret, neque amplius *Neonis* nomine vocaretur. Nunc Tithoreae locum scribunt occupare pagum *Beluzza*, quem alii *Belitza* s. *Velitza*, *Velytza* efferunt. Vid. Siebelis ad Pausan. l. l. p. 286, Kruse: Hellas II. p. 81. 82 coll. p. 6, Forbiger l. l. III. p. 910, Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. p. 624. Exstant enim ibi adhuc reliquiae turris ac vallorum, quibus imminet vertex praeceps (τὰ ἄκρα, ut VI, 100), in quem probabiliter Phocenses se receperint. Repraesentantur in opere splendido E. Dodwelli: Views and Descriptions of Cyclopian or Pelasgic Remains in Greece and Italy (London 1834), Tab. XLII et XLIII. pag. 22. Attigit quoque Clarke l. supra l. p. 216. Ac Plutarcho si fides, Syllae tempore Tithorea arx tantum fuisse videtur in colle Parnassi undique declivi ac praecipiti exstructa (φρούριον ἀπορρῶγι κρημνῷ περικοπτόμενον), quo Phocenses fugientes se servarint. Itaque Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ quae ab Herodoto dicitur, summum opinor declarat Parnassi, qui est mons continuus longe porrectus (vid. nott. ad VIII, 27), cacumen, quod supra Tithoream s. Velitza escendit ad septentrionem potissimum atque ad orientem quoque vergens, unde late patet prospectus in Phocensium terras ipsiusque Boeotiae regiones infra sitas: de quo monuerunt Ross pag. 56 et Ulrichs p. 121 in iis libris, quos in nota ad VIII, 27 indicavimus: negat tamen Ulrichs p. 55 id cacumen, cui Tithoreae nomen Noster tribuit, omnium altissimum esse: accessu difficillimum esse concedit; alterum cacumen, quod prope Lycoream escendit montique nunc nomen dedisse videtur (vid. nott. ad VIII, 27), altissimum videtur Ulrichsio; meridiem versus potius hoc situm est et ad Delphos spectat; propter haec duo cacumina, praeter quae etiam alia surgere dicuntur altitudine inferiora, quae ad meridiem Delphos prospectant (cf. nott. ad VIII, 37), *bicipitem* veteres dixisse Parnassum satis constat.

ἀνηνείκαντο] i. e. *res suas eo* (in superiorem locum) *secum comportarunt*, ne scil. hostium in manus inciderent. Accusativum obiecti (τὰ κτήματα s. χρήματα), quem posuit III, 148 coll. IV, 36, neque hic addidit, neque ad ἐξεκομίσαντο (*res suas exportarunt* securitatis causa), quod supra VIII, 20 coll. 36 invenitur.

ἐς Ἄμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην] Κρισαίου retinui cum recentt. edd., quamvis duo codd. Κρισσαίου cum Valla. Nam apud Thucydidem quoque meliores codd. hanc vocem una litera σ scriptam exhibent. Plura Duker. et Poppo (I, 1. p. 210) ad Thucydid. I, 107 et Wasse ad Thucydid. II, 69. *Campus Crisaeus* ad Parnassi et Cirphidis radices extensus valde praedicatur a veteribus, quamquam incultus iacuit, cum deo esset consecratus. Quin etiamnum insignem fertilitatem, qua multum frumenti profert oleasque alit, laudant peregrinatores. Vid. Kruse: Hellas II, 2. p. 12. 13 et Leake: Travels in Northern Greece II. p. 583 seq., Grote: History of Greece IV. p. 81. Ac nuper pluribus de campo Crisaeo exposuit Ulrichs in: Denkschrift. d. Münchner Akad. Vol. XVI (III, 1). pag. 75–98 et: Reise nach Griechenland I. p. 17 seqq. 28 seqq., itemque Preller in: Bericht. d. Verhandll. d. sächs. Akad. d. Wissensch. 1854. hist. philol. Class. III. IV. pag. 120. De Crisa et Cyrrha scripsit quoque I. F. G. Tetschke in

*βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ
γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν· ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέ-
φλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ*
33 *ἱρά. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν
ἐδήϊουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ*

programmate Stralsund. 1854 edito. Ubi desinit campus occasum et septentrionem versus, exstructa fuit *Amphissa*, Locrorum ditioni accensa, ad radices montium, qui olim ad Parnassum pertinebant quibusque nunc nomen *Kophinas* et *Elatos*. Laetissimam esse regionem, unde late pateat prospectus, testantur recentiores. Nunc pauca quaedam urbis dirutae exstant reliquiae non procul ab urbe *Salona*, ut nunc dicitur. Plura vid. apud Krusium l. l. II, 2. pag. 161 seq. coll. 151 et Forbigerum l. l. p. 907. Conf. etiam Leake l. l. II. pag. 587 seq., Ross: Wanderungg. in Griechenl. I. pag. 70. Repraesentavit has reliquias, quae ad arcem pertinuerunt, Dodwellus opere laudato tab. XXXII et XXXIII; Crissaei campi, ut nunc quoque vocant, conspectum dedi tab. XXXVII. De *Locris Ozolis*, qui ad occasum longius remoti ab iis locis, in quibus pugnatum est, incolebant terram, quae satis tuta videbatur, vid. Krusius l. l. II, 2. p. 148 seqq., Forbiger l. l. III. pag. 904. 907. Tu conf. etiam supra Herodot. VIII, 1.

ἐπέδραμον] Conf. VIII, 23. In seqq. ad *ἐς τὰς πόλεις καὶ ἐς τὰ ἱρὰ* conf. VI, 9 ibique allata. Cum verbis *ὁκόσα δὲ ἐπέσχον* compara Pausan. X, 23. §. 3: *ὅσην ἐπεῖχεν ἡ τῶν Γαλατῶν στρατιά*. Noster infra cap. 35: *ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος*. Add. I, 104 et cf. I, 108. VII, 19. — De templis incensis conf. nott. ad V, 102; longe utique gravior Thessalorum culpa, qui non solum reliquis urbis domibus, sed templis etiam ignem immitterent, nec humanarum nec divinarum rerum ullam rationem habentes.

Cap. XXXIII.

παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν] *Cephissus* fluvius primarius fertur in Phocide, pluribus memoratus scriptoribus, ad septentrionale Parnassi latus in ipsius Phocidis ac Doridis confiniis orsus prope Lilaeam veterem, non longe a vico Suallo, ut nunc dicunt. Ipsum fluvium nunc vocant *Mauropotamo*, i. e. *fluvium nigrum*, de quo plura vid. apud Forbigerum: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 916 seq. et Krusium l. l. II, 2. p. 14. 15. Add. Leake: Travels in North. Greece II. p. 82 seq.

κατὰ μὲν ἔκαυσαν] Tmesin hîc et VIII, 89. IX, 5 obviam attigerunt Matth. Gr. Gr. §. 594 et Kuehner §. 619. not. 1. Tu vid. allata ad I, 194. VII, 164 et ad VIII, 89. Ad argumentum loci praeter Plutarchum, qui II. p. 868B. *tredecim* ex Herodoto scribit urbes Phocensium a Persa incensas (cum rectius scripsisset *πεντεκαίδεκα*, si quidem h. l. *duodecim* et paulo post *tres* memorantur urbes a Persis incensae), comparatur inprimis Pausanias X, 3. §. 2 coll. 33. §. 6. 34. §. 1, ubi de Phocidis oppidis a Xerxe et longe post a Philippo Macedone per bellum sacrum eversis loquitur. Quam Herodotus vocat *Δρύμον* sive *Δρυμὸν*, ut Dindorf. et Dietschius ediderunt, eam appellat *Δρυμαίαν* cap. 3. §. 2 et 33. §. 6, ubi Siebelis pag. 297 attulit Stephani Byz. locum, ubi *Δρυμία*. Sed Kruse (Hell. II, 2. p. 87. 88) ibi legi vult *Τριταία*. Utut est, nunc ibi vicum *Baba* esse notat Mannert. VIII. p. 171 seq. Gellius ruinas, quas intra Lilaeam ac Dadi invenit, ad Drymaeam pertinuisse arbitratur. Conf. Siebelis ad Pausan. l. l. pag. 300 et Kruse l. l. Non procul a vico Klunista quae adhuc reperiuntur ruinae, eas ad Drymaeam veterem relatas vult Leake l. l. II. pag. 87 seq. De situ *Charadrae*, quam uterque scriptor nomi-

Χαράδρην καὶ Ἔρωχον καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν καὶ Νέωνα καὶ Πεδιέας καὶ Τριτέας καὶ Ἐλάτειαν καὶ Ὑάμπολιν καὶ Παραποταμίους καὶ Ἄβας, ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλού-

nat, non prorsus liquet. Conf. Kruse l. l. pag. 84 seq. Nec magis liquet de *Erocho*, quae, si recte statuit Kruse l. l. p. 69, probabiliter quaerenda est intra Charadram et Tethronium, ubi sane oppidi cuiusdam reliquiae exstare dicuntur prope vicum Suallo. Apud Pausaniam l. l. scribitur Ἐρωχός. *Tethronium*, sive *Tithronium*, ut Pausanias appellat l. l. coll. Stephan. Byz. s. v., Locridis oppidum fuisse ad Thermopylarum angustias situm, ex Aeschin. De fals. legat. §. 37 et Diodor. XVI, 33 cognoscitur. Ruinas urbis sunt qui ad laevam Cephissi ripam quaerant, ubi nunc *Mulki*, non valde remotum a Dadi; alii ad dextram Cephissi collocant; minus recte, ut videtur. Cf. Siebelis l. l. p. 297, Kruse II, 2. p. 86, Leake l. l. pag. 86. 87. Ἀμφίκαιαν urbem Pausanias l. l. vocat Ἀμφίκλειαν, quae fuit recentior urbis appellatio, Pausaniae tempore sollemnis, cum prius appellaretur Ἀμφίκαια. Vid. Siebelis l. l. p. 296, ubi recentiorum peregrinatorum testimonia (quibus add. Leake l. l. pag. 86, Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. p. 621. 625) attulit, quibus Amphiclea vetus cum oppido *Dadi* sic satis convenire videtur. Ac sane Clarke (Travels II, 3. cap. 8. p. 225 et 227) ad Amphicaeam referri vult moenium grandium ac turrium reliquias prope locum Dadi in colle sitas. At Kruse l. l. p. 8 mavult cogitari de eo loco, qui occasum versus a vico Ternitza prope Oglunitza quasdam oppidi reliquias in colle contineat, duas horas a Dadi remotas, quae ipsa multo propior Lilaeae sit. De *Neone* diximus ad VIII, 32. Πεδιέας et Τριτέας neglexit Pausanias. Ad hos quod referunt Τριταιέας apud Thucydid. III, 101 (ubi vid. interprett.), recte observare videtur Kruse l. l. pag. 88, hosce Thucydidis *Tritaeenses* alios esse atque Herodoti *Tritenses*, qui teste Stephano Byz. ad Locros Ozolas pertinuerint eumque fere locum tenuerint, quem nunc obtineat pagus Turcochori; conf. etiam Forbiger. l. l. III. pag. 913 seq. Idem Kruse l. l. p. 89 *Pedienses* intra Neonem (Belitza) et Tritaeam (Turcochori) collocat. Leake l. l. II. pag. 89 seq. Pediensium oppidum prope Cephissum in planitie, quae inter Tithoream et Elateam interest, situm fuisse vult, ubi adhuc ruinae, quibus nomen *Palea Fiva*, reperiuntur: addit tamen idem vir doctus, Ledon urbs cum ab Herodoto commemorata haud sit, haud improbabile videri, huius urbis locum olim tenuisse Pediensium oppidum. Quae quam dubia sint, nemo non videt.

καὶ Ἐλάτειαν] *Elatea* omnium Phocidis terrae urbium maxima perhibetur loco sita ad Boeotiam invadendam valde opportuno. Vid. Pausan. X, 34. §. 1 ibique Siebelis p. 300, qui recentiorum quoque peregrinatorum attulit testimonia de situ urbis, in cuius locum nunc cessisse volunt vicum *Eleuta* s. *Elefta, Lefta*, a Tithorea duabus horis distantem. Plura Kruse II, 2. pag. 76 seq. Add. Leake l. l. II. p. 82 coll. 188, quem sequitur Forbiger l. l. III. pag. 914. Minus recte alii vicum Turcochori huc referunt: conf. Clarke Travels II, 3. cap. 8. pag. 225, qui ipse eo inclinare videtur. De *Hyampoli* vid. nott. ad VIII, 28; de *Abis* nott. ad I, 46 coll. VIII, 27. Add. Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. p. 627 seqq. *Parapotamios* recenset quoque Pausanias X, 3. §. 2. 33. §. 4 coll. Strabon. IX. pag. 424 s. 649 A. et Plutarch. Vit. Syll. 16, qui τὴν πρότερον μὲν γενομένην ἀκρόπολιν τῶν Παραποταμίων commemorat, in cuius locum, urbe eversa, cesserat λόφος πετρώδης καὶ περίκρημνος τοῦ Ἡδυλίου διωρισμένος ὄρους κ. τ. λ. Παραποταμία exstat apud Stephan. Byz. s. v. pag. 626. Quae a Persis incensa et post restituta fuit

*σιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμέ-
νον· ἦν δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἐστὶ χρηστήριον αὐτόθι· καὶ
τοῦτο τὸ ἱερὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν· καί τινας διώκοντες
εἷλον τῶν Φωκέων πρὸς τοῖσι οὔρεσι, καὶ γυναῖκάς τινας διέ-
34 φθειραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ παρα-
μειβόμενοι οἱ βάρβαροι ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας· ἐνθεῦτεν δὲ
ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτῶν ἐσχίζετο. τὸ μὲν πλεῖστον
καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον
ἐπ' Ἀθήνας ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς γῆν τὴν Ὀρχομενίων.*

urbs, bello sacro iterum eversa non amplius effloruit, cum Pausaniae aetate vel ruinae periissent, ut ne locus quidem, ubi sita fuerit, certo definiri possit. Conf. Siebelis ad Pausan. l. l. pag. 295 et potissimum Kruse II, 2. pag. 72 seqq., qui Gell. secutus urbem collocat in Cephissi valle infra Anemoriam, ad cuius laevam castellum, quod in prominenti saxo fuit exstructum, prope *Belesch* sive *Bélissi*, ut scribit Leake, l. l. II. pag. 97 eadem tradens, duarum horarum intervallo ab Elatea remotum eo pertinuisse censet.

καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος] i. e. *mulieres quasdam interfecerunt, plurimi numero cum ipsis se miscentes s. ipsis vim inferentes.* Verbum *μίσγεσθαι* de viro (cf. II, 64. 89. I, 198. III, 118) aeque ac de muliere dici (I, 5. 199) iam supra ad I, 5 adnotavimus.

Cap. XXXIV.

ἐς Πανοπέας] Legitur urbis nomen VIII, 35 coll. Pausan. X, 4. §. 1 ibique Siebelis pag. 162, qui, recentiorum quoque testimoniis allatis, urbem supra Orchomenum et Chaeroneam sitam fuisse narrat, ubi nunc vicus reperitur *Agios Blasios*. Hic scilicet vicus ad radicem collis exstructus est, in cuius cacumine adhuc ruinae urbis Panopensium conspiciuntur; vid. Ulrichs: Reisen u. Forschungg. in Griechenl. I. pag. 151, Leake l. l. II. pag. 109 seq., Ross: Wanderungg. in Griechenl. I. pag. 42. Vetus urbs postea bello sacro iterum eversa a Romanis Sylla duce ita vastata est, ut Pausaniae aetate prorsus diruta iaceret. Alia dabunt Mannert. VIII. p. 179, Kruse II, 2. pag. 59, Forbiger l. l. III. p. 913. In E. Dodwelli opere paulo ante laudato tab. XLVI exhibentur hae murorum reliquiae maximae molis et sane mirandae, ut a Cyclopibus exstructi illi videantur.

ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτῶν ἐσχίζετο] i. e. *inde vero eorum exercitus dum dividebatur* (in duas partes), *in duas vias abiit divisa.* Tu vid. supra II, 17: *Νεῖλος σχίζεται τριφασίας ὁδούς* et conf. etiam VII, 31: *σχιζομένης τῆς ὁδοῦ.* Schweighaeuserus in Lexic. Herod. I. p. 157 explicuit: „*delectu militum instituto* discretus est *exercitus et bifariam divisus*"; mihi de nullo delectu militum hîc sermo esse videtur, sed tantum de exercitu in duas partes dirempto sive diviso. Conf. etiam de verbo *διακρίνεσθαι* (*dirimi* indeque *digredi*) VII, 219. VIII, 18 coll. VII, 156. — In verbis proxime sequentibus *ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ* suspiceris licet scriptum fuisse *ἅμα αὐτῷ τῷ Ξέρξῃ*, aut *ἅμα τῷ Ξέρξῃ*, nisi in huiusmodi locutionibus articulum etiam abesse posse credas propter ea, quae ad III, 45 allata sunt et ad VIII, 17. Supra quoque VIII, 23 Noster omisso articulo scripsit: *ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ.*

ἐς γῆν τὴν Ὀρχομενίων] Articulum *τῶν*, quem post *γῆν* inserunt, delevi auctoritate Florentini libri, atque ex Aldina revocavi: *ἐς γῆν τὴν Ὀρχομενίων*, quoniam sic aliis quoque locis, quos allatos vide apud Bredov. pag. 84, Noster dicere con-

Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε· τὰς δὲ πόλις αὐτῶν ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ, τῇδε βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ, ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο.

Ἄλλοι δὲ αὐτῶν, ἡγεμόνας ἔχοντες, ὡρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν 35
τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσιναμώρεον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν καὶ Δαυλίων καὶ Αἰολιδέων. Ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρα-

suevit; nec aliter Schweighaeuserus itemque recentiores editores inde a Bekkero; *ἐς τὴν Ὀρχομενίων* placuit scribere Elmsleio (Add. ad Euripid. Heracl. 141. pag. 65), sed Herodotum vocem *γῆν* in his addere ostendunt loci I, 73. 173. IV, 12, alii a Bredovio allati. Colligit autem hoc ex loco C. O. Mueller: Orchomen. pag. 403 a *Cr.* excitatus, Persici belli tempore Orchomeniorum terram supra Cephissum fuisse extensam.

Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε] *πᾶν τὸ πλῆθος* vulgo redditur: *universa multitudo;* equidem haud scio an h. l. *πᾶν τὸ πλῆθος* de *plebe* potissimum intelligatur (cf. III, 81 ibique nott.) per agros dispersa, quae inde opponitur *multitudini urbanae* sive iis, qui in urbibus habitabant: urbes autem Boeotorum Macedones milites *διατεταγμένοι* (i. e. *per singula oppida dispositi, collocati*) *ἔσωζον*, i. e. *tutas servabant* ab omni Persarum incursione ac vastatione. — Ad locutionem *τὰ Μήδων φρονεῖν* conf. nott. ad VII, 145.

CAP. XXXV.

ἀπέργοντες] i. e. *Parnassum a dextra relinquentes.* Vid. nott. ad VII, 109. Ad verbum *ἐσιναμώρεον* conf. nott. ad I, 152. Hesychius I. pag. 1458: *ἐσιναμώρευον* (sic), *ἐσίνοντο.* In verbis proxime antecedentibus ad *ὡρμέατο* vid. nott. ad VIII, 25 et ad *ἐπέσχον* nott. ad VIII, 32.

καὶ Δαυλίων καὶ Αἰολιδέων] Persae Delphos profecti sunt eâ viâ, quae postea quoque Chaeroneâ Delphos ducebat, in Krusii mappa geographica accurate delineata. E Panopensium igitur agro progressi primum venerunt in *Dauliorum* urbem, quae ab aliis vocatur *Δαυλὶς* (conf. Homer. Ili. II, 520), exstructa in saxo praecipiti, sed bello sacro eversa. Adhuc prope veteris urbis reliquias invenitur vicus, nomine *Daulia* s. *ἡ Δαύλεια* (*Dávlia*); vid. Ulrichs:. Reisen u. Forsch. in Griechenland I. p. 148 seqq. 155, Leake: Travels in North. Greece II. p. 98 seqq., ante quos iam de hoc oppido exposuerunt C. O. Mueller: Orchomen. pag. 484 et Kruse II, 2. pag. 60 seq. Veterum locos exhibet Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 913. Observat Dodwell. in opere supra laudato pag. 22, ubi tab. XLIV et XLV murorum arcis reliquias exhibuit, duas huius vici ecclesias maximam partem e veteris Dauliae lapidibus esse constructas. Iam Daulide profecti monteque superato ad Pleisti fontem Persae pervenerunt, unde nonnihil remotum probabiliter situm fuit *Aeolidarum* oppidum eo fere loco, quo nunc ruinae quaedam repertae sunt, quibus a Gell. nomen tribuitur *Castro Panies*, a Dodwello *Zimeno* s. *Palaio Aracoba*, cui assentitur Kruse l. l. pag. 64. 65; sed Ulrichs l. l. pag. 145. 146 scribit has ruinas, quae in colle iacent et adhuc pro more *Palaeo castro* vocantur, unius ferme horae itinere remotas a recentioris aetatis urbe *Arάchoba*, vel ad Cyparissum vel ad Aeolidarum oppi-

τιῆς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλέϊ Ξέρξῃ ἀποδέξειεν τὰ χρήματα. πάντα δ' ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων,
36 *καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. Οἱ Δελφοὶ δὲ πυνθανόμενοι ταῦτα ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο. ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ γῆς κατορύξωσι, εἴτε ἐκκομίσωσι ἐς ἄλλην χώρην. ὁ δὲ θεός σφεας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα*

dum pertinere necesse esse. Equidem nil discerno, praesertim cum nulla sit urbis mentio nec apud Strabonem, nec apud Pausaniam. Inde vallem Pleisti secuti Persae in Delphorum planitiem descenderunt ad ipsam usque urbem, quâ nunc cernitur monasterium Castri. Unde satis patet, quid de Valckenarii iudicandum sit coniectura pro *Αἰολιδέων* (a voce *Αἰολίδαι*, conf. Struve Spec. II. Quaest. de dialect. Herod. p. 3 sive Opuscc. II. p. 326) reponentis *Λιλαιέων*, ut *Λιλαίαν* intelligamus, quam inter Phocensium urbes refert Pausanias X, 3. §. 2. 33. §. 2, quam tamen non longe a Tithorea inter Gravia et Dadi, ut nunc vocant, sitam fuisse probabile fit, ad septentrionale Parnassi latus, ubi adhuc reliquias quasdam se vidisse testatur Gell. Vid. C. O. Mueller: Orchomen. p. 484. 497, Kruse II, 2. pag. 84, Siebelis ad Pausan. l. l. p. 292. 293, Forbiger l. l. p. 915.

πάντα δ' ἠπίστατο] *ἠπίστατο* e Florent. aliisque dedi cum Schweigh., Gaisf. et recc. edd. probante H. Apetzio, qui citat II, 53. 116. VII, 136. Tu vid. nott. ad VIII, 5. In Sancrofti libro alioque exstat *ἐπιστέατο*. Schaeferus dederat *ἐπίστατο*. — De donariis a Croeso Delphos missis conf. I, 50 seq. 92.

Cap. XXXVI.

ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες] i. e. *magno timore correpti.* Supra VIII, 12 *ἐς φόβον κατιστέατο.* *ἐμαντεύοντο* hic valet: *oraculum consulere instituerunt*, ut I, 46. IX, 33, ubi vid. nott. Ad locutionem *κατὰ γῆς* conf. quae ad VII, 6 allata sunt similia. Mox e Florentino aliisque codd. cum Matth., Bekkero et recc. edd. restitui coniunctivos *κατορύξωσι* et *ἐκκομίσωσι* pro futuris *κατορύξουσι* et *ἐκκομίσουσι*, quae hic ferri posse iure negat Werfer Actt. phill. Monacc. I. p. 234 seq. coll. 230, ubi de coniunctivo deliberativo pluribus exponit. Nam illi non de eo, quid *facturi sint* (ubi futuro locus), sed de eo, *quid faciundum sit*, oraculum consulunt; *num* scil. *pecunias sacras defoderent an exportarent*, i. e. *ob sie dieselben vergraben oder anders wohin bringen sollten.* Vid. G. Hermann. Opuscc. IV. pag. 91. 92 et virum doctum in: Schulzeit. 1831. II. pag. 987. Add. nott. ad Herodot. I, 53 coll. 46. Accedit etiam illud, quod Herodotus vix dixisset *ἐκκομίσουσι*, sed potius *ἐκκομιεῦσι*. De ipso verbo *ἐκκομίζειν* conf. VIII, 32 et in seqq. ad *οὐκ ἔα* nott. ad IV, 164. V, 36. IX, 2. Eadem fere tradit Pausan. X, 23. §. 1, cuius omnis de Brenno Galatorumque incursione narratio ex Herodoto duxit colorem, ad eius narrationem de Persis Delphos aggredientibus efficta.

φὰς αὐτὸς — προκατῆσθαι] i. e. *dicens se ipsum ad tutanda sua sufficere.* Wesseling. ad locutionem conferri vult IX, 105 et Euseb. Praepar. Ev. IX, 27, ubi occurrunt *στρατηγοὶ προκαθεδόμενοι τῆς χώρας*, *qui regionem tuentur.* Conf. etiam Herodot. VII, 172 et quae alia afferun-

ἀκούσαντες σφέων αὐτῶν πέρι ἐφρόντιζον. τέκνα μέν νυν καὶ
γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιΐην διέπεμψαν· αὐτῶν δὲ οἱ μὲν
πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφάς, καὶ ἐς τὸ
636 Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λο-
κρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὦν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν,
πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προφήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἄγχοῦ τε 37

tur in Thes. Ling. Graec. VI. pag. 1733 ed. Dindorf.

τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας] Sic supra V, 98 *παῖδας καὶ γυναῖκας* Noster (coll. Plut. Aristid. 25) dixit, ubi vid. notata tam de ordine, quo vulgo haec verba ponuntur, quam de articulo neglecto, quem Noster VIII, 41 addidit, sed VIII, 40 omisit. Idem Noster *πέρην ἐς Ἀχαιΐην* (ubi *πέρην* pro adverbio adhibetur, ut VI, 44, ubi cf. nott.) scripsit, ut VI, 97 *πέρην ἐν τῇ Ῥηνέῃ* et Xenophon Anabas. VII, 2, 2: *πέραν εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι.* De forma *Ἀχαιΐην*, quae eadem reperitur VII, 94 coll. 198, vid. Bredov. pag. 141.

ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφάς] Plura Parnassi cacumina fuisse tutum refugium praebentia iam supra ad VIII, 27 et 32 monuimus; conf. etiam Leake l. l. II. pag. 580.

καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο] Recte Larcher. *ils transportèrent leurs effets.* Tu vid. nott. ad VIII, 32. Attigit Herodotea Eustath. ad Odyss. p. 104, 4 s. 319, 20. Locum de *Corycio antro* classicum Pausan. X, 23. §. 5 coll. Aeschyl. Eumenid. 22 dudum attulit Wesseling., cui *Cr.* addi vult Ilgen. ad Hymn. Homerr. p. 318. Quae spelunca omnium, quotquot continuit Parnassus, celeberrima non longe distat a vico Diagorea ut nunc vocant, in veteris oppidi Lycoreae locum probabiliter exstructo, ut patet ex inscriptione nuper ibi reperta. Dignam laudibus, quibus veteres affecerunt, eam nunc quoque esse testantur recentiores. Apud indigenas nunc nomen *Σαραντaύλι* (*σάραντα* i. e. *τεσσεράκοντα αὐλαί*) habet antrum satis magnum et copiosum, quod scil. quadraginta cameras hoc antro contineri putant. Vid. Kruse II, 2. pag. 7. 8 coll. Siebelisio ad Pausan. l. l. pag. 285 seq., Ulrichs. l. l. pag. 119, Ross. l. l. I. p. 61, Leakio l. l. II. p. 579 seq., qui *Μαύρη Τροῦπα* hunc locum nunc vocari scribit.

ὑπεξῆλθον] *clam discesserunt.* Cf. I, 73. De *Amphissa* urbe vid. nott. ad VIII, 32.

καὶ τοῦ προφήτεω] De hac voce vid. nott. ad VII, 111 et Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Agamemn. 399. *Cr.* addit Matth. Animadverss. in Hymn. Homericc. p. 183. Quod vero *unus* h. l. *propheta* s. templi antistes memoratur, seriori aetate plures prophetas s. oraculorum interpretes Delphis fuisse notat Wesseling. e Plut. II. pag. 410F. Aelian. H. A. X, 26 coll. Van Dale: De oracc. V. p. 104 et C. Fr. Hermanno: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 40. not. 13 ed. sec. Ut enim oraculi famâ auctâ et pervulgatâ ad crebram sciscitantium turbam duabus adeoque tribus erat opus *προφήτισιν* (conf. Wessel. ad Diodor. XVI, 26), ita etiam pluribus *prophetis* postea opus fuisse consentaneum est: ea tamen aetate, in quam quae Herodotus h. l. tradit, incidunt, *unum* tantum fuisse prophetam, *antistitem templi*, quem Livius appellat (vid. nott. ad VII, 111), ac *praesidem* omnium templi ministrorum ac sacerdotum, praecipue eorum, qui *Ὅσιοι* vulgo vocantur quinque numero (vid. Limburg-Brouwer: Histoire de la civilisation des Grecs Tom. VI sive P. II. T. IV. pag. 52), vel ex articulo, quem Noster et h. l. et mox cap. 37 praeponit, merito colligas. Sexaginta viri, qui una cum propheta Delphis relicti sunt, procul dubio fuerunt sacerdotes, templi ministri ac tota turba sacra templo addicta; *ἱεροὺς ἄνδρας* sive *ἱεροδούλους*, *ὑπηρέτας θεῶν* dixeris.

ἦσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόντες καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης, τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος, ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα ἱρὰ, τῶν οὐκ ὅσιον ἦν ἅπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί. ὁ μὲν δὴ ἤιε Δελφῶν τοῖσι παρεοῦσι σημανέων τὸ τέρας. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεταί σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου

Cap. XXXVII.

καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν] Vulgo reddunt: (ut vero adpropinquarunt invadentes barbari) *iamque in conspectu habuerunt templum*, sive, ut Langius vertit: *und schon den Tempel ansichtig wurden;* vix accurate, si quidem ἀφορᾶν ii dicuntur, qui ex altiore loco, in quo collocati sunt, in inferiorem eumque remotum prospiciunt, ut apud Lucian. Diall. Marr. 9 in fin. (ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς), Diodor. Sicul. V, 59, ubi Iovis Atabyrii templum dicitur κείμενον ἐπί τινος ὑψηλῆς ἄκρας, ἀφ' ἧς ἐστιν ἀφορᾶν τὴν Κρήτην. Itaque Persae a septentrione Delphos profecti eâ viâ, quae per montium iuga ducebat, propius cum accederent, e montium altitudine, quam attigerant, inde prospiciebant Delphos in valle profunda atque angusta, undique montibus ac rupibus inclusa, in quam descensuri iam erant, sitos, ibique eorum oculi se potissimum convertebant ad templum inter reliqua Delphorum aedificia longe eminens idemque loco paulo editiore exstructum, quem vico, cui nomen *Kastri*, nunc ex parte occupari constat. Haec igitur teneantur ad vim verborum ἀπώρεον τὸ ἱρὸν satis perspiciendam. De ipso Delphorum situ pluribus exponere huius loci non est, ubi ea tantum, quae ad Herodoti verba explicanda necessaria sunt, afferuntur: plura qui quaerat, is adeat Kruse: Hellas II, 2. pag. 41 seqq., Clarke: Travels II, 3. cap. VI. pag. 177 seqq., Leake: Travels in North. Greece II. pag. 551 seqq. et potissimum Thiersch. in: Abhandll. d. philos.-philol. Classe d. bair. Akad. d. Wiss. (München 1840) III, P. I. pag. 1—74 atque Ulrichs: Reisen u. Forsch. in Griechenl. I. pag. 35 seqq.

ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα — ἐξενηνειγμένα ἱρὰ] i. e. *conspicit arma sacra ante aedem proiecta intrinsecus* (ex interiori aede) *huc allata, quae tangere cuiquam hominum nefas ducebant.* Ubi vocem ἔσωθεν, quam in ἔξωθεν mutari voluerat Stephanus, bene tuetur Wesseling., quem reliqui editores merito secuti sunt, si quidem arma sponte sua e templi penetrali (ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου) exiisse dicuntur. Vox ἱρὰ non sine vi quadam ita videtur esse postposita. Ad vocem μεγάρου, qua in*interior templi pars* s. *penetrale* indicari solet, conf. nott. ad I, 47. 65. VI, 134 et VII, 140. Itaque hoc loco significatur templi Delphici adyton sive ea camera, quae proxime attingebat ipsum antrum halitu insigne e terra exoriente, quo Pythia divinitus afflata ferebatur; vid. Ulrichs l. l. pag. 96. Voce νηοῦ ipsam aedem sive cellam significari, satis patet ex iis, quae ad I, 50 monuimus; add. Ulrichs l. l. pag. 98 seq.: τὸ ἱερὸν autem totum templi ambitum declarat, ut mox cap. 39. Ut ad ipsum denique portentum veniam, simile quid Thebis ante Leuctricam pugnam accidisse narrat Cicero De divin. I, 34 a Valckenario laudatus; in templo Herculis scil. valvas clausas repagulis subito se ipsas aperuisse armaque, quae fixa in parietibus fuerint, ea esse humi inventa. Tu vid. quoque Xenoph. Hellen. VI, 4. 7. Diodor. XV. cap. 53, quos ad Ciceronis locum Davisius laudavit.

τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης] Προ-

τέρεος. θῶυμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα ἐπιγενόμενα καὶ διὰ πάντων φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ

νηΐης et h. l. et paulo inferius (ubi Schaeferus haud sibi constans dederat Προναίης) reposui cum Gaisf. et recentt. edd., ut supra I, 92, ubi vid. nott. Conf. etiam Aeschin. advers. Ctesiphont. §. 108. 110. 111: quibus locis Turicenses editores recte dedisse mihi videntur Ἀθηνᾷ Προναίᾳ, Fr. Franke autem rediit ad lectionem Προνοίᾳ. Sed vide sis inprimis Pausan. X, 8. §. 4, ubi memorat templum Ἀθηνᾶς Προνοίας; sic enim ibi dedit Siebelis pag. 181 seq. plures excitans viros doctos, qui alterutram amplexi sint lectionem, illudque adiiciens, cognatam videri Minervam πρόναον in Apollinis Ismenii templo apud Pausan. IX, 10. §. 2. Recentiores Pausaniae editores retinuerunt lectionem Προνοίας, quam si quis in Pausania ferendam putet, in Herodoto unam Προνηΐης formam probari posse iam supra indicavi in nott. ad I, 92, eamque nunc confirmatam invenio inscriptione a viro docto Graeco, Rangabé, edita in libro: Antiquités Helleniques nr. 711. Vol. II. pag. 306 coll. p. 328, in qua leguntur verba: Ἀθάνᾳ Προναίᾳ. Hoc igitur unum idemque verum huius Delphicae Minervae cognomen fuisse existimo neque assentiri possum Rueckerto (Der Dienst d. Athene pag. 78 coll. G. Hermanni Opuscc. VI. P. 2. pag. 19), qui hanc Minervam utique Προναίαν dictam fuisse putat, nomine ducto ex ipsa loci natura: sed eandem addit mox quoque vocitatam esse Πρόνοιαν, cum deae prudentissimae eiusdemque ingeniosissimae ratio fuerit habita; nec magis probo, quod statuit Ulrichs, hanc deam primitus dictam Πρόνοιαν, deinde e loco ipso nomen Προναίας accepisse, utroque igitur cognomine Delphis in hoc templo cultam esse: de quo equidem valde dubito, qui ut unam aedem ita unam tantum huius deae Προναίας sive (Ionum more) Προνηΐης appellationem fuisse existimo, quam inde repeto, quod haec aedes satis ampla et copiosa ante ipsum Apollinis templum s. νηὸν exstructa fuit ad ipsam viam, quae in hoc templum ducebat. Neque dubium, quin paulum ante Castaliae fontem vel eo ipso loco, quo nunc Παναγίας ecclesia una cum monasterio exstructa est, vel certe eâ areâ, quae paulum edita ante hanc ecclesiam iacet nomenque fert ἡ Μαρμαρία, aedes huius Minervae Προνηΐης sita fuerit; vid. Thiersch. l. l. pag. 8 seqq. et Ulrichs l. l. pag. 41. 45 seq. 263. *Cr.* hoc loco conferri vult The classical Iournal Vol. XI. p. 151. — Ad formas τέρεα et τέρεος conf. Bredov. p. 259; ad locutionem ὅπλα ἀρήϊα nott. ad IV, 23 et ad locutionem διὰ πάντων φασμάτων nott. ad Herod. V, 67. Pro θῶμα et θωμάσαι reposui θῶυμα et θωυμάσαι.

ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον κ. τ. λ.] Idem prodigium enarrat Diodor. XI, 14 (ubi conf. Wesseling.) et Iustin. II, 12; ubi haec leguntur: „— ante navalis proelii congressionem miserat Xerxes quattuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum, prorsus quasi non cum Graecis tantum, sed et cum diis immortalibus bellum gereret: quae manus tota imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret, quam nullae essent hominum adversus deos vires." Quibuscum conferenda sunt, quae e Polonico chronico Martini Bielski, qui medio saeculo decimo sexto post Chr. n. ferme vixit, nuper protulit Aug. Bielowski (Pompeii Trogi Fragmentt. Leopoli 1853.

ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτοὺς καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων, ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ τῆς Προνηΐης
38 βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο. Συμμιγέντων δὲ τούτων πάντων φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. μαθόντες δὲ οἱ

pag. 7) ex ipso Trogo, ut putat, ducta et cum Herodoti verbis prorsus consentientia, e Polonica lingua in Latinam sic reddita: „Xerxes, Persarum rex, audacia adeo crevit, ut templum illud (Delphicum) spoliandum statueret. *At deorsum duo saxa in exercitum eius delapsa sunt, ictusque fulminei, tonitrua, fragor ac eiusmodi tempestates coortae* sunt, ut quattuor millia hominum simul occisi fuerint; reliqui vero, ait Trogus, terrore perculsi secesserunt.“ Quae sane talia sunt, ut ex Herodoto hausta esse videantur. Et quod mirum auditu, eadem, quae Persas, Galatas quoque irrumpentes abegisse a templo spoliando narrat Pausanias, ipsis ferme Herodoti verbis hac in re enarranda usus I, 4. §. 4 et X, 23. §. 4, ubi inter alia haec verba teneri volumus: πέτραι τε ἀπολισθάνουσαι τοῦ Παρνασσοῦ μεγάλαι καὶ κρημνοὶ καταρρηγνύμενοι σκοπὸν τοὺς βαρβάρους εἶχον; quibus simillima leguntur apud Iustinum XXIV, 8 haec: „terrae motu portio montis abrupta Gallorum stravit exercitum.“ Ac negant Diodorus et Pausanias ipsam Apollinis aedem a Persis direptam esse incendioque vastatam, dissentiente Plutarcho Vit. Num. 9. pag. 66 C., qui τὸν ἱερὸν λύχνον sive aeternum illum ignem, cum templum a Medis inflammaretur, exstinctum esse tradit. Apud Herodotum nil quidquam legitur tale II, 180. V, 62. Ctesiam si audiamus Perss. Excerptt. §. 25, Mardonius a Xerxe missus ad Apollinis aedem spoliandam ibi occubuit χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας, i. e. grandine ingruente crassa. Ac sane ita Persas retulisse, quae a Graecis dein mirum in modum ampliata et exornata sint, credas licet.

ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο — ἐς αὐτούς] Plures esse Parnassi κορυφὰς iam supra ad VIII, 27 coll. 32 monuimus: duae hae κορυφαὶ qua parte fuerint, si quaeras, non longe ab aede Minervae illas quaerendas esse, hic ipse locus indicat, itemque alter, qui legitur cap. 39, ubi saxa e Parnasso delapsa Herodoti aetate adhuc conspicua esse dicuntur ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης. Itaque nisi fallor *Phaedriades* intelliguntur, quae sunt rupes praecipites, in altum septingentos ferme pedes exsurgentes hac parte, unde homines maleficos aut scelestos deiicere solebant; vid. Ulrichs l. l. pag. 47 seq., Ross l. l. I. p. 65 coll. Thiersch. I. l. p. 13. Ac supra Castaliam ipsam rupes admodum altae in *duo* cacumina exeunt: unde sunt, qui *bicipitem* Parnassum (veterum locos indicaverunt Forbiger: Handb. d. alt. Geogr. III. p. 859 coll. Ulrichs. l. l. pag. 40. 48. 55, Ross. l. l. pag. 57) huc referant. Tu vid. etiam nott. ad Herodot. VIII, 39.

καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων] i. e. *multosque eorum oppresserunt*. Ubi verbum καταλαμβάνειν, quod *assequendi* et *deprehendendi* notionem habet, transit in significationem *opprimendi*, *occupandi*, qua de urbibus terrisque aeque atque de hominibus dici constat. Vid. Thesaur. Ling. Graec. IV. pag. 1116 et 1117 ed. Dindorf. — ἀλαλαγμὸς de militum clamore in pugna adeoque ululatu dicitur; vid. Thesaur. Ling. Gr. I. p. 1393 ed. Dind.; apud Plutarchum frequens haecce vox, ut loci ostendunt collecti a Wyttenbachio in Indice Morall. VIII, 1. pag. 65.

Cap. XXXVIII.

ἐνεπεπτώκεε] In Sancrofti libro ἐπεπτώκεε, in alio libro ἐπεπεπτώκεε. Tu cf. IV, 203. VII, 43 et de plusquamperfecti usu Matth. Gr. Gr. §. 505, IV. Ad voces ἰθὺ Βοιωτῶν

Δελφοὶ φεύγοντάς σφεας, ἐπικαταβάντες ἀπέκτειναν πλῆθός τι αὐτῶν, οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. Ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοστήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι,
637 ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὥρεον θεῖα· δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν [ἔχοντας] ἕπεσθαί σφι, κτεί-

conf. V, 64 et vid. Bredov. p. 113. Male quidam codd. εὐθύ; vid. Dindorf. in Commentat. de dialect. Herod. pag. XXXVIII et Bredov. l. l. ἐπικαταβάντες dicuntur Delphi, qui e Parnassi iugis, ad quae confugerant (vid. cap. 36), iam descendentes in Persas impetum faciunt. Idem verbum infra IX, 25. Mox pro ὥρων cum recentt. edd. dedi ὥρεον, ut cap. 55 et 78; vid. Bredov. p. 389.

μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας] Sic tenent omnes libri scripti: vix recte; quare, cum crebrius occurrat locutio μείζων ἢ κατ' ἄνθρωπον (vid. allata a Matth. Gr. Gr. §. 449), Dorvill. ad Charit. pag. 182 [310 seq.] refingi vult ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Ac sane ita scriptum reperio in Platonis Apolog. cap. 5. p. 20 E: οὗτοι δὲ τάχ' ἂν — μείζω τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοὶ εἶεν, itemque apud Flavium Iosephum in Antiqq. I, 19. §. 1, quem locum iam attulit Dorvillius: καὶ διὰ ταύτης ὄψεις κατιούσας σεμνότερον ἢ κατ' ἄνθρωπον φύσιν ἔχοντας, ubi tamen Bekkerus nunc edidit ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἔχοντας, atque sic quoque hunc locum exhibet Wesselingius, cui in Herodoti loco rescribere placuit: μέζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον φύσιν ἔχοντας. Koenius unum ἔχοντας mutari voluit in ἐόντας, ut intelligerentur *armati hominum staturâ altiores;* eamque emendationem Valckenario quoque probatam in textum receperunt Schaefer, Matthiae et Dietsch., invitis sane libris scriptis, a quibus equidem cum Bekkero et Dindorfio ita stare malui, ut ἔχοντας uncis includerem tanquam vocem spuriam, quae male aliunde in Herodoti verba irrepserit indeque verba ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν eodem sensu acciperem atque apud Thucydidem II, 50 verba ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. Quod enim olim ἔχοντας accipi posse putavi *se habentes*, id quidem hac in structura ferri non posse existimo, praesertim cum antecedat μέζονας neque μεζόνως, quod in loco Isocrateo legitur Evagor. p. 193. §. 21: ἐξ ὧν μεζόνως ἂν φανείη γεγονὼς ἢ κατ' ἄνθρωπον, ad quem locum plura similia ex Isocrate attulit Otto Schneider p. 41. Neque magis cum Schweighaeusero, qui participium ἔχοντας a verbis antecedentibus separari et cum verbis sequentibus ἕπεσθαί σφι coniungi vult minusque recte huc referri posse putat locutionem ληρεῖς ἔχων, participium hoc ἔχοντας verbis finitis adiici solitum ita explicuerim, ut *continuitatem* quandam indicet verbaque Herodotea (ἔχοντας ἕπεσθαί σφι) sic vertenda sint: *continenter sibi institisse*, ut reddiderunt Schweighaeuserus et Dindorfius; ubi medio verbo ἐχομένους, quod proxime sequenti ἕπεσθαι iungatur, opus fuisse crediderim. Quod idem bene sensit Hoeger hunc locum tractans in Actt. philoll. Monacc. III, 4. pag. 520, ubi μέζονας in μεζόνως mutari vult. Negris, qui plane ut Schweighaeuserus iungit cum verbo ἔχοντας sequentia verba ἕπεσθαί σφι, interpretatur: δὲν ἔπαυσαν τοῦ νὰ τοὺς ἀκολουθῶσι, *non destiterunt ab insequendo*, cum verbum ἔχοντας hic continuationem insecutionis denotet. Quod ad usum praepositionis κατὰ in talibus attinet, tu vid. praeter ea, quae iam excitavimus, allata ad Herodot. IV, 95. III, 14. Ad ipsum argumentum *Cr.* conferri iusserat Heynii Excurs. XIII ad Virgil. Aen. lib. I: De ἐπιφανείαις. Tu vid. potissimum allata ad I, 68 de ea veterum opinione, qua ma-

39 νοντας καὶ διώκοντας. Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνουν, τῶν τὰ τεμένεά ἐστι περὶ τὸ ἱρὸν, Φυλάκου μὲν παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς Προνηΐης, Αὐτονόου δὲ πέλας τῆς Κασταλίης ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ. Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ

iorem heroibus staturam tribuebant, et add. L. F. Fenner von Fenneberg: Untersuchungen über die Längenmasse der Völker d. Alterth. (Berolini 1859) pag. 16.

Cap. XXXIX.

εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας] Ita e Florentino aliisque dedi cum recentt. edd. Vulgo verbum *εἶναι* reliquis postponitur. Simili autem modo Pausanias scribit X, 23. §. 3, Gallis quoque terribiles adparuisse tres heroes templo auxilium ferentes, Laodocum, Hyperochum, Pyrrhum; quibus quartus etiam a Delphis accensetur Phylacus, indigena heros, cuius sacellum prope Minervae Pronaeae templum commemorat idem Pausanias X, 8. §. 4. Phylaci atque Autonoi *τεμένεα*, quae Herodotus scribit fuisse *περὶ τὸ ἱρὸν*, i. e. circa (prope) templum Minervae *Προνηΐης*, alterum ad ipsam viam supra hoc templum, alterum prope Castaliam infra Hyampeam, quaerenda procul dubio in vicinitate huius templi erunt, a quo qui Delphos versus progrediebantur, intra hoc ipsum templum et Castaliam exstructa haee *τεμένεα*, alterum inferius, alterum superius ad ipsam viam opinor exstructum cum esset, praeteribant: cuius utriusque quod nullum vestigium adhuc superest, vix mirum, cum huiusmodi *τέμενος* plerumque aream tantum parvam, muro inclusam, quae aram et monumentum sepulcrale contineret, haberet, neque ipsius regionis natura locum satis amplum templo spatiosiori praeberet: namque via, quae a Minervae templo (i. e. a Panagiae ecclesia) usque ad Castaliam ducit, valde angusta est, imminentibus rupibus saxisque praecipitibus. Tu vid. Thiersch. l. l. pag. 13. 14, Ulrichs. l. l. pag. 46 seq.

πέλας τῆς Κασταλίης] De *Castalia*, fonte celeberrimo, vid. Pausan. X, 8. §. 5 ibiq. Siebel. pag. 182, Kruse II, 2. p. 16 seq. 44 seq. Descripsit et in tabula aeri incisa repraesentavit Clarke: Travels II, 3. cap. VI. p. 184 seq. His adde, quae recentiore aetate de hoc fonte tradiderunt Leake l. l. II. pag. 556 seq., Ulrichs l. l. pag. 40 seqq. 47 seqq., Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. pag. 610 seq., qui ipsum fontem inviserunt accurateque descripserunt, immutatus qui mansit usque ad nostra tempora, ipsa totius regionis natura haud mutata: a sacello, quod Sancto Ioanni dedicatum supra fontem in ipsis saxis incisum est, nunc Sancti Ioannis (*Hagios Ioannes* s. *Ai Ianni*) nomen accepit fons, qui aquam puram ac frigidam aeque nunc atque antiquitus emittit. In opere splendido Edw. Dodwelli: Views in Greece froms Drawing's, London. 1821 Castaliae fons repraesentatur in tabula aeri incisa et coloribus inducta.

ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ] Mavult Valckenar. *Ὑαμπέῃ*, ut magis sit Ionicum. Conf. Bredov. p. 158. 188. Equidem cum recentt. edd. vulgatam in nomine proprio retinere satius duxi. *Hyampea* rupes, e qua ipsa prorumpit Castalia, supra hunc fontem in altum exsurgit, ubi saxa maxime praecipitia, unde facinorosos et impios deiicere solebant (vocantur autem Phaedriades, vid. supra ad VIII, 37 nott.), octingentos pedes supra Delphos et duo millia pedum supra mare eminentia: nunc vocatur *Phlempukos*. Vid. C. O. Mueller: Orchomen. pag. 494, Kruse: Hell. l. l. pag. 5—8 et praecipue Ulrichs l. l. pag. 40 seq. 47 seq.

Παρνησσοῦ λίθοι ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἦσαν σῶοι, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τούτων μέν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, 40
Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νέας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτῶν σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς, πρὸς δὲ καὶ βουλεύσωνται, τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης. δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν

Valcken. de rupe Hyampea laudaverat Perizon. ad Aelian. V. H. XI, 5 et Wesseling. ad Diodor. XVI, 28 coll. ad XI, 14, ubi hic scriptor ad aedem istam Minervae, Persis divinitus fugatis, Delphos tradit erexisse tropaeum additque epigramma tropaeo huic inscriptum, quod inde Analectis inseruit Brunck. III. p. 178. nr. 143 coll. Iacobs. Animadverss. T. III, 1. pag. 370.

ἦσαν σῶοι] Pro vulg. *σόοι* dedi *σῶοι*, quod Sancrofti liber cum aliis praebebat; vid. nott. ad I, 67. Adhuc eodem loco, quem nunc Panagiae ecclesia cum monasterio obtinet, et quidem supra monasterium ad radicem rupis parietis ad instar in altum surgentis conspici saxa magna ex altitudine huc delapsa ac divulsa testantur recentiores; vid. Ulrichs. l. l. pag. 46, Thiersch. l. l. pag. 12, Ross. l. l. pag. 67. — In seqq. ad verbum *ἐνσκήπτειν* conf. nott. ad I, 105. Pausanias X, 23. §. 3 utitur verbo *κατασκήπτειν*. Participium *φερόμενοι* attigi ad VIII, 28.

Cap. XL.

κατίσχει τὰς νέας] Conf. nott. ad VIII, 4. Mox cum Bekkero et recc. edd. dedi *τῶνδε δὲ εἵνεκα*, ubi Schaefer et Matth. ex Sancrofti libro dant *τῶν δὲ εἵνεκα*. At vid. VII, 53 ibique nott. VIII, 76. In verbis proxime sequentibus *προσεδεήθησαν αὐτῶν* genitivus *αὐτῶν* spectat ad reliquos Graecos cum Atheniensibus coniunctos sive ad *τὸν Ἑλλήνων ναυτικὸν στόλον*, ut Noster antea dixerat; at in sequentibus verbis *ἵνα αὐτοὶ — ὑπεξαγάγωνται* pronomen *αὐτοὶ* (i. e. *ipsi*) ad Athenienses refertur.

σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα] Ad locutionem conf. nott. ad VI, 92 et Schaefer ad Lambert. Bos. De ellips. L. Gr. pag. 316. Est vero Salamis insula bene sita, tum ad rem bellicam inde instituendam, tum ad securitatem eorum, quae in tuto collocari volumus, procurandam optimumque belli receptaculum. Unde explicandum, quod illa aetate, Persis imminentibus, in hanc potissimum insulam Athenienses mulieres, liberos, optima quaeque transtulerint; idemque nostrâ memoriâ factum esse accepimus Graecis a Turcarum furore crebrius e continenti in insulam *Coluri*, ut nunc illa vocatur, confugientibus fortunasque suas ibi in tuto collocantibus. Tu conf. Krusium l. l. II, 1. pag. 302. Veterum scriptorum locos aeque ac recentiorum testimonia de hac insula exhibet Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1018.

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας] Articulum omissum attigi supra ad VIII, 36. Ad significationem verbi *ὑπεξάγεσθαι* conf. allata ad VIII, 4. — In seqq. ad voces *ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι* (*ob praesentem rerum statum*) vid. nott. ad VIII, 19. Ad vocem *πανδημεὶ* (*cum omnibus*

Πελοποννησίους πανδημεὶ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν μὲν εὗρον οὐδὲν ἐόν, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας, τὴν Πελοπόννησον περὶ πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύτην ἔχοντας ἐν φυλακῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι. ταῦτα πυνθανόμενοι οὕτω δὴ προσεδεήθη-
41 *σάν σφεων σχεῖν πρὸς τὴν Σαλαμῖνα. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἑωυτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. Ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλεῖστοι*

copiis, universi) vid. VI, 108. VII, 120. 145. 206. IX, 37. VIII, 72 et conf. Bredov. pag. 77.

ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον] i. e. *sedendo exspectantes* s. *subsidentes* et *exspectantes Persam*. Conf. VII, 27 et vid. quae afferuntur in Thesaur. Ling. Graec. VIII. pag. 341 ed. Dindorf. Isocrates quoque in Panegyr. §. 92 habet: *καὶ Πελοποννησίων μὲν διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμόν*. Ad sequens *οἱ δὲ* conf. similia, quae exstant I, 56. V, 120. VII, 6. 163. IX, 6 ibique nott. Est vero haec Herodoti sententia: horum quidem (Peloponnesiorum) nihil (nullos) adesse (in Boeotia exspectantes barbarum) repererunt, sed nuntium accipiebant, eos (Peloponnesios) Isthmum muro intercipere maximique facere, salva ut esset Peloponnesus, indeque eam in custodia tenere, reliquis missis. De argumento loci cf. Plutarch. Vit. Themistocl. 9. Diod. Sic. XI, 16.

τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας, τὴν Πελοπόννησον] Omnes libri scripti habent: *ἐς τὴν Πελοπόννησον*, excepto uno Sancrofti libro, qui pro *ἐς* exhibet *καί*. Librorum scriptorum lectionem cum Wesselingio tenuit Schweighaeuserus, qui loci sensum sic expressit: „*isthmum illos, quâ est introitus in Peloponnesum, muro intercipere.*" Apud Plutarch. Vit. Themistocl. 9 legitur: *διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν εἰς θάλατταν ἐκ θαλάττης*, quam loquendi formulam explicui ad Plutarch. Alcib. p. 225. Equidem malui Schaeferum sequi, quem eundem Matthiae et recentt. edd. secuti sunt, qui molestum illud *ἐς* prorsus abiecerunt, ita ut accusativus *τὴν Πελοπόννησον*, ab antecedentibus verbis seiunctus, ad sequentia (*περὶ πλείστου ποιευμένους περιεῖναι*) referatur: quo facto ipsa sententia plana erit eum in modum, quo supra reddidi. Ad significationem verbi *τειχεῖν* conf. allata ad V, 23 et de ipso hoc muro nott. ad VIII, 71.

τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι] Inceptâ orationis structurâ excidit Noster infinitivum ponens, ubi ob praegressa exspectabas participium, nisi variare orationem illum voluisse dixeris, ita ut primum verbo *πυνθάνεσθαι* participium pro more adstruxerit, deinde vero in accusativi et infinitivi structuram orationem conformaverit. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 549. not. 2. — In proxime seqq. voculam *δή*, quae post *ταῦτα* vulgo collocabatur, e meliorum codd. auctoritate transtuli post *οὕτω*, praeeuntibus Schweigh., Gaisf., Bekkero et recc. edd. Sic quoque *οὕτω δή* VIII, 23. 31 coll. III, 32 ibique nott. VII, 174.

Cap. XLI.

Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας] Articulum *τά*, qui vulgo legitur ante *τέκνα*, omittit Florentinus liber unusque Parisinus: itaque abieci cum Bekkero et Dindorfio, assentientibus Bredov. pag. 28 et Sintenisio ad Plutarch. Vit. Themistocl. pag. 68, cum in tali formula articulus plerumque abesse soleat; vid. allata ad VIII, 4. Retinuit articulum Dietsch. sine iu-

ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα.
ἔσπευσαν δὲ ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι
638 ὑπηρετέειν, καὶ δὴ καὶ τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἥκιστα· λέγουσι οἱ
Ἀθηναῖοι, ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν

sta causa eum abiici ratus. Decretum tale erat, ut quo loco quisque suos liberos familiamque optime servare posset, in eo collocaret. Qui enim, facultate publice non concessa, periculi imminentis tempore patriam reliquissent familiamve subtraxissent, eos proditorum loco habitos, qui crimen publicâ poenâ plectendum commisissent, indicant quae Larcherus ad h. l. protulit ex Lycurg. in Leocrat. pag. 154, 31 [p. 177 R.] et Aeschine contra Ctesiphont. pag. 468 F. [§. 86]. De *Troezeniis*, qui optime Athenienses exceperint, idem confert Plutarch. Vit. Themistocl. cap. 11. Noster supra VII, 99 Troezenios iam commemoravit, qui Halicarnassum condiderunt: quos eosdem mox cap. 42 et 43 itemque IX, 28 in acie Graecorum ad Plataeas collocatos commemorat: quorum urbs, ut satis constat, in Argolide non procul a maris ora ex adverso Aeginae insulae sita fuit eo ferme loco, quo nunc reliquiae quaedam cernuntur ad vicum, cui nomen *Dhamala;* portum urbis Noster cap. 42 indicat, ubi vid. nott. Veterum testimonia de Troezeniorum urbe exhibet Forbiger: Handb. d. alt. Geogr. III. pag. 1001; alia retulit Curtius: Der Peloponnes II. pag. 431 seqq. itemque I. N. Schiel, qui de agro Troezenio scripsit programma, quod prodiit Tergesti 1856 alterumque programma de urbe ipsa edidit Cracoviae 1859. — Ad verbum *ἀπέστειλαν* suppl. *τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας*. — Verbis *οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα* bene utitur Lessingius: Vit. Sophocl. (T. XIX. p. 245 ed. Carlsruh.) a *Cr.* laudatus, quibus scil. probaret, Sophoclem puerum a parentibus securitatis causa delatum fuisse in Salaminem insulam. Tu conf. Bode: Gesch. d. Hellen. Dichtkunst III, 1. pag. 355.

ἔσπευσαν δὲ] Pro vulg. *δὴ* equidem cum recentt. edd. lubens recepi *δὲ*, quod Florentinus liber cum Sancrofti libro alioque Parisino praebebat. Ad verbum *ὑπεκθέσθαι* conf. VIII, 4 et V, 65.

τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν] In una Aldina post *τε* inserta leguntur verba: *πειθόμενοι καί*, ex interpretamento, opinor. Respicit autem Noster ad oraculum VII, 141—143 allatum. Mox cum recentt. edd. dedi e librorum fere consensu: *τοῦ δὲ εἵνεκα*, ubi Schaeferus dederat *τοῦ εἵνεκα*. Olim *τούτου εἵνεκα*.

ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος κ. τ. λ.] *φύλακα*, quod omnes libri scripti tenent, in *φύλακον* mutari vult Bredov. pag. 252, quem secutus est Dietsch., qui etiam VII, 95 *φύλακας*, quod omnes tenent libri, eodem Bredovio auctore mutavit in *φυλάκους*, sed I, 41 et 44 retinuit *φύλακα*, in *φύλακον* aeque mutandum e Bredovii praecepto, qui Herodotum pro *φύλαξ* constanter dixisse *φύλακος* contendit, cautius tamen retinuit *χρυσοφύλακας*, quod legitur IV, 13. 27. Equidem librorum scriptorum auctoritatem in his secutus nihil mutandum censui, si quidem Herodotus utramque formam adhibuisse videtur, eum in modum, quo etiam, ut hoc utar, nomina ex *ἄρχω* ducta ad primam aeque atque secundam declinationem flecti et modo in *ης* modo in *ος* terminari voluit; qua de re vid. ipsum Bredovium pag. 232 plura afferentem. Mox e Wesselingii editione revocavi *ἐνδιαιτᾶσθαι*, cuius loco Schaeferus, Schweighaeuserus et Gaisford. e Sancrofti libro receperant *ἐνδιαιτέεσθαι*, quod ab Herodoti sermone abesse docuerunt Dindorf. in Comment. de dialect. Herodot. pag. XXXII et Bredov. pag. 381. Supra II, 147 omnes libri recte exhibent *διαιτᾶσθαι*. — Quod ad argumen-

τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπι-

tum attinet, Athenienses in arce *serpentem* sive, ut alii vocant, *draconem* alebant, sacrum Minervae animal custodemque (τὸν οἰκουρὸν) ipsius arcis. Vid. Hesych. s. v. II. p. 726. Aristoph. Lysistr. 760 (708). Plutarch. Themist. 10. pag. 116E. idemque De Isid. et Osirid. 71. Philostrat. Icon. II, 17. p. 837 s. p. 80 Iac. Eustath. ad Odyss. p. 1423, 7 s. 64, 11. Versabatur ille draco haud dubie in Minervae Poliadis ea cella, quae ipsius deae sanctuarium continebat, media inter Erechtheum et Pandroseum, ut notat C. O. Mueller: De Minerv. Poliad. p. 28 (Kleine Deutsche Schrift. II. p. 148) coll. Rosio Inscriptt. Graec. p. 161. Hinc Atticae deae crebrius additum videmus serpentem vel in vasorum picturis, statuis aliisve imaginibus; conf. Creuzer: Symbol. III. pag. 390. 407 ed. tert. Quo serpentis symbolo omne vitale intelligi vult Mueller. l. l., quod, cum antea latuerit, nunc imperfectum et informe progerminet. Ad terram refert Creuzer l. l. et pag. 447. IV. p. 294 serpentem, qui Minervae additus aeque ad agriculturam atque ad medendi artem spectet. Atque iam supra I, 78 Telmessensium vates invenimus dicentes, ὄφιν εἶναι γῆς παῖδα, nec omnino dubium, serpentem apud veteres ad terram spectare vimque declarare terrae vitalem in ipsa terra latentem geniumque loci inde haberi et custodem, eamque ipsam ob causam in deorum templis asservari adeoque nutriri tanquam praesidium, quo locus sacer omnino custodiatur salvusque servetur atque integer; vid. Bötticher: Tektonik II. pag. 305, Baumcult. pag. 19, Eméric David: Iuppiter I. pag. CCXXXVIII et quae afferuntur a C. Fr. Hermanno: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 19. not. 14. Haud igitur mirabimur, Athenis quoque in Minervae, summae Atheniensium deae, delubro draconem servatum et nutritum esse prouti in aliis aliorum numinum templis similem in modum alia animalia his ipsis numinibus consecrata nutriebantur et alebantur: id vero ex Herodoti verbis (λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι) satis colligi posse mihi videtur, draconem illum ea, qua Herodotus scribebat, aetate atque Athenis ipse versabatur, non amplius vivum in templo cultum et nutritum fuisse, sacra tamen in eius honorem instituta quoque mense ita celebrata esse, ut cibos (placentas, alia id genus) apponerent, lectisternia igitur facerent coram draconis simulacro, quod in locum draconis vivi ibi nutriti cessisse putem; id enim declarant verba: καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες, de quibus mox monebimus. Posteris temporibus num in simulacri locum iterum draco vivus cesserit, id quod indicare videntur Philostrati verba loco supra laudato: ὁ δράκων ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν ἀκροπόλει οἰκῶν, haud affirmaverim. — *Cr.* haec adscripsit: „Quod Hesychius l. l. addit: καὶ οἱ μὲν ἕνα φασίν (δράκοντα sc.), οἱ δὲ δύο, disertius Photius in Lex. (p. 319 Dobr. p. 274 Lips.): Οἰκουρὸν ὄφιν· τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα· καὶ Ἡρόδοτος· φύλαρχοι δὲ αὐτοῦ δύο. Haec partim ex Herodoto partim ex Hesychio ita expleas: Καὶ Ἡρόδοτος μὲν ἕνα φησὶν ἐν τῷ ἱερῷ· Φύλαρχος δὲ αὐτοῦ δύο. Nam ita codex Galei a Porsono et Dobreo collatus pro Φύλαρχοι, in quo non haesisse miror Schleusnerum (Animadverss. in Photii Lex. pag. 270). Atque si Hesychium pleniorem Herodoti codicem tractasse statuas, huic post ἐν τῷ ἱρῷ addendum censeas Ἐρεχθῆος [vel potius Ἐρεχθέος]. Nam τοῦ Ἐρεχθέος adiicit Lexicographus. Utut est, Photius prodit: Herodotus unum draconem in eo sacrario esse (*narrasse* scilicet, ut Herodotus ipse tradit, Athenienses), Phylarchus (historicus) duo ibidem esse.“ Tu vid. Mueller. Fragmm. Historicc. Graecc. I. pag. 355.

καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια

τελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα, ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη, τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δέ σφι πάντα ὑπεξέκειτο,

ἐπιτελέουσι προτιθέντες] Langius haec ita vernacule expressit: „*und ausserdem, dass sie ihr, wie einem lebendigen Menschen* (?), *alle Monden ihr Theil vorsetzten, nämlich Honigkuchen.*" Schweigh., qui in Lexico Herodoteo s. v. ἐπιτελεῖν (I. p. 268) scribit „ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες, non: *menstrua sacra faciunt*, sed: *menstrua, menstruam pensionem persolvunt*," in Latina versione sic bene expressit: „*sed etiam tanquam re vera ibi versanti menstrua sacra faciunt adponuntque.*" Licet enim ἐπιμήνια referre ad ἐπιτελέουσι aeque atque ad προτιθέντες, hoc fere sensu: *menstrua cibaria* (s. placentas singulis mensibus) *apponentes serpenti, tanquam ibi praesenti s. ac si vivus adesset* (cum simulacrum tantum adesset), *rem sacram faciunt* s. *sacra peragunt*. Verbum προτιθέναι satis tritum de *apponendis* cibis, unde etiam, notante Valckenario, οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, quos sacerdotibus edere licuit, panes sc. in mensis sacris velut appositi diis, teste Athenaeo III. p. 110D. IV. p. 137E. VIII. p. 346E. cf. Pausan. VI, 20. §. 2. Nec minus frequens ἐπιτελεῖν in re sacra peragenda festisque celebrandis, aliis id genus, ut II, 63. I, 168. III, 8 ibique nott., additumque habet accusativum ἐπιμήνια, quem ad hoc verbum aeque atque ad προτιθέντες pertinere supra iam diximus, unde iam Valckenarius haec ita erat interpretatus: *talem e melle placentam, singulis noviluniis recentem, veluti menstruam pensionem arcis persolvebant custodi.* Sunt autem τὰ ἐπιμήνια, quae in mensem praebentur *alimenta* s. *menstrua cibaria*, ut dixi ad Plutarchi Flamin. 5. pag. 89 not. Add. Harpocrat. s. v. Ἐπιμήνια.

μελιτόεσσα, quae Atticis vocabatur μελιτοῦττα (cf. Matth. Gr. Gr. §. 121. not. 2), neque μελιττοῦτα (de qua prava scriptura satis monuerunt Oudendorp. ad Thomam Magistr. pag. 607 et Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 601), a Bredovio pag. 191 adducitur inter exempla Ionicae dialecti contractionem respuentis, ut adeo μελιτόεσσα dicatur pro μελιτοῦττα. At monet Iust. Florian. Lobeck in Quaest. Ionicc. libr. (fasc. I. p. 3): „ne quis suspicetur, femininum esse adiectivi μελιτόεις et suppleri posse substantivum μᾶζα, Hesychius mihi videtur vetare, huius loci Herodotei aperte memor, cum diceret: μελιτοῦττα, μᾶζα μέλιτι δεδευμένη· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ μελιτόεσσα." Significatur autem *placenta e melle confecta* haud infrequens in veterum sacris, ut satis constat. Vid. modo A. Lobeck. De Graecorum placentis sacris (Regimont. 1828. 4. Aglaopham. pag. 1050 seq. 1060 seqq.) et quae alia de huiusmodi placentis sacris, quae ex more compluribus diis offerri solent, excitantur a C. Fr. Hermanno: Gottesdienstl. Alterth. §. 25. not. 13 ed. sec. De argumento ipso idem *Cr.* consuli vult Boettigerum: Die heilbringenden Götter in: Kleine Schriften ed. Sillig Vol. I. pag. 93 seqq., Payne-Knight: On symbolical Language §. 25. p. 17.

σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης] De hac sacerdote vid. nott. ad V, 72. In seqq. pro προθυμότερον plures codd. πρότερον. Minus recte, meâ quidem sententiâ. Est enim haec loci sententia: *tanto magis atque studiosius*, ut bene reddidit Schweighaeuserus. Itaque displicet Valckenarii ratio, qui hanc verborum naturalem esse structuram censuit: καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον (*vel studiosius*), ubi μᾶλλον

42 ἔπλωον ἐς τὸ στρατόπεδον. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ᾽ Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας, συνέρρεε καὶ ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῆνος· ἐς γὰρ Πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προείρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ ἐναυμάχεον, καὶ ἀπὸ πολίων πλεύνων. Ναύαρχος μέν νυν ἐπῆν ὡυτὸς ὅσπερ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδεω, ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιληΐου ἐών· νέας δὲ πολλῷ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι.

43 Ἐστρατεύοντο δὲ οἵδε· ἐκ μὲν Πελοποννήσου Λακεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νέας παρεχόμενοι, Κορίνθιοι δὲ τὸ αὐτὸ πλή-

comparativo additum eâ orationis abundantiâ, quam invenimus quoque supra II, 137. Ad ὑπεξέκειτο, quod libris invitis haud mutavi in ὑπεξεκέετο, ut fecerunt Dindorf. et Dietsch. (cf. VII, 176 ibique nott. et infra VIII, 60. §. 2. 76. 93. IX, 40. 52. 57. 60. 73. 101), conf. Herod. VIII, 4 ibique nott. et de totius loci argumento Plutarch. Vit. Themistocl. 10. Paucos vero Athenienses in urbe relictos esse intelligimus ex Herod. VIII, 51.

Cap. XLII.

συνέρρεε καὶ ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατός] i. e. (illuc, scil. Salaminem) confluebant s. conveniebant etiam reliquae Graecorum copiae navales, cum audirent, eas Graecorum copias, quae ad Artemisium stationem habuerant, ad Salaminem appulisse.

ἐς γὰρ Πώγωνα] *Pogon*, Troezeniorum portus olim, ut videtur, satis amplus, nunc arenâ ita obstructus esse dicitur, ut exiguis modo navigiis aditum praebeat. Conf. Strab. VIII. p. 574 A. s. 373. Mannert. VIII. p. 664. Nomen portus accepisse videtur ab ea specie, quam maris ora barbae ad instar producta et ab ipsa Troezeniorum urbe (de qua vid. nott. ad VIII, 41) quindecim ferme stadia, ut Strabo testatur, remota praebet: tu vid. quae de his exposuit Curtius: Peloponnes II. p. 443 coll. Rossio: Wanderungg. in Griechenland II. p. 4, Boblaye: Recherches sur les ruines de la Morée (Expedit. scientifique de Morée. Paris 1836) pag. 19 seqq. — Pro *τὸν Τροιζηνίων* unus cod. *τῶν Τροιζηνίων*.

Εὐρυβιάδης] Vid. VIII, 2. 3. In iis, quae sequuntur: *ὁ Εὐρυκλείδεω*, articulum, qui a Florentino atque a Sancrofti libro abest, delevit Dietschius, retinuerunt reliqui editores, a quibus discedere nolui, cum supra quoque VIII, 2 articulum additum invenias. Verbis *ἀνὴρ Σπαρτιάτης* videtur Noster consulto addidisse: *οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιλικοῦ ἐὼν*, cum Spartanorum in expeditionibus plerumqne regum alteruter esset dux: de quo conf. VI, 56 ibique nott. Quare quod a Cornelio Nepote (Vit. Themistocl. 4) Eurybiades dicitur r e x Lacedaemoniorum, „qui tum summae imperii praeerat", Cornelium minus accurate dixisse aut ex alio fonte hausisse existimes.

νέας δὲ πολλῷ πλείστας — Ἀθηναῖοι] Eodem, opinor, animo Noster haec scripsit, quo ea, quae supra leguntur VIII, 3. — De navium numero disputavimus ad VIII, 1.

Cap. XLIII.

ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι] *Sedecim* hîc Lacedaemonii exhibuere

ρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Σικυώνιοι δὲ πεντεκαίδεκα παρείχοντο νέας, Ἐπιδαύριοι δὲ δέκα, Τροιζήνιοι δὲ πέντε· Ἑρμιονέες δὲ τρεῖς, ἐόντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων Δωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα ὁρμηθέντες. οἱ δὲ Ἑρμιονέες εἰσὶ Δρύοπες, ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μέν νυν Πελοποννη-
639 σίων ἐστρατεύοντο. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου, Ἀθηναῖοι μὲν 44
πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νέας ὀγδώκοντα καὶ

naves, qui ad Artemisium non nisi *decem* praebuerant: vid. VIII, 1 ibique nott. De Corinthiis atque de Sicyoniis, qui *duodecim* naves praebuerant, vid. ibidem; Epidaurii *octo* exhibuerant, Troezenii *quinque* naves; Eretrienses, qui ad Artemisium *septem* naves praebuerant, hoc loco omittuntur, infra cap. 46 commemorantur; Hermionenses, quorum supra (VIII, 1) nulla erat facta mentio, hoc loco adiiciuntur; de his cf. VIII, 73 ibique allata. Ad vocem *πλήρωμα*, qua naves ipsae una cum remigibus classiariisque indicantur, cf. VIII, 1.

Δωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος] Dores ac Macedones hoc loco sic iunguntur (quod vel particulae *τε καὶ* declarant), ut distingui prorsus nequeant, ad unam eandemque stirpem referendi et pro gentilibus (nos: „Stammgenossen") habendi. Quod merito attendit vir doctus in: Hall. Litt. Zeit. 1837. nr. 106. p. 239, reprobans eam sententiam, quam C. H. Lachmann (Spartan. Staatsverfass. pag. 95) professus erat, qui Dores ex quo tempore profecti sint e septentrionali Thessalia, in duas easque diversas stirpes (nos: „Stämme") divisos esse contendit, alteram Dymanensium, quos eosdem esse ponit ac Macedones, alteram Hylleensium, qui iidem fuerint atque Dores. Tu vid. quae de his monuimus ad I, 56, coll. I, 146. C. O. Muellero: Dor. I. p. 175, qui monet *Hermionam*, quam Herodotus VIII, 73 (ubi vid. nott.) Dryopicam appellat civitatem, postea ab Argivis captam fuisse. *Erineon* s. *Erineos*, auctore Krusio II, 2. p. 103 coll. 97 seq., ad Callidromi montis declivitatem prope Palaeochora quaeri debet, *Pindus* autem ad fontes Pindi fluvii. Est primarius de his locus Strabonis IX. p. 427 (coll. X. p. 476 et VIII. p. 362), quo auctore Dores *πόλεις ἔσχον Ἐρινεόν, Βοῖον, Πίνδον, Κύτινον* (quae Dorum tetrapolis perhibetur)· *ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ, παραρρεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Κηφισσὸν οὐ πολὺ τῆς Λιλαίας ἄπωθεν· τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι τὴν Πίνδον.* Alios veterum locos excitavit Forbiger: Handb. d. alt. Geogr. III. pag. 903, qui quo loco Erineum iacuisse putat Kruse, *Erochi*, quae urbs est Phocidis, locum quaerendum esse pronuntiat. Disseruit quoque de hac urbe Eckermann in: Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1841. pag. 1148. — In fine cap. Schweighaeuserus post *ἐστρατεύοντο* minus et post *ἠπείρου* maius punctum poni vult: de quo utut statuis, ad verba *οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου* mente repetendum erit ex antecedentibus *ἐστρατεύοντο*, neque opus videtur refingere *οἵδε δὲ*, quod proposuit Schweighaeuserus probavitque Herold Emendatt. Herodott. P. I. pag. 14.

CAP. XLIV.

πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους] i. e. *prae aliis omnibus*, ut III, 94, ubi vid. nott. „Mireris vero," ait *Schweigh.*, „quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potue-

ἑκατὸν, μοῦνοι· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα· ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες ἀποβάντες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. οὗτοι μέν νυν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἦσαν Πελασγοὶ, οὐνο-

rint, quandoquidem in pugna ad Artemisium *dimidiam partem Atticarum navium vulneratam* esse ait scriptor cap. 18 neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus.“ Tu vid. quae de navium Atticarum numero ad VIII, 1 notavimus. In seqq. vocem μοῦνοι cum vi quadam addi in sententiae clausula nemo non videt. Nunc enim *soli* Athenienses, nullis assumptis Plataeensibus, qui antea ipsis milites praebuerant (cf. VIII, 1), tot naves exhibent. Dissentit ab Herodoto, Plataeenses in pugna Salaminia pugnasse negante, Demosthenes qui vulgo perhibetur advers. Neaeram §. 95. pag. 1377 Reisk., qui idem Plataeenses ad Thermopylas dimicasse tradit, licet Herodotus (VII, 202) nullam eorum mentionem fecerit. Sed maior in his Herodoto fides quam Apollodoro sive incerto scriptori, qui Demosthenis nomine abusus hanc orationem conscripsisse putatur: qua de re vid. A. Schaefer: Demosthenes und seine Zeit. III, 2. pag. 179 seqq. De Plataeensibus vid. G. O. Friedrich: Rerr. Plataicc. Specim. (Berolin. 1841) pag. 16.

διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα] E Florent., Med., aliis διὰ τοιόνδε πρῆγμα dederunt Schweighaeuserus et Gaisf. Vulgo post τοιόνδε inseritur τι, quod equidem cum Matth., Bekkero et rec. edd. retinui.

ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης] „Περαίη τῆς Βοιωτίης, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus; cuiusmodi περαία τῆς Ἀσίας Diodoro XX, 97 Asiae continentis regio, exadversum insulam Rhodum, *Peraea* apud Livium XXXII, 13.“ *Wessel.* Mihi tamen vix pro nomine proprio Noster habuisse videtur περαίην. Itaque malim reddere: *in oram Boeotiae oppositam.* — In seqq. ad vocem οἰκέτας conf. nott. ad VIII, 4, et quod attinet ad locutionem: πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων (i. e. *ad servos suos exportandos in alium locum et in tuto collocandos se converterunt*) conf. VIII, 20. 32, ubi verbo ἐκκομίζεσθαι Noster in simili re significatione eadem utitur.

ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην] i. e. *quo tempore Pelasgi Graeciam, quae nunc dicitur, tenebant;* temporis enim significationem h. l. ut in sequentibus verbis ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος (i. e. *regnante Cecrope*, s. quo tempore Cecrops regnabat) praepositio ἐπὶ habet, quod vel genitivi absoluti qui mox sequuntur (ἐκδεξαμένου — Ἐρεχθέος et Ἴωνος — γενομένου) indicant; vid. Herod. I, 5 ibique nott. I, 15. 56. 65. 94. IV, 5. 14. 8. Infra VIII, 50 Noster omissa praepositione scripsit: Καλλιάδεω ἄρχοντος. Quare noli de ea significatione praepositionis ἐπὶ cogitare, qua *appellandi* verbis additur, de qua vid. nott. ad I, 14. IV, 45. Mox scripsi Ἐρεχθέος pro vulg. Ἐρεχθῆος, de quo vid. nott. ad VII, 189, itemque edidi μετονομάσθησαν pro μετωνομάσθησαν, ut IV, 189, ubi vid. nott. Alia quae in loco Herodoteo olim tentaverat Koenius, libris scriptis invitis, omittere praestat. Attigit Herodotea Eustathius ad Dionys. Perieget. 423 itemque Scymnus Chius, qui varias Atticae terrae atque incolarum eius appellationes, quas Herodotus hoc loco profert, ex hoc ipso scriptore retulit vs. 560

μαζόμενοι Κραναοὶ, ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι, ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετουνομάσθησαν, Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες 45
δὲ τωυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Ἀμπρακιῶται δὲ ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπεβώθησαν, Λευκάδιοι δὲ τρεῖς,

seqq., cui add. Strab. IX. p. 397 s. 608 A. De Pelasgis, terrae Atticae incolis antiquissimis, vid. allata ad Herodot. I, 56 coll. VII, 161.

ἦσαν Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κραναοί] Ipsa Athenarum urbs sive arx olim vocabatur *Κραναὰ πόλις* (conf. Aristoph. Ach. 75. Lysistr. 483 ibique Scholl.), nomine ducto vel ab antiquo ut ferebant rege *Cranao* (cf. Aristoph. Av. 122. Pausan. I, 2. §. 5. 31. §. 2. Apollodor. III, 14. sect. 1) vel a loci natura solique asperitate. Conf. etiam C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterthüm. §. 92 ibique citt., qui idem §. 91. not. 17. 18 ed. quart. de *Cecrope* atque *Erechtheo* consulendus erit. Apud Herodotum VII, 141 in oraculo terra Attica inde dicitur *οὖρος Κέκροπος*. De *Ione*, a quo Ionum nomen ductum, vid. Herodot. VII, 94 ibique nott., coll. Excurs. ad V, 66 (Vol. III. p. 799 seqq.), ubi de Ionis filiis, a quo nomina tulisse dicuntur quattuor Atheniensium tribus, disputatur. Qui Ion quod h. l. *στρατάρχης*, i. e. *dux copiarum* (vid. III, 157 ibique nott.), Atheniensibus fuisse dicitur, ambigue dictum putat C. Fr. Hermannus (l. l. §. 95. not. 4), a Conone apud Photium Bibl. Cod. CLXXXVI. §. 27 accuratius dici ratus: *διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν αἱρεθεὶς βασιλεύει Ἀθηναίων*. Itaque ad regnum evectus putandus erit Ion, cum antea dux copiarum s. *στρατάρχης* fuisset. Merito autem idem Hermannus (§. 91. l. l.) nos attendi iubet ad diversas hasce unius eiusdem regionis appellationes; unde si quid aliud, hoc certe colligas, magnas olim in Attica accidisse mutationes domesticas, de quibus tamen in tanta testimoniorum inopia vix certi quid constituere licet. Ad *Athenienses Iones* referunt etiam *Iones* apud Homer. Iliad. XIII, 685, ubi cf. Bothii annotationem; tu vid. Herodot. VII, 94 ibique nott. VIII, 73 ibique nott.

CAP. XLV.

Μεγαρέες κ. τ. λ.] De *Megarensibus* vid. VIII, 1 ibique nott., ubi etiam de voce *πλήρωμα*. Voculam *τὸ* post *παρείχοντο* auctoritate codicis Sancrofti omissam a Schaefero, quem Matth. et recc. edd. inde a Bekkero sequuntur, equidem cum Gaisf. et Schweigh. revocavi: vid. supra cap. 43.

Ἀμπρακιῶται δὲ — ἐπεβώθησαν] De forma *ἐπεβώθησαν* vid. nott. ad VIII, 1. *Ambraciotae* sunt incolae urbis Ambraciae, quae a quibusdam Thesprotiae accensetur, ad Arachthum sita fluvium in Ambracii sinus recessu intimo, ubi a Corinthiis Cypseli fere aetate exstructa est eo loco, quo nunc dicitur esse *Arta*. Plura Krusius: Hellas II, 2. p. 283 seqq. 322 seqq., Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 894. coll. C. Fr. Hermanno: Griech. Staatsalterth. §. 86. not. 5. Eodem quoque tempore *Leucas* condita fertur a Corinthiis, patriâ scil. pulsis dominante Cypselo; quod enim hoc ad Periandri tempora quidem referunt, id cum Krusio l. l. p. 285. 356 de colonia renovata intelligere malim. Sed multum postea floruit urbs mercatura insigni, quam locus ipse egregie adiuvabat. Sita enim urbs in peninsula, quae canali post disiuncta a continenti insulae assumpsit speciem. Nunc *Santam Mauram* vocant. Plura Krusius l. l. p. 357 seq., Forbiger l. l. III. p. 1012 coll. C. Fr. Hermanno l. l. §. 86. not. 2, C. Muellero ad Geo-

46 ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νησιωτέων δὲ Αἰγινῆται τριήκοντα παρείχοντο. ἦσαν μέν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες, ἀλλὰ τῇσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἄριστα πλωούσῃσι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχησαν. Αἰγινῆται δέ εἰσι Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ Ἴωνές εἰσι. μετὰ δὲ Κεῖοι τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι,

graph. Graecc. minn. Vol. I. p. 36, Gail. ad Scylac. I. pag. 381 seq., Boeckh. Corp. Inscriptt. I, 1. p. 58, Sintenisio ad Plut. Vit. Themistocl. 24. p. 153.

Cap. XLVI.

τῇσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον] i. e. *his* quidem *navibus*, quas scil. praeter triginta illas ad Graecorum classem exhibitas, habebant instructas, *suam ipsorum terram custodire studebant.*

Αἰγινῆται δέ εἰσι Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου] Attigit haec Eustath. ad Dionys. Perieg. 511. Aeginetarum res navales ipse attigi ad VIII, 1. Qui quo sensu hîc vocentur Dorienses, disquisivit C. O. Mueller: Aeginett. pag. 42, reliquorum scriptorum de Aeginetarum origine allatis testimoniis, in quibus tu vid. potissimum Pausan. II, 29. §. 5. Atque Muellero auctore l. l. pag. 43 eodem populorum impetu, quo Dorienses Lacedaemonii Lyttum, Theram, Melum condiderunt, Dorienses Argivi, qui iidem tunc temporis Epidaurum quoque tenebant, in Cretam, Rhodum, Con, Cnidum, Halicarnassum atque etiam Aeginam colonos deduxerunt, duce Triacone. Hinc igitur explicandum, quod Aeginetarum maiores, Dorienses, Epidauro s. Argo oriundi ipsique Aeginetae plerumque Dorienses habeantur, qui Dorica habuerint instituta. Prius insulae nomen *Οἰνώνη* (conf. Pindar. Isthm. V, 44. Nem. IV, 75.) ad Pelasgorum aetatem, qui olim plerasque Graeciae regiones tenuere, videtur referendum, ductum forsitan ab *Οἰνόῃς* nomine, quod in Attica invenitur; ex qua ipsa hi Pelasgi, qui primi insulae fuere incolae, in eam fuerint ingressi. Conf. Mueller l. l. p. 8 seq. et vid. omnino ea, quae ad V, 83 allata sunt. Ad structuram verborum sequentium facile ad nominativos *Χαλκιδέες*, *Ἐρετριέες*, *Κεῖοι* ex antecedentibus mente repetendum *ἐπεβώθησαν* (cap. 45 fin.) vel etiam *ἐστρατεύοντο* ex initio cap. 43. — *τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι* dicit Noster *eas* naves viginti, quas iam antea ad Artemisium praebuerant *Chalcidenses*, ut legimus supra VIII, 1. De articuli vi in hisce monuit Matthiae Gr. Gr. §. 267. De *Eretriensibus* cf. nott. ad VIII, 43.

Κεῖοι — Ἀθηνέων] Pro olim vulg. *Ἀθηναίων* Wesseling. et h. l. et cap. 48 recte dedit *Ἀθηνέων*, comparans VIII, 45, ubi *ἀπὸ Κορίνθου* et VIII, 46, ubi *ἀπ' Ἐπιδαύρου*. Ad vocem *Κεῖοι* conf. nott. ad VIII, 1. Ionicam gentis originem, quam praeter Herodotum etiam testatur Schol. ad Dionys. Perieg. 526, eo referunt, quod omnino Cycladum insularum incolae ab Ionicis Atticis repetuntur, teste Eurip. Ion. 1581 seq. Thucydid. VII, 57. Accuratius in haec inquisivit Broendsted: Reis. in Griech. I. pag. 55 coll. p. 72. Qui ea, quae de Ionica Cycladum origine institutisque Ionicis tradita exstant, non ad illam Ionum migrationem, quae undecimo ante Chr. n. accidit seculo (quod placuit C. Fr. Hermanno: Griech. Staatsalterth. §. 77), sed ad aliam quandam migrationem, quae serius Athenis facta sit, referri vult; unde explicandum, quod in illis insulis, qua nos novimus aetate, eâ Ionum obtinuerint

ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηνέων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας· ἀποπεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιητέων, κατάπερ ὦλλοι νησιῶται, ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου καὶ τότε τριηραρχέοντος. Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες, ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νέας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Κύθνιοι δὲ μίαν καὶ πεντηκόντερον, ἐόντες συναμφότεροι οὗτοι Δρύοπες· καὶ Σερίφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο. οὗτοι γὰρ οὐκ

instituta, quae ab Atticis vulgo repeti solent, etsi quo tempore locum habuerit haec migratio, in maxima testimoniorum inopia definire haud licet. Hinc quoque explicanda sacrorum illa cognatio quaedam, ab Attica et quidem valde prisco ab aevo repetenda, de qua monuit Creuzerus in Annall. Viennenss. LVII. p. 18.

Νάξιοι δὲ] De *Naxiis* vid. Herod. V, 28 ibique laudd. 31. VI, 96. Graeter: Diss. de Naxo insula p. 24. 38. Quae sequuntur, insectatur Pseudo-Plut. II. p. 869 A. C. malitiose agere contendens Herodotum, talia de Naxiorum defectione referentem, cum Naxii teste Hellanico sex navibus aut Ephoro teste quinque navibus sponte Graecis auxilio venerint (conf. Ephori fragmm. p. 222. Marx.). Neque vero ullius momenti hanc Pseudo-Plutarchi esse criminationem patet, idemque statuit Lahmeyer: De Plutarchei libelli, qui de malignit. Herodot. inscrib. etc. pag. 72; tu conf. etiam Dahlmann. Herod. pag. 132. — In seqq. *νησιῶται* dicuntur *Cycladum insularum incolae*, ut monui ad V, 30 et VII, 95. Add. VIII, 66.

Δημοκρίτου σπεύσαντος] i. e. *instante, urgente Democrito, ad defectionem adhortante*. Conf. I, 38. 74. 206. VIII, 41. Exstat in hunc Democritum epigramma Simonidis apud Plutarch. II. pag. 869 C coll. Brunck. Analectt. I. p. 133 [nr. 32. T. I. p. 65 Antholog. ed. Iacobs.]. Tu vid. Simonidis fragmm. nr. 193. p. 179 ed. Schneidewin. et Bergk. Poëtt. Lyricc. Graecc. pag. 913 (nr. 139). Ad verbum *τριηραρχεῖν* (*triremis navis praefectum esse*) vid. VII, 181 coll. VIII, 93.

Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες] Referri huc volumus, quae modo de Ceis e Broendsted. disputatione attulimus. Cepit Naxum Pisistratus, teste Herodoto I, 64, in eamque haud scio an Atticos incolas Atticaque instituta transtulerit; nisi iam ante Pisistratum ut reliquas Cyclades, ita Naxum quoque Iones tenuisse putandi sint. Sed certiora documenta desunt.

Στυρέες] Vid. nott. ad VIII, 1. In proxime seqq. Wesseling. recte dedit *Κύθνιοι* e Plut. II. p. 863 E., cum vulgo ferrent *Κύνθιοι* vel *Κίνθιοι*. Conf. Gesner., Triller. et Abr. Gronov. ad Aelian. H. A. XVI, 32 et Demosthen. *περὶ συντάξ.* p. 102, 52 [pag. 176, 10 R.], unde intelligitur, haud magni fuisse momenti Cythnios aeque ac Siphnios. Tu vid. allata ad VII, 90. — De *Dryopibus* conf. Herodot. I, 146 ibiq. nott. Pausan. IV, 34. §. 6. Add. C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 6. not. 15 et §. 77. not. 21 ed. quart.

καὶ Σερίφιοι] *Seriphus*, quae inter Cyclades exigua insula eademque saxosa ac sterilis ad occasum Siphni sita, mala olim fruebatur existimatione (vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. I, 2. pag. 1086); ita ut vel ab Romanis imperatoribus exsules eo mitterentur teste Tacito Ann. IV, 31. Nunc vocant *Serphno*. Cf. Mannert. VIII. pag. 739 et vid. quae ad III, 57 de hac insula attu-

47 ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ ἐστρατεύοντο· Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι ὁμουρέοντες Ἀμπρακιήτῃσι καὶ Λευκαδίοισι, οἳ ἐξ ἐσχατέων χωρέων ἐστρατεύοντο. Τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων Κροτωνιῆται μοῦνοι ἦσαν, οἳ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ νηΐ μιῇ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης Φάϋλλος. Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ

limus, ad quam etiam spectat proverbium σιφνιάζειν, de quo vid. Paroemiograph. Graecc. p. 105. ed. Gaisford. *Melus* insula ambitu maior simulque feracior, quam nunc vocant *Milo*, Dorica olim habitata fuit a gente, quae inde etiam semper Spartanorum partes amplectebatur, donec bello Peloponnesiaco (cf. Thucydid. V, 84 seqq.) maxima incolarum parte trucidata ab Atheniensibus coloni in insulam deducti sunt, qui tamen ipsi paulo post insulâ denuo cedere coacti sunt. Neque pristinum florem recuperasse videtur insula, quae nunc aëre pestilenti maxime insalubris esse fertur. Conf. Mannert. VIII. p. 736 seq., Poppo ad Thucyd. I, 2. p. 277, Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 1028. Quibus add. decretum de lite inter Melios et Cimelios orta in: Revue d'Archeologie XI. pag. 577 seqq., ubi adiecta est mappa geographica, quae Meli insulae atque adiacentium insularum unâ cum Siphno insula accuratam exhibet delineationem. In seqq. ad locutionem γῆν τε καὶ ὕδωρ conf. citt. ad V, 17.

Cap. XLVII.

Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ] De *Thesprotis* conf. V, 92. §. 7, ubi etiam de *Acheronte* fluvio, qui nunc vocatur *Gurla* s. fluvius *Suliae* (regionis), nonnulla attulimus. Tenendum vero est, Graeciae fines vulgo ad Ambraciam poni, a qua inde Graeciam ipsam s. propriam exordiri scribunt Scylax §. 33. p. 12 Huds. p. 255 Gail. (quem vid. in annotat. pag. 377. 577) atque Dicaearchus. Nam latiori sensu Graeciam vel extra hos terminos esse putabant, quibuscunque locis Graecorum essent coloniae. Hinc paulo inferius Crotoniatae referuntur ad Graecos ἐκτὸς τούτων οἰκημένους, habitantes scil. extra Graeciae continuae fines, quos ad Thesprotorum terram poni modo diximus. Sed eorum, qui intra hos fines habitant (τῶν ἐντὸς οἰκημένων), extremi sive ultimi sunt Ambraciotae atque Leucadii, qui ipsi, cum Thesprotis vicini sint, ex ultimis Graeciae regionibus advenisse iure dicuntur. — Ἀμπρακιήτῃσι scripsi pro vulg. Ἀμπρακιώτῃσι, monente Bredovio pag. 168, ut infra IX, 28. Idem dederunt Dindorf. et Dietsch. Ad formam ἐβώθησαν vid. nott. ad VIII, 1.

τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης, Φάϋλλος] Cum unam navem ab opulentissima Crotoniatarum civitate Graecis auxilio missam esse parum sit credibile, veri fit simillimum, hanc navem non publice missam esse, sed privato sumptu instructam a *Phayllo*, qui Graeciae, in qua tot victoriis tantam gloriam adeptus erat, opitulaturus sponte advenerit nave suis impensis parata. Quin disertis verbis enuntiat Pausan. X, 9. §. 1, Phayllum cum Persis pugnasse ναῦν παρασκευασάμενον οἰκείαν sive ναῦν ἰδιόστολον, ut scribit Plutarch. Alex. 34: quae iam attuli ad VIII, 17. De *Phaylli* victoriis consentit Pausanias l. l. Atque exstat in eum epigramma in Antholog. Palat. T. II. p. 851. III. p. 949. Apud Aristophanem Acharn. 210 (Both.) Vesp. 1206 qui memoratur *Phayllus* cursor celeberrimus idemque, ut Scholiasta tradit, Ὀλυμπιονίκης, ab hoc Crotoniata, qui

Ἀχαιοί. Οἱ μέν νυν ἄλλοι τριήρεας παρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· 48 *Μήλιοι δὲ καὶ Σίφνιοι καὶ Σερίφιοι πεντηκοντέρους, Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο, Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνέων, μίαν ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.*

e Pausaniae testimonio nunquam Olympiis vicit, sane diversus videtur, ut dudum recte statuit Valckenar., qui de Crotoniata Phayllo praeterea conferri vult Suidam s. v. T. III. pag. 586. Zenob. IV, 23. Eustath. ad Odyss. VIII. p. 302. Atque Crotoniatas omnino multas in ludis Olympiacis et Pythicis victorias retulisse novimus; vid. Krause: Gymnast. u. Agonist. d. Hellen. II, 29. pag. 752.

Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί] Constantem hanc antiquitatis fuisse famam observat C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 80. not. 10, ubi plura hanc in rem affert testimonia. Tu vid. potissimum Strabon. VI. p. 262 s. 402 B seq. Nam cogitandum hîc de Achaeis, prioribus Laconiae incolis, qui Doribus Heraclidisque ingressis solo cedere coacti in Italiam discesserunt ibique Crotonem condiderunt, anno 710 ante Chr. n. sive Olymp. XVII, 3, ut vulgo ponunt; vid. Fischer: Griech. Zeittafeln pag. 76 seq.

Cap. XLVIII.

Μήλιοι μὲν γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος κ. τ. λ.] Pertinent huc, quae ad VIII, 46 disputavimus. Verba seqq. *Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι κ. τ. λ.* citat Eustath. ad Dionys. Perieg. 525, ubi vid. plura.

Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο — τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 140. Quod vero et h. l. et VIII, 82 Noster navium numerum indicat *trecentarum septuaginta octo*, existunt potius *trecentae sexaginta sex*, si omnium navium, quotquot a singulis civitatibus supra cap. 43 seqq. enumeratis suppeditatae dicuntur, rationem accurate subduxeris. *Trecentae quinquaginta octo* erunt, si cum Valla Sancrofti librum aliumque sequamur. Neque tamen hoc loco quidquam mutandum, auctore Valckenario, qui, quo numeri conveniant, cap. 46, ubi *triginta* (*τριήκοντα*) naves praebuisse dicuntur Aeginetae, *duo et quadraginta* (*δύο καὶ τεσσαράκοντα*) substitui vult; quod idem placuit Larchero, cum Aeginetae post Athenienses plurimas certe naves dederint, teste Pausania II, 29. §. 5, indeque plures naves Corinthiis, qui et ipsi *quadraginta* erogasse perhibentur, praebuerint necesse sit. Assensus est hisce Negris in edit. sua. Sed illo in loco Herodoti vel repetitum *τριήκοντα* mutari quid vetat, ut bene monuit C. O. Mueller Aeginett. pag. 120. Et praetervidit Valckenarius, quod ipse enuntiat Herodotus cap. 46, Aeginetas praeter triginta triremes, quae pugnae Salaminiae interfuerint, alias quoque habuisse, quibus Aeginae insulae, in quam multi Athenienses suas familias fortunasque securitatis causa transtulerant, oram a Persarum incursionibus tutarentur. Has igitur naves ad insulam tutandam relictas si duodecim fuisse ponamus, quae Schweighaeuseri est sententia, easque etiam ad hunc referamus censum, Herodoti constabit fides numerique convenient; quamquam in universum dolemus cum Dahlmanno Herod. pag. 99. 219 in calculis Herodoteis ac supputationibus plerumque menda reperiri ac vitia vix nobis tollenda; qualia equidem librariorum socordiae quam senis ipsius negligentiae adscribere malim. Nec aliter iudicare video C. O. Mueller. l. l. p. 121 seq., mendum latere qui putat VIII, 43, ubi in verbis *Σικυώνιοι δὲ πεντεκαίδεκα παρείχοντο νέας*, ultimam

49 Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στραγηγοὶ ἀπὸ τῶν
εἰρημένων πολίων, ἐβουλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδεω γνώ-
μην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὅκου δοκέοι ἐπιτηδεώτα-
τον εἶναι ναυμαχίην ποιέεσθαι τῶν αὐτοὶ χωρέων ἐγκρατέες
εἰσί. ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀπεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι προετί-
θεε. Αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον,
πρὸς τὸν Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ τῆς Πελοποννή-
σου, ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε, ὡς, ἢν νικηθέωσι τῇ ναυ- 641
μαχίῃ, ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἐόντες πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα
σφι τιμωρίη οὐδεμία ἐπιφανήσεται, πρὸς δὲ τῷ Ἰσθμῷ ἐς τοὺς
ἑωυτῶν ἐξοίσονται.

vocem in *πλεῦνας* commutandam esse suspicatur. Alf. de Gutschmid. in Philolog. X. p. 667 Herodoto ita succurri posse putat, ut supra VIII, 43 pro: *Τροιζήνιοι δὲ πέντε* legatur: *Τροιζήνιοι δὲ ἑπτά* (cum Troezenii haud commemorentur ab Herodoto in iis, qui totidem naves Salaminem, quot olim Artemisium miserint) et VIII, 46, ubi Aeginetarum naves indicantur, pro *τριήκοντα* legatur *τεσσεράκοντα*. Differt autem a numero hoc Herodoteo, qualemcunque constitueris, Ctesias Perss. Excerptt. §. 26, *septingentas* Graecorum naves Salaminiae pugnae interfuisse scribens; nisi ibi quoque in numeris peccarunt librarii.

Cap. XLIX.

γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον] i. e. *ut, quicunque vellet, sententiam suam declararet, enunciaret: quo loco videretur maxime opportunum esse pugnam navalem instituere inter ea loca, quae in ipsorum essent potestate.* Locutio *γνώμην ἀποφαίνεσθαι*, quae vix differt a simili locutione *γνώμην ἀποδείκνυσθαι*, invenitur I, 207. II, 24. 120. III, 82. 71. VII, 152 coll. 143. IX, 5. Vid. Sluiter. Lectt. Andocidd. pag. 180 (p. 119 Lips.), Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 67. — In seqq. pro vulg. *ἀφεῖτο* exhibui *ἀπεῖτο*, monente Bredovio pag. 93, idemque exhibuerunt Dindorf. et Dietsch. Est autem plusquamperfecti passivi forma, ad quam conferenda sunt, quae de perfecti forma huius verbi ad II, 65 et II, 165 notavimus. Sensus est: *etenim Attica terra iam relicta erat.* Ad *προετίθεε*, quae est imperfecti forma, cf. I, 202 et Bredov. pag. 395.

συνεξέπιπτον] Idem verbum eadem significatione I, 206 coll. VIII, 123 de sententiis in unum convenientibus. Locutio, ni fallor, ducta de sortibus simul unâ pluribus urnâ excidentibus inque una eademque re congruentibus. Cf. V, 22 ibique nott. Quod sequitur: *ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε* (i. e. *hanc rationem adiicientes*), eodem modo invenitur positum II, 156. VII, 147; conf. etiam II, 64. V, 4. (*ἐπιλέγοντες*) IV, 65. Ad ipsam narrationem conf. Plutarch. Vit. Themist. cap. 11, ubi nonnulla paulo aliter tradita exstant.

ἢν νικηθέωσι] Haec lectio ex Aldina et aliquot scriptis fluxit libris. Vulgo *εἰ νικηθέωσι*, quod Florentinus, Mediceus, alii tuentur. Cf. Werfer. in Actt. phill. Monacc. I. pag. 235 et vid. nott. ad II, 13. Add. Hartung: Lehre d. Griech. Part. II. pag. 301. Eadem confusio infra VIII, 118. — Ad futura medii, quae passivo sensu adhibentur, *πολιορκήσονται* (de quo etiam vid. VIII, 28. 70) et *ἐξοίσονται* (quod etiam invenitur VIII, 76 coll. 96) vid. nott. ad V, 35 et ad IX, 122. Cf. etiam quae de Thucydidis usu monuerunt

Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ἐπιλεγομένων 50
ἐληλύθεε ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς
τὴν Ἀττικήν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. Ὁ γὰρ διὰ
Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιέων
τὴν πόλιν, αὐτῶν ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν
Πλαταιέων ὡσαύτως, ἧκέ τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα ἐκεῖνα
ἐδήιον. ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν, πυθόμενος

Poppo aliique: vid. VI, 69. P. III. Vol. IV. p. 251 seq. ed. Popp. Eodem modo πολιορκήσοιντο passivo sensu dixit Xenophon Hellen. VI, 4, 6. VII, 5, 18 coll. Cyropaed. VI, 1, 15. — Ad vocem τιμωρίη vid. allata ad VII, 169. Inde haec totius loci existit sententia: sententiae communi consilio latae hanc adiiciebant rationem, ut dicerent, *inferiores si e proelio discessissent, tum Salamine si essent, se obsidionem passuros in insula, ubi ipsis nullum auxilium adpariturum sit; ad Isthmum vero si essent, salvos sese ad suos* (cives s. socios) *recepturos* (sese recipere posse).

Cap. L.

ἐπιλεγομένων] i. e. *haec dum disceptant Peloponnesiorum duces.* De verbi medii ἐπιλέγεσθαι significatione diximus ad V, 80. VII, 47. Quod vulgo legitur ἐλήλυθε, in ἐληλύθεε mutandum recte censuit Werfer Actt. phill. Monacc. I. p. 240, probante Matth. Gr. Gr. §. 505, IV, qui unâ cum Bekkero hoc in textum recepit: quod idem fecerunt Dindorf. et Dietsch.; tu vid. nott. ad I, 79 et cf. Bredov. p. 320. Vulgatam lectionem ἐλήλυθε tuetur Lehrs: Quaest. epp. pag. 276 ad Pausaniam, Herodoti imitatorem, provocans, qui ἐλήλυθε scripserit III, 5, 4. — Verbo πυρπολεῖν (*incendio vastare*) usus quoque est Polyaen. IV, 2. §. 14: τήν τε χώραν πυρπολῶν. Plura vid. in Thesaur. Ling. Graec. Vol. VI. p. 2278 ed. Dindorf.

Ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς κ. τ. λ.] Conf. supra VIII, 34.

ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον] i. e. *cum ipsi* (incolae) *urbe relicta cessissent s. abiissent in Peloponnesum.* De usu praepositionis ἐς in talibus laudavit *Cr.* Taylor. ad Lysiae Epitaph. Vol. V. pag. 72 ed. Reisk. Wesseling. excitaverat Diodor. XI, 14 coll. Herodot. VI, 100, ubi vid. nott. Sic apud Aeschyli Pers. 133 Bl. (107 Both.) ἐκλέλοιπεν valet *abiit, discessit.* Ad proximum ἧκε conf. Matth. Gr. Gr. §. 504, 2.

ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν] „More Homerico Ili. II, 498 et 504; de praelio tamen ad Plataeas ἐν τῇ Πλαταιῆσι μάχῃ conf. VII, 231 et IX, 89. Adi Steph. Byz. [s. v. pag. 641] et L. Holstenium.“ *Wessel.* Apud Graecos pariter in usu Πλάταια et Πλαταιαί, rarius tamen illud, cum plerique scriptores ipseque Herodotus IX, 25. 39. 41 pluralem adhibeant. Monuit Muenscher: De rebb. Plataeenss. pag. 3. 10 seq. coll. Friedrich. Rerr. Plataicc. Specim. pag. 9. not. Ac vid. quoque Siebelis. ad Pausan. IV, 36. §. 5 coll. IX, 1. §. 2, Gail. ad Geogr. min. IV. pag. 280. Cum ipsa Herodoti narratione convenit ex parte Ctesias Persicc. Excerptt. §. 25, ubi narrat, Xerxem copias contra Plataeenses misisse duce Mardonio, a Thebanis quippe stimulatum, his vero addit obviam venisse Pausaniam, qui eos ita vicerit, ut ipse Mardonius vulneratus fugâ salutem petierit.

ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν, πυθόμενος κ. τ. λ.] De *Thespiensibus*, quorum animi maxime alieni erant a Thebanis, supra monuimus ad V, 79; iidem Thespienses ad Thermopylas cum Leonida contra Persas pugnaverant ibique occubuerant (VII, 202. 222. 226.

51 Θηβαίων ὅτι οὐκ ἐμήδιζον. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μησὶ ἐγίνοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. καὶ αἱρέουσι ἔρημον τὸ ἄστυ, καί τινας ὀλίγους εὑρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ καὶ πένητας ἀνθρώπους, οἳ φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν

VIII, 25): unde, opinor, iram regis ita excitaverant, ut urbem incenderet. *Plataeenses* Atheniensibus iam auxilio venerant ad Marathonem contra Persas pugnantibus (VI, 108), iidemque contra Xerxem in Graecorum classe ad Artemisium militasse dicuntur a Nostro VIII, 1: itaque hi quoque Xerxis iram moverant, qui eorum urbem flammis tradi iussit.

Cap. LI.

Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου] i. e. *ab eo inde tempore, quo Hellespontum traiecerunt.* Haud aliter *ἀπὸ* in tempore indicando, ubi Latini *a* s. *post* ponunt, VIII, 54. 55. Plura Fischer ad Weller. III. a. pag. 108 seq. A quo tempore (haec est Herodoti sententia) Persae Hellespontum traiecerunt, itineris (in Europam) initium facientes, unum ibi (in Hellesponto) mensem, in ipso transitu (et in exercitu ordinando et lustrando) consumptum commorati, inde trium mensium spatio devenerunt in Atticam anno 480 a Chr. n. s. Olymp. 75, 1, quo Callias archon eponymus fuit Athenis. *αὐτοῦ*, i. e. *ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ*. Ad formam *μησὶ* (pro vulg. *μήνεσι*) vid. allata ad Herodot. IV, 43. Ad genitivos *Καλλιάδεω ἄρχοντος* vid. nott. ad VIII, 43.

καὶ αἱρέουσι] Subitum transitum temporum ab aoristo (*ἐγένοντο*) ad praesens notavimus ad V, 55.

ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας] Quod continuo commemorantur *ταμίαι τοῦ ἱροῦ*, qui quaestores sunt aerarii in templo Minervae (Parthenonis s. eius templi, quod ante Periclis tempora Parthenonis locum tenebat [vid. nott. ad V, 72], in cella) depositi, inde quis colligat, de eodem Minervae templo verba haec *ἐν τῷ ἱρῷ* esse accipienda? Atque ita sane haec verba accipi vult Ross: Archäolog. Aufsätze p. 130; equidem tamen malim verba *ἐν τῷ ἱρῷ* hoc loco accipere sensu latiore de toto loco diis ac potissimum Minervae consecrato in arce, complectente Hecatompedon s. Parthenonem aeque ac Minervae Poliadis templum una cum Erechtheo: neque alio sensu accipi posse puto, quod legitur cap. 53: *τὸ ἱρὸν συλήσαντες*, et cap. 55: *ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν*, ut 54: *ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν*.

ταμίας τε τοῦ ἱροῦ] Prima hic mentio quaestorum sacrorum in templo Minervae, ubi primarium Atticae civitatis fuit aerarium, in quo omnia donaria, vectigalia, mulctas, alia id genus deponebant, condita in Parthenonis cella quadam. Postea crebrior eorum fit mentio in inscriptionibus aliisve monumentis: unde decem fuisse numero quaestores e civibus ditioribus electos intelligimus. Plura Boeckh. Oeconom. Athen. I. p. 172 (217 seq. ed. sec.) coll. Petit. Legg. Att. p. 338 et C. Fr. Hermanno: Griech. Staatsalterth. §. 151. not. 9. 10. 12. Inde *οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας* commemorantur in inscriptionibus nuper editis a Rangabé: Antiquités Helléniques II. p. 14. 16. 47. 148 seq. Apud Cornelium Nepot. Themistocl. 4 init. Xerxes dicitur arcem, interfectis *sacerdotibus*, quos in arce invenerat, incendio delevisse.

θύρῃσί τε καὶ ξύλοισι ἠμύνοντο τοὺς ἐπιόντας, ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενείης βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα, πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον, τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ κρησφύγετον κατὰ τὸ μαντήϊον, καὶ οὐ τὰς νέας. Οἱ δὲ 52
Πέρσαι ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον, ἐπολιόρκεον τρό-

θύρῃσι] *tabulis*, *asseribus*, ut II, 96. Monuit Schweighaeuser. Quod sequitur ἠμύνοντο, et h. l. et cap. 52, accipio: *arcere, propellere studebant*, quo imperfecti vis ac potestas eluceat.

ὑπ' ἀσθενείης βίου] i. e. *ob victus inopiam.* Scripsi ἀσθενείης pro vulg. ἀσθενίης, vid. nott. ad II, 47, ubi eadem invenitur locutio, quam Negris Neograecorum idiomate exponit ἀπὸ πτωχείαν, si quidem ἀσθενὴς saepius idem valeat atque πτωχὸς (ut VIII, 137. II, 47. Eurip. Suppl. 433. Electr. 267.). Valckenarius ad h. l. praeterea confert II, 88, ubi χρήμασι ἀσθενεστέρους Noster dicit *pauperculos*, itemque Thucyd. I, 5, alia. Ad argumentum loci conf. VIII, 40. 41, ubi in Salaminem se suasque res illos contulisse, aggredientibus Persis, enarrat Herodotus.

πρὸς δὲ] Post has voces e Sancrofti libro καὶ recepit Gaisfordius, quod reliqui libri scripti et editi omittunt. Spectant autem haec ad antecedens ἅμα μὲν, maiori quadam vi addita. Vid. G. Hermann. ad Viger. pag. 782. Apud Thucydid. VII, 56 post ἅμα μὲν infertur τὸ δὲ πλέον.

τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε] Vid. VII, 142. Pro τὸ Valcken. sine causa reponi vult τῷ. Voculam καὶ, quae vulgo ante voces αὐτὸ δὴ τοῦτο legitur inserta, cum Schaefero, Matthiaeo et recc. edd. retinui, si quidem per hanc voculam verba sequentia adiunguntur antecedentibus verbis πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον. Deleverunt particulam, quae sane a nonnullis libris scriptis abest, Schweighaeuserus et Gaisfordius. Ad verba τὸ ξύλινον τεῖχος cf. allata ad IX, 15. — Ad vocem κρησφύγετον conf. V, 124 ibique nott.

Cap. LII.

Οἱ δὲ Πέρσαι ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον] i. e. *Persae considentes* (s. castris positis) *in colle ex adverso arcis sito*, *quem Martium collem vocant,* (Athenienses in arce inclusos) *hoc modo oppugnare instituerunt.* Verbum ἵζεσθαι sic positum invenias IV, 203 (ἱζομένοισι ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθον), III, 11. IX, 2. 17. 26: de structura vid. allata ad II, 55. IV, 145. V, 12. — Satis vero notus in Atticorum rebus collis ille, in quo Areopagitarum concilium consedit, *Martis* collis Ἄρειος (Ionice Ἀρήϊος) πάγος nominatus vel ob Amazones, Martis filias, quae impetum fecerant in collem, vel ob Martem, qui Halirrothio caeso in deorum iudicium hoc in colle vocatus esse fertur. Multa dabunt Bergman. et Benseler ad Isocrat. Areopag. pag. 2—9 ed. Bensel. Ipse collis arci proximus ab occasu, ut vel sagittas in Atheniensium munimenta mitterent Persae, altitudine non aequat arcem, molesque et saxosa ac lapidea, cacumine admodum inaequali. Nullae antiquitatis reliquiae adhuc ibi inventae sunt locusque iacet desertus. Ab orientali collis latere ad radices Dionysii Areopagitae exstructa fuit ecclesia, nunc etiam diruta. Vid. Pausan. I, 28. §. 5 ibique Siebelis pag. 102, Lucian. Bis Accus. §. 9. 10, Kruse: Hell. II, 1. p. 138, Stuart. et Revett. Alterth. I. pag. 241 seq.

που τοιόνδε· ὅκως στυπεῖον περὶ τοὺς ὀϊστοὺς περιθέντες
ἅψειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ φράγμα. ἐνθαῦτα Ἀθηναίων οἱ
πολιορκεόμενοι ὅμως ἠμύνοντο, καίπερ ἐς τὸ ἔσχατον κα-
κοῦ ἀπιγμένοι καὶ τοῦ φράγματος προδεδωκότος, οὐδὲ λό-
γους τῶν Πεισιστρατιδέων προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνε-
δέκοντο, ἀμυνόμενοι δὲ ἄλλα τε ἀντεμηχανέοντο, καὶ δὴ καὶ
προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς πύλας ὀλοιτρόχους ἀπίε- 642
σαν, ὥστε Ξέρξεα ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι, οὐ
53 δυνάμενόν σφεας ἑλεῖν. Χρόνῳ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων ἐφάνη δή
τις ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι· ἔδεε γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶ-
σαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι.
ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ

255 seqq., Leake: Topographie v. Athen. p. 255 seqq. e vers. Baiteri et Sauppii. Alia excitavit C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 105. not. 4 seqq. ed. quart.

ὅκως — ἅψειαν] Sensum loci hunc fere esse puto: „quoties s. quotquot Persae sagittas emittebant, eas stupâ circumvolutas et accensas in septum istud coniieiebant." In seqq. voculam ὅμως simili modo postpositam invenias VI, 120; de usu et significatione verbi προδεδωκότος vid. nott. ad VII, 187; de genitivis absolutis cum alio participio iunctis vid. quae iam monuimus ad III, 127.

οὐδὲ λόγους — ἐνεδέκοντο] Accusativus λόγους aeque pertinebit ad προσφερόντων atque ad ἐνεδέκοντο. *Neque conditiones a Pisistratidis oblatas receperunt.* Pisistratidas Herodotus intellexit non unum Hippiam, sed quotquot, opinor, Athenienses cum eo exsules facti, quia Pisistrati et filiorum partes amplexi erant (Ἀθηναίων οἱ φυγάδες VIII, 54), Xerxis exercitum sequebantur. Ad formam ἀντεμηχανέοντο conf. V, 63 ibique allata.

ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν] i. e. *magna saxa* s. *lapides* (in Persas) *deiecerunt.* De voce ὀλοιτρόχους vid. nott. ad V, 92. §. 2. Attigit Suidas II. pag. 680. Ad verba ἐπὶ χρόνον συχνὸν (i. e. *in longum tempus*, *diu*) vid. I, 81 (χρόνον ἐπὶ μακρὸν ἔσεσθαι τὴν πολιορκίαν). IX, 70 et cf. nott. ad IX, 22.

Ad locutionem ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι conf. nott. ad VI, 56. VII, 128 coll. I, 190 fin. et IV, 131 ibique nott. Neque alio pertinet VIII, 135 (coll. VII, 128): ἐν θωύματι ἔχεσθαι. IX, 37: ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος. IX, 98: ἐν ἀπορίῃσι εἴχοντο. Alia quaedam dabit Stallbaum. ad Platon. Criton. cap. 1. pag. 43 C. Add. Plat. de Legg. VI. p. 762 D. XI. p. 935 C.

Cap. LIII.

Χρόνῳ] Sic infra quoque cap. 107. Vid. allata ad III, 13. Quae sequuntur ἐκ τῶν ἀπόρων (*ex his difficultatibus*), excitavit Iacobs. ad Aelian. N. A. III, 23. Ad verbum ἔδεε (*fatis destinatum erat*) vid. V, 33 ibique nott. coll. IV, 79, et ad locutionem γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι citt. ad VII, 11.

ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου κ. τ. λ.] In his verbis quod voculam πρὸ eiici vult Cobet in Mnemosyn. IX. p. 288, equidem haud assentior respiciens ad ea, quae similia de tali orationis abundantia apud Nostrum haud infrequenti attuli ad III, 18. Ad ipsum vero loci argumentum haec teneri volumus. Primarius in arcem introitus ad occidentale arcis latus

τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε, οὔτ' ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. Ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀναβεβη-

erat e regione Areopagi, ibique etiam murus (τὸ τεῖχος, quod mox dicitur) una cum portis exstructus erat: hac parte accedentes Persae cum repulsi adscendere in arcem non possent, alia escenderunt parte, *septentrionali* nimirum ἔμπροσθε πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, *ante arcem*, sed in parte a *porta* et *adscensu* [communi] *aversa*, ut Siebelis interpretatur ad Pausan. I, 18, 2, qui Aglaurum Hersamque sororem κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὐτὰς ῥῖψαι narrans haec continuo addit: κατὰ τοῦτο (i. e. hac arcis parte, qua maxime praeceps est) ἐπαναβάντες Μῆδοι κατεφόνευσαν Ἀθηναίων τοὺς πλέον τι ἐς τὸν χρησμὸν ἢ Θεμιστοκλῆς εἰδέναι νομίζοντας καὶ τὴν ἀκρόπολιν ξύλοις καὶ σταυροῖς ἀποτειχίσαντας. Persae igitur via solemni, quae ex urbe in arcem ab occasu ducebat (quo loco postea i. e. anno 437 et seqq. a. Chr. n. a Pericle propylaea exstructa sunt in locum veterum munimentorum, ut putant, arcis introitum ab hac parte tutantium; cf. nott. ad V, 77), haud escenderunt, sed pone portas hîc positas et pone eam viam, quâ vulgo in arcem adscendebant (ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, ubi vel articulus praepositus de uno tantum eoque solito adscensu portisque ibi positis sermonem esse satis declarat), adscenderunt ea parte, quâ nemo sane custodiebat arcem neque omnino quisquam fieri posse putasset, ut hac parte arx adscenderetur, quâ maxime illa praeceps perhibetur. Haec autem arcis pars ad *septentrionem* est conversa, ubi in ipsa arce Erechtheum exstructum esse invenimus, arcis lateri autem subiectum *Aglauri* fanum: ex quo nunc gradus (qui olim nulli fuerunt) in rupes excisi in ipsam arcem, qua parte Erechtheum stabat, ducere dicuntur. Quod vero Beulé (l'Acropole I. p. 27. 159) via *subterranea*, quae ex Aglauri fano in arcis aream duxerit, Persas adscendisse contendit idque probari vult Herodoti verbis initio positis: ἐφάνη δή τις ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι (quae Gallice sic reddit: „les barbares decouvrirent une entrée") et mox sequentibus: ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς — Ἀγλαύρου (quae Gallice sic interpretatur: „ce fut par cette entrée, dans le temple d'Aglaure, que quelques Perses escaladèrent"), tale quid Herodoti verbis indicari nego, quae nihil aliud declarant, nisi Persis (cum via sollemni adscendere in arcem non possent) accessum quendam apparuisse (s. locum detectum esse, quo adscendere possent) eoque loco, quamvis praerupto, prope Aglauri fanum nonnullos adscendisse. De *Aglauro*, de qua Pausanias tradit l. l., plura dabunt Creuzer in Symbol. III. p. 390 seqq. et Preller: Griech. Mytholog. I. p. 134 seq. coll. C. O. Muellero: Kleine deutsche Schrift. II. pag. 146. De ipso Aglauri fano vid. Leake: Topograph. v. Athen. p. 192 vers. Turicens., qui Aglauri fanum septentrionali arcis lateri subiectum scribit Cecropio et Pandroseo annexum, prope Panis antrum et eam, quae nunc Macrai (μακραὶ πέτραι) vocatur, regionem, ubi sane maxime praeceps arcis rupes. Qua eadem parte nostrâ quoque memoriâ Graeci in arcem ingressi perhibentur. Vid. Stuart et Revett. Alterth. p. 249—254. Leakio assentitur Broendsted: Reise etc. II. p. 234 seq. de orientali arcis latere in Herodoti loco cogitari posse negans, in quo tantum anterior arcis pars („die grosse Vorderseite der Burg") indicetur eaque ad septentrionem conversa, ubi etiam Aglauri aedes prope Panis antrum. — In seqq. pro καίτοιπερ,

κότας οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω καὶ διεφθείροντο, οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον. τῶν δὲ Περσέων οἱ ἀναβεβηκότες πρῶτον

quod Florentinus affert, duo codd. καίπερ, unus liber καί τοί γε. E Stob. Serm. XLIV, [46] pag. 310 (p. 267. T. II. Gaisf.) Wesselingius excitat καίτοι περ: sed hoc loco, qui legitur in Excerptt. Stobaei tit. 46. §. 41, Meineke haud scio an recte exhibuerit καὶ τόπερ: ἀνὴρ — ἀγνοέει δὲ τὸ μέγιστον καὶ τόπερ χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπον καταδοκῶν, ὅτι κ. τ. λ.

οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω καὶ διεφθείροντο] i. e. *alii de muro deorsum se praecipitarunt atque perierunt.* Verbis κατὰ τοῦ τείχεος, in quibus κατὰ eodem modo ponitur quo supra II, 39 et II, 121. §. 3 (ubi vid. nott.), additur h. l. κάτω ex ea orationis abundantia, ex qua etiam paulo ante dixerat ἔμπροσθε πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ipsam rem accuratius et certius indicaturus. Ad significationem verbi ἐρρίπτεον pertinent allata ad IV, 94. De ipso muro si quaeris, haud quidem (ut Beulé arbitratur: l'Acropole I. p. 89) eum murum hîc intelligi puto, quem Pelasgi circa arcem olim duxisse dicuntur VI, 137, Πελασγικὸν τεῖχος, ut Noster appellavit V, 64 (ubi vid. nott.).; agitur potius, si quid video, de eo muro, qui ad occidentale arcis latus, ubi introitus erat adscensusque ad arcem facilis, exstructus erat ad maiorem arcis securitatem simulque ad aditum intercludendum, si qui hostes accederent: hac enim sola arcis parte ea certe aetate, de qua h. l. agitur, τὸ τεῖχος exstructum fuisse arbitror. Ad hanc quoque arcis partem refero, quod supra (VIII, 51) lignis tabulisque arcem sepsisse dicuntur Athenienses in arce relicti, reliquas arcis partes, praecipue septentrionalem loci natura satis tutabatur rupesque praecipites omnem accessum impediebant. Neque aliter Goettling (Gesammelte Abhandll. pag. 72) τὸ τεῖχος de muro ad portas introitum arcis claudentes exstructo intellexit reddiditque: *Thormauer.* Quo in muro qui collocati erant Athenienses cum a tergo se circumveniri viderent, Persis, qui a septentrione in arcem adscenderant, accedentibus, nihil aliud sibi relinqui intellexerunt, nisi ut de muro se deiicerent aut ad deorum simulacra fugientes salutem peterent supplices. Qui de muro se deiecerunt, inde statim *perierunt* (διεφθείροντο) aut certe, si qui salvi evasisse ex hoc casu putandi sint, a Persis, in quorum manus scilicet pervenerant, trucidati sunt.

οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον] i. e. *alii in interiorem aedis partem* s. cameram, ubi ipsius deae simulacrum erat, *confugerunt.* De voce μέγαρον dixi ad I, 45 et 65. Intelligitur autem, ut iam supra (in nott. ad V, 77. Vol. III. pag. 147, ubi male impressum legitur VIII, 83 pro VIII, 53) monui, antiquissima Minervae Poliadis aedes, ad quam eandem nunc quoque referre velim Herodoti verba (VII, 72) de Cleomene, qui intravit ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, quae Rossium secutus ad alterum Minervae templum s. Hecatompedon retuli (pag. 137. Vol. III), ad quod templum hoc quoque loco τὸ μέγαρον apte referri nequit. Illa Minervae Poliadis aedes, ad quam τὸ μέγαρον spectat, ut antiquissima ita sanctissima erat: in hanc Athenienses confugientes atque antiquum deae signum (Palladium) amplectentes, tanquam ἱκέται, salvos se fore speraraut, mox tamen a Persis ingressis interfecti sunt; τῶν δὲ Περσέων, ait Noster, οἱ ἀναβεβηκότες πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοίξαντες τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον, ubi τὰς πύλας haud intelligo de aedis huius portis s. ianuis, ad quas primum se Persae converterint quibusque apertis supplices interfecerint: has enim portas s. ianuas Noster dicit θύρας, vid. V, 72. Itaque

μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοίξαντες τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον· ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.

54 Σχὼν δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης ἀπέπεμψε ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα, Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι εὐπρηξίην. Ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἑωυτῷ δὲ ἑπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῦσαι τὰ ἱρά, ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν, εἴ τε δὴ ὦν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴ τε καὶ ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν. οἱ δὲ φυγάδες τῶν Ἀθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα. 55 Τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι

cogitandum de iis portis, quae arcis introitum a latere occidentali, ubi τὸ τεῖχος erat, claudebant, iam supra memoratis in verbis ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων, ubi vid. nott. Ad has portas, quas ad Enneopylon probabiliter refert Preller (Jahrbb. f. Phil. 73. p. 76), Persae, cum a septentrione arcem adscendissent, primum se converterunt eo scilicet consilio, ut caeteris Persis extra arcem ab hac parte adhuc versantibus introitum pararent, portis apertis: tum demum ad fanum illud accedentes, in quod Athenienses nonnulli confugerant, hos trucidarunt. Qui cum essent ἱκέται, ut Herodotus dicit (vid. quoque V, 51. 77. VII, 141 ibique nott.), eo sane angetur Persarum atrocitas, qui homines e Graecorum sententia inviolabiles habitos et deorum tutelae commissos, omni iure divino neglecto trucidarunt eoque summum piaculum contraxerunt ac parem culpam, quam deorum Graecorum templis spoliatis et incensis (vid. V, 102 ibique allata et VIII, 102) iidem contraxerant. In fine adiiciam Cornelii Nepotis locum de his ita scribentis in Vit. Themistocl. 4: „At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus accessit astu idque nullis defendentibus, *interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat*, incendio delevit."

ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο] i. e. *ubi erant omnes ab iis prostrati s. omnibus occisis*. Idem verbum eodem sensu IX, 69. 76. ap. Diodor. XV, 80. XIX, 108. Polluc. IX, 153 (qui exponit ἀνῄρηντο), Xenoph. Cyrop. III, 3, 64. Plutarch. Vit. Fab. 8. De ipsa plusquamperfecti κατέστρωντο forma si quaeras, vid. Bredov. pag. 342. In ipsa narratione leviter tantum ab Herodoto discrepat Ctesias Perss. §. 25, ubi Xerxem narrat ipsam urbem cepisse vacuam eamque incendisse, excepta arce, in qua nonnulli Athenienses derelicti pugnarint, quibus nocte profugis arcem quoque esse combustam.

Cap. LIV.

ἀγγελέοντα] Ita e duobus codd. pro vulg. ἀγγελλέοντο recte dedit Valckenar. conferens Euripid. Phoeniss. 777. 1082. Plura ex Herodoto affert Bredov. (p. 375): I, 43. III, 134. IV, 14. 127. 151. VII, 147. VIII, 97. De *Artabano* Susis relicto a Xerxe vid VII, 52. 53. Ad voces ἀπὸ τῆς πέμψιος conf. mox cap. 55 et III, 42.

ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου] Quod olim quis coniecit ἰδὼν ἐν ὕπνῳ, ut Noster loquitur III, 30. 65, id minime videtur necessarium. Vid. VII, 18. 47. Ad δὴ ὦν conf. I, 210 ibique nott. Ad formulam ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο conf. nott. ad II, 175 et add. Burges. Prolegg. Thucydid. p. 283.

ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσει-

Cap. LV.

Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς] Ἐρεχθέος dedi pro Ἐρεχθῆος, ut VII, 189. Erechtheus, priscus Athenarum rex, vocatur γηγενής, i. e. *terrâ genitus*, e Vulcani scil. Minervam aggredientis semine in terram prolapso editus, ut fama ferebat, a Minerva deinde nutritus cultusque: de qua fama vide quae ipse olim protuli in Dissertat. de Apolline Patricio et Minerva Primigen. (Heidelberg. 1820) pag. 20 (ubi Scholiastae in Aristid. Oratt. locum adscripsi, in quo e Vulcani semine non quidem Erechtheus, sed *primus* homo ortus esse dicitur), coll. C. O. Muellero: Kleine Deutsche Schrift. II. p. 139. Hunc Erechtheum, ne alia afferam, iam Homerus novit Ili. II, 547 seqq., ubi Ἀθήνας vocat:

δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
θρέψε, Διὸς θυγάτηρ — τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα —
κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃσ' εἷσεν, ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ·
ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται
κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,

alteroque loco Odysseae VII, 81 Minerva relictâ Scheriâ Athenas pervenisse ibique Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον intrasse dicitur: quem δόμον nullum alium fuisse credam atque τὸν νηὸν Ἐρεχθέος, quem Herodotus h. l. appellavit. Alia, quae de hoc Erechtheo eiusque sacris traduntur, nunc praetereo, cum ad hunc Herodoti locum recte intelligendum minus pertineant: id unum tenendum, his similibusque fabulis, quae ferebantur, primordia rerum Atticarum atque initia vitae cultioris, quae ab agris continuo colendis proficiscitur, contineri memoriamque servari terrae Atticae primum cultae deorum beneficio: itaque ad agriculturae initia, quae diis debuit terra Attica, haec omnia spectare, quae pluribus exponere huius loci non est. Tu vid. Creuzer. ad Ciceron. de nat. deorr. III, 19. pag. 576 seq. III, 22. pag. 599. Symbol. III. p. 308 seqq. 388 seqq. IV. p. 342 seqq., Broendsted l. l. II. pag. 227. 231, Thiersch. in: Abhandll. d. Bair. Akad. d. Wissensch. phil. hist. Class. V. p. 101 seqq., ne plura. De ipsa Erechthei aede, in qua olim et olea et mare fuisse dicitur, in Excursu ad h. l. exposuimus, quantum ad Herodoti verba recte intelligenda opus videbatur.

ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι] De his, quae in Excursu ad h. l. diximus, haec conferri volumus: iam quid in his Atticorum hominum religionibus valeat et olea et mare s. aqua salsa, declarandum. *Olea*, quam Minerva in arce plantasse ferebatur prima, olim per Graeciam cum perquam rara (cf. ipsum Herodot. V, 82 ibique nott.) fuisset, postea ab Atticis hominibus praecipue culta est, ut ad praecipuos regionis minus feracis adeoque sterilis reditus referretur deaeque ipsius tutelae committeretur. Plura idem Mueller l. l. pag. 30. 31, Stuart et Revett. l. l. I. p. 497, Ritter: Erdkunde XI. p. 533, Boetticher: Baumcult. pag. 107 seq. Itaque nil mirum, in primaria maximeque vetusta deae Atticae aede oleam, a dea ipsa, ut ferebant, plantatam, semper servatam picque cultam esse, si quidem in stirpis emortuae locum alia cito subdita fuerit. Hinc Plinius H. N. XVI, 44: „Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.“ Prope hanc oleam (de qua etiam vid. Ciceron. De Legg. I, 1 ibique Moser. p. 4 et Turnebum pag. 527 ed. Cr., Spanhem. ad Callimach. Pallad. Lavacr. 26.) non minori religione consecratus cernebatur *puteus* s. *fons aquae salsae*, quem adeo *mare* vocabant, quemque sub flatum noti surdo murmure fluctuum ad instar moveri strepitusque edere dicebant, teste

643 δέωνά τε καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια

Pausan. I, 24 coll. Liban. Lament. Nicomed. p. 203. Quippe Neptunum ipsum cum tridente fontem e saxo aperuisse fama ferebat: πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσι, scribit Apollodorus l. supra l. Qui ὕδωρ θαλάσσιον dicit Pausanias I, 26. §. 6, is alio loco (VIII, 10. §. 3) vocat τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει, unde satis patet, θάλασσαν hoc loco nihil aliud esse nisi *aquam salsam*, ut recte monuit L. Ross in: Archäolog. Zeit. 1850. nr. 16—18. pag. 179. Alia quaedam afferuntur in Thesauro Linguae Graec. IV. p. 232 ed. Dindorf., ubi Polybii locus XVI, 5, 4 excitatur: ναῦς πλήρης θαλάττης. Neque aliter intellexit Brause in Commentatt. criticc. in Pausaniam (Freiberg. 1859) pag. 18. Ac sane nil impedit, quo minus revera fontem salsum olim in arce fuisse existimemus, quem vulgi superstitio ad Neptunum retulerit, quemque adhuc se vidisse affirmabat piorum peregrinatorum unus, negantibus quotquot nostrâ ac patrum memoriâ arcem perlustrarunt. Conf. Mueller. l. l. pag. 20. 31. Sed monuit Thiersch. l. l. pag. 109, videri sane veteres Athenienses, cum templum in arce exstruerent, aquam quaesivisse eamque etiam perfodiendo reperisse, sed salsam illam fuisse, additque idem vir vel nostra aetate idem accidisse, cum in arce inclusi qui fuerint, propter aquae inopiam fontem reperire studuerint eumque etiam tandem in occidentali arcis parte invenerint, qui aquam exhiberet salsam, sed potabilem. Beulé: l'Acropole II. pag. 251 seq. ea, quae de hoc fonte s. de aqua salsa traduntur, ad pias sacerdotum fraudes, quibus populo imposuerint, referri vult, neque ullum salsae huius aquae locum adhuc repertum esse pronuntiat. Quod vero Athenienses oleam ac puteum tam anxie curarint tamque pie coluerint, rationem addit historiae pater eam, quam fama suggerebat: esse haec rixae inter Minervam atque Neptunum de Atticae regionis possessione testimonia; cum scil. illa sibi oleâ plantatâ vindicaret Atticae regionis possessionem, quam eandem Neptunus, qui puteum illum tridente aperuerat, affectabat. Hac vero re ad duodecim deorum iudicium perlata constat Minervae possessionem regionis fuisse addictam. Equidem illud adiicio, videri utique altioris indaginis esse hanc fabulam, quae ad prima rerum Atticarum incunabula spectat, ita ut ista regio, maris fluctibus olim multum vexata, postea ex hoc fluctuum (Neptuni) certamine cum ipsa terra lucisque vi illam collustrante et calefaciente (Minerva) firma exstiterit certaque. Valcken. de hac lite excitat Plat. Menexen. pag. 237 C. et Quintil. Declam. 323 coll. Plutarch. II. pag. 489 B. Tu vid. potissimum Apollodor. III, 14. §. 1 et quae alia protulerunt Moser ad Ciceronis l. l., Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 19. pag. 126, Creuzer. Symbol. l. supra l. Orat. de civit. Athen. pag. 67 et in Stuart. et Revett. Alterth. pag. 547. Quibus postea haec adscripsit *Creuzerus*: „Sed tamen antiquissima sacra Atheniensium inter arvales deos habuerunt etiam Neptunum, quem alii quoque Graeci φυτάλμιον appellabant, i. e. *γόνιμον*, *almum* (Hesych. in φυτάλμιος). Qua de re consule Bosslerum De gentt. et famill. Atticae sacerdotalibus pag. 9 seqq., et ipse nuper monui in Diatriba de vasculo Erbacensi Herculem Buzygem exhibente."

λόγος παρ' Ἀθηναίων] Revocavit παρ' Ἀθηναίων Bekkerus, quem ego cum recentt. edd. secutus sum; cf. Bredov. p. 208. Male duo codd. ὑπ' Ἀθηναίων. Ipsa Herodoti verba sic reddidit Valla: „in quo (templo) olea est et mare, ut apud Athenienses praedicatur, Neptuno et Minervae in testimonium posita, quod de regione decertassent." Quae improbavit Schweighaeuserus, qui prius requisierat παρ' Ἀθηναίοις, nil tamen postea mutandum censuit,

θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναίων οἱ θύειν ὑπὸ βασιλέος κελευόμενοι, ὡς

modo παρὰ Ἀθηναίων (sic e Florentino exhibuit) ad μαρτύρια neque ad λόγος referatur, hoc sensu: *quae aiunt a Neptuno et Minerva — testibus advocatis Atheniensibus, posita ibi esse*, aut, ut in Lex. Herodot. II. p. 175 ponit: *testimonia in medium proferre ab Atheniensibus sibi exhibita.* μαρτύρια autem, ad quae verba παρ' Ἀθηναίων e Schweighaeuseri sententia referenda sunt, eodem Schweighaeusero auctore (in Lexic. Herod. II. p. 89 seq.), „non sunt testimonia, quod dii illi de regione decertassent, aut monumenta illius litis; sed sunt documenta sive argumenta, quae in illa litis contestatione ab utroque deo prolata et in medium proposita sunt, quibus causam suam defenderet, scilicet quibus probaret ad se pertinere terrae Atticae dominium, quoniam aut prior illam occupasset aut rem utiliorem Atheniensibus esset largitus. Dicit autem Herodotus (verbis, puto, veteris cuiusdam poëtae usus) παρ' Ἀθηναίων μαρτύρια θέσθαι, quod essent documenta, quorum fides atque veritas ab Atheniensibus, quorum testimonia illi invocabant, confirmari possent.“ Quae quidem interpretatio mihi ab ipsis Herodoti verbis, qualia nunc leguntur, aliena videtur meritoque eam perstrinxit Hoeger in Actt. phill. Monacc. III. pag. 522, qui recte coniungit λόγος παρὰ Ἀθηναίων, *fama manans ab Atheniensibus.* Nec aliter Matth. Gr. Gr. §. 588, interpretans: *eine von Athen ausgehende Sage.* Infra VIII, 140 init. ἐμοὶ ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλέος, IX, 1 τὰ παρ' Ἀθηναίων et supra VII, 173 ἀπικόμενοι — ἄγγελοι παρ' Ἀλεξάνδρου. Similia invenias in Xenophont. Cyropaed. IV, 5, 53. II, 4, 21. III, 1, 1. III, 2, 30. V, 3, 17 coll. V, 5, 13 (ubi legitur ποῖόν ἐστι τὸ παρ' ἐμοῦ ἀδίκημα), aliisque locis, in quibus praepositio παρὰ sequente genitivo sic ponitur, ut simplicis genitivi periphrasin facere videatur, quare etiam abieci, quod olim in mentem venerat, ab Herodoto scriptum fuisse λόγος τῶν Ἀθηναίων. Ac vocabulum λόγος absolute h. l. ponitur, ut III, 5 coll. VII, 95, omisso verbo ἐστί, quod ipsum additum invenimus II, 75. III, 115. VII, 129. 198, ubi nonnulla adnotavimus de vi ac potestate huius locutionis. μαρτύρια θέσθαι dicuntur, qui testimonia (alicuius rei ab ipsis peractae aut ad se ipsos pertinentis) tanquam pignora (cf. Herod. VI, 86. §. 1.) suae voluntatis aut sui animi deponunt exhibentve; conf. quae similia afferuntur in Thesauro Ling. Graec. VII. p. 2164 coll. 2175 ed. Dindorf. χάριν θέσθαι reperiemus infra IX, 60. 107. Itaque Herodoti sententia, si ipsa verba accurate sequimur, nulla alia esse potest, nisi: famam ferri ab (ipsis) Atheniensibus profectam, Neptunum et Minervam, cum de terra Attica decertassent, haec (oleam et aquam salsam) deposuisse in arce (ibique in sua ipsorum aede) tanquam testimonia litis olim inter ipsos exortae atque compositae simulque pignora voluntatis erga Athenienses perpetuae. — In seqq. verba ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ indicant totam aedem indeque etiam Minervae aedem Erechtheo adiectam concrematam esse. Ad verbum κατέλαβε conf. allata ad III, 42, et ad locutionem ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος nott. ad VIII, 51. Utitur hoc loco R. Todt (Philolog. XV. p. 205), quo commonstrari vult, in Aeschyli Eumen. 3 legendum esse: Θέμιν, ἣ δὲ 'κ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο μαντεῖον.

Ἀθηναίων οἱ θύειν] Ita e Florentinis, aliis dedi cum edd. recentt. Vulgo Ἀθηναῖοι οἱ θύειν, quod Schaeferus et Matth. tenent. Similis genitivi structura VII, 170. Ad verba ἐς τὸ ἱρὸν conf. nott. ad VIII, 51.

ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν, ὥρεον βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. Οὗτοι μέν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

56 Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὥς σφι ἐξηγγέλθη, ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὥστε ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι, τοῖσί τε ὑπολειπομένοισι αὐτῶν

ὥρεον βλαστὸν — ἀναδεδραμηκότα] i. e. *viderunt surculum e stipite enatum cubiti fere longitudine.* Pro vulg. ὥρων dedi ὥρεον, ut supra VIII, 38. Ad verbum ἀνατρέχειν conf. nott. ad I, 66 et Liban. Antioch. p. 378 C., quem locum apte attulit Wesseling. Vox στέλεχος de *stipite* s. *caudice* arborum frequens apud Theophrastum in Hist. Plantt.; conf. potissimum IV, 13, 4, ubi dicitur οἷον ὑπόθεσις καὶ φύσις δένδρων, IV, 16, 1. I, 14, 2. II, 1, 1. II, 2, 2. II, 5, 5. II, 6, 1, ne plura. Idem miraculum enarrat Pausan. I, 27. §. 2 hoc adiiciens, oleam igne crematam eodem die in *duorum* ferme cubitorum proceritatem repullulasse. Et confer sis quoque Plin. H. N. XVII, 25 (38) sive §. 241: „Sunt et miracula fortuita. Nam et oliva in totum ambusta revixit: et in Boeotia derosae a locustis ficus regerminavere." Hisce nunc addo Excerptt. Dionys. Halicarn. XIV, 4, ubi quae traduntur, ex ipso Herodoto fluxisse videntur: .... Ἀθήνησι μὲν ἐν τῷ [τοῦ] γηγενοῦς Ἐρεχθέως σηκῷ ἱερά τις ὑπ' Ἀθηνᾶς φυτευθεῖσα ἐλαία, κατὰ τὴν ἔριν τὴν γενομένην αὐτῇ πρὸς Ποσειδῶνα περὶ τῆς χώρας, ἅμα τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῷ ἱερῷ οὖσιν ἐμπρησθεῖσα ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ὅτε τῆς ἀκροπόλεως ἐκράτησαν, δευτέρᾳ τῆς ἐμπρήσεως ἡμέρᾳ βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχους ἀνῆκεν ὅσον τε πηχυαῖον, δῆλον ἅπασι ποιῆσαι βουλομένων τῶν θεῶν, ὅτι ταχέως ἑαυτὴν ἡ πόλις ἀναλαβοῦσα βλαστοὺς ἀντὶ τῶν παλαιῶν ἐξοίσει νέους. Immortalem igitur Minervae vim Athenarumque huius deae tutelae commissarum salutem nunquam exstinctum iri hoc prodigio significari putarunt. Vid. Creuzer: Symbol. III. p. 391 et conf. etiam Lasaulx: Philosophie d. Geschichte p. 118.

Cap. LVI.

ἐξηγγέλθη] Ita iubente Apetzio e Florent., Mediceo, aliis reposui. Cf. I, 21. II, 121. Vulgo ἐξαγγέλθη. Vid. Bredov. pag. 296.

ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο] Similia his tradit Diodorus Sic. XI, 15, quo auctore Athenienses ad Salaminem commorantes, ubi Atticam exuri vident templumque Minervae dirutum audiunt, δεινῶς ἠθύμουν· ὁμοίως δὲ καὶ, pergit Diodorus, τοὺς ἄλλους Ἕλληνας πολὺς κατεῖχε φόβος, πανταχόθεν συνεληλαμένους εἰς αὐτὴν τὴν Πελοπόννησον. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πάντας τοὺς ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένους συνεδρεῦσαι καὶ βουλεύσασθαι κατὰ ποίους τόπους συμφέρει πεποιῆσθαι τὴν ναυμαχίαν κ. τ. λ.

οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα] i. e. *ut ne eo usque manere vellent, donec decretum fieret de re proposita,* num scil. manendum ipsis sit an discedendum ad Isthmum: de quo vid. VIII, 49 fin. De structura verbi μένειν vid. supra ad VIII, 17 nott.; de verbo κυροῦν vid. nott. ad VI, 86. §. 2.

ἀλλ' ἔς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον κ. τ. λ.] i. e. *sed in naves se coniiciebant velaque erigebant, utpote propere discessuri, quique reliqui erant, decretum fecerunt, ut, ante Isthmum proelium navale committerent.* Ad locutionem ἱστία ἀείρεσθαι cf. VIII, 94; inde ἀερθέντες, qui (velis datis s. ancoris sublatis) ex portu altum petunt, dicuntur I, 165. 170, ne

ἐκυρώθη πρὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ναυμαχέειν. νύξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ
57 διαλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου ἐσέβαινον ἐς τὰς νέας. Ἐνθαῦτα
δὴ Θεμιστοκλέα ἀπικόμενον ἐπὶ τὴν νέα εἴρετο Μνησίφιλος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅ τι σφι εἴη βεβουλευμένον. πυθόμενος δὲ πρὸς αὐτοῦ, ὡς εἴη δεδογμένον ἀνάγειν τὰς νέας πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχέειν, εἶπε· οὔ τοι ἄρα ἢν ἀπαείρωσι τὰς νέας ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσεις. κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται· καὶ οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος, ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιὴν, ἀπο-

plura. *ἀποθευσόμενοι*, quod ad formam attinet, eodem modo dicitur, quo *ἀντιθευσόμενοι* V, 22 coll. Bredov. p. 376: ipsum verbum, quod Herodotus adhibuit, longe aptius profecto videtur ad animum Graecorum indicandum festinationemque declarandam, quam quod Naber in Mnemosyn. III. p. 489 substitui vult *ἀποπλευσόμενοι*. Ad *τοῖσι ὑπολειπομένοισι* conf. II, 15, ubi idem participium eodem significatu adhibetur.

νύξ τε ἐγίνετο καὶ οἱ διαλυθέντες κ. τ. λ.] De usu particularum *τε* — *καὶ* conf. nott. ad IV, 53 et add. Hand. Annotatt. in Euripid. Iphigen. Taur. P. I. (Ienae 1832) pag. 4. Vid. infra nott. ad VIII, 83. Pro *οἳ*, ut nonnulli exhibent, reposui *οἱ* et sustuli distinctionem minorem ante *διαλυθέντες* et ante *ἐσέβαινον* poni solitam, idemque feci VIII, 83, commotus Buttmanni rationibus in Gramm. Gr. maiori I. pag. 59. Ad *τὸ συνέδριον* Graecorum conf. nott. ad VII, 145 coll. VIII, 75. 79.

Cap. LVII.

Θεμιστοκλέα] Ita e Sancrofti libro edidi cum Gaisf. et recentt. edd. pro vulg. *Θεμιστοκλῆα*, ut IV, 61. 112. 125. Vid. Bredov. p. 258. Mox pro olim vulg. *νῆα* exhibui cum Bekkero et recentt. edd. *νέα*, iubente Bredovio p. 261. In verbis proximis *ὅτι σφι εἴη βεβουλευμένον* verbum *βεβουλευμένον* (de quo vid. allata ad III, 134) vix multum, quod ad significationem attinet, discedit ab eo, quod mox Noster posuit *δεδογμένον*, ad quod ipsum spectant *τὰ βεβουλευμένα* quae dicuntur in fine capitis. Ad locutionem *ἀνάγειν τὰς νέας* conf. VI, 12 ibique nott., a quo non admodum differt, quod sequitur: *ἀπαίρειν τὰς νέας*, infra quoque VIII, 60 obvium: utroque loco pro vulg. *ἀπαίρωσι* reposui *ἀπαείρωσι* Bredovium secutus p. 193, si quidem Noster pro *αἴρειν* constanter *ἀείρειν* scripsisse videtur. — De *Mnesiphilo* conf. Plutarch. Themistocl. 2. Tangit Herodotea Pseudo-Plutarch. II. pag. 869D: in quo tamen longius immorari non vacat. Conf. Lahmeyer: De Plutarchei libelli qui de malign. Herodot. inscrib. etc. pag. 72 seq.

οὔ τοι ἄρα ἢν] Ita cum recentt. edd. exhibui; Schweigh. et Gaisf. dederant *οὔτοι* (pro *οὔτοι*) e Sancrofti codice alioque libro; *ἄρα* cum *τοι* iunctum reperias quoque VIII, 100. Olim *οὔτ' ἄρα*; apud Plutarch. l. l. *οὐκ ἄρα* et mox *οὐδὲ περὶ μιῆς*, quod Bekker. et recentt. edd. receperunt. Koenius coniecerat *Σύγ' ἄρα, οὔτοι ἢν κ. τ. λ.* Verba *κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται* valent: *etenim in suas quique civitates se convertent* sive *se recipient;* habet enim distributivam vim h. l. praepositio *κατὰ*, ut infra cap. 68. §. 2. 108 coll. 113 ibique nott. 133. IX, 25, eodemque etiam pertinent, quae ad IX, 20 allata sunt. Haud aliter Thucydides I, 89: *ἀπέπλευσαν ἐξ Ἑλλησπόντου ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις*. Mox cum Bekkero retinui *ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆ-*

λέεταί τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι. ἀλλ', εἴ τις ἐστὶ μηχανή, ἴθι καὶ πειρῶ διαχέαι τὰ βεβουλευμένα, ἤν κως δύνῃ ἀναγνῶσαι Εὐρυβιάδην μεταβουλεύσασθαι, ὥστε αὐτοῦ μενέειν. Κάρτα 58
δὴ τῷ Θεμιστοκλέϊ ἤρεσε ἡ ὑποθήκη· καὶ οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος ἤϊε ἐπὶ τὴν νέα τὴν Εὐρυβιάδεω. ἀπικόμενος δὲ ἔφη θέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμῖξαι. ὁ δ' αὐτὸν ἐς τὴν νέα ἐκέλευε ἐσβάντα λέγειν, εἴ τι θέλει. ἐνθαῦτα ὁ Θεμιστοκλέης παριζόμενός οἱ καταλέγει ἐκεῖνά τε πάντα, τὰ ἤκουσε
644 *Μνησιφίλου, ἑωυτοῦ ποιεύμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ προστιθείς, ἐς ὃ ἀνέγνωσε χρηΐζον ἔκ τε τῆς νεὸς ἐκβῆναι, συλλέξαι τε τοὺς στρατηγοὺς ἐς τὸ συνέδριον. Ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν,* 59
πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδην προθεῖναι τὸν λόγον τῶν εἵνεκα συνή-

ναι, ubi Gaisf. et Schweigh. e Florentino aliisque duobus dederant *οὐ μή*. Tu conf. de his particulis sic iunctis I, 187. II, 110. VI, 88. 106. VIII, 100. 119. 125 et III, 51 ibique citt. — In seqq. pro *ἴθι καὶ πειρῶ* Plutarchus *ἴθι τε καὶ πειρῶ* probante Valckenario: Bredovius p. 386 et h. l. et VIII, 143 mavult *πειρέο*, sed cf. nott. ad III, 53. 85 et nott. ad VIII, 106.

διαχέαι τὰ βεβουλευμένα] *decreta perturbare, rescindere, irrita reddere.* Alio sensu VI, 119. Magis huc facit, quod Wesseling. affert e Dionys. Halic. A. R. III [6] p. 141: *νῦν δὲ ἡ διαβολὴ τοῦ πολέμου — διέχεεν αὐτῶν τὰ βουλεύματα* coll. Theophylact. Simoc. II, 13. III, 91. Vix alibi *διαχέαι* hac significatione positum reperias neque ullum alium locum exhibet Thesaurus Ling. Graec. II. p. 1397 et 1398, ubi plura de hoc verbo afferuntur. Ad *μεταβουλεύσασθαι* idem Wesseling. recte confert VII, 12: *μετὰ δὴ βουλεῦσαι.*

CAP. LVIII.

συμμῖξαι] i. e. *sermones conferre s. agere cum illo de re communi.* Tu vid. II, 64. IV, 23 ibique allata. VIII, 67. 79.

λέγειν εἴ τι θέλει] „Est in his et in vicinis familiaris quaedam et suavissima *ἀφέλεια*, qualem natura dictabat.“ *Valckenar.* citans Virgil. Ecl. IX, 32. III, 52. Theocrit. V, 78. Euripid. Iphig. in Aul. 877, alia. Bekkerus dedit *θέλοι*, quod in uno alteroque libro scripto invenitur: unde Dindorf. et Dietsch. exhibuerunt *ἐθέλοι* ex Bredovii praecepto, de quo vid. eundem pag. 117. Tu conf. nott. ad VII, 37. — Pro vulg. *νῆα* exhibui cum recentt. edd. *νέα*, ut mox *νεὸς* pro *νηὸς* et *νέες* pro *νῆες* cap. 61; itemque pro *Εὐρυβιάδεα* dedi *Εὐρυβιάδην*, de quo vid. nott. ad VIII, 2. — Valcken. in proxime seqq. praefert *ἐνθαῦτα δὲ* (pro *ὁ*) *Θεμιστοκλέης*. Mox duo codd. *παριζόμενος* (quod VII, 18 omnes afferunt); reliqui *παρεζόμενος*. De quo vid. allata ad IV, 145.

ἑωυτοῦ ποιεύμενος] i. e. *tanquam sua ipsius verba faciens, quae ille dixerat*, scil. *τὰ τοῦ Μνησιφίλου ἔπη*. — Cf. Plut. Brut. 3 fin. In seqq. ad duplex *τε — τε* conf. VII, 8. §. 1 ibique allata.

CAP. LIX.

προθεῖναι τὸν λόγον] Articulum *τὸν*, quem omnes libri afferunt quemque ob sequentia *τῶν εἵνεκα* vel necessarium esse existimo, abesse mavult Cobet Varr. Lectt. pag. 352 seq., ubi de ipsa locutione satis opinor cognita nonnulla attulit. Eodem iure Noster supra I, 206 articulum apposuit in verbis: *ἐς μέ-*

γαγε τοὺς στρατηγούς, πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος. λέγοντος δὲ αὐτοῦ ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε· Ὦ Θεμιστόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται. ὁ δὲ ἀπολυόμε-

σον σφι προετίθεε τὸ πρῆγμα συμβουλευόμενος κ. τ. λ.

πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος] i. e. *multa dicebat* (multus erat in dicendo) *quippe admodum instans*. Ad locutionem conf. VII, 158 ibique nott. In seqq. ad formam Θεμιστόκλεες vid. Bredov. p. 259, qui veram hanc vocis formam in vocativo esse apud Herodotum recte iudicat. — Caeterum Herodoti cum narratione conferatur Plutarch. Themistocl. 11. pag. 117D, ubi Eurybiadem dicti vocat auctorem, non Adimantum, coll. Apophthegm. II. pag. 185. Quod vero addit Plutarchus a Themistocle responsum Eurybiadi baculum attollenti: πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ, id a pluribus quoque aliis memoratum cum ignoret Herodotus, haud scio an serius confictum existimari debeat. Quin ipsum hunc Herodoti locum narrationis istius ansam dedisse, statuit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 728, idemque iudicat Ideler: Sage v. Schuss d. Tell pag. 67, dissentiente Grotio: History of Greece V. p. 166: de quo equidem non decernam nec accedam Larchero, qui miratur quod talia silentio Herodotus transmiserit; id vero iure mihi contendere videtur Grote l. l. pag. 167 Herodoti narrationem videri eam, quae ad verum maxime accedat. Apud Diodorum XI, 15 de ipsa ducum contentione nihil traditur; in concilio ab omnibus copiarum ducibus habito de loco, quo pugna navalis committenda sit, Peloponnesios ille tradit de sua tantum incolumitate sollicitos ad Isthmum pugnare voluisse, sed Themistoclem, qui pugnam navalem ad Salamina institui vellet, id ipsum tandem caeteris persuasisse (ἅπαντας ἔπεισεν αὐτῷ συμψήφους γενέσθαι). Nec magis de his quidquam tradit Cornelius Nepos, cuius haec sunt verba in vita Themistocl. 4: „cuius (urbis Athenarum scil.) flammâ perterriti classiarii cum manere non auderent et plurimi hortarentur. ut domos suas discederent moenibusque se defenderent, Themistocles unus restitit et universos pares esse posse aiebat, dispersos testabatur perituros, idque Eurybiadi, regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat."

οἱ προεξανιστάμενοι] Sic dicuntur, notante Schweighaeusero, in ludis Graecorum ii, qui ante iustum tempus, id est ante signum datum e carceribus excurrunt. Vid. IX, 62. Plut. Rom. 15 coll. Anton. 63 fin. Arat. 44 init. Eumen. 7. Themist. 11. „In stadio," ait *Wesseling.* ad h. l., „citius, quam mos ferebat, προπηδῶντες, *in cursum emicantes*, sive προεξανιστάμενοι, sicuti hic et Strattis in Polluce III, 146, flagris admonebantur a μαστιγονόμοις. Plutarch. Apophthegm. [pag. 185 B.] ex Adimanti ore, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν ἀεί: atque ea verbo virtus VII, 223. οἱ ἡγεμόνες — ἔχοντες μάστιγας ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, *flagris percutiebant*." Valcken. ad haec illustranda affert Thucydid. V, 50 [ubi nunc vid. Blomfield.] coll. Xenoph. Hellen. III. p. 287, 28 [III, 2. §. 21] et Pausan. VI, 2, idemque monet ῥαπίζειν esse ῥάβδῳ πατάξαι vel παῖσαι, *baculo ferire, caedere*. Tu conf. quoque Lobeck. ad Phrynich. p. 175 seq., Nitzsch. Sagenpoës. d. Griech. p. 304. Ac pertinent huc qui ῥαβδοῦχοι vel etiam ῥαβδοφόροι vocantur, iussa ab Hellanodicis exsequentes; vid. Krause: Olymp. pag. 142 coll. 148 et 152. — ἀπολυόμενος est: *se defendens*, *purgans*. Conf. Suidas s. v. I. pag. 283. Plutarch. Pericl. 10. Aristid. 13 fin. C. Gracch. 3 init. Demetr. 32 med. Anton. 73. Male unus

νος ἔφη· Οἵ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται. Τότε 60
μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο, πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδην ἔλεγε ἐκείνων μὲν οὐκέτι οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων, ὡς, ἐπεὰν ἀπαείρωσι ἀπὸ Σαλαμῖνος, διαδρήσονται· παρεόντων γὰρ τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν· ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο, λέγων τάδε· Ἐν σοὶ νῦν 1
ἐστὶ σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίην αὐτοῦ μένων ποιέεσθαι, μηδὲ, πειθόμενος τούτων τοῖσι λέγουσι, ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νέας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων ἐν πελάγει ἀνα-
645 πεπταμένῳ ναυμαχήσεις, ἐς τὸ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι,

liber ἀπολογούμενος. — οἱ ἐγκαταλειπόμενοι sive, ut Plutarchus habet, οἱ ἀπολειπόμενοι et λειπόμενοι sunt, monente Wesselingio, non *illi, qui domi relinquuntur*, sed *longe in cursu post tergum relicti victique* adeo. Sintenis ad Plutarch. Themist. II. pag. 77 ob praegressum οἱ προεξαναστάμενοι mavult hîc cogitare de iis, *qui cunctanter ad certamen prodeunt* eoque victoriâ *frustrantur*, *moratores*. Ad verbi ipsius notionem apte Valcken. confert II. Ep. ad Corinth. IV, 9. — στεφανεῦνται e duobus codd. receptum pro vulg. στεφανοῦνται, vid. Bredov. pag. 391.

CAP. LX.

ὡς — διαδρήσονται] i. e. *fore, ut in suas quique civitates diffugerent.* Spectant haec ad id, quod supra cap. 57 dixerat: κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται, habetque ipsum verbum nescio quid turpe, cum plerumque de servis fugitivis, aliis, qui turpiter profugiunt resque suas deserunt, dicatur. Vid. VIII, 75. 80. IX, 58. 60. III, 135 et conf. etiam, quae ad IV, 59 sunt allata.

οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν] i. e. *dedecebat ipsum cuiquam sociorum maledicere.* Ad κατηγορέειν subaud. τῶν συμμάχων, ut hinc non opus sit cum Valckenar. rescribere κατηγορέειν. Conf. etiam Herod. VIII, 142.

§. 1.

Ἐν σοὶ νῦν ἐστί] Simili modo Noster loquitur III, 85. VI, 109.

μηδὲ πειθόμενος τούτων τοῖσι λέγουσι] i. e. *neque illis*, e numero scil. ducum, *qui dicant, morem gerens.* — In proxime seqq. ἀναζευγνύναι τὰς νέας valet *abducere naves*, ut ἀναζευγνύναι τὸν στρατὸν IX, 41. 58. VI, 12: quo eodem sensu ἀνάγειν invenimus supra VIII, 10, ubi vid. nott.

ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας] i. e. *namque alterum alteri, si audieris, oppone, contende.* Ad sequens συμβάλλων mente addi potest τοῖσι Πέρσῃσι vel simile quid. Nam valet: *congrediens cum hostibus*, ut I, 77. 103. 104. 128. Sic paulo infra §. 2: ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολλάς.

ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ] *In patenti pelago* reddit Valla, probante Wesselingio, qui Longi Pastoral. III. p. 177 citat, ubi legitur cap. 21. §. 3: ἡνίκ' οὖν ἐν ἀναπεπταμένῃ τῇ θαλάττῃ ταῦτα ἔπραττον. Plato ἀναπεπταμένους τόπους dixit in Phaedon. cap. 60. pag. 111 C. Alia de usu vocis ἀναπεπταμένος dabunt Dorville ad Chariton. V, 8. pag. 493 ed. Lips., Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. II. p. 882 (add. Plutarch. Pericl. 34.) et Ind. Graecitat. Plutarch. Opp. VIII, 1. pag. 119.

ἐς τὸ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι] ἐς ὅ, ut vulgo legunt, Schweighaeuserus ita explicans, ut dictum exi-

νέας ἔχουσι βαρυτέρας καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας· τοῦτο δὲ ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴγιναν, ἤνπερ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ τῷ ναυτικῷ αὐτῶν ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατός· καὶ οὕτω σφέας αὐτὸς ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον,
2 *κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. Ἢν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω ποιήσῃς, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρήσεις· πρῶτα μὲν ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολλάς, ἢν τὰ οἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίνῃ, πολλὸν κρατήσομεν. τὸ γὰρ ἐν στεινῷ ναυμαχέειν πρὸς ἡμέων ἐστί, ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ πρὸς ἐκείνων. αὖτις δὲ Σαλαμὶς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. καὶ μὴν καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι, τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα· ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων προναυμαχήσεις Πελοποννήσου καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ· οὐδέ σφεας, εἴπερ εὖ φρο-*

stimetur pro *ἐς ὃ ἰέναι ναυμαχήσαντας*, postea in Lex. Herod. I. p. 285 explicat: *quo respectu, qua causa, quapropter*, et ad *σύμφορόν ἐστι* e praegressis intelligi vult *ἀναζεῦξαι τὰς νέας πρὸς τὸν Ἰσθμόν*. Minus recte. Reiskius praepositionem *ἐς* prorsus abesse maluerat. „Ad *ἐς ὅ*," ait *Struve* Spec. Quaest. I. pag. 44 (Opuscc. II. p. 316), „supple *ναυμαχεῖν*, hoc vero est *ἐς ὃ ἰοῦσιν* sive *πλεύσασιν ἡμῖν ναυμαχεῖν ἥκιστα σύμφορόν ἐστι*, cuius rei causa statim additur." Quod vero idem Struve, cum *ἐς ὃ* ad *πελάγεϊ* referatur, scribendum censet *ἐς τὸ*, id cum recentt. edd. recipiendum duxi. Ipsa Herodoti sententia haec est: in aperto mari pugnam navalem institues, quo (s. in quod si nos navigaverimus) minime conducit nobis (pugnam navalem committere).

νέας ἔχουσι βαρυτέρας] „*Naves Graecorum* hîc *graviores;* in Plut. Themist. [14] pag. 119 C. *ἀτενεῖς καὶ ταπεινότεραι*, comparatae ad Persarum naves molis maioris et celsioris." *Wesseling.* Hinc quaerit Matth., an *βραχυτέρας* rescribendum sit. Sed libri scripti non addicunt. — Ad sequens *τοῦτο δὲ*, ubi simplex antecedit *μὲν*, conf. G. Hermann. ad Viger. p. 702.

κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι] i. e. *periculumque parabis universae Graeciae, s. universaque Graecia ut periclitetur, efficies.* De vocula *τε* dixi ad VII, 188; de dativo monuit Matth. Gr. Gr. §. 400, 6. Conf. etiam supra VII, 209, ubi eodem modo dativus additur huic verbo, quod idem reperiemus cap. 65. 74. 97. Alia quaedam allata vides in Thesauro Ling. Graec. IV. pag. 1563 ed. Dindorf.

§. 2.

πρὸς ἡμέων ἐστί] i. e. *nobis conducit, commodum est.* Vid. VIII, 22 ibique nott.

ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες] i. e. *in quam translatos in tuto deposuimus et liberos et uxores.* — *ὑπέκκειται* ab omnibus libris allatum mutare in *ὑπεκκέεται*, ut Dindorf. et Dietsch. fecerunt, nolui; vid. supra cap. 41 ibique allata. De usu praepositionis *εἰς* in verbis *ἐς τὴν* etc. vid. Matth. Gr. Gr. §. 578, 1 et cf. nott. ad VIII, 71; de formula *τέκνα τε καὶ γυναῖκες* vid. allata ad Herod. VIII, 4, ubi etiam verbum *ὑπεκκεῖσθαι* attigimus.

τοῦ καὶ περιέχεσθε] i. e. *quod vobis maximae curae est, quod studiose s. enixe quaeritis.* Conf. VII, 39 et nott. ad III, 53 et IX, 57. Ad verba *προναυμαχήσεις Πελοποννήσου* conf. VIII, 49.

νέεις, ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. Ἢν δέ γε καὶ τὰ ἐγὼ 3
ἐλπίζω γένηται, καὶ νικήσωμεν τῇσι νηυσὶ, οὔτε ὑμῖν ἐς τὸν
Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι, οὔτε προβήσονται ἑκαστέρω
τῆς Ἀττικῆς, ἀπίασί τε οὐδενὶ κόσμῳ, Μεγάροισί τε κερδα-
νέομεν περιεοῦσι καὶ Αἰγίνῃ καὶ Σαλαμῖνι, ἐν τῇ ἡμῖν καὶ
λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι. Οἰκότα μέν νυν
βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι, μὴ
δὲ οἰκότα βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν
πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας. Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέους 61
αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, σιγᾶν τε κελεύων
646 τῷ μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐρυβιάδην οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν

§. 3.

ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι] Conf. Eltz. Quaest. Herodd. Spec. II. p. 337 (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX.) et vid. nott. ad I, 21. VI, 1 (ubi etiam de particulis *οὔτε — τε*) et Matth. Gr. Gr. §. 504. Vid. quoque infra IX, 115. Unde satis patet, haud legendum esse *πορεύσονται*, quod verbo *παρέσονται* substitui voluit Burges in Prolegg. Thucydd. pag. 251.

οὐδενὶ κόσμῳ] i. e. *nullo ordine, inconditâ fugâ, ruptis ordinibus*, ut III, 13. IX, 59. 65 coll. VIII, 117. IX, 66. 69. Aeschyl. Pers. 468. 479. Verbum *ἀπίασι* sensu futuri h. l. accipiendum esse recte monuit Eltz (Quaest. Herodd. I. in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 136). Quae sequuntur: *Μεγάροισί τε κερδανέομεν περιεοῦσι*, valent: *lucrumque capiemus ex servata Megara* (ut reddit Kuehner Gr. Gr. §. 586, d. dativi verbo *κερδαίνειν* adiecti rationes exponens) s. *lucrabimur Megarâ servatâ*. Ad *λόγιον* vid. VII, 142.

τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι] Conf. Matth. Gr. Gr. §. 309 et nott ad VIII, 19.

ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι] Ad *ἐθέλει* e praecedentibus repeto *τὰ οἰκότα* (quam vocem iterum inseri vult ante *ὡς τὸ ἐπίπαν* Naber in Mnemosyn. III. p. 483), hoc fere sensu: *probabilia s. rationi consentanea capientibus consilia plerumque talia* (i. e. consentanea rationi) *etiam evenire solent*. Ubi male olim coniunctim exhibebatur *τοεπίπαν*; tu conf. IV, 68 ibiq. nott. VI, 46. — *ἐθέλει* hîc valet *solet;* vid. I, 74 ibique allata. Attulit Herodoti verba Musgrav. ad Sophocl. Antigon. 299 unâ cum aliis quibusdam locis, in quibus verbo *ἵστασθαι* additur praepositio *πρὸς* eum fere in modum, quo hîc verbo *προσχωρέειν*. — Ad ipsam sententiam Wesseling. laudat similem Catonis sententiam apud Sallust. Catilin. 52, ubi plura Wasse et Corte, inprimisque Gataker. ad Antonin. IX, 40.

CAP. LXI.

οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν] „i. e. *nolens* concilii principem *Eurybiadem duces in suffragia mittere*, sive *sententias rogare, in gratiam viri urbe patria carentis*. Sic Herodotea capienda docebunt Kusteri et Hemsterhusii observata in Luciani Timon. 44. [I. p. 414 seq. Bip.]" *Valcken.* bene contra Abreschium (ad Thucydid. I, 87 coll. VI, 14, ubi vid. quoque Dukerus) monens, in Herodoto multum utique differre *προθεῖναι λόγον*, quod invenitur VIII, 59: *sententias varias iterum populo proponere*, et *ἐπιψηφίζειν*: *super illis populum in suffragia mittere*. „Athenis," ita pergit *Valckenar.*, „Prytanes comitia solebant indicere *fixâ tabulâ, quae, quid in deliberationem veniret, continebat* [*προθεῖναι τὸν λόγον*]: Hemsterhus. ad Lucian Ne-

ἀπόλι ἀνδρί· πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλέα παρεχόμενον οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι. ταῦτα δέ οἱ προέφερε, ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι. Τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἑωυτοῖσί τε ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέ-

cyomant. 19 [T. III. p. 361 seq.]. In unum coacto populo, qui tum erant inter Prytanes Proëdri, vel e Proëdris ὁ Ἐπιστάτης iterum proponebat, qua de re esset agendum; excitati voce praeconis oratores in medium prodibant, rem propositam civibus suadentes vel dissuadentes; hi causam quisque suam ubi perorassent, tum populus causâ cognitâ mittebatur in suffragia: Epistates vel alius ex ordine Prytanum, sententias rogans, dicebatur ἐπιψηφίζειν. — Hîc, cum causam suam perorasset Themistocles, iam ante iratus Adimantus nunc *noluit Eurybiadem ἐπιψηφίζειν ἀπόλι ἀνδρί.*" Subiicit vir praestantissimus alios locos Xenophont. Anab. V, 1, 14 coll. VII, 3, 14, ubi nunc Kruegeri consulatur annotatio, Memorabb. I, 1, 18, ubi plura excitavit Kuehner in ed. mai. pag. 66. Vid. quoque, qui de his disputarunt Antiquitatum Graecarum scriptores, C. Fr. Hermann (Griech. Staatsalterth. §. 129. not. 16) et Schoemann (Griech. Alterthüm. I. p. 386); inscriptionum (in quibus plerumque invenitur ἐπεψήφιζεν hoc sensu) testimonia attulit Boeckh: Monatsbericht. d. Berlin. Akad. d. Wissensch. 1856. pag. 123. — Ad dativum ἀπόλι (de qua forma vid. Bredov. p. 266.) ἀνδρί, i. e. *in gratiam viri civitate carentis*, conf. Kuehner Gr. Gr. §. 579 not. 3. Geminum Aeliani locum V. H. III, 17 attulerat Valckenarius: οὔτ' ἐπεψήφισεν Ἀθηναίοις (i. e. *Atheniensium in gratiam*) τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον. — Mox dedi Θεμιστοκλέα pro Θεμιστοκλῆα: vid. laudata ad cap. 57. De ipso viro dixi ad VII, 143. In iis, quae proxime antecedunt, ἐπεφέρετο reddam: *in eum invectus est* sive: *in eum irruit*, si quidem ἐπιφέρεσθαι dicuntur, qui (in alium) irruunt s. impetum faciunt; conf. VIII, 90 et quae in Thesauro Ling. Graec. III. p. 1876 ed. Dindorf. afferuntur.

οὕτω ἐκέλευε] Adimanti sententia haec est: *Themistocli tum demum, quando urbem* (civitatem, patriam, qua nunc quidem Athenis eversis careat) *exhibere posset, licere sententias* (cum caeteris Graecorum ducibus) *conferre*, i. e. cum caeteris Graecis deliberare et suffragia ferre. Sic πόλιν παρέχεσθαι dicit Thucydid. IV, 64 (ubi vid. interpretes) et IV, 83; ἀρχαιότατον ἔθνος παρεχόμενοι Herodotus dixit VII, 161. De particula οὕτω conf. Matth. Gr. Gr. §. 565, 1. Locutionem γνώμας συμβάλλεσθαι attigi in nott. ad V, 92. §. 1. In verbis sequentibus: ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι (i. e. *Athenas captas esse captasque iam teneri in hostium potestate*) ad plusquamperfecti et imperfecti vim bene attendit Matth. Gr. Gr. §. 497 et §. 505, 1; ad formam ἡλώκεσαν conf. Bredov. p. 312.

Τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης] Valcken. maluit τότε δὲ δή, ubi tamen meâ quidem sententiâ vix opus addere particulam δέ. Respicit Noster verba cap. LX init. τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. Accusativos duos verbo λέγειν additos attigit Kuehner Gr. Gr. §. 559, b. coll. Matthiaeo Gr. Gr. §. 416 et 444. Ad ipsam narrationem conf. Plutarch. Themistocl. 11. pag. 117 E., qui Adimanti loco alium quendam haec in Themistoclem dixisse narrat, quem tamen eundem, ut bene ibi monet Sintenis pag. 51, noli confundere cum Eretriensi illo, cuius apud eundem Plutarchum mox iniicitur mentio. — In seqq. ad verba ὡς εἴη Iacobs confert I, 24. III, 36. VIII, 137.

ἑωυτοῖσί τε ἐδήλου λόγῳ] i. e. *suis* (Atheniensibus) *maiorem et urbem et*

ζων ἤπερ ἐκείνοισι, ἔστ' ἂν διηκόσιαι νέες σφι ἔωσι πεπληρωμέναι· οὐδαμοὺς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀποκρούσεσθαι. Σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδην, 62 λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα· Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ, καὶ μένων

terram esse quam illis (Corinthiis) *sermone* (i. e. rationibus s. argumentis allatis) *commonstrare studuit*, in quo illud λόγῳ cum vi quadam additum esse facile apparet nec fugit Karsten. de his exponentem ad Parmenidis fragmm. pag. 83. Schweighaeuserus in Lex. Herodot. II. p. 78 λόγῳ h. l. idem valere putat atque ἀληθέϊ λόγῳ, Graeca Herodoti verba sic interpretans: „*ex ipsius rei ratione* (ex rei veritate) *demonstravit esse ipsis et urbem et terram;* sive commodius fortasse naturalem structuram talem concipias: ἐδήλου ὡς λόγῳ (i. q. ἀληθέϊ λόγῳ) καὶ πόλις καὶ γῆ εἴη ἑωυτοῖσι, *ostendit esse ipsis revera* (ex vero si iudicetur res) *et urbem* etc. Similiter paulo post, cap. 62: σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, haec postquam ex veri ratione (ex rei veritate) ostendit; aut: postquam ostendit, re vera (si recte res aestimetur) hoc ita esse.“ Quae mihi speciosius quam verius disputata videntur: vix enim illud λόγῳ h. l. aliam vim habebit atque in similibus locutionibus, quales inveniuntur I, 129 (ἀπέφαινε λόγῳ), V, 84 ἀπέφαινον λόγῳ), V, 94 (ἀποδεικνύντες λόγῳ), ubi valet monstrare *sermone*, i. e. *rationibus* s. *argumentis allatis*. Altero loco, qui mox legitur: σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδην (sic enim scripsi pro vulg. Εὐρυβιάδεα; vid. nott. ad VIII, 2), equidem malim τῷ λόγῳ referre ad διέβαινε, ut ipse Schweighaeuserus fecit in Latina versione haec verba sic reddens: „haec postquam significavit, *ad Eurybiadem convertens sermonem* maiore incitatione ait“; s. *ad Eurybiadem sermone transiit*, licet Valla (qui reddidit: *haec quum ratione significasset*) et Gronovius (qui reddidit: *haec cum sermone significasset*) aliter hunc locum accepisse videantur.

ἔστ' ἂν διηκόσιαι νέες κ. τ. λ.] Conf. nott. ad VIII, 1 de navium numero. Ad ipsam sententiam pertinent, quae apud Aeschylum in Persis leguntur, ubi Atossae quaerenti (vs. 347): ἔτ' ἆρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις nuntius respondet:

θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς·
ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές.

οὐδαμοὺς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀποκρούσεσθαι] i. e. *nullos enim fore Graecos, qui ipsos aggredientes repellant*. Sic verbum ἀποκρούεσθαι IV, 200.

Cap. LXII.

λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα] scil. ἔπη: *asperiora, concitatiora verba* intelligit Schweighaeuser, citans VII, 160 (ubi vid. nott.); Iacobs. in Atticis, ubi hunc locum recepit, explicat verba *nervosa, gravia, strenge, nachdrückliche Worte*, proprie: *mit Kraft nach einem Ziele geschleuderte*, eoque etiam refert, quod dicitur ἐπιστροφὴ τοῦ λόγου de vi nervisque orationis. Plutarch. Themist. cap. 11. hac in re dicit ἐπιστρέφειν τὸν λόγον, *die Sprache ändern*, ut reddit Sintenis pag. 79, eundem quoque Herodoteae locutionis sensum videri adiiciens. Erunt igitur h. l. verba conversa (a priori scil. modo leniter loquendi: τότε μὲν ait cap. 60 init. ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο) *verba asperiora, concitatiora*. Inde in Thesaur. Ling. Graec. III. p. 1811 ed. Dindorf. redditur: *maiore loquens acrimonia*. Nec aliter locum intelligit Negris, ad Herod. I, 30 (ubi ἐπιστρεφέως, quod explicat ζωηρῶς) haec verba excitans, addita Neograeca interpretatione hac: ὁμιλῶν μὲν περισσοτέραν σφο-

ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νέες· ἀλλ' ἐμοὶ πείθεο. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μέν, ὡς ἔχομεν, ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας κομιεύμεθα ἐς Σῖριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥπερ ἡμε-

δρότητα. Tu vid. quae ipsi ad h. l. notavimus. Nam alio sensu ibi dici videtur *εἴρεσθαι ἐπιστρεφέως.*

Σὺ εἰ μενέεις κ. τ. λ.] „*Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris* sive *virum te praestiteris;* supplendum relinquitur *σώσεις τὴν Ἑλλάδα* vel *ὀρθώσεις*, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, *καλῶς* vel *εὖ ἂν ἔχοι*, prout hanc ellipsin supplet Tryphon." *Valcken.* Vid. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 803 seq. et Hartung: Lehre v. d. Griech. Partik. II. pag. 213, qui hunc ipsum locum Herodoti attulit; consimilem ex Athenaeo (VIII. p. 360 C. *εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐκ ἐάσομεν*) et Pseudo-Herodot. (Vit. Homer. cap. 33) dudum attulerat Valckenarius; add. Platonis locum De rep. IX, 3. pag. 575 D., ubi plura excitavit Stallbaum. (T. II. pag. 254), Xenophont. in Memorabb. III, 1, 9 coll. III, 9, 11 ibique Kuehner, atque ipsum Homerum in Iliad. I, 135, ubi plura protulit Freytag pag. 72. Etenim vel apud Homerum nec raro apud alios scriptores reperitur haec dicendi ratio, in sermone iratorum aut concitatorum hominum obvia, qui ea tacent, quae, licet sint necessaria, tamen sponte intelliguntur indeque omittuntur, ut h. l. *εὖ ἂν ἔχοι* s. *εὖ πράξεις* vel simile quid. Quare non erat, quod Grote (History of Greece V. p. 167) de structura huius loci dubitaret, cuius sensum bene reddidit. Quod vero in hac structura, ubi sequitur *εἰ δὲ μή*, plerumque *εἰ μὲν* antecedere solet, Cobet Varr. Lectt. pag. 241 pro *σὺ εἰ μενέεις* scribi vult: *εἰ μὲν μενέεις*. Mihi sic scribi haud necessarium videtur, praesertim hoc loco, quo pronomen *σὺ* cum vi quadam orationis initio ponitur. — Ad verbum *ἀνατρέψεις* conf. I, 32 fin.

τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νέες] i. e. *omne belli momentum* (i. e. ad bellum prospere gerendum) *conferunt nobis naves.* Ita Schweigh. in Lex. Herod. (II. p. 355), ubi praeterea laudat Herod. VIII, 100 et IV, 129, ubi vid. nott. Iacobsius bene ita locutionem circumscribit: *ὁ πᾶς πόλεμος ἤρτηται ἐκ τῶν νεῶν*, quemadmodum sane Nostrum locutum esse video VI, 109, ubi vid. laudd., IX, 68, ne plura. Inde in Thesaur. Ling. Graec. Vol. VIII. pag. 721 ed. Dindorf. explicatur hic locus: „*omne momentum belli naves conferunt*, bellum prospero cum successu gerendum ab navibus pendet;" apteque ad nostrum locum referri possunt loci ibi laudati Euripid. Iphigen. in Taur. 562 et Platon. De republ. V. p. 449 D, ubi invenitur *μέγα φέρειν*, i. e. *multum conferre.* Ac denique huc quoque referri possunt, quae leguntnr apud Nostrum III, 134: *ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ταῦτα ποιέειν*, ubi vid. nott. — Ad seq. *ὡς ἔχομεν* conf. I, 24. V, 64. VI, 17, et ad formam *κομιεύμεθα* Bredov. pag. 378.

ἐς Σῖριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ] De hac urbe vid. nott. ad VI, 127. Quam Ionum fuisse canit Lycophr. Alex. 978 seq., ubi conf. Schol., consentiente Strabone VI. p. 264 s. 405 A., qui *Iones*, Lydorum dominatum quo effugerent, Sirin a Troianis profugis olim conditam occupasse Troianosque ad Palladium ex ipso Ilio allatum (ut fama ferebat) confugientes trucidasse refert testimoniumque huius rei addit ipsum hoc Palladium, quod ab hoc inde tempore oculos clausisse ferebatur. Ionum loco *Colophonios* ponit Timaeus apud Athen. XII. pag. 523 D., ex quo loco Archilochum Siritarum terrae fertilitatem et amoenitatem valde admiratum esse intelligimus: quam ob rem illum cum Herodoteo sane conferri volumus. Inde quoque factum videtur, ut postea Athenienses, oraculum hocce a Themistocle prola-

τέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ λόγια λέγει, ὑπ' ἡμέων
αὐτὴν δέειν κτισθῆναι. ὑμεῖς δὲ, συμμάχων τοιῶνδε μουνω-
θέντες, μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων. Ταῦτα δὲ Θεμιστο- 63
κλέος λέγοντος ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης. δοκέειν δέ μοι,

tum praetexentes, in eam ipsam Italiae regionem mitterent colonos Thuriosque conderent prope Sirin: cui coloniae ipsum historiae patrem interfuisse novimus. Vid. Diodor. Sic. XII, 10. Ob Iones igitur pro Siris conditoribus habitos Themistocles ait: ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, si quidem vel ante bellum Troianum illi urbem condidisse ferebantur teste Lycophrone l. l. Atque *Iones*, quos hanc urbem olim vel condidisse vel certe tenuisse nihil est dubium, Minervae quoque sacra in hanc urbem intulisse, quae primaria horum sacrorum sedes per Italiam (i. e. Graciam magnam) ferretur, credibile fit (vid. C. O. Mueller: Kleine Deutsche Schrift. II. pag. 216 seq.); inde merito ἡμετέρην ἐκ παλαιοῦ hanc urbem Ionicam, medium inter Doricas civitates in Italia sitam praecipuamque Ionicae vel potius Atticae deae in hac eadem terra sedem Themistocles appellare potuit eoque etiam referre oracula, quae hanc urbem ab Atheniensibus condi iubebant: quae ipsa oracula eo tempore orta putat idem Mueller (Goetting. Gel. Anzz. 1838. pag. 375), quo Iones, navibus vecti ad Italiae oras, has ipsas terras omnium optimas ac pulcherrimas praedicaverint populariumque hominum animos ad easdem adverterint. De quo equidem haud decernam: ipsam *Sirin*, quae ad ostia fluvii Siris (vid. Herodot. VI, 127) sita erat, constat postmodo portum fuisse *Heracleae* urbis viginti quattuor stadiis hinc remotae, in quam etiam Siris incolae plerique postea translati sunt. Nullas ruinas adhuc superesse tradunt: ipsi loco nomen *Torre di Senna*. Vid. Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 760. not. 22. — Quod Siris ἐν Ἰταλίῃ sita dicitur, de *Magna Graecia* cogitandum esse docent, quae ad III, 136. IV, 15. VI, 127 notata sunt. Ex hac autem terra frumentum Athenas advectum esse, adeo ut vel propter hanc causam mature iam Athenienses cogitaverint de hac terra colonis illuc missis arctius secum coniungenda, bene nuper admonuit Wiskemann: Die antike Landwirthschaft etc. (Preisschrift. d. Jablonowskischen Gesellschaft VII) pag. 22. — Ad structuram verborum καὶ τὰ λόγια λέγει (ubi exspectabas καὶ ἣν τὰ λόγια λέγει) vid. nott. ad III, 34; per voculam καὶ, quae ad antecedens τε pertinent, ea cum antecedentibus ita iunguntur, ut sane non opus sit scribere ἔτι δὲ καὶ, ut proposuit Naber in Mnemosyn. IV. pag. 28. — Verba proxime sequentia: συμμάχων τοιῶνδε μουνωθέντες redde: *talibus sociis privati indeque soli relicti;* vid. Herodot. I, 102. VI, 15. VIII, 123 coll. I, 116. IV, 113; adhibuit quoque Homerus in Iliad. XI, 470. Odyss. XV, 386 coll. XVI, 117. Haud aliter χηροῦσθαι apud Nostrum VI, 83.

Cap. LXIII.

Θεμιστοκλέος] Ita cum Gaisf. e duobus libris rescripsi pro Θεμιστοκλῆος. Vid. allata ad VIII, 59. Quod sequitur ἀνεδιδάσκετο, bene Valcken. reddit: *dedocebatur*, *dedocendum se praebuit;* nam ἀναδιδάσκεσθαι valet: *priora dedoceri* s. *dedocendum se praebere*, *ut quis alia discat istis contraria*, quemadmodum ἀναδιδάσκειν apud Thucydid. VIII, 86, ubi vid. Dukerum. Alia dabit Thesaur. Ling. Graec. I, 2. pag. 352 ed. Dindorf. Ad quam eandem praepositionis vim pertinent verba composita ἀναρᾶσθαι, ἀνεύχεσθαι, alia. Ad medii verbi vim ac notionem conf. nott. ad II, 154.

ἀρρωδήσας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἀνεδιδάσκετο, μή σφεας 647
ἀπολίπωσι, ἢν πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀνάγῃ τὰς νέας. ἀπολιπόντων γὰρ Ἀθηναίων οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί. ταύτην δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας διαναυμαχέειν.

64 Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, ἐπεί τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δέ σφι εὔξασθαι τοῖσι θεοῖσι καὶ ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δέ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα. εὐξάμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νέα ἀπέστελ-

65 λον ἐς Αἴγιναν. Ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθη-

μή σφεας ἀπολίπωσι] Eadem ferme Plutarch. Themist. 11 fin. pag. 117 F. *ταῦτα τοῦ Θεμιστοκλέους εἰπόντος εὔνοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην τῶν Ἀθηναίων, μὴ σφᾶς ἀπολιπόντες οἴχωνται.* — In seqq. de verbo *ἀνάγειν* dixi ad VIII, 10. Ad *ἀπολιπόντων* (ubi licet mente addere *σφέας*, scil. Peloponnesios) conf. VII, 221.

Cap. LXIV.

ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι] *ἀκροβολίζεσθαι* proprie de velitum certamine dicitur, quod ipsam pugnam anteire solet, tum vero ad mutuos transfertur sermones rixasque pugnam antecedentes. Conf. Blomfield. Glossar. ad Aeschyli S. c. Th. 146 et Hemsterhus. ad Lucian. I. pag. 417 Bip., qui hoc verbum de iis quoque dici notat, qui e loco altiore atque opportuno lapidibus aliquem e longinquo petunt. Quod ad Herodotum attinet, eâdem figurâ ab eodem dici *λόγων ὠθισμὸν* observat Wesseling. VIII, 78. IX, 26.

ἡμέρη τε ἐγίνετο καὶ ἅμα κ. τ. λ.] De particulis *τε — καὶ* vid. nott. ad IV, 53. Ad seq. *ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους* cf. nott. ad V, 80 et VIII, 83. Plut. Themistocl. 15. Larcherus h. l. excitaverat Pausan. II, 29. Apollodor. III, 11. §. 6. Ac nemo nescit, Telamonem Aeaci fuisse filium, Salaminis insulae regem patremque Aiacis, qui in bello Troiano obiit, Teucro fratre a reditu in patriam excluso. — In fine cap. *ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας* valet: *ad Aeacum et reliquos Aeacidas* (i. e. eorum signa) *arcessendos*, ut I, 110. III, 14. VII, 193, ubi de praepositionis *ἐπὶ* vi in talibus monuimus. — In seqq. post *αὐτόθεν* subiicitur ipsa vox (*ἐκ Σαλαμῖνος*) eodem modo, quo post *αὐτοῦ* id fieri notavimus ad IV, 135 et VI, 72; de *αὐτόθεν* bene exposuit Herbst in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. N. F. III. pag. 59; vid. Thucydid. V, 83. *ἀπέστελλον* dabat Mediceus cum aliis pro vulg. *ἀπέστειλαν*, quod habet etiam Schol. Hermog. pag. 407, qui seqq. citat pag. 890. Utramque scripturam habet Florentinus liber et quidem ab eadem manu.

Cap. LXV.

Ἔφη δὲ Δικαῖος κ. τ. λ.] Ex Herodoto hausit Schol. ad Aristoph. Nub. 302 coll. Plutarchi Themistocl. 15 init. p. 119 E., Aristide, qui notante Valckenar. pluribus locis huius rei meminit I. p. 55. 451. II. p. 350 (ubi conf. Schol. pag. 251 Frommel.). I. p. 248, ubi itidem plura in scholiis pag. 66 Frommel, quae ex

ναῖος, φυγάς τε καὶ παρὰ Μήδοισι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον, ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἐρῆμος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κῃ τρισμυρίων· ἀποθωυμάζειν τέ σφεας τὸν κονιορτὸν, ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καί

parte excitaverat *Creuz.* in Commentt. Herodd. p. 234.

ἐπεί τε ἐκείρετο κ. τ. λ.] Attigit Eustath. ad Ili. pag. 364, 25 s. pag. 475 fin.

τυχεῖν τότε ἐὼν] Recte Viger. p. 301: *dixit se tum forte fuisse.* De *Thriasio* campo, qui ab Eleusine Boeotiam versus extensus multum patuit beneque discerni debet a campo *Rhario*, qui minor ambitu inter mare et collem illum, in quo arx Eleusinia fuisse fertur, extendebatur, vid. interprett. ad Thucydid. II, 19 (ed. Poppo. I, 2. p. 256). Pausan. I, 38. §. 6. Herod. IX, 7 fin. Strab. IX. p. 395. Plutarch. Themistocl. 15. Pelop. 8. Arat. 33: quae ex parte iam attulit Sintenis ad Plutarch. Themistocl. p. 103. Cf. Kruse: Hellas I, 2. pag. 178 seq. 180, qui recte *Thriam* δῆμον, unde *Thriasio* campo nomen, eo loco exstitisse ponit, quo e faucibus qui egressi sunt mare versus descendentes, ruinas quasdam conspiciunt in planitie inde porrecta: supra Eleusinem in media planitie, loco ab Eleusine remoto tribus milliaribus Anglicis, quo adhuc ruinae quaedam reperiuntur, quibus nomen *Magúla,* ad laevam ripam Cephissi (Sarandáporo), Thriam ponit Leake: Die Themen Attica's pag. 146 e vers. Westermanni: minus opinor recte, ut satis demonstravit Preller, accurate de his exponens in Disputat. II de via sacra (Dorpat. 1841.) pag. 8 seq. Qui enim Athenis Eleusinem proficiscuntur, colles, quibus campus Atheniensis a Thriasio disiungitur, sive iugum illud, quod totum Aegalei nomen habet, superare debent viâ per angustas fauces ductâ, in quibus summis nunc monasterium Daphnae situm est, unde via mare versus descendit: „ad litus descendenti (sunt verba Prelleri l. l.), quo loco Eleusis primum conspicitur, convallis excipitur angulo meridionali campi Thriasii, quae regio quamquam nunc sterilior est rariusque arboribus consita, tamen olim fertilis et cultura frequens fuisse videtur: nam constat demum Thriasium in hoc ipso litoris tractu situm fuisse, nobilissimum illum et priscis temporibus adeo potentem, ut nomen suum et ad portam illam Athenarum, qua in viam sacram exibatur, et ad campum patentissimum, qui ab Aegaleo usque ad Eleusinem oppidum porrigitur, propagaverit.“ Ad exitum huius convallis, quae a monasterio Daphnae incipit, vestigia quaedam aedificiorum antiquorum invenit Fiedler (Reise durch Griechenland I. p. 80 seq.), quae ad veterem Thriam referre idem vult, tristem adspectum nunc praebere hanc regionem affirmans, quippe aquâ destitutam; quae si suppeteret, ad priorem fertilitatem regionem adduci posse idem indicat.

ἰδεῖν δὲ] δὲ male in quibusdam omissum retinui meliorum codd. auctoritate, itemque dedi μάλιστά κῃ, ubi alii κου vel που. Tu conf. Herod. II, 75. IV, 174. VII, 30 et vid. Voemel de voce μάλιστα numeris addita disputantem in Francofurt. Programmate anni 1852. pag. 7 potissimum et seqq. De ipso numero hominum *triginta milium* vid. nott. ad V, 97. Pro ἀποθωμάζων, ut cum Schweigh. dederat Gaisf., revocavi ἀποθωυμάζων. Ad formam ὅτεων, quae etiam legitur II, 102, conf. Struve Spec. Quaest. de dialect. He-

ἀρρωδήσας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἀνεδιδάσκετο, μή σφεας 647
ἀπολίπωσι, ἢν πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀνάγῃ τὰς νέας. ἀπολιπόντων γὰρ Ἀθηναίων οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί. ταύτην δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας διαναυμαχέειν.
64 *Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, ἐπεί τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δέ σφι εὔξασθαι τοῖσι θεοῖσι καὶ ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δέ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα. εὐξάμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νέα ἀπέστελ-*
65 *λον ἐς Αἴγιναν. Ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθη-*

μή σφεας ἀπολίπωσι] Eadem ferme Plutarch. Themist. 11 fin. pag. 117 F. *ταῦτα τοῦ Θεμιστοκλέους εἰπόντος εὔνοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην τῶν Ἀθηναίων, μὴ σφᾶς ἀπολιπόντες οἴχωνται.* — In seqq. de verbo *ἀνάγειν* dixi ad VIII, 10. Ad *ἀπολιπόντων* (ubi licet mente addere *σφέας*, scil. Peloponnesios) conf. VII, 221.

CAP. LXIV.

ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι] *ἀκροβολίζεσθαι* proprie de velitum certamine dicitur, quod ipsam pugnam anteire solet, tum vero ad mutuos transfertur sermones rixasque pugnam antecedentes. Conf. Blomfield. Glossar. ad Aeschyli S. c. Th. 146 et Hemsterhus. ad Lucian. I. pag. 417 Bip., qui hoc verbum de iis quoque dici notat, qui e loco altiore atque opportuno lapidibus aliquem e longinquo petunt. Quod ad Herodotum attinet, eâdem figurâ ab eodem dici *λόγων ὠθισμὸν* observat Wesseling. VIII, 78. IX, 26.

ἡμέρη τε ἐγίνετο καὶ ἅμα κ. τ. λ.] De particulis *τε* — *καὶ* vid. nott. ad IV, 53. Ad seq. *ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους* cf. nott. ad V, 80 et VIII, 83. Plut. Themistocl. 15. Larcherus h. l. excitaverat Pausan. II, 29. Apollodor. III, 11. §. 6. Ac nemo nescit, Telamonem Aeaci fuisse filium, Salaminis insulae regem patremque Aiacis, qui in bello Troiano obiit, Teucro fratre a reditu in patriam excluso. — In fine cap. *ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας* valet: *ad Aeacum et reliquos Aeacidas* (i. e. eorum signa) *arcessendos*, ut I, 110. III, 14. VII, 193, ubi de praepositionis *ἐπὶ* vi in talibus monuimus. — In seqq. post *αὐτόθεν* subiicitur ipsa vox (*ἐκ Σαλαμῖνος*) eodem modo, quo post *αὐτοῦ* id fieri notavimus ad IV, 135 et VI, 72; de *αὐτόθεν* bene exposuit Herbst in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. N. F. III. pag. 59; vid. Thucydid. V, 83. *ἀπέστελλον* dabat Mediceus cum aliis pro vulg. *ἀπέστειλαν*, quod habet etiam Schol. Hermog. pag. 407, qui seqq. citat pag. 890. Utramque scripturam habet Florentinus liber et quidem ab eadem manu.

CAP. LXV.

Ἔφη δὲ Δικαῖος κ. τ. λ.] Ex Herodoto hausit Schol. ad Aristoph. Nub. 302 coll. Plutarchi Themistocl. 15 init. p. 119 E., Aristide, qui notante Valckenar. pluribus locis huius rei meminit I. p. 55. 451. II. p. 350 (ubi conf. Schol. pag. 251 Frommel.). I. p. 248, ubi itidem plura in scholiis pag. 66 Frommel, quae ex

ναῖος, φυγάς τε καὶ παρὰ Μήδοισι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον, ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἐρῆμος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κη τρισμυρίων· ἀποθωυμάζειν τέ σφεας τὸν κονιορτὸν, ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καί

parte excitaverat *Creuz.* in Commentt. Herodd. p. 234.

ἐπεί τε ἐκείρετο κ. τ. λ.] Attigit Eustath. ad Ili. pag. 364, 25 s. pag. 475 fin.

τυχεῖν τότε ἐὼν] Recte Viger. p. 301: *dixit se tum forte fuisse.* De *Thriasio* campo, qui ab Eleusine Boeotiam versus extensus multum patuit beneque discerni debet a campo *Rhario*, qui minor ambitu inter mare et collem illum, in quo arx Eleusinia fuisse fertur, extendebatur, vid. interprett. ad Thucydid. II, 19 (ed. Poppo. I, 2. p. 256). Pausan. I, 38. §. 6. Herod. IX, 7 fin. Strab. IX. p. 395. Plutarch. Themistocl. 15. Pelop. 8. Arat. 33: quae ex parte iam attulit Sintenis ad Plutarch. Themistocl. p. 103. Cf. Kruse: Hellas I, 2. pag. 178 seq. 180, qui recte *Thriam* δῆμον, unde *Thriasio* campo nomen, eo loco exstitisse ponit, quo e faucibus qui egressi sunt mare versus descendentes, ruinas quasdam conspiciunt in planitie inde porrecta: supra Eleusinem in media planitie, loco ab Eleusine remoto tribus milliaribus Anglicis, quo adhuc ruinae quaedam reperiuntur, quibus nomen *Magúla,* ad laevam ripam Cephissi (Sarandáporo), Thriam ponit Leake: Die Themen Attica's pag. 146 e vers. Westermanni: minus opinor recte, ut satis demonstravit Preller, accurate de his exponens in Disputat. II de via sacra (Dorpat. 1841.) pag. 8 seq. Qui enim Athenis Eleusinem proficiscuntur, colles, quibus campus Atheniensis a Thriasio disiungitur, sive iugum illud, quod totum Aegalei nomen habet, superare debent viâ per angustas fauces ductâ, in quibus summis nunc monasterium Daphnae situm est, unde via mare versus descendit: „ad litus descendenti (sunt verba Prelleri l. l.), quo loco Eleusis primum conspicitur, convallis excipitur angulo meridionali campi Thriasii, quae regio quamquam nunc sterilior est rariusque arboribus consita, tamen olim fertilis et cultura frequens fuisse videtur: nam constat demum Thriasium in hoc ipso litoris tractu situm fuisse, nobilissimum illum et priscis temporibus adeo potentem, ut nomen suum et ad portam illam Athenarum, qua in viam sacram exibatur, et ad campum patentissimum, qui ab Aegaleo usque ad Eleusinem oppidum porrigitur, propagaverit.“ Ad exitum huius convallis, quae a monasterio Daphnae incipit, vestigia quaedam aedificiorum antiquorum invenit Fiedler (Reise durch Griechenland I. p. 80 seq.), quae ad veterem Thriam referre idem vult, tristem adspectum nunc praebere hanc regionem affirmans, quippe aquâ destitutam; quae si suppeteret, ad priorem fertilitatem regionem adduci posse idem indicat.

ἰδεῖν δὲ] *δὲ* male in quibusdam omissum retinui meliorum codd. auctoritate, itemque dedi *μάλιστά κη*, ubi alii *κου* vel *που*. Tu conf. Herod. II, 75. IV, 174. VII, 30 et vid. Voemel de voce *μάλιστα* numeris addita disputantem in Francofurt. Programmate anni 1852. pag. 7 potissimum et seqq. De ipso numero hominum *triginta milium* vid. nott. ad V, 97. Pro *ἀποθωμάζων*, ut cum Schweigh. dederat Gaisf., revocavi *ἀποθωυμάζων*. Ad formam *ὅτεων*, quae etiam legitur II, 102, conf. Struve Spec. Quaest. de dialect. He-

οἵ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον. εἶναι 648
δ' ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι τὸν Δημάρητον, εἴρεσθαί τε αὐτὸν, ὅ τι τὸ φθεγγόμενον εἴη τοῦτο· αὐτὸς δὲ εἰ-

rodot. II. p. 48 (Opuscc. II. p. 322), et ad πρόκα nott. ad I, 111.

τὸν μυστικὸν Ἴακχον] Attigit Herodotea Hermogenes De ideis I. p. 223 Walz. (p. 290. Vol. II. Rhett. Graecc. ed. Spengel), laudans et ipse τὸν Ἴακχον, quam vocem litera initiali maiore scribendam censui; vulgo ἴακχον. — „Dicaeus dicebat, *clamorem* illum *sibi videri esse mysticum Iacchum.*" Ita *Valckenar.*, qui quod ante has voces verbum ᾀδόντων vel ἐξαγόντων excidisse olim putaverat, postea iure retraxit coniecturam. *Iacchus*, quod satis constat, in mysteriis Atticis dicebatur *Bacchus puer*, cuius statuam variis rebus ornatam e Ceramico, ubi Iacchi aedes erat, in Eleusinium templum vicesimo Boëdromionis die quando deferebant initiati magna ac sollemni pompa, hymnum in laudem Iacchi compositum, qualem v. c. exhibet Aristophanes Ran. 401, cantantes, id vocabant ἐξάγειν τὸν Ἴακχον, de quo plura attuli ad Plutarch. Alcibiad. p. 245, ubi vid. praesertim Creuzer. Symbol. IV. pag. 396 seq. Add. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 55. not. 10 ed. sec., Schoemann: Griech. Alterth. II. p. 343 seqq. et praecipue Fritzsche: De carmine Aristophanis mystico (Rostoch. 1840 coll. ad Aristophan. Rann. p. 187 seqq.) pag. 25 seqq. ἐξάγειν in re sacra pariter invenimus adhibitum ab Herodoto II, 45. Tum vero etiam ipse ille hymnus, quem in sollemni pompa cantari diximus, vocabatur Ἴακχος, teste Hesych. s. v. II. pag. 5, ubi legimus inter alia: καὶ ἡ ᾠδή, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι, coll. Suid. s. v. II. pag. 87. Inde quoque ἰακχάζειν idem quod ᾄδειν τὸν Ἴακχον, interprete Hesych. s. v. δι' ἀγορᾶς I. pag. 939. Schol. Aristoph. Ran. 324 et Gloss. Herodot., ubi ἰακχάζουσιν· λέγουσι, φλυαροῦσι, quae eadem habet Suidas I. l. Itaque in Herodoti hoc loco τὸν μυστικὸν Ἴακχον accipio de carmine sacro, quale in illa Iacchi pompa canere solebant initiati, eoque etiam refero verbum ἰακχάζουσι, quod infra legitur: *hoc carmen in Iacchi laudem canunt*, sive, ut Valcken. reddit: *istoc* (clamore) *utuntur die festo Iacchum saepius inclamantes.* Offendit C. O. Muellerum (Kleine deutsche Schrift. II. p. 272) in hac Herodoti narratione, quod Noster sic loquatur, ut initiatorum pompa, quae Iacchum gestabat laudesque in eius honorem cantabat, Eleusine Athenas versus processisse videatur, cum Athenis potius Eleusinem versus procedentes initiatos Iacchum cantasse e constanti antiquitatis fama appareat. Neque vero ab hac recedere Nostrum existimem, qui quem commemorat κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, pulverem intellexit inde ab Eleusine orientem et ventis ex adverso flantibus obvium factum initiatis, qui campo Thriasio egressi propius ad Eleusinem accedebant beneque illum prospicere adeoque ipsi sentire poterant, cum ventus pulverem ad ipsorum ora adveheret.

εἶναι δ' ἀδαήμονα] Pro εἶναι Villoison. ad St. Croix Recherch. sur l. myst. d. pagan. I. p. 327 substitui vult ἱέναι, ut inde scil. existat sententia: „*vocem emissam esse a mystico Baccho*"; quo sane minime opus. Nec magis opus participio γινομένων, quod post voces τῶν ἐν Ἐλευσῖνι vulgo insertum tenent Schaeferus, Matth. et edd. recc. Equidem cum Schweigh. et Gaisf. verbum e scholio, ut videtur, invectum et in duobus codd. Pariss. omissum abieci; Florentinus liber dabat γενομένων. — Ad particulae τε usum post εἴρεσθαι cf. allata ad VII, 188.

αὐτὸς δὲ εἰπεῖν] εἰπεῖν cum Gaisf. et Matth. dedi librorum ex auctoritate. Vulgo εἶπαι, idque Bekkerus, quem recentt. edd. secuti sunt, retinuit. Idem feci paulo inferius et VIII, 73 fin. 68. §. 1. 87. 112. IX,

πεῖν· Δημάρητε, οὐκ ἔστι ὅκως οὐ μέγα τι σίνος ἔσται τῇ βασιλέος στρατιῇ. τάδε γὰρ ἀρίδηλα, ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον, ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοισί τε καὶ τοῖσι συμμάχοισι. καὶ ἢν μέν γε κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται· ἢν δὲ ἐπὶ τὰς νέας τράπηται τὰς ἐν Σαλαμῖνι, τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀποβαλεῖν. τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, καὶ αὐτῶν τε ὁ βουλό-

16. 18. 46. 82. 84. 89. At VIII, 88 reliqui εἶπαι, cuius loco unus Sancrofti liber εἰπεῖν, itemque VIII, 118. 128. 140. §. 2. IX, 8, ubi unus Florentinus dat εἰπεῖν. Vix enim mihi credibile, ipsum Herodotum in talibus formis constanter egisse: quas cum ad unam normam redigere ob librorum vetustorum dissensum nobis haudquaquam liceat, malui in singulis locis codicum potiorum sequi auctoritatem. Neque aliter statuisse video Bredov. pag. 352 seq., qui Herodotum utramque formam adhibuisse putat, ut inde haud facilis sit diiudicatio, ubi libri scripti inter se dissident, quid quoque loco ipse Herodotus scripserit.

οὐκ ἔστι ὅκως οὐ] i. e. *fieri nequit, quin:* de quo loquendi genere vid. modo Zeun. ad Viger. p. 235 seq. Xenoph. Anab. II, 4, 3. Aristoph. Ach. 116. Eqq. 238. Plat. Apolog. Socr. p. 27E. Mox ἀπ' Ἐλευσῖνος ἰὸν e Florentino alioque libro repositum (dudum iubente Wesseling. Diss. Herod. XI. p. 167) pro ἐόν. — Paulo ante dedi βασιλέος pro βασιλῆος et σίνος pro σῖνος, quod Schaeferus cum Matth. et Bekk. reliquit; ipsam vocem, ab Aeschylo adhibitam (vid. Agamemn. 380. 544 ibique Blomfield. in Glossario), Grammatici explicant βλάβος, *damnum, malum;* plura vid. in Thesauro Ling. Graec. Vol. VII. p. 267 ed. Dindorf.

τάδε γὰρ ἀρίδηλα] i. e. *hoc enim manifestum est.* Apud Homerum invenitur hoc sensu ἀρίζηλος: de qua voce conf. Freitag. ad Ili. II, 318 et Buttmann. Lexilog. I. p. 252 seq., qui idem pag. 147 de syllaba ἀρι multis vocibus praeposita disputat. Reperitur ἀρίδηλος apud Apollon. Rhod. III, 615. IV, 727. — Ad vocem τιμωρίην conf. nott. ad VII, 169. — ἢν — κατασκήψῃ est: *si ingruerit, inciderit;* mente addas licet ex antecedentibus τὸ θεῖον, quod etiam ad τράπηται referri potest: de ipso verbo vid. nott. ad VII, 10. §. 5. In seqq. pro ἀποβαλέειν dedi ἀποβαλεῖν; vid. VIII, 22 ibique laudd.

ἀνὰ πάντα ἔτεα] i. e. *quoque anno.* Vid. nott. ad VII, 106. De tempore, quo magna Eleusinia celebrabantur, cum olim dissentirent viri docti, nunc quidem ob disertum Herodoti testimonium nihil dubium, quoque anno et quidem mense Boëdromione, qui cum Septembri nostro sic satis convenit, illa fuisse celebrata. Plura de his monuerunt C. Fr. Hermannus, Schoemannus, alii supra laudati l. l. Vocibus τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ neminem fugit indicari *Cererem* atque *Proserpinam,* ita appellari solitas in sacra mysteriorum disciplina. Ad quam etiam pertinet verbum μυεῖσθαι, quo Noster paulo post usus est et II, 51, si quidem illud in universum de quibusvis sacris arcanis secretisve adhibetur; hoc loco autem aeque atque altero de iis dicitur, qui arcanis initiantur sacris, qualia sunt sacra Eleusinia, in Cereris et Proserpinae honorem celebrata; conf. Thesaur. Ling. Graec. Vol. V. p. 1244 ed. Dindorf., ubi plura de hoc verbo afferuntur. Intactum autem reliqui μυεῖται, e Bredovii sententia p. 374

μενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖται· καὶ τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι. Πρὸς ταῦτα εἰπεῖν Δημάρητον· Σίγα τε καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἴπῃς. ἢν γάρ τοι ἐς βασιλέα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλήν· καί σε οὔτε ἐγὼ δυνήσομαι ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδὲ εἷς. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος· περὶ δὲ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει. Τὸν μὲν δὴ ταῦτα παραινέειν· ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι νέφος, καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων. οὕτω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν, ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξεω ἀπολέεσθαι μέλλοι. Ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος.

haud ferendum et in *μυέεται* mutandum. Quae sequuntur verba: *τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι*, valent: *hac voce, quam audis, in hoc festo Iacchum invocant*, sive, ut Schweighaeuserus reddidit: *hoc vocis sono, quem audis, in eiusdem festi sollemnibus Iacchum celebrant.* Inde *ἐπεξιακχάζειν* apud Aeschyl. Sept. c. Theb. 632, ubi Blomfield in Glossario nonnulla protulit. Tralate adhibitum reperias apud Longum in Pastorall. III, 11 (*ἰακχάσαντες καὶ εὐάσαντες*). Caeterum hoc ex Herodoti loco satis patet, falli eos, qui Athenienses solos ad Eleusinia admissos esse statuant, ad quae cuique vere Graeco homini aditus patebit; solos barbaros exclusos esse putamus. Vid. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 32. not. 20 ibique laudd. (ed. sec.). — Proximum *ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν* Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I. pag. 132 a *Cr.* laudatus comparat cum Plutarchi (II. p. 11 B.) dicto simili: *τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις* et I. p. 1015 E. (in Vit. Artaxerx. cap. 9.) *ἀπολεῖς — τὴν κεφαλήν.* In seqq. verbis *οὔτε ἐγὼ — οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδὲ εἷς* cum vi quadam in fine additum *οὐδὲ εἷς* nemo non sentiet; eodem modo IX, 80: *ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐδὲ εἷς.*

ἔχε ἥσυχος] Adiectivum in his adhiberi observat Larcher. citans Euripid. Med. 553. Orest. 1275. — Paulo ante *βασιλέα* dedi pro *βασιλῆα.* — Verbum *μέλει* cum praepositione *περὶ* coniunctum invenimus VI, 101, ubi laudavimus Strange in: Seebod. et Iahn. Annal. Suppl. II, 3. p. 400, qui etiam huc refert similem verbi *φροντίζειν* structuram VIII, 36 et VII, 236.

ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ] *δὲ* e Florent. a recentt. iure receptum pro vulg. *δή*. Pro *μεταρσιωθὲν* in Schol. Hermog. l. l. exstat *μετάρσιον γενόμενον*, itemque *ἀπολέσθαι* pro *ἀπολέεσθαι.* Vox *μετάρσιος*, quae idem valet atque *μετέωρος*, supra exstat VII, 188. Inde scite coniecit Cobet (Mnemosyn. IX. p. 289) pro *μεταρσιωθὲν* legendum esse *μετάρσιον ἀρθὲν* (ut in Aristoph. Eqq. 1362. Pac. 80), cum *μεταρσιοῦν* verbum sit malae notae et vitio in Graecitatem invectum. Ac sane in Thesauro Ling. Graec. V. p. 892 Dind. praeter Herodoti locum afferuntur tantum loci Eustathii et Tatiani, in quibus hoc verbum reperitur. Herodoti verba indicant, ex pulvere illo vocisque sono exstitisse nubem eamque in sublime levatam Salaminem versus („*in der Richtung nach Salamis*“) ad ipsa Graecorum castra esse delatam.

Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος] i. e. *Demarati aliorumque invocans testimonium.* Cf. VI, 68 et Eustath. ad Ili. p. 155, 28 s. 117, 34, ubi *καταπτόμενος* ille

Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἐπειδὴ 66
ἐκ Τρηχῖνος, θεησάμενοι τὸ τρῶμα τὸ Λακωνικὸν, διέβησαν
ἐς τὴν Ἱστιαίην, ἐπισχόντες ἡμέρας τρεῖς ἔπλωον δι' Εὐρίπου,
καὶ ἐν ἑτέρῃσι τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ. Ὡς μὲν
649 *ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμὸν ἐσέβαλον ἐς τὰς*
Ἀθήνας, κατά τε ἤπειρον καὶ τῇσι νηυσὶ ἀπικόμενοι, ἢ ἐπί τε
Σηπιάδα ἀπίκοντο καὶ ἐς Θερμοπύλας. ἀντιθήσω γὰρ τοῖσί
τε ὑπὸ τοῦ χειμῶνος αὐτῶν ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερ-
μοπύλῃσι, καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίῃσι, τούσδε τοὺς
τότε οὔκω ἑπομένους βασιλέϊ, Μηλιέας τε καὶ Δωριέας καὶ
Λοκροὺς καὶ Βοιωτοὺς πανστρατιῇ ἑπομένους, πλὴν Θεσπιέων
τε καὶ Πλαταιέων, καὶ μάλα Καρυστίους τε καὶ Ἀνδρίους,
καὶ Τηνίους τε καὶ τοὺς λοιποὺς νησιώτας πάντας, πλὴν τῶν
πέντε πολίων, τῶν ἐπεμνήσθην πρότερον τὰ οὐνόματα. ὅσῳ
γὰρ δὴ προέβαινε ἐσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρσης, τοσούτῳ
πλέω ἔθνεά οἱ εἵπετο. Ἐπεὶ ὦν ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάν- 67
τες οὗτοι, πλὴν Παρίων· Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ

interpretatur *μάρτυρας προφέρων*. De structura huius verbi cum genitivo monuit Kuehner Gr. Gr. §. 520. not. 6.

CAP. LXVI.

Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες] Ad locutionem conf. VII, 21 ibique nott. VIII, 1. — Cohaerent autem haec, ut bene monet Schweigh., cum superioribus VIII, 24. 25. — In seqq. ad vocem *τρῶμα* conf. citt. ad VI, 132 et ad *Ἱστιαίην* nott. ad VII, 175. De ipsa forma vid. nott. ad VIII, 23. Ad verbum *ἐπισχόντες* vid. allata ad V, 16.

κατά τε ἤπειρον καὶ τῇσι νηυσὶ ἀπικόμενοι] *Naves* si respiciantur, haec vix recte dici posse putat Leake (Die Demen Attica's p. 188), si quidem ex iis, quae ipse Noster tradit, dimidia fere navium pars interiisse existimanda sit neque hoc grave damnum paucarum navium accessione, quae a Graecis civitatibus Persarum partes sequentibus exhibitae fuerint, satis resarciri potuerit: itaque haud paucas naves, quae pro deperditis haberentur, postea refectas denuo ad classem accessisse statuendum aut Herodotum minus accurate de his tradidisse videri iudicat Leake, qui eam ob causam Herodoti verba ad solas copias Persarum terrestres referre mavult.

ἢ ἐπί τε Σηπιάδα] Conf. nott. ad VII, 183. 186. De *Meliensibus* vid. VII, 132; de *Doriensibus* VIII, 31; de *Locris* VII, 132; de *Boeotis* VII, 132; de *Thespiis* et *Plataeensibus* VII, 132. VIII, 50; de *Carystiis* vid. VI, 99; de *Andriis* IV, 33; de *Teniis* IV, 33. VI, 97. *νησιώτας* de Cycladum incolis intelligi supra ad VIII, 46 iam monuimus.

πλὴν τῶν πέντε πολίων τῶν κ. τ. λ.] Intelligit Naxum, Melum, Siphnum, Seriphum et Cythnum VIII, 46 nominatas; quas easdem vocat *πόλεις*, *civitates*, quemadmodum III, 139 Samus vocatur *πολίων πασέων πρώτη* coll. I, 144. De structura verbi *ἐπεμνήσθην* vid. nott. ad VI, 136.

CAP. LXVII.

ἐν Κύθνῳ] Conf. VII, 90. VIII,

ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ἐπὶ τὰς νέας, ἐθέλων σφι συμμῖξαι τε καὶ πυθέσθαι τῶν ἐπιπλωόντων τὰς γνώμας. Ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος προΐζετο, παρῆσαν μετάπεμπτοι οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφετέρων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι ἀπὸ τῶν νέων, καὶ ἵζοντο, ὥς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν ἐδεδώκεε, πρῶτος μὲν ὁ Σιδώνιος βασιλεὺς, μετὰ δὲ ὁ Τύριος, ἐπὶ δὲ ὦλλοι. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζοντο, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον εἰρώτα, ἀποπειρώμενος ἑκάστου, εἰ ναυ-

68 μαχίην ποιέοιτο. Ἐπεὶ δὲ περιϊὼν εἰρώτα ὁ Μαρδόνιος, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου, οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατὰ τὠυτὸ γνώμην ἐξεφέροντο, κελεύοντες ναυμαχίην ποιέεσθαι, Ἀρτεμισίη δὲ

46 et ad sequens *ἐκαραδόκεον* nott. ad VII, 168. Quae initio huius periodi leguntur verba: *ἐπεὶ ὢν ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάντες οὗτοι*, ea propter verba interposita (*Πάριοι δὲ — ἀποβήσεται*) repetuntur quodammodo verbis *οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον*, cum apodosis demum incipiat a verbis *ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης*. Qui igitur primum scripsit *ἀπίκατο* (in plusquamperfecto; cf. Bredov. p. 328), is mox posuit aoristum *ἀπίκοντο*, id enim utrumque optimi quique codd. praebent; quod vero *δὲ* in hac repetitione priorum vocum invenimus additum, haud raro post verba interiecta id fieri solet, ut supra II, 120; quem usum attigit Matth. Gr. Gr. §. 616. De *Pariis* conf. V, 28 seqq. 31. VI, 133 seqq. VIII, 112. De verbo *συμμῖξαι* conf. nott. ad VIII, 58. In verbis proxime sequentibus Xerxes tanquam rex *προΐζετο*, i. e. *sedem altiorem* s. *praecipuam cepit* prae caeteris, qui circum ipsum *ἵζοντο*, i. e. ita sederunt circa regem, prouti hunc iuxta regem sedendi locum tanquam honorem cuique tribuerat rex, s. quo loco et qua dignitate sedere a rege iussi erant.

ὁ Σιδώνιος βασιλεύς] Vocem *βασιλεὺς* tolli vult Cobet (Mnemosyn. IX. p. 289) eo ex usu, de quo iam ad I, 2 dixi. Equidem ut abesse haud male censeo vocem, quae sane abest mox cap. 68, ita aeque bene retineri posse credo, libris praesertim adstipulantibus omnibus. Ad argumentum vid. nott. ad VII, 100. Ad verba *ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζοντο* (i. e. *ut vero ordine deinceps consederunt*) conf. infra VIII, 86, ubi *σὺν κόσμῳ ναυμαχέειν* dicuntur Graeci; add. Dionys. Halic. A. R. V, 44 et quae alia afferuntur similia in Thesauro Ling. Graec. IV. p. 1869. Conf. etiam *οὐδενὶ κόσμῳ*, de quo diximus ad VIII, 60. §. 3. — Ad voces *ἀποπειρώμενος ἑκάστου* conf. nott. ad III, 119. Add. VI, 48 et vid. Plat. Phaed. p. 60 E: *ἐνυπνίων τινῶν ἀποπειρώμενος τί λέγοι*. Verba *ναυμαχίην ποιέοιτο* cum G. Hermanno Opuscc. IV. p. 90. 91 reddiderim: *an pugnam navalem committi censerent.*

Cap. LXVIII.

οἱ μὲν δὴ ἄλλοι — ἐξεφέροντο] Ad locutionem conf. V, 36 ibiq. nott. Duo codd. dant *ὦλλοι*, alii *οἱ μὲν ἄλλοι*. Tu conf. Koen. ad Gregor. Cor. de dialect. Dor. §. 12. p. 199. — De *Artemisia* dixi ad VII, 99, ubi iam excitavi Pseudo-Plutarchum (Vol. II. p. 869 F. seq.) Herodotea immerito cavillantem, de qua re vid. Lahmeyer: De Plutarchi libelli, qui de malignit. Herodot. inscrib. etc. pag. 73.

τάδε ἔφη· Εἰπεῖν μοι πρὸς βασιλέα, Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε 1
65 λέγω. Οὔτε κακίστην γενομένην ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἐοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι, τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καί τοι τάδε λέγω· φείδεο τῶν νεῶν, μηδὲ ναυμαχίην ποιέο. οἱ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτό εἰσι κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. τί δὲ πάντως δέει σε ναυμαχίῃσι ἀνακινδυνεύειν; οὐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθήνας, τῶν περ εἵνεκα ὡρμήθης στρατεύεσθαι, ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἵσταται οὐδείς· οἳ δ' ἔτι ἀντέστησαν, ἀπήλλαξαν οὕτω,

§. 1.

Εἰπεῖν μοι] Alii εἶπαι, de quo vid. nott. ad VIII, 65. Alii etiam εἰπέ. Sed vid. Matth. Gr. Gr. §. 545, qui idem pronomen μοι additum attigit Gr. Gr. §. 389, f. Wesselingius comparaverat Ili. XIV, 501 ibiq. Eustath. De infinitivi usu pro imperativo vid. allata ad III, 134. Pro βασιλῆα rescripsi βασιλέα.

ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην] scil. πράγματα, ἔργα. Vid. allata ad VII, 139. Locutionem ἀποδείκνυσθαι γνώμην attigi ad I, 170. τὴν ἐοῦσαν γνώμην Valcken. recte interpretatur *veram animi mei sententiam*. Conf. I, 95 ibiq. nott. et nott. ad V, 50. Olim legebatur τὴν δὲ ἐοῦσαν γνώμην, cuius loco quod in Sancrofti libro exstat τήνδε ἐοῦσαν γνώμην, recepit Gaisfordius dudumque amplexus erat Reiskius interpretans: *me quam vides* vel etiam *talis cum sim;* in quam sententiam scribi oportuisse τοιήνδε ἐοῦσαν monet Schweighaeuserus, qui ipse particulam δὲ abiiciendam putavit, ut iam Valckenar. voluerat, quem Schaeferus quoque secutus est. „Quod si minus placet," ait Schweighaeuserus, „cum Wesselin„gio et Reiskio τήνδε legerim, sed „τήνδε *hancce sententiam* intellexe„rim, nec me admodum turbaverit „id quod nimis abundanter adie„ctum Wesselingio videbatur τὰ „τυγχάνω φρονέουσα." Mihi haud ferendum videtur τήνδε respicienti ad sequentia τὰ τυγχάνω φρονέουσα κ. τ. λ.; itaque cum recentt. edd. scripsi τὴν, quod etiam Schweighaeuserus dederat. Ipsa igitur loci sententia haec est: *Iustum est me vere et ex animo ea enuntiare, quae optima duco ad tuas res s. quae tuis rebus maxime conducere arbitror*. Sequens καί τοι in conclusionibus aut transitionibus bene adhibitum illustrat Hartung: Lehre v. d. Griech. Partikk. II. pag. 353.

ποιέο] Duo codd. ποίεε, Wesselingius cum aliis ποιέεο. Quod equidem cum Schaef., Schweigh. et Gaisford. dedi, tuentur Florentinus alterque liber et similes apud Herodotum formae: αἰτέο I, 90, ubi vid. nott. ἐξηγέο III, 72. ἀκέο III, 40. φοβέο VII, 52. Tu vid. Bredov. pag. 375, qui has formas recte tueri mihi videtur, quas etiam intactas reliquit Bekker. Sed Dindorf. et Dietsch. in his duplicatam ε praeferentes hoc quoque loco dederunt ποιέεο. — Mox pro τοὶ γὰρ, quod libri scripti respuunt, dedi οἱ γὰρ, iubente quoque Struv. Spec. Quaest. I. pag. 10. 11 (Opuscc. II. p. 269), qui alteram articuli formam ab Herodoto alienam esse recte statuere videtur. Ad ipsam sententiam, quam Artemisia h. l. eloquitur, faciunt, quae ad VIII, 88 adscripsimus. — Quod pro πάντως δέει σε Burges. in Prolegg. Thucydd. pag. 254 proponit πάντα σπεύδεις, eo sane haud opus. De locutione ὡρμήθης στρατεύεσθαι vid. allata ad VII, 4.

οἳ δ' ἔτι ἀντέστησαν] Ita e Flo-

2 *ὡς ἐκείνους ἔπρεπε. Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω. ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νέας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ μένων ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πελοπόννησον, εὐπετέως τοι, δέσποτα, χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας. οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσί τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλά σφεας διασκεδᾷς, κατὰ πόλις δὲ ἕκαστοι φεύξονται. οὔτε γὰρ σῖτος πάρα σφίσι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς, ἢν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατὸν, ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτῶν ἥκοντας, οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηναίων*

rent. dedi cum Schweigh. et Gaisf. pro vulg. οἵ *δέ τοι*, quod retinuerunt Matth., Bekker et recentt. edd. — Ad seq. *ἀπήλλαξαν* (*discesserunt*) conf. I, 16 ibique nott.

§. 2.

Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω κ. τ. λ.] Conf. quae similia ex Herodoto congessit Struve l. l. I. pag. 32 (Opuscc. II. p. 298). *ἀντιπολέμων* omnes hic tenent codd.; vid. nott. ad IV, 134.

ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς — ποιεύμενος] Participium h. l. verbo *ἐπείγεσθαι* adstruxit, paulo post §. 3 infinitivum addidit. Conf. Kuehner. Gr. Gr. §. 661. VIII. De ipso verbo vid. nott. ad VIII, 126. Sequentia *τὰς νέας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ μένων* comparat Schaefer (ad Lambert. Bos. Ellipss. L. Gr. p. 316) cum Euripid. Hecub. 35, ubi invenio: *ναῦς ἔχοντες — ἐν ἀκταῖς τῆσδε Θρῃκίας χθονός*. Tu conf. etiam supra VIII, 40 ibique nott. Loci sententia haec est: *sed si naves ibi* (i. e. eo, quo nunc sunt, loco) *retineas prope* (ipsam) *terram manens aut etiam progrediens in Peloponnesum.* Ad loci argumentum Valcken. conferri iubet VII, 10, ubi Xerxem patruus ante susceptam expeditionem frustra monuerat *ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα*, itemque Plutarch. II. p. 870 A Herodotea cavillantem. Sed scite observat Wesseling., videri Herodotum, cum talia Artemisiam faciat dicentem, aliquid memoriae civis suae, quam ubique laudibus effert, tribuisse. Conf. nott. ad VII, 99.

διασκεδᾷς] Conf. I, 79 et quae affert Bredov. pag. 390. Idem verbum eadem in re VIII, 57. Quod sequitur *κατὰ πόλις δὲ φεύξονται* sponte in memoriam revocat, quod legitur supra cap. 57: *κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται.* In verbis sequentibus: *οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς — ἀτρεμεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτῶν ἥκοντας* dedi *ἀτρεμεῖν*, quod Florentinus liber exhibuit, cum Schweighaeusero, Schaefero et Bekkero, probante Bredovio pag. 74 et 378; *ἀτρεμιέειν* dederunt Dindorf. et Dietsch.; *ἀτρεμέειν* Wesselingius dederat. Neque mutavi *αὐτοὺς* in *αὐτοῦ*, quod Koenius proposuerat probante Schweighaeusero, quodque iterum nuper proposuit Bergk. in Theognid. Eleg. ed. sec. Specim. I. pag. 8, ubi de intransitivo usu verbi *ἀτρεμίζειν* (cf. I, 190. VII, 8. §. 1, ubi vid. quae attulimus) monuit: etenim pronomen *αὐτοὺς* initio periodi non sine causa positum est, cum ad hoc ipsum pertineant, quae quasi explicandi causa extremo periodi loco ponuntur *τοὺς ἐκεῖθεν αὐτῶν ἥκοντας*, atque Artemisiae sententia haec sit: *neque verisimile est eos* (Graecos Peloponnesios) *tranquillos mansuros esse*, *hos scilicet*, *qui ex illa regione* (Peloponneso) *advenerint*, ita ut *αὐτοὺς* et *αὐτῶν* ad eosdem Graecos Peloponnesios spectet: neque aliter Matthiae Gr. Gr. §. 472, 2 hunc locum intellexisse video. Participium *ἥκοντας* non alio sensu atque *ἧκε* supra VIII, 50. Ad verba *πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν* conf. VIII, 49 et quod supra

ναυμαχέειν. Ἢν δὲ αὐτίκα ἐπειχθῇς ναυμαχῆσαι, δειμαίνω, 3
μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς τὸν πεζὸν προσδηλήσηται.
651 πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλευ, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοί. σοὶ δὲ, ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι, οἳ ἐν συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι, ἐόντες Αἰγύπτιοί τε καὶ Κύπριοι καὶ Κίλικες καὶ Πάμφυλοι, τῶν ὄφελός ἐστι οὐδέν. Ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, 69
ὅσοι μὲν ἦσαν εὔνοοι τῇ Ἀρτεμισίῃ, συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους, ὡς κακόν τι πεισομένης πρὸς βασιλέος, ὅτι οὐκ ἐᾷ ναυμαχίην ποιέεσθαι· οἱ δὲ ἀγαιόμενοί τε καὶ φθονέοντες

legitur VIII, 60. §. 2: *προναυμαχήσεις Πελοποννήσου.*

§. 3.

ἐς θυμὸν βάλευ] Pro vulg. *βαλεῦ* scripsi *βάλευ*, vid. nott. ad VII, 51, ubi etiam de ipsa locutione admonui. Descripsit Herodotea Stobaeus Sermm. LX. [62] §. 51. p. 385. T. II. p. 451 Gaisf., ubi nunc edunt *βάλεο*, olim *βάλλε*, quod ipsum exhibet quoque Apostolius, Herodotea verba afferens Cent. XVIII, 56 (Corp. Paroemiogrr. II. pag. 733). Ad seqq. de heris ac servis Wessel. conferri vult Stob. Serm. LXXII. [74] §. 7. p. 438 fin. s. T. III. p. 70 Gaisf. Ibi nimirum inter Naumachii versus haec leguntur vs. 27 et seqq.:

μήτε κακῇ δμώεσσι τεοῖς ἔσο μήτε μάλ' ἐσθλή
φαίνεο· ῥηίτεροι γὰρ ἀεί που πῆμα φέρονται·
θάρσεϊ δειδιότων μάλ' ἐπικρατέουσιν ἄνακτες.

ἐόντι ἀρίστῳ] Respici hîc volumus Xerxem a corporis formositate aeque atque ab animi praestantia laudatum. Conf. supra VII, 187.

ἐόντες Αἰγύπτιοι] Qui iidem omnium optime pugnasse dicuntur VIII, 17. Add. VII, 89. De *Cypriis* vid. VII, 90, de *Cilicibus* et *Pamphyliis* VII, 91. Ad hunc autem Herodoti locum Valckenar. refert Demetr. De eloc. §. 63 (Rhett. Graecc. III. p. 277 ed. Spengel.), qui repetitas particulas coniunctivas robur quoddam orationi addere scribit, quale etiam hoc loco in repetita vocula *καὶ* cernitur, ut cap. 71. 72 aliisque locis; praeterea Valckenar. observat, vim verborum *τῶν ὄφελός ἐστι οὐδὲν* tum maxime apparere, si contrariam spectemus dictionem *ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι*, *quorum usus quidem est*, i. e. *qui praestantissimi atque utilissimi sunt*, coll. Aelian. N. A. XIII, 4. Aristid. T. III. p. 686. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 55. T. I. pag. 436 Bip. Larcherus Gallice sic expressit: *peuples lâches et méprisables.*

CAP. LXIX.

συμφορὴν ἐποιεῦντο] i. e. *verba Artemisiae pro calamitate habebant indeque lugebant*, sive, ut Schweighaeuserus reddidit: *dolebant eam ista locutam esse.* Eodem modo Noster loquitur infra VIII, 100; alia attulimus ad V, 5. Seqq. *ὡς κακόν τι πεισομένης* attigit Matth. Gr. Gr. §. 568 ob participii structuram, praepositâ voculâ *ὡς*; valent enim verba Herodoti: *putantes* s. *verentes*, *ne quid mali acciperet a rege Artemisia,* i. e. ne summum supplicium subire cogeretur a rege, mortis damnaretur: tu conf. allata ad VIII, 103. — *οὐκ ἐᾷ* est *dissuadebat*, ut VIII, 36. 61.

ἀγαιόμενοι] i. e. *invidentes*, *succensentes.* Conf. Herod. VI, 61 ibique nott. et Eustath. ad Iliad. XIV.

αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ πάντων τῶν συμμάχων, ἐτέρποντο τῇ κρίσι, ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς. Ἐπεὶ δὲ ἀνηνείχθησαν αἱ γνῶμαι ἐς Ξέρξεα, κάρτα τε ἥσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι πρότερον σπουδαίην εἶναι, τότε πολλῷ μᾶλλον αἴνεε. ὅμως δὲ τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε, τάδε καταδόξας, πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς οὐ παρεόντος αὐτοῦ· τότε δὲ αὐτὸς παρεσκευάστο θεήσασθαι ναυμαχέοντας.

70 Ἐπειδὴ δὲ παρήγγελλον ἀναπλώειν, ἀνῆγον τὰς νέας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, καὶ παρεκρίθησαν διαταχθέντες κατ' ἡσυχίην.

p. 957, 20 Bas. (ubi inter alia hoc: ἀγῶ, τὸ φθονῶ καὶ μέμφομαι, οὐ παράγωγον τὸ ἀγαίω) et ad Iliad. XXIV. pag. 1363, 9 s. 1501, 1. *Cr.* huc referri vult Odyss. VIII, 565 et Apollon. Lex. Homer. pag. 16. 17. Inde apud Hesychium I. p. 12 ed. M. Schmidt.: ἀγαιόμενον· ἐπίφθονον, θαυμάσιον, φθονερόν. Locutionis ἐν πρώτοις (*praecipue, inprimis*) bene memor fuit Blomfield. ad Aeschyli Pers. 449. Genitivus τετιμημένης, ubi sane exspectabas τετιμημένῃ, ne quem offendat, vide modo VIII, 90. 108. VI, 85. III, 65. IX, 58. I, 3 ibique laudd. Dictionem διὰ πάντων attigi ad VIII, 37.

τῇ κρίσι] Ita cum Schweigh., Gaisf. et Dietsch. probante Bredov. pag. 37 e duobus codd. dedi pro ἀνακρίσι, quod praeter Schaeferum etiam retinuerunt Matth. (in Gr. Gr. §. 80. not. 2 citans), Bekker et Dindorf., quodque minus recte interpretantur *sententiam*, cum ἀνάκρισις potius sit *disceptatio, examen*, ut III, 53, κρίσις vero *iudicium* aut *disceptatio*, ut V, 5. VII, 26. Conf. etiam quae ad Ctesiae Fragmm. p. 217 admonui.

καὶ νομίζων ἔτι πρότερον σπουδαίην εἶναι] Cave in his σπουδαίην (de qua voce vid. nott. ad IV, 198. V, 78) referas ad γνώμῃ, cum ad *Artemisiam* potius pertineat, quam rex vel prius *probam, eximiam* mulierem esse ratus tum vel magis laudabat, praeter caeterorum exspectationem. In proxime sequentibus equidem cum recentt. edd. vocem τάδε, quam Schweighaeuserus et Gaisfordius ad ἐκέλευε retulerant, inde seiunxi, cum ad καταδόξας pertineat, a quo verbo pendent quae sequuntur, hoc fere sensu: attamen pluribus (aliter dicentibus atque pugnam navalem instituendam suadentibus) obsequi iussit rex, *ita* (haec) *existimans* s. *ratus, ad Euboeam Persas* (σφέας) *ignaviter* s. *male rem gessisse, cum ipse non adfuisset.* Ubi τάδε ad sequentia refertur, quod cum ἐκέλευε iungens ad praegressa retulit Eltz. Quaest. Herodd. Spec. II. p. 343 (Jahrbb. f. Philol. Suppl. Vol. IX). De verbo καταδόξας vid. nott. ad III, 27; de significatione verbi ἐθελοκακέειν dixi ad V, 78; de infinitivo praesentis in re praeterita adhibito monuit Matthiae Gr. Gr. §. 499. Simili modo huiusmodi infinitivos praesentis reperies positos VI, 137. II, 121. §. 5, ubi cf. nott.

Cap. LXX.

ἐπειδὴ παρήγγελλον] i. e. *ubi* (duces) *enavigandi signum dederunt.* Pro ἐπειδὴ in Florent. aliisque ἐπεὶ δὲ, quod recepit Bekker. Tu conf. II, 2. VII, 36. Idem Florentinus mox habet παρήγγειλον, ubi Valcken. maluerat παρήγγελλεν, quod ad Xerxem referretur: cf. infra IX, 53 et III, 25; alia vid. in Thesauro Ling. Graec. VI. p. 223 ed. Dindorf. Equidem ad παρήγγελλον e praegressis repeto οἱ στρατηγοὶ vel potius οἱ τῶν ἐθνέων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι, ut Noster loquitur cap. 67: ad quos eosdem pertinet ἀνῆγον (de

τότε μέν νυν οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιήσασθαι· νὺξ γὰρ ἐπεγένετο· οἱ δὲ παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. Τοὺς δὲ Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, οὐκ ἥκιστα δὲ τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου. ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν, νικηθέντες τε ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἑωυτῶν ἀφύλακτον. Τῶν δὲ βαρβά- 71
ρων ὁ πεζὸς ὑπὸ τὴν παρεοῦσαν νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλοιεν οἱ βάρβαροι. Ὡς γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδην ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτηκέναι, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο· καί σφι ἐπὴν στρατηγὸς Κλεόμβροτος, ὁ Ἀναξανδρί-

ipso verbo ἀνάγειν conf. nott. ad VIII, 60. §. 1) et παρεκρίθησαν διαταχθέντες, i. e. *aciem explicuerunt per otium*, ut Schweigh. reddidit, sive: *explicati illi sunt in acie, suo quisque loco dispositi per ordines*. Letronne (Journal des Savans 1817. pag. 48) παρεκρίθησαν διαταχθέντες dictum accipit pro διετάχθησαν παρακριθέντες. Verbum παρακρίνεσθαι de classi s. acie se explicante exstat quoque IX, 98 et in Plutarch. Vit. Anton. 30. 39; διατάσσεσθαι legitur apud Herodotum I, 80. VII, 34. 124. 178.

τότε μέν νυν οὐκ ἐξέχρησε κ. τ. λ.] i. e. *tum quidem dies non suffecit, quo proelium navale committerent*. Conf. III, 137 ibique nott. Mox e Florentino aliisque cum recentt. edd. dedi ποιήσασθαι, ubi ποιέεσθαι e Wesselingii editione retinuerunt Schaeferus et Matthiae.

εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη] Haud aliter Plutarch. Themistocl. 11. ἔννοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην. — In seqq. voculam τε post νικηθέντες Schweigh. ob praegressum αὐτὸς μὲν mutatum vult in δέ. Sed particulam τε praeter libros scriptos satis tueri videntur, quae ad VII, 188 attuli. Ad significationem verbi ἀπολαμφθέντες vid. allata ad V, 101. De indicativo πολιορκήσονται, qui optativum μέλλοιεν continuo excipit, vid. Kuehner. Gr. Gr. §. 848 et quae ad Herodotum V, 13 attulimus. Ipsum medii futurum passivo sensu accipiendum attigi ad VIII, 49, ubi vid. laudata.

Cap. LXXI.

ὑπὸ τὴν παρεοῦσαν νύκτα] i. e. *sub noctem hanc* (praesentem); de locutione vid. allata ad IX, 58.

ἐσβάλοιεν] Ita e Florentino dedi cum Schweigh., Gaisf., Bekkero et recc. edd. Alii ἐσβάλλοιεν, quod cum prioribus tenent Schaeferus et Matthiae; alii ἐμβάλοιεν. Mox pro Λεωνίδεα scripsi Λεωνίδην, ut VIII, 15, ubi vid. allata. De structura verbi πυνθάνεσθαι, cui accusativus et infinitivus (loco participii, ut I, 54. VI, 100. VII, 177) additur, vid. I, 196. IX, 3. Conf. Kuehner Gr. Gr. §. 657. not. 2.

ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο] „*Sessum ibant in Isthmum.*“ Ita Valcken. bene adiiciens: in Isthmum cum advenissent illi, mox usitatâ structurâ dici ἵζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ. Nec aliter Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. I. pag. 282: „ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο significat *sessum ibant*, conferebant se in Isthmum ibi consessuri, stationem ibi capturi; ἵζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ significat: quum iam in Isthmo sederent, stationem aut castra ibi haberent.“ De hoc usu praepositionis

δεω, Λεωνίδεω δὲ ἀδελφεός. ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ καὶ
συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τοῦτο, ὥς σφι ἔδοξε 652
βουλευομένοισι, οἰκοδόμεον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος. ἅτε δὲ
ἐουσέων μυριάδων πολλέων καὶ παντὸς ἀνδρὸς ἐργαζομένου
ἤνετο τὸ ἔργον· καὶ γὰρ λίθοι καὶ πλίνθοι καὶ ξύλα καὶ φορμοὶ

ἐς quae Valckenar. excitavit I, 199. III, 140, alia, iis adde, quae attuli ad V, 12 et Buttmann. in Demosthen. Midian. p. 175 ed. secund. Referri quoque huc poterit, quod supra VIII, 60. §. 1 legitur: ἐς τὴν — ὑπεκκέεται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. — De *Cleombroto*, qui raro apud veteres commemoratur, etsi patrem habuit regem fratremque nobilissimum Leonidam, conf. Herod. IX, 10.

συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν] „Haud incommode redditur: *obstruxerunt viam:* at non utique, ut Larcherus interpretatus est, *terrâ adgestâ*, in saxorum praesertim monte, sed saxorum, puta, ingenti congerie, quae muniti valli rationem haberet, quo interclusa fuerit via et prohibiti adscendentes; nisi potius intelligas *subrutam et dirutam esse viae munitionem*, ita ut et fossis et ruinis intercepta via esset.“ *Schweighaeus.* in Lex. Herod. s. v. συγχοῦν (II. p. 290). Langius vernacule reddidit: *verschütten.* *Via Scironis* (de qua vid. Pausan. I, 44. §. 10 seq. ibique Siebelis pag. 157. Strab. IX. pag. 391 s. 600 A. et Kruse: Hell. I, 2. pag. 321 seq.) Megaris Isthmum petentibus erat permeanda, exordiens quo loco Megarica desinit planities rupesque exsurgunt Moluriae, ubi porta Scironia quae vocabatur olim exstructa erat. Inde super scopulos saxaque *Scironia* quae dicuntur a Scirone, celeberrimo latrone, qui inde praetereuntes diripuisse atque interfecisse fertur, via ducebat sex milliarr. Romann. ad Kineta, in periculosissimis habita horrendumque haud uno loco praebens adspectum tum ob rupes praecipites, tum ob mare vicinum ventosque importunos. Adhuc tramiti, qui facile intercludi potest adeoque dirutus lapidibusque obstructus adhuc admodum difficilem transitum praebet, nomen *Kaki scala*, i. e. *mala via*, prouti similem quendam tramitem super Rhaetiae iuga deductum adhuc, quod nemo nescit, vocant *Viam Malam.* Plurima dabit Reinganum: Das alte Megaris p. 27 seqq. Add. Leake: Northern Greece II. p. 414 et praecipue Curtius: Peloponnes. I. pag. 9 et pag. 26, Vischer: Erinnerungg. aus Griechenland pag. 126 et in: Jahrbb. f. Philolog. LXXIII. p. 138, ubi hanc viam, quam ὁδὸν vocat Noster, talem fuisse putat, quam vel plaustra permeare potuerint. Ipsis montibus nomen fertur esse *Derveni Buno*, quoniam ad septentrionale montium latus Turcarum portorium (i. e. *Derveni;* nam *Buno* montem s. collem quemlibet indicat) olim constitutum erat.

ἅτε δὲ ἐουσέων μυριάδων πολλέων] δὲ e Florent. cum recentt. exhibui pro δή, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. Pro vulg. μυριαδέων scripsi probante Bredovio pag. 253 μυριάδων, ut VII, 187; eadem forma exstat III, 59. IX, 70. Ad ἤνετο conf. nott. ad I, 189. VII, 20 et ad ἐλίνυον nott. ad I, 67. φορμοὶ sunt *corbes*, *canistra;* cf. Theocrit. Idyll. XXI, 13. — Quod ad argumentum attinet, de hoc muro haec leguntur apud Diodorum Siculum XI, 16: οἱ δὲ σύνεδροι τῶν Ἑλλήνων ὁρῶντες τὴν τῶν ὄχλων ταραχὴν καὶ τὴν ὅλην ἔκπληξιν ἐψηφίσαντο διατειχίζειν τὸν Ἰσθμόν· καὶ ταχὺ τῶν ἔργων συντελεσθέντων διὰ τὴν προθυμίαν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐργαζομένων οἱ μὲν Πελοποννήσιοι ὠχύρουν τὸ τεῖχος διατεῖνον ἐπὶ σταδίους τετταράκοντα ἀπὸ Λεχαίου μέχρι Κεγχρέων· οἱ δ' ἐν τῇ Σαλαμῖνι διατρίβοντες μετὰ παντὸς τοῦ στόλου κατεπλάγησαν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μηκέτι πειθαρχεῖν τοῖς ἡγεμόσιν. Huius muri Pe-

ψάμμου πλήρεες ἐσεφορέοντο, καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρης. Οἱ δὲ 72
βωθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν πανδημεὶ οἵδε ἦσαν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Ἀρκάδες πάντες καὶ Ἠλεῖοι καὶ Κορίνθιοι καὶ Σικυώνιοι καὶ Ἐπιδαύριοι καὶ Φλιάσιοι καὶ Τροιζήνιοι καὶ Ἑρμιονέες. οὗτοι μὲν ἦσαν οἱ βοηθήσαντες καὶ ὑπεραρρωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ· τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν. Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε

loponnesiorum Persas invadentes metuentium operâ exstructi reliquiae num adhuc supersint, a viris doctis iisdemque peregrinatoribus nostra aetate valde quaesitum est; cf. Leake: Travels in Morea III. p. 302 seq. Etenim adhuc conspiciuntur vestigia murorum structurae admodum solidae: quae num ad hunc murum pertineant, an ad posterioris aetatis opera, eo difficilius discernas, quod illum murum posteris temporibus aliquoties refectum renovatumque esse legimus ad hostes accedentes a Peloponneso arcendos; vid. potissimum Curtius: Peloponnes. I. pag. 15 seq. II. pag. 554. 596, Beulé: Études sur le Peloponnes. I. pag. 475. Sic Iustinianus imperator muro ab uno maris litore ad alterum ducto Peloponnesum interclusisse dicitur, idemque suscepit anno p. Chr. n. 1415 Manuel imperator, additis 153 turribus ad murum vel magis muniendum; tu vid. quae exposuit Ellissen ad Plethonem in: Analekten d. mittel- u. neugriech. Literatur. IV, 2. pag. 136. — Similem Chersonesi ἀποτειχισμὸν Herodotus commemorat VI, 36, ubi vid. nott.

Cap. LXXII.

Οἱ δὲ βωθήσαντες] Ita Wesseling. ex Eustath. ad Iliad. p. 228, 16 s. 218, 21. Libri scripti et editi ante Wesselingium *βοηθήσαντες*, quod ut in fine cap. antecedentis, ita in proxime sequentibus pari modo omnes libri scripti praebent: quos equidem cum Bekkero in hac re sequi malui, probante Bredovio p. 196, quo iam supra ad VIII, 1 usus sum, si quidem Herodotus paucis locis exceptis constanter vulgarem formam adhibuisse videtur. Dindorfius tribus his locis edidit *βωθήσαντες*, quod ipsum Dietschius duobus prioribus locis dedit, tertio loco, qui paulo inferius legitur, relinquens *βοηθήσαντες*. — Ad dativum *τῇ Ἑλλάδι* consul. Matth. Gr. Gr. §. 394.

τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν] Merito haec attendi vult Dahlmann. in Herodot. pag. 184, ut e quibus insigne nostri scriptoris studium eluceat, quo ductus unum verum, quod in singulis rebus indagando compererat, tradere voluit, ab omni partium studio ita alienus, ut, quae forsan minus laudabilia adeoque ingrata his illis fuissent, non celaret silentiove praetermitteret. Itaque etiam h. l. aperte indicat, quinam inter Peloponnesios Graeciae libertatem tueri studuerint, quique neglexerint. In quibus *Eleos* contra Xerxem reliquorum Graecorum castra secutos esse scribit Pausanias V, 4. §. 5, negat Diodor. T. II. pag. 547 Wessel.

Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη] Ubi ἱερὰ intelligi notat Fischer ad Weller. III, 1. pag. 258. Ad formam verbi *παροιχώκεε* pertinent, quae ad IV, 128 excitavimus; add. VII, 164. VIII, 126. De *Carneis* egimus ad VII, 216. Quiescebant autem arma, haec dum agebantur festa, nec ante egredi licuit Spartanis ad bellum.

73 ἤδη. Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά· τούτων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, κατὰ χώρην ἵδρυται νῦν τῇ καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες τε καὶ Κυνούριοι. ἓν δὲ ἔθνος, τὸ

Cap. LXXIII.

Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά] Respicit ad haec Eustath. ad Iliad. pag. 289, 9 s. 219, 43. In proxime seqq. cum Schaefero, Schweigh. et recc. edd. retinui *ἵδρυται νῦν τῇ καί*, ubi Gaisf. receperat *νῦν τε καί*, quod mihi quidem displicet. Reiskius et Koenius maluerant *τὴν νῦν τε*, Wesselingius (Diss. Herodot. XI. pag. 200 seq., ubi etiam comparat VIII, 143) *τῇ νῦν τε*, Valckenarius *ἵδρυται νῦν, τὴν καί*, quod et ipsum displicet. Sensus loci minime dubius: *eo loco sedem nunc habent* s. *habitant, quo olim etiam habitabant.* Et hactenus perfectum *ἵδρυται* vix multum differt a praesenti *οἰκέει*, quod etiam paulo inferius cum recc. edd. servandum duxi, ubi Schweigh. et Gaisf. dederant *οἴκεε*. — De locutione *κατὰ χώρην* conf. nott. ad IV, 135 et vid. infra VIII, 78. 108. Add. Held ad Plutarch. Aemil. Paul. 16. pag 200 et Ahrens in: Philolog. Suppl. I, 2. pag. 250, qui nostro sermone reddi vult: *am alten unveränderten Platze.* Quod ad loci argumentum attinet, iam Galeus observarat, *sex* tantum gentes videri agnoscere Homerum, totidemque sane occurrere notavit Valckenarius, quamquam quae poëta attulit, ea adhuc indigere critica disquisitione dudum monuerat Strabo VIII. p. 332 s. 513 A., qui ipse *sex* praecipue Peloponnesi descripsit regiones: Elidem, Messeniam, Laconicam, Argolidem, Achaeam atque Arcadiam, cum alii, ad quos etiam Scymnum Chium vs. 515 seq. referas licet, *septem* nominent; *quinque* olim fuisse Peloponnesi partes (Laconicam, Arcadiam, Argolidem, Messeniam, Elidem) e Thucydidis loco (I, 10: *καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται* sc. *οἱ Λακεδαιμόνιοι*) plures viri docti collegerunt, cum aliorum virorum ex sententia (cf. Curtius: Peloponnes II. pag. 93) Thucydides h. l. non de certa quadam Peloponnesi descriptione aut divisione loquatur, sed id tantum ponat, Peloponnesus in quinque partes si dividatur, duas tenere Lacedaemonios. At revera olim exstitisse, qui Peloponnesum in quinque partes dividerent, satis indicare videtur Pausaniae locus ad ipsum Thucydidem opinor respicientis, initio libri quinti: *ὅσοι δὲ Ἑλλήνων Πελοποννήσου πέντε εἶναι μοίρας καὶ οὐ πλείονάς φασιν, ἀνάγκη σφᾶς ὁμολογεῖν ὡς ἐν τῇ Ἀρκάδων οἰκοῦσιν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, δευτέρα δὲ Ἀχαιῶν, τρεῖς δὲ ἐπὶ ταύταις αἱ Δωριέων· γένη δὲ οἰκεῖ Πελοπόννησον Ἀρκάδες μὲν αὐτόχθονες καὶ Ἀχαιοί· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ Δωριέων ἐκ τῆς σφετέρας ἀνέστησαν, οὐ μέντοι Πελοποννήσου γε ἐξεχώρησαν, ἀλλὰ ἐκβαλόντες Ἴωνας νέμονται τὸν Αἰγιαλὸν τὸ ἀρχαῖον, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν τούτων καλούμενον· οἱ δὲ Ἀρκάδες διατελοῦσιν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐς τόδε τὴν ἑαυτῶν ἔχοντες· τὰ δὲ λοιπὰ ἐπηλύδων ἐστὶν ἀνθρώπων κ. τ. λ.* Adscripsi haec integra, quae ad Herodoti quoque locum spectare videntur, in quo cum Valckenario statuere praestat, non *regiones* Peloponnesi, sed *gentes* diversas significari, cum, ne alia afferam, Dorienses qui h. l. vocantur, una de septem gentibus, tres fere Peloponnesi partes tenerent amplissimas: Argolidem, Laconicam, Messeniam, veteribus incolis eiectis aut in servitutem redactis. Conf. de his Peloponnesi divisionibus Siebelis in Hellenicc. p. 179.

Ἀρκάδες τε καὶ Κυνούριοι] Pausania l. l. auctore gentes Peloponnesum incolentes sunt *Arcades indigenae* atque *Achaei*, qui a Doribus sede sua cum pulsi essent, non egressi Peloponneso eam Ionibus eiectis oram tenuere, quae olim Aegialus dicta nunc ab his ipsis

Ἀχαϊκόν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέν τοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκέει δὲ τὴν ἀλλοτρίην. τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα τῶν ἑπτὰ τέσσερα ἐπήλυδά ἐστι, Δωριέες τε καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Δρύοπες καὶ Λήμνιοι. Δωριέων μὲν πολλαί τε καὶ δόκιμοι
653 πόλις, Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις μούνη, Δρυόπων δὲ Ἑρμιόνη δὲ καὶ

Achaeis Achaeae nomen accepit. *Arcades* vero idem addit easdem semper regiones tenuisse: quocum conveniunt testimonia Herodoti II, 171, Thucydidis I, 2, Xenophontis in Hellen. VII, 1, 23 (ubi Lycomedes Mantinensis Arcades alloquitur dicens, ὡς μόνοις μὲν αὐτοῖς πατρὶς Πελοπόννησος εἴη, μόνοι γὰρ αὐτόχθονες ἐν αὐτῇ οἰκοῖεν), aliorum, quos attulit Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1003 seq. Namque Arcades montibus suis pellere non potuerunt Dores aut noluerunt, quippe religione quadam obstricti: quo spectat Polyaeni narratio I, 7 coll. Diodor. II. p. 635 Wessel. *Cynurios*, de quibus plura mox notabuntur, non appellat Pausanias l. l.; qui licet inter antiquissimos Peloponnesi incolas habeantur, tamen ab Arcadibus plerumque distinguuntur: de qua re conf. modo Curtius: Peloponnes. II. pag. 375. — De forma Ἀχαϊκὸν haud mutanda vid. Bredov. pag. 141.

ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε κ. τ. λ.] Quae hunc in modum expressit Pausanias l. l.: οὐ μέντοι Πελοποννήσου γε ἐξεχώρησαν, ἀλλὰ ἐκβαλόντες Ἴωνας νέμονται τὸν Αἰγιαλὸν τὸ ἀρχαῖον, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν τούτων καλούμενον, quibus respicit Herodotea: οἰκέει δὲ τὴν ἀλλοτρίην, i. e. *Achaiam*. Tu conf. de his etiam Herod. I, 145. Pausan. VII, 1. Strab. VIII. p. 514 B. s. p. 333. 588 B. s. p. 383.

τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα — ἐπήλυδά ἐστι] Ad vocem ἐπήλυδα, cuius neutrum rarius utique adhibitum notat Kuehner Gr. Gr. §. 318, confer Herodot. IV, 107. V, 65 (ubi opponuntur αὐτόχθονα) et quae plura afferuntur in Thesaur. Ling. Graec. Vol. III. p. 1505 ed. Dindorf. Frequentat eam quoque Pausanias IV, 34, 1. II, 5. §. 2. IX, 29. §. 1, quae excitans Siebel. in indic. s. v. amandat ad Lobeck. ad Sophocl. Aiac. pag. 271. Apprime autem huc facit idem Pausanias loco supra laudato sic scribens: τὰ δὲ λοιπὰ (sc. γένη τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντα) ἐπηλύδων ἐστὶν ἀνθρώπων, ac dein profert *Corinthios*, omnium Peloponnesiorum novissimos, tum *Dryopes* et *Dorienses*, illos e Parnasso, hos ex Oeta ingressos in Peloponnesum; tum *Eleos* ex Aetolia advectos, igitur *Aetolos*. *Lemnios* omisit ille aeque atque antea *Cynurios*.

Δωριέων μὲν πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλις] Satis notum est, Dores Peloponnesi tres tenuisse partes amplissimas: Argolidem, Laconicam, Messeniam; incolis prioribus, quos Achaeos fuisse novimus, aut eiectis aut subiectis, in perioecorum scil. statum redactis. Vid. Herod. VIII, 31. I, 56 ibique nott. et quae ad h. l. excitavit Valckenar. Isocrat. p. 119. 120. 270 A. 286 A. [Archid. cap. 5 seq. §. 16 seqq. Panath. cap. 73. §. 177 seqq. cap. 99. §. 253 seq.] Pausan. [II, 13. §. 1 et II, 18. §. 6] p. 140, 151. Meurs. De regn. Lacon. c. 6. Misc. Lac. III, 9.

Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις μούνη] Attigit Eustath. ad Ili. p. 303, 28 s. 229, 47. De Elide ab Aetolis duce Oxylo condita vid. Pausan. V, 4, 3. Strabon. VIII. p. 354: Αἰτωλοὶ γὰρ συγκατελθόντες τοῖς Ἡρακλείδαις μετὰ Ὀξύλου καὶ συνοικήσαντες Ἐπειοῖς κατὰ συγγένειαν παλαιὰν ηὔξησαν τὴν κοίλην Ἦλιν κ. τ. λ. Plura de his exposuit Curtius l. l. II. p. 13 seqq. 96. De ipsa *Elide* veterum locos praebet Forbiger l. l. pag. 975.

Δρυόπων δὲ Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ] De Dryopibus conf. allata ad I, 56. 146. Ad hunc vero Herodoti locum afferunt Homer. Ili. II, 559, ubi etiam iungitur *Hermione*

Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ, Λημνίων δὲ Παρωρεῆται πάντες. οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι

atque *Asine.* Legitur ibi Ἑρμιόνη, quod etiam h. l. quinque tuentur libri; in Florentino est Ἑρμιώνη, in Mediceo alioque cod. Ἑρμιὼν, quod ipsum exhibet Strabo VIII. p. 374, apud quem paulo antea p. 373 invenitur Ἑρμιόνη, ut sane vix decerni posse putet Valckenar., quid primitus scriptum fuerit, cum veteres quoque Δωδὼν et Δωδώνη teste Wesseling. ad Diodor. I. p. 282 dixerint. Utraque sane huius civitatis appellatio (Ἑρμιόνη et Ἑρμιὼν) cum in usu fuerit (vid. quae affert Curtius: Peloponnes. II. p. 578), tamen hoc in loco a plerisque codicibus standum atque retinendum Ἑρμιόνη, quae fuit appellatio maxime usitata. De *Hermione* loquitur Herodot. III, 59. VIII, 43 coll. IX, 28; aliorum scriptorum testimonia dabunt Poppo Thucydid. I, 2. p. 221 et Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1001. Nam saepe commemoratur illa urbs haud ignobilis olim, teste Strabone VIII. p. 373 s. 573 A. coll. Pausan. II, 34, sita in Argolide terra, non longe a Troezene (de qua urbe vid. allata ad VIII, 41), ad maris oram in promontorio, quod orientem versus in mare excurrit: nunc inter veteris urbis rudera invenitur vicus Albanensium hominum, cui nomen *Castri:* plura Curtius l. l. pag. 454 seq. *Asinen* Dryopes Parnasso eiecti primum tenuerunt prope Hermionem, unde pulsi ab Argivis in Messeniae parte a Laconibus accepta alteram condidere *Asinen;* quae quo a priori Hermionensi distingueretur, ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ hic vocatur: *quae prope Cardamylam Laconicam* (in ditione Laconica: vid. nott. ad VII, 168) *est sita*, i. e. non admodum remota a Cardamyla, quae tunc temporis una e praecipuis illius tractus maritimi urbibus fuisse videtur, ex adverso ita sita, ut brevi itinere maritimo ex una in alteram pervenire liceret: quare Schoellius, sensum magis secutus quam vim propriam praepositionis πρὸς dativo iunctae, reddidit: *gegenüber von Cardamyle*, improbante Curtio l. l. pag. 195. Asine enim sita fuit ad Messeniacum sinum, qui inde vel *Asinaei* accepit nomen, inter Acritam promontorium s. Capo Gallo, ut nunc vocant, et *Colonides* prope *Coron*, ut nunc vocant, ab utroque loco quadraginta fere stadiis distans. Apud Strabon. VIII. pag. 359 seq. s. p. 551 B πολίχνη vocatur. Adhuc ruinas quasdam exstare prope Saratcha scribit C. O. Mueller: Dor. II. p. 455 coll. I. p. 155. Vid. Pausan. IV, 34. §. 6. 7 ibique Siebelis., Mannert. VIII. pag. 547, Poppo Thucyd. I, 2. pag. 195 seq. not., Forbiger l. l. pag. 984, Curtius l. l. pag. 167. — *Cardamyle*, quae illa certe aetate primaria per illam oram fuisse videtur urbs (ut bene observat C. O. Mueller: Dor. I. pag. 155. not. 3. vid. Mannert. VIII. pag. 588, Forbiger l. l. p. 989, Curtius l. l. 285. 326 seq.) Homero iam nota (Ili. IX, 150. 292), a mari abfuit octo stadia, in rupe exstructa. Atque etiamnum ista in ora emporium *Cardamula* sive *Scardamula* (Καρδαμύλη, ait Stephanus Byzantinus, τὸ ἐθνικὸν Καρδαμυλίτης· παρὰ δὲ τῶν ἐγχωρίων Σκαρδαμυλίτης λέγεται), quam urbem in tabula lapidi elegantissime incisa repraesentarunt auctores operis: Expédition en Morée scient. physiq. I ser. planch. 22. Vid. Strab. VIII. p. 360 s. 552 seq. Pausan. III, 26. §. 5 ibique Siebelis p. 85.

Λημνίων δὲ Παρωρεῆται πάντες] Vid. nott. ad IV, 148.

οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες] „*Cynurii* [de quibus conf. nott. ad Herod. I, 82. Mannert. VIII. p. 10 seq. 618 seq.] habitabant in confinio Argolidis, Laconicae et Arcadiae ad Parnonem et Parthenium montem circa Tanum fluvium, ubi postea collocati erant Argivorum et Lacedaemoniorum termini.“ *C. O. Mueller:* Aeginett. pag. 46 coll. Dor. I. pag. 154 seq., qui idem (Aeginett.

μοῦνοι εἶναι Ἴωνες, ἐκδεδωρίευνται δὲ ὑπό τε Ἀργείων ἀρχό-

p. 47), quod ab Argivis Cynurii descendere dicuntur a Pausania III, 2. §. 3 coll. Steph. Byz. s. v. *Κύνουρα* p. 491, id ab Argivis ita effictum vult, probare studentibus *suam ab initio* fuisse *Cynuriam* (de cuius possessione perpetuo fere contenderant cum Laconibus, teste Thucydide V, 41, ubi conf. interprett.), cum Cynurii revera Arcadibus essent cognati: quemadmodum etiam Herodotus et Arcades et Cynurios Peloponnesi αὐτόχϑονας dixit. Cum his vero quoniam minus congruere videbatur, quod h. l. ab eodem historiae patre iidem Cynurii dicuntur *soli* esse *Ionicae stirpis*, in varias inciderunt coniecturas. Bothius ad Terent. anhott. pag. 466 pro μοῦνοι legi vult μὲν ὦν ἐξ αἰῶνος, Reiskius correxerat δοκέουσι μέν μοι εἶναι Ἴωνες, Valckenar., cui Larcher. accedit: δοκέουσι μὲν ἐνίοις εἶναι Ἴωνες, quo nihil inconvenientius fingi potuisse indicat Mueller l. l., qui Herodoti locos I, 56. VII, 94. 95 ita intelligi vult, ut Herodotus Pelasgos cum Ionibus confundens hîc quoque Cynurios, Pelasgam gentem, pro sola in Peloponneso Ionica habuerit. Pelasgi vero cum ex Herodoti sententia sint aborigines, apparet, cur eosdem Cynurios in Peloponneso modo αὐτόχϑονας vocare potuerit ille, modo unam hac in terra gentem Ionicam, id est, Pelasgam. *Ionum* stirps cum Pelasgica fuerit *Ionesque* inde ab ipsis Pelasgis (i. e. antiquissimis ac primitivis Peloponnesi incolis) profecti, mirum utique vix esse poterit, Cynurios, quippe αὐτόχϑονας (i. e. Pelasgos, indigenas) Iones quoque dici ab Herodoto eosque solos per Peloponnesum, cum, qui alii Iones in hac terra olim fuerint, vel expulsi vel cum aliis gentibus irruentibus commixti sint, neque Herodoti aetate amplius in hac eadem terra reperirentur, licet vestigia haud pauca exstent, quibus appareat haud paucis locis per Peloponnesum olim fuisse Iones indeque ipsam Peloponnesum Ἴασον Ἄργος dici apud Homer. Odyss. XVIII, 246 (ubi vid. veteres interpretes): cuius rei testimonia attulerunt Clinton. Fast. Hellen. I. pag. 57, Schoemann. Antiquitt. publ. iur. Graecc. pag. 46 not. (coll. Animadverss. de Ionibus pag. 4), Curtius: Die Ionier pag. 3, C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 96. not. 6 ed. quart. Neque in *Ionum* nomine haerendum, si quidem iidem, qui olim Pelasgi dicebantur, posthac Ionum appellationem acceperunt teste Herodoto VIII, 44 ab Ione, Xuthi filio, cuius nomen primitivae genti inditum esse Clintonis est sententia l. l. dicentis: „a new appellation, but not a new race was introduced by Ion"; nisi malis cum Schoemanno l. l. statuere nomen hoc non in Attica demum post Hellenum adventum populo inditum, sed longe esse vetustius. Quare haud scio an recte sic pronuntiarit Curtius (Peloponnes. I. pag. 61): „Unter den Stämmen, welche aus der Urbevölkerung des Landes (de *Peloponneso* loquitur) nur durch leise und allmählige Absonderung hervortreten, ist der bedeutendste der Ionische. Er hat die reichsten Blüthen Hellenischen Lebens hervorgebracht *und ist doch von dem Pelasgischen nicht wesentlich zu unterscheiden.*" Ad Peloponnesi indigenas idem vir doctus Cynurios refert aeque atque Caucones ibid. pag. 60. Sufficiant haec ad Herodoti verba tuenda, quae vere recteque posita mihi esse videntur. De *Cynuria* regione, ad quam etiam Thyrea (vid. Herodot. I, 82 ibique nott.) referebatur, veterum testimonia affert Forbiger l. l. pag. 993 seq. Nunc in hac ipsa regione, in montibus Argolidem et Laconicam separantibus atque in orae maritimae locis aliquot habitant Ζάκωνες qui dicuntur (vulgo *Tschacones*, indeque ipsa terra *Tschaconia*), peculiari qua utuntur lingua a caeteris Neograecis diversi: quae res dudum viros doctos advertit, qui veteris Graecorum sermonis adeoque Dorici potissimum vestigia com-

μενοι καὶ τοῦ χρόνου, ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι. Τούτων

plura in Zaconum lingua cognosci posse putarunt; vid. modo Leake: Morea II. pag. 505 seqq., qui ipse dubitans hac de re linguam Zaconum multis vocibus Albanensibus, Bulgarensibus, aliis aliarum gentium admixtis corruptam esse statuit. Postea accuratius inquisivit in Zaconum linguam Thiersch (Abhandll. d. kön. bair. Akad. d. Wissensch. Philosoph. philolog. Classe I. pag. 513 seqq., quae repetilt fere Leake: Peloponnes. pag. 304 seqq.), idque sibi effecisse visus est (cf. pag. 578), ut Zacones Cynuriorum posteri haberentur eorumque lingua ipsa Cynuriorum lingua duceretur. At Slavicam terram esse Zaconum, licet hi pro veteris cuiusdam gentis posteris habeantur, pronuntiat Fallmerayer: Ueber die Entstehung d. heutig. Griech. (Stuttgart. 1838) pag. 64. Ob nominis (Zaconum) similitudinem Mullach (Berlin. Jahrbb. f. wissensch. Kritik 1838. mens. Iun. nr. 108. pag. 877 et Grammatik d. Griech. Vulgärsprache pag. 104 coll. p. 94 seqq.) mavult de *Cauconibus* cogitare, qui Zaconum fuerint maiores, indeque huius gentis nomen repetere, quod cum Laconibus quidquam commune habere negat, quia litera *λ* nunquam in *ζ* sive *τζ* transire soleat. Atque sic quoque L. Ross (Reisen in d. Peloponnes. pag. 167) *Ζάκωνες* s. *Τζάκωνες* ex *Κάκωνες* ortum esse statuerat: postea autem (Wanderungg. in Griechenland II. p. 19 not.) *Τζάκωνες* non alios esse atque *Λάκωνες* posuit, cum litera *λ* saepius commutetur cum litera *δ* eaque ipsa deinde in *ζ* transeat; idemque statuit Finlay (The history of Greece pag. 40. 41) pro *Laconibus* postera aetate dictos esse *Zacones* pronuntians. Nec mihi aliter statuendum videtur respicienti ad locum Nicephori Gregorae Histor. Byzant. IV. p. 58 ed. Paris. et Georgii Pachymeris Hist. lib. IV. p. 209 ed. Rom. p. 173 ed. Venet., utrumque iam a Thierschio l. l. pag. 567 allatum: in illo enim commemorantur *Λάκωνες ἄρτι προσελθόντες ἐκ Πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ, οὓς ἡ κοινὴ παραφθείρασα γλῶσσα Ζάκωνας μετωνόμασεν*; in hoc *ἄλλοι τε πλεῖστοι ἐκ τῶν Λακώνων, οὓς καὶ Ζάκωνας παραφθείροντες ἔλεγον κ. τ. λ.* Quae cum ita sint, vix mihi dubitari posse videtur, quin Zacones, qui nunc Cynuriorum terram tenent, Lacones sint habendi, qui ex antiqua Laconum lingua nonnulla retinuerint; quae qualia re vera sint, nunc non disquiram. Ahrensio (De dialect. Doric. pag. 1. not.) pauca in Zaconum lingua inesse videntur, quae Doricae et Laconicae dialecti nos commonefaciant: plurima pravissime corrupta et mutilata potius illi videntur, quam ex prisca Laconum lingua per tot casus servata. De Zaconibus nuper quoque ita exposuit Ellissen: Analekten d. mittel- u. neugriech. Literatur IV, 1. p. 350 seq. 357 seq., ut Laconum posteros eos esse probabiliter habendos statueret.

ἐκδεδωρίευνται δὲ] „*moribus, disciplina dialectoque Dores evaserunt, partim subditi Argivorum imperio, partim lapsu temporis.*“ *Wesseling.* Ubi haud necesse *καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου* scribere, quod arrisit Schweigh. Verbum *ἐκδεδωρίευνται* si probum est, descendit a verbo *δωριεύω*, cuius loco quod in Steph. marg. affertur *ἐκδεδωρίαται* (aut *ἐκδεδωριᾶται*, ut in uno Parisino libro scriptum invenitur, aut *ἐκδεδωρίατε*, quod Florentinus liber praebet), id in *ἐκδεδωρίδαται* (a verbo *ἐκδωρίζειν*) facile verti posse iudicat Valcken., a verbo *δωρίζειν* formari posse negans *ἐκδωρίζειν* neque *ἐκδεδωρίσθαι*, ita ut unum, quod huic loco conveniat, restet verbum *ἐκδωριοῦσθαι*, a voce *Δώριος* ductum: *in Doriensium naturam veluti degenerare; linguâ uti, moribus et institutis Doricis*, quemadmodum *ἐκβαρβαρόω* apud Platon. Ep. VIII. p. 353 A coll. Euripid. Orest. 485. Apoll. Tyan. Ep. 34 (ubi *βαρβαρόω*) itemque iocosum illud *πεφιλλιπιδῶ-*

ὧν τῶν ἑπτὰ ἐθνέων αἱ λοιπαὶ πόλιες, πάρεξ τῶν κατέλεξα, ἐκ

σθαι, teste Kustero ad Suid. s. v. Φιλιππ. III. p. 601. Unde in Herodoti loco reponendum censet ἐκδεδωρίωνται, quod ipsum magis placet Bredovio pag. 392 quam ἐκδεδωρίδαται, quod proposuit etiam Dindorf. in Commentat. de dialect. Herodot. p. XXVII, qui in ipsis Herodoti verbis intactum reliquit ἐκδεδωρίευνται, idemque retinuerunt Bekkerus atque Dietsch.; nec equidem in talibus, quae minus certa videntur, a vulgata discedere ausus sum. Nec sane esse, quod vulgata lectione offendamur, statuit Matthiae, quandoquidem, ut a nomine βασιλεὺς βασιλεύειν, a βραβεὺς βραβεύειν, ita a Δωριεὺς δωριεύειν, δωριεύεσθαι formari, nihil habeat absonum. — Quod ad argumentum loci, coniicit Wesselingius Cynurios, gentem late olim propagatam, a Spartanis pressos agroque exutos in Argivorum venisse ditionem unâ cum Orneatis, quibus se consociarint ab inimicis Spartanis vexati. Meliora opinor edocuit C. O. Mueller: Aeginett. pag. 48 seqq., ubi respiciens ad verba ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι merito quaerit, quo iure, qui Cynurii sint Argivorumque imperio subiecti, iidem habeantur *Orneatae*, quo nomine vulgo comprehenduntur incolae Ornearum, oppidi Arcadiae et Phliasiae Sicyoniaeque contermini (cf. Mannert. VIII. p. 647 seq., Mueller: Dor. II. p. 435, Poppo Thucydid. I, 2. p. 213); quosque Argivis infestissimos, ab his tamen devictos esse non ante Olympiad. LXXVIII s. 468 a. Chr. n., igitur multo ante Persicum bellum, quod in annum 480 a. Chr. n. incidit, probabiliter statuit idem C. O. Muellerus, quo eodem fere tempore Dryopes Hermionenses ab Argivis subiecti sunt. Itaque in Herodoti loco nomen Ὀρνεατῶν non de Ornearum incolis intelligi poterit, sed, quae Muelleri est suspicio perquam probabilis, de genere quodam περιοίκων sive πενεστῶν, de *publicis* igitur Argivorum *servis*. Argivorum enim haec videri fuisse consilia ponit Muellerus, ut incolas civitatum, quas nimis remotas in ditione tenere non possent, e sedibus patriis abductos distribuerent in suos pagos urbi vicinos; unde ab Orneatis ex Ornearum urbe olim desolata colligit exstitisse Ὀρνεὰς κώμην Ἀργείας, ab ipsa urbe probe distinguendam, teste Strabone VIII. pag. 376 s. pag. 578 A. Itaque Cynurios ponimus ab Argivis devictos et in statum περιοίκων, quos Ὀρνεάτας vocarint Argivi, redactos, nam Cynuriam terram, de qua inde ab Olymp. XV cum Spartanis Argivi concertarant, tenuisse videntur Argivi usque ad pugnam Thyraeam, quae accidit circa Olymp. LVIII, ut diximus ad Herod. I, 82, ipsos incolas s. Cynurios pro subditis, qui vectigal penderent, habentes. Atque inde haud scio an intelligatur, cur Noster dicere potuerit, Cynurios ὑπὸ τοῦ χρόνου Doriensium indolem plane assumpsisse. Conf. Mueller: Dor. I. pag. 158. Ad Muelleri sententiam accessit quoque Schoemannus (Antiquitt. iur. public. Graecc. p. 107. not. 4. Griech. Alterth. I. pag. 135), cui ex Herodoti hisce verbis colligi posse videtur, „post devictos Orneatas horum nomen, si non in omnes, tamen in multos caeterorum quoque περιοίκων, qui simili cum illis conditione essent, transferri coepisse: et fuit fortasse non una omnium conditio." Atque idem vir doctus ex Aristotelis Polit. V, 2, 18 affert Argivorum περιοίκους, quos Tirinthe, Hysiis, *Orneis*, Mycenis, Mideae aliisque in oppidis minoribus habitasse e Pausania VIII, 27, 1 apparet. Neque aliter statuerunt Curtius: Peloponnes. II. pag. 479 et C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 19. not. 4. Itaque Ὀρνεῆται, qui hoc loco vocantur, constituunt περιοίκων genus in civitate Argivorum, nomine hoc, quo proprie Ornearum incolae designantur, devicti illi quidem ab Argivis et in statum quendam servitutis redacti, ad significandum genus quoddam servorum sive περι-

τοῦ μέσου ἐκατέατο· εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἰπεῖν, ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι ἐμήδιζον.

οἴκων Argivis subditorum ita translato, ut si quae aliae gentes essent eiusdem ferme conditionis, hae omnes eodem hoc nomine significarentur; quare Herodoti verba: *ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι* nihil aliud significare possunt, nisi: (Cynurii), *cum* (nunc) *sint Orneatae* et *perioeci* (Argivorum, i. e. in Argivorum ditione circa Argos habitantes iisque subditi): in quibus verba *καὶ περίοικοι* consulto addita videntur ad explicanda ipsa antecedentia verba *ἐόντες Ὀρνεῆται*, qui quales fere essent homines et quale incolarum genus constituerent, verbis additis *καὶ περίοικοι* indicare Noster voluisse putandus erit; quare haud scribendum *ἢ περίοικοι*, quod quibusdam in mentem venisse video, ut Cynurii significarentur *vel* Orneatae fuisse *vel* perioeci, diversum igitur hominum genus utraque appellatione indicaretur: de quo Nostrum minime cogitasse existimo, licet exstiterint, qui Herodoti verba sic accipi mallent. Ad Thucydidis locum V, 67 (quo loco *Κλεωναῖοι* et *Ὀρνεᾶται* commemorantur Argivorum *ξύμμαχοι*) Herodoti verba excitavit Arnold eaque sic intelligit: „Orneae, quum Herodotus scri- „psit (quod certe post initium belli „Peloponnesiaci fuit), etiam tunc a „prisca gente Cynuriorum aut Pe- „lasgorum habitabantur, qui, quam- „vis lingua et moribus mutatis, „etiam tunc ibi per se soli vive- „bant, ut perioeci seu socii subiecti „Argivis Doriensibus" (P. III. Vol. 3. pag. 624 seq. ed. Popp.). Quod vero Goellerus sic Herodoti verba accipi vult: Cynurii in Dores paulatim conversi sunt et *constant Orneatis* liberis caeterisque, qui non sunt liberi, sed *perioeci Argivorum*, id ex Herodoti verbis, qualia nunc leguntur, effici posse nego. Nec magis mihi persuasit Henr. Fischer, qui hunc Herodoti locum attigit in Commentatione, quae Vratislaviae prodiit 1851: Histor. Argiv. Fragmm. P. I. pag. 24 seqq.: „Mihi," inquit, „Herodotus verbis *ἐόντες Ὀρνεῆται* nihil aliud dicere videtur, quam Iones Cynuriae indigenas postea Doriensibus similiores redditos esse, *cum habitarent Orneas urbem;*" etenim Cynurios a Laconibus pulsos Orneas confugisse suspicatur vir doctus, qui de Herodoti verbis, quae sequuntur, *καὶ περίοικοι*, ita statuit: „non fugientes tantum Cynurios adiuverunt Argivi, sed relictos quoque (senes, infantes, feminas) ut tuerentur adversus Spartanorum impetus, occupatâ Cynuriâ perioecos fecerunt." Ex hac igitur sententia Cynurii partim habendi erunt perioeci Argivorum, partim Orneatae, i. e. liberae civitatis incolae, cum Argivis iuncti: ad illos spectare putat idem vir doctus verba *ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι*, ad hos verba (*ὑπὸ*) *τοῦ χρόνου*, aeque ac si Noster scripsisset: Dores facti sunt Cynurii *ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι περίοικοι ἐόντες καὶ τοῦ χρόνου Ὀρνεῆται ἐόντες*. Quae mihi speciosius quam verius disputata videntur neque cum ipsis Herodoti verbis congruentia, quae hanc interpretationem, ut equidem existimo, minime admittunt, sed eum tantum in modum quem supra indicavi accipi possunt. Nec denique adstipulor Thierschio, qui l. l. pag. 576 Herodoti verba ita scribi vult: *ἐόντες καὶ αὐτοὶ Ἴωνες τὸ πάλαι Ὀρνεῆται καὶ οἱ περίοικοι*. Articulum *οἱ* ante *περίοικοι* utique habet Florentinus unusque liber Parisinus, haud necessarium illum quidem indeque abiiciendum mea ex sententia.

πάρεξ τῶν κατέλεξα] De voce *πάρεξ* conf. nott. ad III, 97 et ad voces *ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο* vid. nott. ad III, 83. Dietsch. scripsit *κατέατο*, reliqui edd. retinuerunt vulgatam; de ipsa forma vid. Bredov. pag. 329: cum hoc eodem (p. 266) paulo antea dedi e Sancrofti libro *πόλιες* pro *πόλις*.

Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ τοιούτῳ πόνῳ συνέστασαν, ἅτε 74
περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, καὶ τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι· οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι ὅμως ταῦτα πυνθανόμενοι ἀρρώδεον, οὐκ οὕτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες, ὡς περὶ τῇ Πελοποννήσῳ. ἕως μὲν δὴ αὐτῶν ἀνὴρ ἀνδρὶ παραστὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θώυμα ποιεύμενοι τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην· τέλος δὲ ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον, σύλλογός τε δὴ

Cap. LXXIV.

Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ] i. e. *Hi igitur, qui ad Isthmum collocati erant, tali labore conflictabantur:* spectat hoc ad ea, quae cap. 70–72 narrata sunt. Ad formam plusquamperfecti συνέστασαν conf. supra II, 30 κατέστασαν et de significatione verbi notata ad VII, 170. — Verba περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, quae attigit Eustath. ad Iliad. p. 1264, 45 s. 1363, 16 et p. 259, 8 s. 342, 20, probe scribens δρόμον, nisi, quod Wesselingio quoque in mentem venerat, prorsus eliminandum est (nam quod ex Aldina propagatum erat δρόμον, ferri non posse idem Wesseling. Diss. Herod. I. pag. 129 monuerat), illustravi in not. ad VII, 57. *Cr.* h. l. excitat Platon. Theaetet. §. 76. p. 387 ibique Heindorf. — In proxime sequentibus revocavi cum recentt. edd. ὅμως, quod libri scripti tenent, mutatum a Schweighaeusero et Gaisfordio in ὁμῶς.

καὶ τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι] i. e. *nec putantes se classi* s. proelio navali *gloriam esse reportaturos.* Eadem *splendendi* notione ἐλλάμπεσθαι I, 80. Attigit hoc verbum Hermogenes De ideis I, 9, ubi scribit: ἐφ' οἷς (ἔργοις) ἔστι λαμπρύνεσθαι ὡς ἀληθῶς, ὅπερ φησὶν Ἡρόδοτος ἐλλάμψεσθαι, ἐπὶ τούτοις ἐστὶν ἡ λαμπρότης (Rhett. Graecc. ed. Spengel. II. p. 305.).

περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες] De usu praepositionis περὶ in talibus sequente dativo vid. supra III, 35. V, 16 ibique nott. VIII, 99. In seqq. ad ἕως μὲν (*aliquamdiu*) conf. nott. ad I, 86, et ad usum vocis ἀνὴρ, ubi τις exspectabas, Herod. VIII, 75. IV, 26. Plura Bergman. et Benseler ad Isocrat. Panegyr. 4. pag. 150, Viger. De idiotismm. pag. 76. 77. Aeschyl. S. c. Th. 339 Blomf. λόγον ποιεῖσθαι h. l. dicuntur qui *sermones inter se conferunt, colloquuntur;* alio sensu λόγον ποιεῖσθαι (*rationem habere* alicuius rei) invenias I, 4. 213. IV, 142, ubi vid. nott. Ad locutionem θώυμα (ita enim rescripsi pro θῶμα) ποιεύμενοι τὴν — ἀβουλίην conf. nott. ad I, 68.

ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον] i. e. *res in publicum erupit.* Ubi facili opera suppletur τὸ πρᾶγμα; conf. III, 82 et quae similia afferuntur in Lamberti Bosii Ellipss. Graecc. p. 410. 416. Arcus, qui intentus erat, ἐκραγῆναι dicitur II, 173. Conf. etiam VI, 129. Propius huc spectat Plutarchi locus in Galb. 22 init. καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά. In proxime sequentibus ad οἱ μὲν ex antecedenti verbo ἐλέγετο repetendum ἔλεγον, quod etiam trahendum ad Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται καὶ Μεγαρέες. Similis locus apud Thucydidem IV, 23 legitur: καὶ τὰ περὶ Πύλον ὑπ' ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι μὲν — περιπλέοντες — Πελοποννήσιοι δὲ στρατοπεδευόμενοι κ. τ. λ., ubi vid. Poppo III, 3. p. 82. Deinde revocavi χρεὼν (pro χρεὸν), ut VIII, 3, ubi vid. nott. — δοριαλώτου e Florentino et Sancrofti libro cum recentt. edd. recepi. Vulgo δορυαλώτου, quae eadem scripturae diversitas IX, 4, apud Diodor. XVI, 20, ubi vid. Wesseling. Add. Schweighaeuser. ad Appian. III. pag. 159. Polyb. XVIII, 34 et Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 160. vs. 211. Parerg.

ἐγίνετο, καὶ πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν αὐτῶν, οἱ μὲν, ὡς ἐς
τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν, καὶ περὶ ἐκείνης
κινδυνεύειν, μηδὲ πρὸ χώρης δοριαλώτου μένοντας μάχεσθαι·
Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται καὶ Μεγαρέες, αὐτοῦ μένοντας
75 ἀμύνασθαι. Ἐνθαῦτα Θεμιστοκλέης, ὡς ἑσσοῦτο τῇ γνώμῃ 654
ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων, λαθὼν ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου,
ἐξελθὼν δὲ πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα
πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Σί-
κιννος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλέος παί-
δων, τὸν δὴ ὕστερον τούτων τῶν πρηγμάτων Θεμιστοκλέης

p. 683 seqq., quorum virorum disputationibus res nondum ad liquidum perducta videtur Bredovio pag. 166. Malui tamen persistere in scriptura *δοριαλώτου*, cum apud Aeschylum haud pauca eiusdem generis composita sic scripta reperiam: *δορίγαμβρος* in Agam. 672. *δορικάνης* in Suppl. 965. *δορίκρανος* in Pers. 144. *δορίκμης* in Choëph. 360. *δορίμαργος* in Septem c. Th. 668. *δορίπονος* in eadem fabula 610. 153. *δορίτμητος* in Choëphor. 343. Nec aliter *δορίκτητος* apud Apollon. Rhod. I, 806, quod *δορ ύ κτητος* frequenter scriptum reperitur apud Diodorum; vid. Wesseling. ad XII, 83.

Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται] „Hoc sane rationi consentaneum, ut cum Themistocle senserint Aeginetae maluerintque apud Salamina manere, quam in gratiam Peloponnesiorum versus Isthmum secedere [hoc enim ab ipsorum aeque atque Atheniensium a rebus alienum]." *Valckenar.*, iure mirans, quae scribit Lycurgus advers. Leocrat. p. 156, 33 [p. 185 R. §. 70, ubi cf. Coraes], Aeginetarum classem unâ cum Lacedaemoniorum et Corinthiorum ducibus salutem discessu sibi parare voluisse.

Cap. LXXV.

πέμπει ἄνδρα πλοίῳ] Mox vocatur *Σίκιννος*, ut VIII, 110. Apud Plutarch. Themistocl. 12. pag. 118 B. *Persa* genere idemque captivus dicitur, filiorum Themistoclis paedagogus; nisi hoc inde fluxisse putes, quod Plutarchus in Herodoteis male legerit *τῶν Μήδων ἄνδρα*. Aeschylus *Graecum* modo *virum* a Themistocle missum esse canit Pers. 355 (361 Blomf.), quod idem censuisse videntur Frontin. II, 2, 14 et Diodor. XI, 17. *Sicinnum* de Themistoclis servis fidelissimum fuisse tradit Cornel. Nepos Themist. 4. Cuius eiusdem Sicinni mentionem quoque fecerunt Polyaen. I, 30, 2, Clem. Alexandr. Paedag. I, 7. pag. 130, Etymolog. s. v. pag. 712. infr. Themistocl. Epp. IX. p. 47. Schol. Aristid. pag. 62 ed. Frommel.

τῶν Θεμιστοκλέος παίδων] Polyaenus l. l. cur dualem scripserit *τοῖν παίδοιν* (ita enim omnes libri scripti habent, a quibus haud discessit, qui nuper Polyaeni libros edidit, Ed. Woelfflin., vid. adnotat. critic. pag. XXXVII), haud intelligo; namque Themistocles, ut plures filias, ita quinque habuisse fertur filios, quorum unus patre vivo mortuus est; alterum Dioclem avus adoptavit maternus; tres reliquit moriens pater. Vid. Plutarch. Themist. cap. 32. pag. 128 B. Tangit haec quoque, observante *Cr.*, Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. I. p. 70. — *Θεμιστοκλέος*, ut supra, rescripsi pro *Θεμιστοκλῆος*. — Sicinnum servum quod, quo tempore Thespienses novos cives recipiebant, Thespiensem civem reddidit Themistocles s. effecit, ut a Thespiensibus civitate ornaretur, id certe post finita bella Persica factum esse debuit, cum urbs a Persis, quod supra legimus VIII, 50 in-

Θεσπιέα τε ἐποίησε, ὡς ἐπεδέκοντο οἱ Θεσπιέες πολιήτας, καὶ χρήμασι ὄλβιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπικόμενος ἔλεγε πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε· Ἔπεμψέ με στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρῃ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων (τυγχάνει γὰρ φρονέων τὰ βασιλέος καὶ βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) φράσοντα, ὅτι οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καταρρωδηκότες. καὶ νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἀπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ περιΐδητε διαδράντας αὐτούς. οὔτε γὰρ ἀλλήλοισι ὁμοφρονέουσι, οὔτ' ἔτι ἀντιστήσονται ὑμῖν· πρὸς ἑωυτούς τε σφέας ὄψεσθε ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας καὶ τοὺς μή. Ὁ μὲν ταῦτά σφι σημήνας ἐκποδὼν ἀπαλλάσσετο. Τοῖσι 76
δὲ ὡς πιστὰ ἐγίνετο τὰ ἀγγελθέντα, τοῦτο μὲν ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπεί-

censa, denuo exstrueretur, eiusdemque incolae, qui in Peloponnesum confugerant, rediissent, quamvis pauciores numero, si quidem septingenti Thespienses ad Thermopylas ceciderant, et qui postea ad Plataeas convenisse dicuntur mille octingenti Thespienses (IX, 30) haud scio an omnem hominum turbam superstitem comprehenderint: adeo ut ob civium paucitatem novos cives tum illi adscivisse putandi sint: inter quos opinor Sicinnus fuit, suadente et adhortante Themistocle eo magis receptus, quod a Thebanis alienati Thespienses Atheniensium potius partes amplectebantur, de qua re diximus ad V, 79 coll. ad VIII, 50. Ad locutionem **κατύπερθε** (cuius loco Sancrofti liber κατυπέρτερα, ut VII, 233) **γίνεσθαι** vid. nott. ad VIII, 19, et ad **παρέχει** nott. ad VIII, 8. Ad locutionem **δρησμὸν βουλεύονται** conf. nott. ad VIII, 4; ad significationem verbi **διαδράντας** nott. ad VIII, 60. §. 1. — Verba **τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας** attigit Matth. Gr. Gr. §. 284, quocum conferantur nott. ad Herodot. VII, 145. Ad verbum **ἐκποδὼν** vid. nott. ad VI, 35.

Cap. LXXVI.

ὡς πιστὰ ἐγίνετο] Ita e Florentino, aliis dedi pro ἐγένετο, quod retinuerunt Schaeferus et Matth. Ad locutionem cf. VIII, 80 fin.: ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται. Add. VIII, 83 et V, 92. §. 7.

ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν] Exigua insula, ab ipsa Salamine distans centum quinque stadiis, ob pugnam illam navalem maxime celebrata. Nunc vocatur *Lipsocotalia* (Λειψοκουτάλι) nec ullis gaudet incolis. Vid. Aeschyli Pers. 453 Blomf. Pausan. I, 36. §. 2. Kruse: Hell. II, 1. p. 304, Leake: Die Demen Attica's pag. 207 e vers. Westermanni. Ad vocem **νησὶς** pertinent, quae attulit Ianson in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. XIX. pag. 531. — Mox Schweigh., quem sequitur Gaisf., retinuit ἀπεβιβάσαντο medioque verbo eam tribuit vim, ut *suâ causâ, suis rationibus consulentes* in insulam istam hos *transmiserint* Persae. Sed medium verbum si ponitur, significabit, ut recte monuit Dietsch.: *educendos curarunt*. Equidem tamen cum Matth. et recentt. edd. malui stare a Schaefero, qui e duobus codd., dudum iubente Valckenario ad VIII, 95, dedit ἀπεβίβασαν, ut paulo post ἀπεβίβαζον coll. IX, 32 (ἀπεβιβάσατο). VIII, 95 (ἀπέβησε). 119 (καταβιβάσαι).

ρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν· τοῦτο δὲ, ἐπειδὴ ἐγίνοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα· ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι, κατεῖχόν τε μέχρι Μου-

ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι κ. τ. λ.] Locus impeditior, quem vix recte intellexit Wesselingius. Nam *τὸ κέρας* de promontorio Megaridis in mare contra Salaminem prominente cum intellexisset (quo sensu sane *κέρας* apud Strabon. IX. p. 604 s. 395 A. coll. Salmas. ad Solin. pag. 116), postea, commotus potissimum loco Herodoteo VIII, 85, de *Persarum* classis cornu sive parte haec accepit, dissentiente Schweighaeusero, qui de Graecorum classe et quidem ea parte, quae ad occidentem spectabat, quam Persae circumventuri et interclusuri erant, cogitandum esse censuit, *ἀνῆγον* absolute accipiendum esse ratus scil. *τὰς νέας*. Equidem malui voces *τὸ ἀπ' ἑσπέρας κέρας* referre ad *ἀνῆγον* classemque intelligere Persarum, qui cornu (classis suae) id, quod ad occasum spectabat, moverint s. produxerint Salaminem versus, quam insulam circumirent. Ac bene Klotz. (ad Luciani Dialogg. mortt. pag. 47) breviloquentiam orationis hîc notat, qua voces *τὸ ἀπ' ἑσπέρας κέρας* ponantur pro: *τὸ πρὸς ἑσπέραν κέρας, ἀφ' ἑσπέρας*. Hinc recte sic reddit Leake (Die Demen Attica's pag. 197); „sie (die Perser) zogen den Flügel ihrer Flotte, der nach Westen stand, näher heran, um Salamis zu umstellen; auch die bei Keos und Kynosura postirten Schiffe setzten sich in Bewegung und besetzten die ganze Enge bis nach Munychia hin." In quo illud *κυκλούμενοι* ad totam insulam circumeundam refertur, quod Grote (History of Greece V. p. 172) assentiente C. Petro (in Philolog. XIII. p. 673 seq.) sic accipi vult, ut Persae non totam insulam circumvecti concluserint, sed tantum urbem portumque ac sinum Salaminiae urbis, ubi Graecorum classis stationem habebat, sic circumiverint Graecorumque classem sic circumdederint, ut Graecorum naves neque orientem neque occidentem versus discedere inde potuerint, quippe undique conclusae. At Herodotus nihil de urbe Salaminia eiusque portu, sed de *insula circumeunda* navibus loquitur, ita ut Graeci occidentem versus per eas maris angustias, quae prope Megara sunt, effugere non possent. — Verbum *ἀνάγειν* omnino esse videtur: *naves e statione ancorisque, ubi stabant quietae, loco movere atque in mare altum ducere.* Conf. supra allata ad VIII, 10 et VIII, 60. §. 1. — Ad locutionem *μέσαι νύκτες* conf. Blomfield. simillima plura excitantem ad Aeschyli Choëph. 282. Vid. Herodot. IV, 181.

οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι] i. e. „qui ad Ceum et Cynosuram habebant stationem, ii quoque ancoris solutis altum tenebant omneque fretum insulae, quâ transitus fit ex Attica, explebant ad Munychiam usque meridiem et orientem versus porrecti ob nimiam navium multitudinem." — Ubi qui de *Ceo* insula cogitant e regione Sunii sita et de *Cynosura*, Marathonis promontorio, ad Euboeam spectante, cui nunc nomen Cap Cavala, quo scilicet utroque loco Persarum naves habuerint stationem, quâ relictâ prope Munychium illi provecti fretum, ut hac etiam parte fugae occasio Graecis praecideretur, obsepserint, eos admodum falli puto. Nam de locis multo propioribus nec tam longe remotis cogitandum h. l. esse, docet opinor totius loci sententia ipsorumque locorum, in quibus pugnatum est, ratio: quamquam cum nec *Cei* nec *Cynosurae* ulla alibi reperiatur mentio nec ullum aliud vestigium supersit, haud facile de utroque loco certi quid constituas licet. *Ceum* Kruse (Hellas II, 1. p. 304) accipi vult de eo Salaminiae insulae

νυχίης πάντα τὸν πορθμὸν τῇσι νηυσί. τῶνδε δὲ εἵνεκεν ἀνῆγον τὰς νέας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγεῖν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων, τῶνδε εἵνεκεν, ὡς, ἐπεὰν γένηται

promontorio, quod ad occasum et septentrionem Megaricae regioni obversum est, brevi maris tractu a Megaris separatum eoque brevissimum transitum praebens; hoc inde loco indicavit quoque Ceum in mappa geographica nr. 111. At nimis remotum hoc videtur ab eo loco, quo Persarum classis stationem habuisse putanda est, neque sane opus erat circumire Salaminem, si eo loco, quo Ceum ponit Kruse, Persarum naves iam collocatae erant. Itaque malim cum Anglo viro docto, Leakio (Die Demen Attica's pag. 199 seq.), Ceum quaerere in Salaminiae insulae parte ad orientem et meridiem versa, haud procul a Cynosura et paulo inferius. De Cynosura enim minus dubitari posse videtur; significatur opinor ille terrae tractus in mare porrectus ab ora orientali et proxime accedens ad terram Atticam, non longe ab eo loco, ubi olim πορθμὸς fuit (Herod. VIII, 91) s. traiectus ab urbe Salaminia in Atticam: nunc promontorium nomen habet a vico in hoc tractu sito, cui nomen *Aghia Varvára:* vid. Leake l. l. coll. Krusio p. 304. 307. Quin etiamnum in hocce promontorio tropaei a Graecis in victoriae memoriam erecti reliquias quasdam inveniri testatur Gell., quem citat Kruse l. l. p. 307. Ab hoc igitur loco utroque Persarum naves, quae in statione ibi collocatae erant, evectae, se reliquae classi adiunxerunt, ita ut omne fretum, quod inter Salaminem Atticamque est, navibus compleretur ad Munychiam usque retrorsum mare tegentibus. Quae cum ita sint, accedere nequeo iis, quae statuit Grote: History of Greece V. p. 173, *Ceum* et *Cynosuram* referens ad loca minus cognita in Attica sita, neque in Salamine, difficileque esse pronuntians, ea, quae Herodotus h. l. tradidit, cum ipsa geographia conciliare: unde suspicatur patrem historiae in errorem inductum esse eo quod maxime cupierit oraculum Bacidis, unde Cynosurae nomen sumpserit, videre expletum. Quod vero Leake l. l. coniicit, τὴν Κέον forsitan mutari posse in τὴν νῆσον, i. e. Psyttaliam, vereor ut probari possit vel propter particulas τε καί, quibus uterque locus hic coniungitur, adeo ut, si Cynosura revera fuit promontorium insulae Salaminiae, Ceum simile quid eadem in insula fuisse probabile utique fiat. Ad sequens τῶνδε δὲ conf. nott. ad VIII, 40 et ad ἀπολαμφθέντες vid. allata ad V, 101. Transitum modorum (ἵνα δὴ — ἐξῇ — ἀλλὰ — δοῖεν) hinc attigit G. Hermann. ad Viger. pag. 851. Tu vid. nott. ad I, 185 coll. IV, 139. IX, 51. φυγεῖν e Florentino dedi pro φυγέειν, ut VIII, 87 et 88 διαφυγεῖν, vid. Bredov. p. 325. In antecedentibus dedi κατεῖχον plerisque codd. ita iubentibus pro κατέχον, quod ex antiquis editionibus retinuerat Gaisfordius. Facit mecum censor Ienensis 1828. nr. 186. p. 46, quem Stegerum esse coniicio.

ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων] scil. τινάς. Ad ἐξοισομένων conf. VIII, 49 ibique nott. et Ianson in Jahrbb. f. Philolog. Suppl. XIX. pag. 515. Ad hoc vero participium pertinet ὡς, quod Strange (ibid. III. p. 590) sic accipi vult, ut mox repetatur particula ἵνα et loci sententia haec sit: *existimantes, quando facta esset pugna navalis, huc potissimum delatum iri et homines et naufragia.* Quod sequitur ἐν τῷ πόρῳ valet: *iuxta, apud transitum maritimum.* Vid. Gail. ad Scymn. Chium 518. T. II. pag. 374 seq. Plutarch. Aristid. 9: τὴν Ψυττάλειαν, ἣ πρὸ τῆς Σαλα-

ναυμαχίῃ, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων (ἐν γὰρ δὴ πόρῳ τῆς ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος), ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παραρτέοντο.

77 *Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν, ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας.*

μῖνος ἐν τῷ πόρῳ κεῖται, νῆσος οὐ μεγάλη.

ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι κ. τ. λ.] Bene cum his Wesseling. contendit Aeschyli Pers. 540. — Ad *παραρτέοντο* conf. nott. ad VII, 20. De ipsa vocis forma vid. Bredov. p. 292. Quo eodem auctore in proxime antecedentibus pro *ἐκεῖτο*, quod omnes praebent libri scripti, scribendum *ἐκέετο*, quod scripsit Dietschius; sed vid. nott. ad VIII, 41. Neque vero idem Dietschius mox edidit *περιποιέωσι*, quod receperat Dindorfius accedente Bredovio pag. 374. Mihi in utraque voce nihil mutandum videtur: itaque reliqui, quod omnium librorum scriptorum tuetur auctoritas. In seqq. *οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες* est: *nulla quiete sumpta.*

Cap. LXXVII.

Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν κ. τ. λ.] Vel hic locus ostendere potest, Herodotum non ita superstitione fuisse captum, ut omnibus oraculis temere adderet fidem, quam tum demum adhibere posse sibi videbatur, si eventus praedictis responderet. Sunt vero haec coniuncta cum notione de fato et divino numine, quam sibi Noster animo conformavit, quaque etiam omnis nititur vaticiniorum fides omnisque divinationis opinio. Conf. Iaeger. Disputt. Herodd. pag. 48. Ac repetit Noster in fine capitis, ipso oraculo allato, hanc suam sententiam, quo magis illa habeat pondus auctoritatemque; quemadmodum idem ille supra quoque ea, quae contra rerum naturam fieri putabat, in examen vocarat, sedulo inquirens, num revera ista sic accidere potuerint. Conf. VI, 84 ibique nott. coll. VII, 133; de divinatione conf. nott. ad VII, 57. VI, 27. 98. His addam, quae *Valckenarius* ad h. l. perscripsit: „Hinc simul aestimare licet, iam tum homines fuisse vulgo perspicaciores, quibus adparuerit, quod Bacidis [de quo conf. VIII, 20 ibiq. nott.] esse ferebatur oraculum istoc articulo temporis, ipsius forte suasu Themistoclis fuisse confictum. Quae bello Peloponnesiaco ad plebem Atticam lactandam ab esurientibus fingebantur demagogis, velut Bacidis aut ipsius Apollinis oracula Athenis decantata, ridet illa magna cum libertate Aristophanes in Avib. 963 seqq. et Equit. 995 etc. Ad veritatis lumen Eusebius istius etiam officinae fraudes retegens lib. IV. Praep. Evang. pleraque fuisse putat oracula *γοήτων ἀνδρῶν τεχνάσματα*, ut Oenomao certe videbantur Gadareno in libro, quem inscripserat *Φωρὰ γοήτων*. Sed multa potius fuerunt virorum principum, *ἀνδρῶν τε σοφῶν τεχνάσματα*, ad opinionem imperitorum conficta." *καταβάλλειν* valet: *deiicere*, i. e. *reiicere*, vim auctoritatemque infringere. Cf. IX, 79. Afferunt quoque Euripidem Bacch. 205, ubi Tiresias sic eloquitur: *πατρίους παραδοχὰς ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος*, i. e. *non erit* ut illa decreta *redarguat* et *profliget ullius ratiocinatio*, ut reddit Bernhardy: Theologg. Graecc. III. p. IX, qui

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν
νηυσὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν,
ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας,
δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν,

merito retinuit καταβάλλει pro καταβαλεῖ.

Ἀρτέμιδος χρυσαόρου] i. e. *Dianae aureum ensem gestantis.* Eodem cognomine ornatur Apollo in Ili. V, 609. XV, 256. Hymn. in Apoll. 123, i. e. *aureo gladio instructus* (χρυσοῦν ἄορ ἔχων, ὅ ἐστι φάσγανον, ut explicant grammatici Graeci), nisi malis ad arcum huius dei sagittasve aliaque denique instrumenta referre, quibus ornatus cogitatur deus: nec mirum idem cognomen ad *Dianam* sororem inde transferri, adeoque ad ipsam *Cererem,* cui hoc idem nomen tribuit auctor Homerici hymni in Cerer. 4, sive de *gladio aureo* cogitans, quo instructa cogitatur haec dea, quae apud Lycophron. 153 quoque dicitur ξιφηφόρος, sive de *falce aurea,* quae deae agriculturae parenti ac praesidi tribuitur: neque hac re ita equidem offendor, ut hoc Homerico loco χρυσαόρου in χρυσοθρόνου, ut nonnullis placuit, mutari velim, aut, quae Godofredi Hermanni est sententia, χρυσαόρου ab interpolatore quodam neque ab antiquo poëta ipso profectum putem. De qua re praeter ea, quae, monente *Cr.*, attulerunt Matthiae (Animadverss. in Hymn. Homer. pag. 350) et Ilgen (Animadverss. in Hymn. Homerr. pag. 504), plura quoque attulit Mitscherlich. (ad eundem locum) de diis ense aut alio modo armatis, nostro loco haud praetermisso, ubi in voce χρυσαόρου altius quid inesse magisque reconditum vix dubitari poterit: quamquam id ipsum quale fuerit, haud facile dixeris; conf. Creuzer: Symbol. IV. p. 244. 250. 324 coll. III. p. 60. I, 285 ed. tert., Preller: Demeter u. Persephone p. 77. 284. Idem haec adscripsit *Creuzerus:* „Fallor aut hoc Dianae epitheton pariter pertinet ad splendorem lunae atque ad vim letiferam, quam antiquitas Dianae-Lunae non minus attribuebat, quam Apollini, quatenus solis radii pestiferi erant." — Quae sequuntur verba ἱερὸν ἀκτὴν, sponte in memoriam revocant Hesiodi verba: Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν (Opp. et Dies 466. 597. 806) et Δημήτερος ἀκτὴν (ibid. 32. Scut. Herc. 290), quibus admonemur, ne corrigamus ἱερήν. De significatione vocis ἀκτὴ vid. nott. ad VII, 33. 183. Ac pertinet ad quaesitum et contortum oraculi sermonem, ad quem eundem refero quoque Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν, quod ἀκτὴν (i. e. *terram in mare porrectam*) γεφυροῦν (*ponte iungere*) Persae dicuntur, cum aliis apud Nostrum locis huic verbo accusativum ποταμὸν (ut IV, 118. VII, 24 coll. 36), vel Βόσπορον (IV, 88) additum reperiamus. εἰναλίην Κυνόσουραν, *maritimam* s. *ad mare sitam* dixit vates Cynosuram, quemadmodum Eleusis dicitur εἰναλία apud Pindarum Olymp. IX, 99 (150) coll. Pyth. XII, 12; alia plura de hac voce allata reperies in Thesaur. Ling. Graec. Vol. III. p. 979 ed. Dindorf.

λιπαρὰς — Ἀθήνας] Satis constat, Atticos poëtas et oratores ita vocasse Athenas *pingues,* i. e. *splendidas, illustres,* populo gratificaturos. Vid. Eurip. Troad. 776. Alc. 435. Aristoph. Acharn. 606 ibiq. interprett. Praecipue huc facit Pindar. Nem. IV, 30 (18) ibique Dissen. pag. 381 ed. Boeckh., Dithyramb. fragm. apud Schol. Aristoph. l. l., ubi plura dabit Boeckh. p. 579 et Wyttenbach. Bibl. Crit. III, 1. p. 49. Caeterum verba oraculi: λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας sponte in memoriam revocant Homericum illud in Iliad. II, 660: πέρσας ἄστεα πολλὰ, itemque Odysseae locum I, 2: ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν, ne plura.

δῖα Δίκη σβέσσει] i. e. *divina Vindicta exstinguet* (delebit) *validum Fastum, Superbiae filium.* Utitur Noster

δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πίθεσθαι.
Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης

futuro σβέσσει in his aeque atque in sequentibus (συμμίξεται, φοινίξει), in clausula (τότε — ἐπάγει) ad praesens regrediens, quod ipsum cum ad futurum tempus spectet, consulto tamen positum videtur, si quidem, quae futura sunt, ea animo iam tanquam praesentia vates praevidet; cf. supra VII, 140. 141. Quod ad significationem verbi σβέσσει (*exstinguet*, i. e. *evertet*, *prosternet*) attinet, nemo nescit, verbum σβεννύναι proprie dici de flamma, quae aqua aliave re iniecta restinguitur, deinde autem ad graves animi motus affectusve, qui adhibita vi exstinguuntur ac sedantur, transferri; apteque ad nostrum locum afferre licet Heracliti dictum apud Diogen. Laërt. IX, 2: ὕβριν χρὴ σβεννύναι μᾶλλον ἢ πυρκαίην; neque aliter ὕβριν σβεννύναι dixit Plato De legg. VIII. p. 835 D., atque Homerus σβεννύναι χόλον (Ili. IX, 678) et quae sunt alia huius generis haud pauca, vix hoc loco persequenda: unum adiiciam Aeschyli locum in Agamemn. 932: ἔστιν θάλασσα, τίς δέ νιν κατασβέσει; — In verbis δῖα Δίκη notetur alliteratio, quae insignem in modum in verbis sequentibus adhibetur: κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν, δεινὸν δοκεῦντ', πάντα πυθέσθαι (si sana haec lectio), Χαλκὸς χαλκῷ αἵματι δ' Ἄρης ac vel ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ. Vid. Goettling. Praefat. ad Hesiod. pag. XXXIV ed. sec.

κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν] κρατερὸν vates dicit Κόρον eo sensu, quo haec vox, quae proprie *validum*, *fortem* designat, apud Homerum saepius adhibetur non in laudem, sed ita fere, ut assumat vim vocis βίαιος (*violentus*, *gravis*); sic Mars in Ili. II, 515, Ephialtes in Iliad. V, 385 coll. XXIV, 212 dicitur κρατερὸς, apteque inde etiam hoc loco sic vocatur Κόρος: quem quod *fastum*, *satietatem* nonnulli explicant, non *iuvenem*, iniuriâ hoc fieri iudicat Wesselingius sic statuens: „haud alius Bacidis κρατερὸς κόρος *iuvenis* ac Xerxes υἱὸς ὕβριος ob contumelias iniuriasque, quarum ille toti Graeciae auctor." Larcherus sequitur Wesselingium, a quo equidem vel eam ob causam discedendum puto, quod *iuvenem* si dicere voluisset vates, non κόρον sed κοῦρον, quod epicorum sermo postulat, scripsisset: sed maluit opinor vates *Satietatem* s. *Fastum* indicare eumque *Superbiae* (ὕβριος) filium praedicare, si quidem secundum Graecorum notionem ex superbia exsistit κόρος, *satietas* ac *fastus* ad prava quaeque impellens. Quo ipso vocabulo si Xerxem significare voluisse perhibetur vates, equidem haud intercedam, qui oraculi sermonem ambiguum ac tecte, quid velit, indicantem respiciam. Ut autem h. l. Κόρος dicitur Ὕβριος υἱὸς, ita Pindarus quoque Olymp. XIII, 10 ὕβριν dixit κόρου ματέρα θρασύμυθον, atque Sophocles Oedip. Tyr. 864 (ubi vid. nott. Godofr. Hermanni): ὕβρις φυτεύει τύραννον coll. Aeschyl. Agamemn. 679 seq. Nec multum opinor differt, quod alii κόρον ὕβριος parentem, non filium perhibent, auctore Theognid. 153: τίκτει τοι κόρος ὕβριν κ. τ. λ. coll. 596. 605. 693. 1175. 1176, ubi conf. Welcker. pag. 93 et qui plura excitavit Iahn. Animadverss. in Basilii Magni Opp. p. 176; quippe e quibus locis optime apparet, quid veteres Graeci voce κόρον significarint. Et conf. quoque Stob. Serm. XLI, [43] pag. 247 s. p. 120 T. II Gaisf., Heinrich: Epimenides pag. 97 seq. a *Cr.* laudatus. De vi ac significatione vocis ὕβρις apud Graecos nuper exposuerunt Lehrs: Populäre Aufsätze aus d. Alterth. p. 51 seq. 61 seq. et Luebker: Sophocl. Theolog. u. Ethik II. pag. 66 seq. In Babrii fabula LXX, 2 producitur Πόλεμος ὕβριν γήμας. Sufficiant haec; etenim quis quaeso in talibus, quae poëtarum ex ingeniis fluxerunt, omnia ad unam eandemque normam exigere velit?

μαιμώοντα] Verbum μαιμάω, quo

πόντον φοινίξει. τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
εὐρύοπα Κρονίδης ἐπάγει καὶ πότνια Νίκη.

Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, οὔτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι.

magnum animi studium concitatusque exprimitur animus (*valde cupio*), frequentat Homer. Il. V, 661. 670. XIII, 78. XV, 542. 742.

δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι] Ita e Florentino et probabiliter etiam ex Sancrofti libro reposui cum Gaisf. et Schweigh., qui hoc dici putat pro ἀνατίθεσθαι πάντα, assentiente Negris in ed. sua: *omnia mutare s. evertere, susque deque habere*, quod supra III, 3 est ἄνω κάτω τίθεσθαι; de ipsa tmesi conf. E. Wentzel: De praepositt. tmesi apud Herodotum (Vratislav. 1829) pag. 15. Nam quid vulgata πυθέσθαι sibi velit, intelligere me posse nego; quam, probante Larchero, sic Latine reddidit Wesselingius: *opinantem ubique se auditum iri*. Nec magis placet πιθέσθαι, quod ab uno Parisino codice affertur, quodque Vallam legisse putant, qui (sensum opinor magis secutus quam ipsa oraculi verba) reddidit: *sibi cedere cuncta putantem*. Receperunt hoc Matthiae, Bekkerus, Dindorfius (qui Latine ubi reddidit: *omnia conantem ad se trahere*, et ipse sensum potius expressisse quam verba reddidisse putandus erit) atque Dietsch., qui in loco corrupto verba intacta relinquere maluit, haec adscribens: „sententiam apparet talem esse debere: *cum nihil iam sibi restiturum credat*, sed ea quam variis modis exprimi potest?" Stegerus de lectione a Schweigh. recepta dubitans, de qua eadem dubitat censor Lipsiensis 1833. pag. 45, proponit (Ephem. Ien. 1828. nr. 186. p. 46): δοκεῦντ' ἂν ἅπαντα πίθεσθ' εὖ: *opinantem cuncta sibi esse obtemperatura*, quod merito durius iudicat idem censor Lipsiensis. Nec magis placet, quod Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 341) scribendum censuit: δοκεῦντ' ἅμα πάντ' ἀπελέσθαι, cum sic exoriatur ea, quae requiratur, sententia: „divina iustitia compescet imperiosam insolentiam, superbiae filiam, immani flagrantem cupiditate, ut quae putet, se omnia ad se rapturam esse." Quo vel significantius id videtur, quod Schweighaeuserus reposuit quodque a scriptorum librorum auctoritate minus discedit. — In seqq. ad φοινίξει (*sanguine mare reddet rubrum*) cf. Apollon. Rhod. III, 725, qui idem verbum adhibuit; plura vid. in Thesaur. Ling. Graec. Vol. VIII. pag. 987 ed. Dindorf. — Ad vocem εὐρύοπα vid. nott. ad VII, 141 et adde Duentzer in: Jahrbb. f. Philolog. LXIX. pag. 608.

Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι κ. τ. λ.] Schweighaeusero in Lex. Herod. I. pag. 58 corruptus videtur locus, in quo aut ἀντιλογίας reponendum, aut, quod adeo praestare videtur, δι' ἀλογίης ἐλθεῖν, prouti VI, 9: διὰ μάχης ἐλεύσονται. Ac dudum Wesselingius maluerat legi δι' ἀντιλογίας λέγειν (*contradicendo obloqui*), laudans Abreschii emendationem: οὔτε αὐτὸς ἐλθεῖν τολμέω. Stegerus (Ephem. Ien. 1828. nr. 186. p. 46) proponit ἀντιλογίην, cum ἀντιλογίην λέγειν idem valeat atque ἀντιλέγειν, *obloqui*. Quae tamen ipsi probanda esse, merito monere videtur idem censor Lipsiensis 1833. pag. 47. Libri scripti haud quidquam afferunt auxilii. Itaque vulgatam lectionem retinui, quam sic interpretari liceat: „Ad haec s. talia quidem quod attinet eaque tam clare cum enuntiet Bacis, equidem nec ipse quid enuntiare audeo neque ab aliis quid recipio de contradictione oraculorum Bacidis." Tum genitivus ἀντιλογίης refertur ad περὶ et χρησμῶν pendet ab ἀντιλογίης; dati-

78 Τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων 656
πολλός. ᾔδεσαν δὲ οὔ κω, ὅτι σφέας περιεκυκλοῦντο τῇσι
νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ', ὥσπερ τῆς ἡμέρης ὥρεον αὐτοὺς τε-
79 ταγμένους, ἐδόκεον κατὰ χώρην εἶναι. Συνεστηκότων δὲ τῶν
στρατηγῶν ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ
Ἀθηναῖος μέν, ἐξωστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου, τὸν ἐγὼ
νενόμικα, πυνθανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα
γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον. οὗτος ὡνήρ, στὰς ἐπὶ
τὸ συνέδριον, ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλέα, ἐόντα μὲν ἑωυτῷ οὐ

vum *λέγοντι Βάκιδι* ex eo Graecorum usu explico, quem attigi ad I, 51. 181. II, 11. Mox retinui *τολμέω*, a Dietschio mutatum in *τολμῶ*, cum Noster *ὁρέω* quoque scribere soleat (I, 111. V, 20. VII, 236 coll. VIII, 140); vid. Dindorf. in Commentat. de Herod. dialect. p. XXX et Bredov. p. 382. — Ad locutionem *οὔτε ἐνδέκομαι* (*neque recipio*, *admitto*) conf. III, 115. IV, 25. V, 106. VI, 121. VIII, 142.

Cap. LXXVIII.

ὠθισμὸς λόγων] i. e. *conflictus sermonum*, *altercatio*. Vid. VII, 225 ibiq. allata coll. VIII, 64. Nec differt multum, quod VIII, 81 fin. legitur: *τῶν δὲ* (*στρατηγῶν*) — *ἐγίνετο λόγων ἀμφισβασίη*. In nostro loco genitivum *στρατηγῶν* refero ad *λόγων*. — Ad seqq. *ᾔδεσαν δὲ οὔ κω κ. τ. λ.* vid. Matth. Gr. Gr. §. 631 de structura, quae subito mutatur inque aliam transit, monentem. — Mox scripsi *περιεκυκλοῦντο* pro vulg. *περιεκυκλέοντο*, de quo vid. nott. ad VIII, 10, itemque dedi *ὥρεον* pro *ὥρων*; vid. VIII, 38 ibique nott. Ad locutionem *κατὰ χώρην* conf. supra VIII, 73 ibique allata.

Cap. LXXIX.

Συνεστηκότων] Conf. I, 208 ibique allata. Ad verba seqq. *ὑπὸ τοῦ δήμου* vid. Plutarch. Aristid. 7. Cornel. Nep. Aristid. 1.

ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον] *ἄριστον*, *optimum*, satis constat non solum dici eum, qui moribus ac vitae integritate prae caeteris excellens *optimus* habetur, verum etiam eum, qui *optimum* civem se praebet, *optime* civitati consulit, respectu habito ad rempublicam, politico igitur sensu, ut aiunt. Ac bene hîc attulit Wesselingius Aeschylea de Amphiarao (Pers. 589 Blomf.) a Plutarcho in Aristidem translata, Vit. Arist. cap. 3: *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει*. *Cr.* praeterea hîc conferri vult Routh. ad Plat. Gorgiam §. 172. p. 273 ed. Heindorf. Porro Noster Aristidem vocat *δικαιότατον*, ut qui prae caeteris *Δικαίου* titulo honoratus fuit, teste Plutarch. in Aristid. 8. Corn. Nep. Aristid. 1, ubi van Staveren pag. 131 reliquorum scriptorum attulit locos. — Quae continuo Noster de Aristide ac Themistocle enarrat, eadem fere prodit Plutarchus Themistocl. 12. p. 118 D. coll. 21. pag. 120 D. Apophthegmm. II. p. 186 B., ubi Wyttenbachius pag. 1090 praeter Polyaeni locum I, 31, qui fusius hoc et ad quandam dramatis similitudinem enarrat, conferri vult Plutarch. Reipubl. gerend. praecept. p. 809 B. De testarum iudicio sive ostracismo pluribus egi ad Plutarch. Alcib. pag. 128. Add. C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 60. not. 12. §. 111. not. 19. 20 et §. 130. not. 4 et seqq. ed. quart.

στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον] Vid. nott. ad III, 156 ac de voce *συνέδριον* nott. ad VIII, 56. Mox omnes libri *Θεμιστοκλῆα*. Reposui tamen *Θεμιστοκλέα*, ut VIII, 92. 112. 123. Vid.

φίλον, ἐχθρὸν δὲ τὰ μάλιστα· ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῶν παρεόν-
των κακῶν λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐξεκαλέετό, θέλων
αὐτῷ συμμῖξαι· προακηκόεε δὲ, ὅτι σπεύδοιεν οἱ ἀπὸ Πελο-
ποννήσου ἀνάγειν τὰς νέας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. ὡς δὲ ἐξῆλθέ
οἱ Θεμιστοκλέης, ἔλεγε Ἀριστείδης τάδε· Ἡμέας στασιάζειν
χρεών ἐστι ἔν τε τῷ ἄλλῳ καιρῷ καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε, περὶ
τοῦ ὁκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται. λέγω
δέ τοι, ὅτι ἴσον ἐστὶ πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν περὶ ἀποπλόου
τοῦ ἐνθεῦτεν Πελοποννησίοισι. ἐγὼ γὰρ αὐτόπτης τοι λέγω
γενόμενος, ὅτι νῦν, οὐδ' ἢν θέλωσι, Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς
Εὐρυβιάδης οἷοί τε ἔσονται ἐκπλῶσαι· περιεχόμεθα γὰρ ὑπὸ
τῶν πολεμίων κύκλῳ· ἀλλ' ἐσελθών σφι ταῦτα σήμηνον. Ὁ δ' 80
ἀμείβετο τοισίδε· Κάρτα τε χρηστὰ διακελεύεαι καὶ εὖ ἤγγει-
λας· τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι, αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος
ἥκεις. ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων· ἔδεε γάρ,
ὅτε οὐκ ἑκόντες ἤθελον ἐς μάχην κατίστασθαι οἱ Ἕλληνες,
ἀέκοντας παραστήσασθαι. σὺ δὲ, ἐπεί περ ἥκεις χρηστὰ ἀπαγ-
γέλλων, αὐτός σφι ἄγγειλον. ἢν γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω, δόξω
πλάσας λέγειν, καὶ οὐ πείσω, ὡς οὐ ποιεύντων τῶν βαρβάρων

Bredov. pag. 258 et supra VIII, 57 ibique allata. Ad verbum *συμμῖξαι* cf. VIII, 58 ibique nott. Pro vulg. *προακήκοε* Matth. dedit *προακηκόεε*, idque cum recentt. edd. recepimus, assentiente Bredov. pag. 320. Eodem modo VIII, 81 *μετεστήκεε*.

οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου] i. e. *Peloponnesii*. Vid. Fischer. ad Weller. III. pag. 115. De verbo *ἀνάγειν* diximus ad VIII, 60. §. 1. Mox scripsi *χρεὼν* pro vulg. *χρεόν*; vid. nott. ad VIII, 3. De ea structura, qua tota enuntiatio pendet a praepositione *περὶ τοῦ*, monuimus ad IV, 127; de indicativo *ἐργάσεται* in tali structura monuit Matthiae Gr. Gr. §. 507, 2. — Ad dativum *κύκλῳ* in fine capitis conf. allata ad IV, 72.

CAP. LXXX.

τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην — ἥκεις] i. e. *Tu enim venisti testis ocularis ipse factus eorum, quae ego fieri cupiebam.* Ad verba seqq. *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο* κ. τ. λ. vid. Matth. Gr. Gr. §. 634, 1, qui idem in nota ad h. l. haec dedit: „*ποιεύμενα* bis cogitandum est. *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο ποιεύμενα τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων*, id est, interprete Hermanno ad Viger. p. 857. not. 385, *scito enim me auctore a Medis facta esse, quae fecerunt*. Cf. II, 32. VIII, 142." Herodoti locum praeter alia, notante *Cr.*, attigit Guil. Adolph. Becker ad Aristotelem De somno cap. 3. pag. 33. Tu vid. quoque Kuehner. Gr. Gr. §. 852, e. et Wex. ad Sophocl. Antigon. 1197. pag. 304.

ἔδεε γὰρ — ἀέκοντας παραστήσασθαι] i. e. *oportuit, necesse fuit illos* (Graecos) *invitos cogi s. compelli ad pugnam.* Ad usum verbi *παραστήσασθαι* pertinent potissimum IV, 136. III, 13. 45 ibique allata. Pro vulg. *ἔθελον* e Florentino cum recentt. edd. revocavi *ἤθελον*, probante Bredov. pag. 117. — Ad genitivos *ὡς οὐ ποιεύντων τῶν βαρβάρων* conf. Matth. Gr. Gr. §. 569. Sensus est: *neque iis persuadebo, fa-*

ταῦτα. ἀλλά σφι σήμηνον αὐτὸς παρελθὼν, ὡς ἔχει. ἐπεὰν δὲ σημήνῃς, ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὁμοῖον ἡμῖν ἔσται. οὐ γὰρ ἔτι διαδρήσονται, εἴπερ περιεχόμεθα πανταχόθεν, ὡς σὺ λέγεις. 657

81 Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ Ἀριστείδης, φάμενος ἐξ Αἰγίνης
τε ἥκειν καὶ μόγις ἐκπλῶσαι λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας· πε-
ριέχεσθαι γὰρ πᾶν τὸ στρατόπεδον τὸ Ἑλληνικὸν ὑπὸ τῶν
νεῶν τῶν Ξέρξεω· παραρτέεσθαί τε συνεβούλευε ὡς ἀλεξησο-
μένους. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἴπας μετεστήκεε, τῶν δὲ αὖτις ἐγί-
νετο λόγων ἀμφισβασίη· οἱ γὰρ πλεῦνες τῶν στρατηγῶν οὐκ
82 ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. Ἀπιστεόντων δὲ τούτων ἧκε
τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναί-

cere hoc barbaros, s. neque iis persuadebo, quippe qui haud credant, facere hoc barbaros. Ad locutionem ταῦτα δὴ (quod minime opus mutare in δῆτα) κάλλιστα conf. Lambert. Bos. De ellipss. pag. 808. Ad verba: ἢν δὲ — μὴ πιστὰ γένηται conf. VIII, 76 ibique allata; ad verba ὁμοῖον ἡμῖν ἔσται (*perinde nobis erit*) conf. Aeschyl. Agam. 1210 ibique Blomfield. in Glossario. Ad significationem verbi διαδρήσονται pertinent, quae ad VIII, 60 notata sunt.

Cap. LXXXI.

Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν] i. e. *Haec dixit in medium progressus.* Nam frequens παρελθεῖν *de iis, qui in medium progrediuntur verba facturi publice;* nec minus frequens sermonis illa abundantia, qua dicit ἔλεγε — φάμενος, ut V, 36. 50. Itaque noli post ἔλεγε maiorem ponere distinctionem, ita ut παρελθὼν ad sequentia trahatur. Quod sequitur ἐκπλῶσαι, cum alienum sit ab hoc loco, vel propter illud διέβη VIII, 79, in διεκπλῶσαι mutatum vult Naber in Mnemosyn. III. p. 486, afferens Herodoti locos IV, 42. 43. 179. VII, 147: quibus tamen haud probari puto, hoc quoque loco idem verbum ponendum esse, cum bene ἐκπλῶσαι is mihi videatur dici posse, qui ex Aegina enavigans, inde per medios hostes evasit atque ad Graecos pervenit. Conf. etiam Herodot. II, 44. 152. V. 103.

τοὺς ἐπορμέοντας] Ita dicit *hostes in statione* (navium) *collocatos* s. *stationem agentes.* Ad verbum παραρτέεσθαι cf. VIII, 76 et nott. ad VII, 20.

μετεστήκεε] i. e. *discessit e medio.* Conf. I, 89. VIII, 110, ubi μεταστήσασθαι, *a se removere*, ut apud Xenoph. Anab. II, 3, 8 coll. 21. Hist. Gr. IV, 1, 5. De ipsa forma μετεστήκεε conf. VIII, 79. — Ex hoc autem Herodoti loco et cap. 95 satis apparere videtur Wesselingio, Aristidem ipsi pugnae navali, quae insecuta est, non interfuisse, quamvis aliter scribat Corn. Nepos in Aristid. cap. 2, Herodoto sane inferior auctor et forsitan ad ea respiciens, quae Herodotus VIII, 95 tradit de Aristidis expeditione in Psyttaliam insulam, ubi vid. nott.

λόγων ἀμφισβασίη] Vid. IV, 14. VIII, 78. Mox e tribus codd. cum Schweigh., Gaisf. et recc. edd. recepi οἱ γὰρ πλεῦνες pro vulg. οἱ πλεῦνες γὰρ, quod tenuerunt Schaefer et Matth., qui idem §. 421 structuram verbi πείθεσθαι attigit, de qua eadem monuit Kuehner Gr. Gr. §. 561. not. 5.

Cap. LXXXII.

ἀνδρῶν Τηνίων] *Tenus* insula prope Delum in Persarum devenerat potestatem indeque eius incolae

τιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. διὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἐνεγράφησαν Τήνιοι ἐν Δελφοῖσι ἐς τὸν τρίποδα ἐν τοῖσι τὸν βάρβαρον κατελοῦσι. Σὺν δὲ ὦν ταύτῃ τῇ νηῒ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα καὶ τῇ πρότερον ἐπ' Ἀρτεμίσιον τῇ Λημνίῃ ἐξεπληροῦτο τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νέας· δύο γὰρ δὴ νεῶν τότε κατέδεε ἐς τὸν ἀριθμόν.

Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα ἦν τῶν Τηνίων 83

in Persarum exercitu stipendia facere coacti erant. Conf. IV, 33 ibique adnott. VI, 97. Apud Plutarch. Themistocl. 12. p. 118E dicitur navis *Τενέδια*, ubi sunt qui legi mallint *Τηνία*, improbante Sintenisio, quem vid. pag. 91. Vocem *ἀνὴρ* eo fere sensu hîc poni, quo vulgo *τις*, monuit Lobeck. ad Sophocl. Aiac. pag. 363, ubi plura similia afferuntur; tu vid. nott. ad Herodot. VIII, 74. Mox pro vulg. *ἀληθηΐην* e Florentino scripsi cum recentt. edd. *ἀληθείην*, vid. modo Bredov. p. 106.

ἐν τοῖσι τὸν βάρβαρον κατελοῦσι] i. e. inter nomina earum civitatum, quae Persam devicerant, Delphico tripodi inscripta, Teniorum quoque nomen relatum erat. Hic vero tripus Delphicus non alius est atque is, qui infra (IX, 81, ubi vid. plura nott.) dicitur Delphos dedicatus e praedae Plataeensis decima parte: de quo eodem tradunt Thucydides (I, 132. III, 57), Demosthen. contr. Neaer. §. 97. p. 1378, Diodor. XI, 33 (ubi cf. Wesseling.), Pausan. X, 13, 5, Plutarch. De Herodoti malign. cap. 42, Cornel. Nepos in Vit. Pausan. 1, Suidas s. v. *Παυσανίας*, quorum plerique sane Plataeensem victoriam commemorant, in cuius memoriam ex ipsa Plataeensi praeda tripus iste fuerit consecratus: unus Demosthenes l. l. diserte commemorat *τὸν τρίποδα ἐν Δελφοῖς, ὃν οἱ Ἕλληνες οἱ συμμαχησάμενοι τὴν Πλαταιᾶσι μάχην καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ναυμαχήσαντες κοινῇ ποιησάμενοι ἀνέθηκαν ἀριστεῖον τῷ Ἀπόλλωνι ἀπὸ τῶν βαρβάρων κ. τ. λ.*, atque idem Herodotus quoque sensisse videtur, Teniorum nomen tripodi inscriptum esse narrans propter facinus in pugna Salaminia perpetratum, adeo ut victoriam utrâque pugnâ de Persis reportatam hoc donario Delphos consecrato indicare voluerint Graeci. Atque huic tripodi cum epigramma inscripsisset Pausanias, „in quo haec erat sententia: suo ductu barbaros apud Plataeas esse deletos eiusque victoriae ergo Apollini donum dedisse, hos versus Lacedaemonii exsculpserunt *neque aliud scripserunt quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi*,“ ut tradit Cornelius l. l., quocum reliqui testes, qui ipsa Graeca epigrammatis verba afferunt, consentiunt. Inde igitur *Teniorum* nomen quoque tripodi insculptum fuit: id quod nunc nihil dubium esse poterit, ubi ea donarii huius pars, quae gentium Graecarum nomina inscripta habuit, s. aeneus draco, cui tripus ille impositus fuit, adhuc servatus et nuper demum plane effossus exhibet *THNIO*, quos *Tenios* esse nemo dubitare poterit: vid. nott. ad IX, 81.

τῇ Λημνίῃ] Conf. VIII, 11. Ad vim articuli in verbis *ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νέας* respexit Matth. Gr. Gr. §. 267, qui idem §. 355. nott. 2, unâ cum Bredov. pag. 279 ad voces *δύο νεῶν* conferatur. Schweighaeusero ex antecedentibus supplere placet *τὸ ναυτικόν*. In ipso autem navium numero dissentientem supra diximus Ctesiam Persicc. §. 26, ubi *septingentas* Graecorum scribit fuisse naves.

ῥήματα, παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἠώς τε διέφαινε,

Cap. LXXXIII.

παρεσκευάζοντο]. scil. οἱ Ἕλληνες, quod ex anteced. Ἕλλησι huc trahi debet: ad verba ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα ἦν conf. supra cap. 76 ibique allata. In verbis seqq. ἠώς τε διέφαινε abieci δὴ post τε interpositum in edit. Wesselingiana et retentum a Matth., Bekk., Dindorf. et Dietschio, cum ex antecedentibus (ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα) huc perperam tractum videretur: neque id habet Florentinus liber cum duobus Parisinis neque legitur in loco simillimo IX, 47, et VII, 217, ubi itidem a nonnullis insertum erat; tu vid. ibi notata. De significatione verbi διέφαινε ibi quoque monuimus et ad III, 86; de vi particulae τε, quam excipit in talibus καί, exposuimus ad IV, 53 coll. ad VIII, 56, quibus addi nunc volumus Herodoti locos VI, 23. IX, 47, Krueger. ad Xenophont. Anabas. I, 8, 1, Ahrens. in Philolog. Suppl. I, 2. pag. 265. Alias, ubi *prima luce* quid fieri indicatur, invenimus ἅμ' ἡμέρῃ διαφανσκούσῃ, de quo dixi ad III, 86, et ἅμα ἕῳ s. τῇ ἕῳ apud Thucydid. IV, 106. 125. VI, 30, ἅμα φάει apud Plutarch. Vit. Aristid. 15. Apud Aeschylum in eadem re enarranda leguntur haec Perss. 392 (al. 402): ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα πᾶσαν κατέσχε γαῖαν, εὐφεγγὴς ἰδεῖν. — Mox scripsi οἵ pro vulg. οἳ, ut VIII, 56, ubi vid. nott. Structuram loci impeditam nemo non sentit, si quidem verba καὶ οἵ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι carent verbo finito hisque ipsis mox subiicitur προηγόρευε — Θεμιστοκλέης et quae sequuntur, nullâ adiectâ particulâ. Quare Wesselingius „nexa his,“ inquit, „indigent verbo, fortasse olim scripta καὶ οἵ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι ἠγορόωντο, *et hi propugnatorum convocato consilio concionabantur.* Sic apta omnia. Alioqui καὶ οἵ — ποιησάμενος προηγόρευε, ut Themistocles, popularibus suis coactis habita oratione dixerit ista. Memini ab aliis excogitata alia, quae praetereo.“ Neque vero quidquam placuit mutare posteris editoribus, ad structuram nominativorum absolutorum, qui dicuntur, haec revocantibus, quorum vice, iudice Valckenario, scribi potuerat: ἠοῦς τε διαφαινούσης καὶ τούτων [τῶν Ἑλλήνων s. τῶν στρατηγῶν opinor] σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησαμένων, i. e. *prima luce* s. *cum lux illucesceret conventumque classiariorum instituissent Graecorum duces;* sed vid. Matthiae Gr. Gr. §. 562, 1, Apitz ad Euripid. Phoeniss. 290. pag. 98, Iul. Geisler: De Graecc. nominativ. absol. pag. 23, qui coniecturis hunc locum tentari nolunt, in quo tales nominativos absolutos, qui vulgo dicuntur, statui posse putant, quales alibi quoque (cf. VIII, 86. 98) reperiuntur, quando et totum, quo singula comprehenduntur, et ipsa haec singula, si quae indicanda sunt, igitur partes illius, uno eodemque casu s. nominativo proferuntur. Itaque hoc loco verbis καὶ οἵ σύλλογον ποιησάμενοι, quae de Graecorum ducibus accipienda sunt, ipse Themistocles, unus ex his ducibus, qui, conventu a caeteris coacto in medium prodiit verba facturus, contineri putandus erit, indeque sequitur προηγόρευε — Θεμιστοκλέης. Hac utique ratione hunc locum, de cuius sensu omnino dubitari vix poterit, explicari posse concedo, neque inde in ipsis Herodoti verbis quidquam mutandum censui, quamvis duriorem hanc structuram et quaesitam quodam modo videri merito dixeris, praesertim si ea quoque, quae continuo sequuntur, respiciamus: τὰ δὲ ἔπεα ἦν κ. τ. λ., quae et ipsa durius dicta videantur. — De *epibatis* conf. nott. ad VII, 96. 184; ad ipsam Thucydidis orationem, qua ante pugnam milites inflammavit, apte adhibuit Valckenarius Aeschyli verba in Perss. 408, ubi nuntium de Graecis ad pugnam accedentibus haec enarrantem induxit:

καὶ οἱ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι, προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης, τὰ δὲ ἔπεα ἦν πάντα κρέσσω τοῖσι ἕσσοσι ἀντιτιθέμενα. ὅσα δὲ ἐν ἀνθρώπου φύσι καὶ καταστάσι ἐγγίνεται, παραινέσας δὴ τούτων τὰ κρέσσω αἱρέεσθαι, καὶ καταπλέξας τὴν ῥῆσιν, ἐσβαίνειν ἐκέλευε ἐς
658 τὰς νέας. καὶ οὗτοι μὲν δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἧκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριήρης, ἣ κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀπεδήμησε. ἐνθαῦτα ἀνῆγον τὰς νέας ἁπάσας οἱ Ἕλληνες. Ἀναγομένοισι δέ σφι αὐτίκα 84
ἐπεκέατο οἱ βάρβαροι. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην

— καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
πολλὴν βοήν· ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε
ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ
παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
θῆκάς τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών.

προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης] i. e. *prae omnibus* (ducibus) *Themistocles pro concione* (in hoc ducum concilio) *verba fecit bene se habentia*, *proba*. Ad verbum προαγορεύειν cf. III, 142. VII, 10. §. 4. ἐκ πάντων, quod Valla reddit *ex omnibus*, Schweigh. in Lexic. Herod. I. p. 192 haud scio an melius: *prae caeteris ducibus*.

τὰ δὲ ἔπεα ἦν πάντα κρέσσω τοῖσι ἕσσοσι ἀντιτιθέμενα] i. e. *verba autem eius omnia eo spectabant*, *ut superiora inferioribus opponeret* s. *ut maiora* eaque meliora (qualia sunt virtutis, fortitudinis, libertatis studia) *inferioribus* iisque peioribus (v. c. ignaviae, servituti, turpitudini) *opponeret indeque eos adhortaretur*, *ut* (eligendi potestate facta) *ex iis*, *quaecunque in humana natura et conditione inessent*, *optima quaeque eligerent* s. *ut pro humana natura et conditione optima quaeque proposita eligerent*. Quare sensum assecutum esse existimo Langium, cum haec verba vernacule sic redderet: „und da hielt vor allen Themistocles eine schöne Rede, darin er Tapferkeit und Feigheit gegen einanderstellte, und in allem, wo es des Menschen Natur und Lage verstattet, ermahnete er, das Ruhmwürdige zu wählen." — Pro ἥσσοσι cum recentt. edd. reposui ἕσσοσι, ut V, 72, iubente quoque Bredovio pag. 144. Idem feci VIII, 113.

καταπλέξας τὴν ῥῆσιν] i. e. *cum dicendi finem fecisset*. Cf. IV, 205. V, 92 ibique nott. — Ad voces κατὰ τοὺς Αἰακίδας (i. e. *ad arcessendos Aeacidas* s. *propter Aeacidas*) conf. Herod. II, 152 ibique allata et vid. quoque Matth. Gr. Gr. §. 581, b; de ipsa re conf. quae notavimus ad VIII, 64. Verbum ἀνάγειν attigi ad VIII, 60. §. 1.

Cap. LXXXIV.

ἐπεκέατο] i. e. *instabant*, *impetum faciebant*, ut VI, 49, ubi vid. nott. Add. IX, 22. Ad ἀναγομένοισι conf. nott. ad III, 137.

ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο] i. e. *in puppim remigabant* s. *recedebant facie navium hostibus obversa*. Attigit locutionem Suidas s. v. I. p. 826. III. p. 219. Ac bene Poppo ad Thucydid. I, 50: „recessio navis cum fiebat prorâ hosti oppositâ, ut navis remis inhiberetur, id dicebatur ἀνάκρουσις; ubi recessio cum aversione iuncta erat, id appellabant ἀναστροφὴν, id est reversionem s. *das Umkehrtmachen*. Hoc discernendum ab ἐπιστροφῇ sive *Schwenkung*." Hoc enim faciebant, qui navale proelium detrectabant aut differebant; vid. Leake: Die Demen Attica's pag. 183. 203 et conf. etiam allata ad Herodot. VI, 12, itemque Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. 8. (T. I. pag. 239 seq.) et

ἀνεκρούοντο καὶ ὤκελλον τὰς νέας, Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξαναχθεὶς νηΐ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νεὸς καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι

Bentlei. ad Horat. Epod. IX, 20: quae attulit Valckenar., qui quod Herodoti in loco ἐπὶ mutari vult in ἔτι, quod ipsum paulo post legitur (quamquam huius loci alia prorsus ratio), cum vulgo dicatur τὴν πρύμνην ἀνακρούεσθαι, praetervidit opinor, quod hoc ipsum e pleniore locutione ἐπὶ τὴν πρύμνην ἀνακρούεσθαι ortum et decurtatum videri queat, ut existimat Schweighaeuserus. Et quamquam plerumque dicitur πρύμναν ἀνακρούεσθαι, omissa praepositione ἐπὶ, tamen praepositio ἐπὶ, quam hoc loco omnes tuentur libri scripti unâ cum Suida l. l., addi quoque potuisse videtur, si quidem in Scholiis ad Thucyd. I, 50 invenitur ἐπὶ τὴν πρύμνην κωπηλατεῖν ad explicandam locutionem πρύμναν κρούεσθαι, atque ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖν in Xenophont. Anabas. V, 2, 32, ubi vid. Krueger. Recentiores editores inde a Bekkero uncis inclusam exhibuerunt ἐπὶ tanquam vocem suspectam; Eltz. (Jahrbb. für Philolog. Suppl. IX. pag. 341) coniecit ἐπὶ πρύμνην ἀνέκρουόν τε, ad activum verbum ἀνακρούειν intelligens κώπας; quod vel minus placebit consideranti, medium verbum ἀνακρούεσθαι hac in formula semper adhiberi. Equidem, si quid mutandum, ἐπὶ malim mutare in τὴν vel praepositionem insolite positam prorsus abiicere, quam, qui hunc locum Herodoti excitavit et explicuit Grammaticus in Bachmanni Anecdd. I. p. 238, in suo exemplari legisse haud videtur; scribit enim: ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο καὶ ὤκελλον τὰς νῆας· κατὰ πρύμναν ὑπεχώρουν καὶ οὐχὶ ἐπιστραφέντες ἐξέκλιναν τὰς ἐπιούσας τῶν πολεμίων ναῦς.

καὶ ὤκελλον τὰς νέας] i. e. *propius terrae admovebant naves*, in puppim scil. remigando magis magisque terrae appropinquabant, sive, ut Wesselingius afferens locos geminos Euripidis (Iphig. T. 1379) et Nicandri (Theriacc. 295) reddit: *litus versus cursum flexerunt*. Alias ὀκέλλειν valet: *naves in terram impingere*, *eiicere*, quo sensu Noster dixit ἐποκέλλειν et ἐξοκέλλειν VI, 16. VII, 182, ubi cf. nott.

Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς] Idem VIII, 93. Apud Plut. Themistocl. 14 fin. pag. 119 D. vocatur Ἀμεινίας ὁ Δεκελεύς, quem eundem Aeschyli fratrem perhibet Diodor. XI, 27 coll. 18 fin. Unde Aminiam Aeschyli fratrem vocat auctor vitae Aeschyli itemque Suidas s. v. (pag. 117. 125. Vitt. Graecc. Scriptt. ed. Westermann). A quo tamen Aminia is qui hoc loco laudatur Aminias *Pallenensis* (e demo Pallene, de quo vid. Herod. I, 62 ibique nott.) diversus videtur, cum ad Pallenensium δῆμον Aeschyli gens minime pertinuerit. Aeschylus ipse hoc fratris facinus, quod enarrat Diodorus l. l., tacens Persam modo dicentem facit (Pers. 409) ἦρξεν ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ ναῦς, ubi vetus scholiasta *Lycomeden* Aeschraei filium vocat, qui in Artemisia pugna primus navem Persicam cepisse dicitur ab Herodoto VIII, 11.

ἐξαναχθεὶς] i. e. *longius* (prae caeteris ex acie) *evectus*. Cf. VII, 194. Quae sequuntur συμπλακείσης τῆς νεὸς valent: *cum navis implicita s. impacta rostris inhaereret alteri navi*. Paulo aliter idem verbum III, 78. Quod additur: καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, licet antecedat νεὸς, sic ponitur, ut intelligantur ii, qui in navi inerant neque navem alteri implicitam inde divellere ipsique sic liberari poterant. — In seqq. ad verba κατὰ τοὺς Αἰακίδας conf. supra cap. 83 ibique nott.

Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι τῆς ναυμαχίης γενέσθαι τὴν ἀρχὴν] Describitur inde pugna navalis ad

τῆς ναυμαχίης γενέσθαι τὴν ἀρχήν, Αἰγινῆται δὲ τὴν κατὰ
τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιναν, ταύτην εἶναι τὴν
ἄρξασαν. Λέγεται δὲ καὶ τάδε, ὡς φάσμα σφι γυναικὸς ἐφάνη,
φανεῖσαν δὲ διακελεύσασθαι, ὥστε καὶ ἅπαν ἀκοῦσαι τὸ τῶν
Ἑλλήνων στρατόπεδον, ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε· Ὦ δαι-
μόνιοι, μέχρι κόσον ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε; Κατὰ μὲν δὴ 85
Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευ-
σῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας· κατὰ δὲ Λακεδαιμονίους Ἴωνες·
οὗτοι δ' εἶχον τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα. ἐθελοκά-

Salaminem commissa, ad quam melius intelligendam inserviunt delineationes, quas dedit Gail. tabul. 21. 22 in opere: Atlas contenant par ordre des temps les cartes relatives à la géographie d'Herodote, Thucydide, Xénophon etc.; coll. p. 27 Analyse des cartes. Aliam delineationem addidit Leake in tab. IV operi: Die Demen von Attica; itemque Grote: History of Greece Vol. V. pag. 174, Kiepert: Atlas von Hellas (Berolin. 1846) tab. XIV, Wheeler: Geography of Herodot. pag. 109.

φάσμα σφι γυναικὸς ἐφάνη] De voce φάσμα vid. nott. ad VI, 69. Ac satis probabile, intelligi hic *Minervae* aut alius cuiusvis deae imaginem, quae Graecis pugnantibus apparuerit easque ad pugnam verbis compellarit, qualia in Homericis legi nemo nescit. In seq. e Florentino, aliis dedi τὸ τῶν Ἑλλήνων στρατόπεδον, ubi vulgo τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. Ipsa orationis structura similiter variata atque VIII, 118; nam verbum λέγεται primum excipit particula ὡς cum verbo finito, tum vero in accusativum et infinitivum oratio transit. Ad eandem sensus structuram illud quoque pertinet, quod vocem φάσμα γυναικὸς sequitur participium φανεῖσαν. Sed talia neminem, spero, offendent. Conf. etiam, quae mox ad cap. 86 afferuntur similia.

ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε] i. e. *postquam prius Graecis haec exprobrasset. Primum* enim illa mulieris species Graecis segnitiem exprobravit, qua remis inhibebant, *deinde* vero eos exhortata est, ut forti et confidenti animo in hostes irruerent. Inde sponte patebit, πρότερον haud mutari posse in πικρότερον aut προθυμότερον, ut Reiskio venerat in mentem. Ad vocem δαιμόνιοι conf. nott. ad IV, 126 et VII, 48.

Cap. LXXXV.

κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους] i. e. *e regione, Atheniensibus oppositi, obversi.* Tu vid. nott. ad III, 18 et add. IX, 27. 31. 46. 71. Ad vocem κέρας conf. VIII, 76. Paulo aliter aciem classis describit Diodor. XI, 18, Athenienses Laconibus iungens et utrosque navibus Phoenicum opponens. Navem Phoeniciam primam fuisse, in quam Graeca navis irruens pugnae initium fecerit, tradit Aeschylus Perss. 416 ed. Blomf.

τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα] Accusativum hic Noster praepositioni adstruxit, cui paulo ante genitivum adiecerat, teste Matth. Gr. Gr. §. 590, α. γ. Tu conf. allata ad IV, 122. Ad verbum ἐθελοκάκεον vid. allata ad V, 78; ipsam verbi formam, quam Dindorf. eumque secutus Dietsch. mutavit in ἠθελοκάκεον, intactam relinquere malui, cf. Bredov. p. 318 coll. 117. Verba κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς (i. e. *secundum Themistoclis monita* s. ut Themistocles monuerat) excitavit Matthiae Gr. Gr. §. 581 ob usum praepositionis κατά; tu conf. VII, 178. Respicit autem Herodotus ad ea, quae VIII, 69 fin. tradi-

κέον μέντοι αὐτῶν κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς ὀλίγοι, οἱ δὲ πλεῦνες οὔ. Ἔχω μέν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηράρχων καταλέξαι, τῶν νέας Ἑλληνίδας ἑλόντων, χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι οὐδὲν, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τοῦδε δὲ εἵνεκα μέμνημαι τούτων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Σάμου ἐτυράννευσε, καταστησάντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρη οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλέος ὀροσάγγαι καλέ-
86 ονται Περσιστί. περὶ μέν νυν τούτους οὕτω εἶχε. Τὸ δὲ
πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν ὑπ' Ἀθη-

derat. Falsus enim est Themistocles, sperans fore, ut plures Iones ad Graecos transirent aut certe segniter pugnam administrarent, cum fortiter illi pugnarent adeoque Graecas caperent naves: quod qui fecerunt, eorum nomina prudenter silentio pressit Noster, quippe contemptui aut oblivioni traditorum; duos tantum memorat, quos ob fortitudinis specimina exhibita splendide rex remuneratus est, alterum Sami constituens tyrannum, alterum terris donans orosangisque adscribens: quo nomine ii, *qui de rege bene meruerunt*, οἱ εὐεργέται τοῦ βασιλέος, ut mox Noster ait, significantur: horum in numero, opinor, fuit quoque Syloso, qui ad regis palatium Susa accedens ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι, teste Herodoto III, 140, ubi vid. nott. In Lexico Rhetorico (ad calcem Photii pag. 674 ed. Porson. et in Meieri Progr. Halens. 1843 [Fragmentum lexici rhetorici editum etc.] p. XXVIII seq.): ὀροσάγγαι μὲν οἱ σωματοφύλακες, inque testimonium hic ipse affertur Herodoti locus. Ac tales in monumentis Persepolitanis adhuc conspici putat I. de Hammer (Wien. Jahrbb. Vol. LXIII. p. 12), Persarum linguâ dictos *Erseng*, vel, ut idem vir doctus (ibid. CXI. p. 36) scribit, *Ewrengsib*, i. e. *solii decora*, ut idem interpretatur. Boetticher in Aricis pag. 24 affert vocem *uruçañsa*. Quod autem Phylacus εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, proprium in hisce esse verbum ἀναγράφεσθαι docuit, pluribus locis allatis, Heindorf. ad Platon. Gorg. §. 132. pag. 205 (μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ) a *Cr.* excitatus. Namque docente Sluitero in Lectt. Andocidd. p. 201 (quo bene utitur Rose: Inscriptt. Graecc. pag. 181 alia quaedam adiiciens), hoc verbum proprie de iis rebus dicitur, quae sollemniter describuntur et in tabulas referuntur. — Nomen Θεομήστορος idem fere sonat, quod adiectivum θεομήστωρ, quo utitur Aeschylus Pers. 659 (*par diis consiliarius*), confictum ex Homerico Ili. VI, 366. Idem nomen ex inscriptione Graeca (ap. Spon. Misc. Erud. Ant. pag. 368) profert Blomfield. ad Aeschyli locum laudatum. — τοῦδε δὲ scripsi pro vulg. τοῦ δέ; vid. nott. ad III, 43.

καταστησάντων τῶν Περσέων] i. e. *cum Persae eum constituissent tyrannum*, s. *a Persis constitutus*. Conf. nott. ad VII, 105 et vid. IX, 90. Persas in Graecorum civitatibus, quas sibi subiecerant, tyrannos constituere consuevisse iam ad IV, 98 et 137 monuimus.

Cap. LXXXVI.

ἐκεραΐζετο] Attigit Eustath. ad Ili. p. 364, 25 s. 466 extr., monens κεραΐζειν simpliciter poni pro φθείρειν. Inde vulgo reddunt: *periit*. *Invadendi* ac dein *diripiendi* notione hoc verbum positum invenimus su-

659 ναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδὲν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι, οἷόν περ ἀπέβη. καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ, πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεα· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσεσθαι βασιλέα.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἰπεῖν 87
ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε

pra VII, 125, ubi vid. nott. Hoc loco alteroque, qui legitur VIII, 91, Schweighaeuser in Lexic. Herodot. II. p. 42 hoc verbum intelligi vult de iis, *qui navem hostilem rostro percussam perdunt, demergunt*. Multas enim Persarum naves perditas (demersas esse) tradit Noster. Alia de hoc verbo allata reperies in Thesaur. Ling. Graec. Vol. IV. p. 1445 ed. Dindorf. Ad τὸ πλῆθος τῶν νηῶν spectant seqq. αἱ μὲν, αἱ δὲ, eodem structurae genere, quod modo attigi ad cap. 84. Conf. etiam cap. 98. Nec aliter paulo inferius: ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν — πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξην· ἐδόκεέ τε ἕκαστος κ. τ. λ., quae tractat Matth. Gr. Gr. §. 302, a. et §. 562, 1 not. — Pro τεταγμένων Koenius scribi maluit τεταγμένως, quo tamen libris scriptis adversantibus haud opus. Nec magis opus videtur οὐ propter οὔτε, quod sequitur, mutare in οὔτε, ut proposuit Baiter ad Lycurg. pag. 93. Vid. modo VIII, 98 ibique allata. σὺν νόῳ est: *cum ratione, recto consilio, prudenter*, ut VIII, 138. De locutione σὺν κόσμῳ vid. allata ad VIII, 67.

καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν] „Oratione more suo turbata duo dixit: primum, istoc die ἀμείνονας fuisse ἢ πρὸς Εὐβοίῃ: sed non tantum istoc die rem multo melius gessisse, quam ad Artemisium, verum praeterea ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, id est, interprete Nostro, ἀμείνονες τῆς φύσιος V, 118, *semet ipsis multo praestantiores, suam velut naturam superantes*." Valcken. Tu cf. etiam II, 25 et Matth. Gr. Gr. §. 425. Mox scripsi Ξέρξεα, quae apud Nostrum hoc in nomine videtur accusativi forma (conf. Bredov. pag. 228) pro Ξέρξην. Add. VIII, 88. 110. In verbis sequentibus ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσασθαι βασιλέα exhibui θεήσασθαι, quod Florentinus liber cum duobus Parisinis offerebat pro vulgata θεήσεσθαι, plane ut VIII, 25. De accusativo et infinitivo, qui excipit verba ἐδόκεε ἕκαστος, vid. allata ad I, 34.

CAP. LXXXVII.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους κ. τ. λ.] Schweighaeuser (Lex. Herodot. II. p. 102) sic reddidit: „*ad reliquos quod attinet, de eorum nonnullis dicere non possum, quo pacto quique pugnaverint*." Ubi vocem μετεξετέρους, quae vulgo significat *nonnullos* (I, 95. 99. II, 36. 83 etc.) proprio sensu suo adhiberi monuit Faesi (Berichtigg. u. Zusätze zu Passow's Wörterbuch II. p. 14 seq.), reddens: „*von den einen und andern von ihnen*." — Pro vulg. εἶπαι revocavi e Florentino aliisque εἰπεῖν: vid. allata ad VIII, 65. Idem feci cap. 88. 112.

κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο] „Callidum Artemisiae commentum, indignante Plutarcho nimis verbose narratum, adnotavit etiam Polyaenus VIII, 53, 1." Valcken. Plutarchus enim vel potius

κεον μέντοι αὐτῶν κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς ὀλίγοι, οἱ δὲ πλεῦνες οὔ. Ἔχω μέν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηράρχων καταλέξαι, τῶν νέας Ἑλληνίδας ἑλόντων, χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι οὐδὲν, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τοῦδε δὲ εἵνεκα μέμνημαι τούτων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Σάμου ἐτυράννευσε, καταστησάντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρῃ οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλέος ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. περὶ μέν νυν τούτους οὕτω εἶχε.
86 Τὸ δὲ πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν ὑπ' Ἀθη-

derat. Falsus enim est Themistocles, sperans fore, ut plures Iones ad Graecos transirent aut certe segniter pugnam administrarent, cum fortiter illi pugnarent adeoque Graecas caperent naves: quod qui fecerunt, eorum nomina prudenter silentio pressit Noster, quippe contemptui aut oblivioni traditorum; duos tantum memorat, quos ob fortitudinis specimina exhibita splendide rex remuneratus est, alterum Sami constituens tyrannum, alterum terris donans orosangisque adscribens: quo nomine ii, *qui de rege bene meruerunt*, οἱ εὐεργέται τοῦ βασιλέος, ut mox Noster ait, significantur: horum in numero, opinor, fuit quoque Syloso, qui ad regis palatium Susa accedens ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι, teste Herodoto III, 140, ubi vid. nott. In Lexico Rhetorico (ad calcem Photii pag. 674 ed. Porson. et in Meieri Progr. Halens. 1843 [Fragmentum lexici rhetorici editum etc.] p. XXVIII seq.): ὀροσάγγαι μὲν οἱ σωματοφύλακες, inque testimonium hic ipse affertur Herodoti locus. Ac tales in monumentis Persepolitanis adhuc conspici putat I. de Hammer (Wien. Jahrbb. Vol. LXIII. p. 12), Persarum linguâ dictos *Erseng*, vel, ut idem vir doctus (ibid. CXI. p. 36) scribit, *Ewrengsib*, i. e. *solii decora*, ut idem interpretatur. Boetticher in Aricis pag. 24 affert vocem *uruçaña*. Quod autem Phylacus εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, proprium in hisce esse verbum ἀναγράφεσθαι docuit, pluribus locis allatis, Heindorf. ad Platon. Gorg. §. 132. pag. 205 (μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ) a *Cr.* excitatus. Namque docente Sluitero in Lectt. Andocidd. p. 201 (quo bene utitur Rose: Inscriptt. Graecc. pag. 181 alia quaedam adiiciens), hoc verbum proprie de iis rebus dicitur, quae sollemniter describuntur et in tabulas referuntur. — Nomen Θεομήστορος idem fere sonat, quod adiectivum θεομήστωρ, quo utitur Aeschylus Pers. 659 (*par diis consiliarius*), confictum ex Homerico Ili. VI, 366. Idem nomen ex inscriptione Graeca (ap. Spon. Misc. Erud. Ant. pag. 368) profert Blomfield. ad Aeschyli locum laudatum. — τοῦδε δὲ scripsi pro vulg. τοῦ δέ; vid. nott. ad III, 43.

καταστησάντων τῶν Περσέων] i. e. *cum Persae eum constituissent tyrannum*, s. *a Persis constitutus*. Conf. nott. ad VII, 105 et vid. IX, 90. Persas in Graecorum civitatibus, quas sibi subiecerant, tyrannos constituere consuevisse iam ad IV, 98 et 137 monuimus.

Cap. LXXXVI.

ἐκεραΐζετο] Attigit Eustath. ad Ili. p. 364, 25 s. 466 extr., monens κεραΐζειν simpliciter poni pro φθείρειν. Inde vulgo reddunt: *periit*. *Invadendi* ac dein *diripiendi* notione hoc verbum positum invenimus su-

659 ναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδὲν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι, οἷόν περ ἀπέβη. καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ, πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεα· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσεσθαι βασιλέα.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἰπεῖν 87
ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε

pra VII, 125, ubi vid. nott. Hoc loco alteroque, qui legitur VIII, 91, Schweighaeuser in Lexic. Herodot. II. p. 42 hoc verbum intelligi vult de iis, *qui navem hostilem rostro percussam perdunt, demergunt*. Multas enim Persarum naves perditas (demersas esse) tradit Noster. Alia de hoc verbo allata reperies in Thesaur. Ling. Graec. Vol. IV. p. 1445 ed. Dindorf. Ad τὸ πλῆθος τῶν νηῶν spectant seqq. αἱ μὲν, αἱ δὲ, eodem structurae genere, quod modo attigi ad cap. 84. Conf. etiam cap. 98. Nec aliter paulo inferius: ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν — πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξην· ἐδόκεέ τε ἕκαστος κ. τ. λ., quae tractat Matth. Gr. Gr. §. 302, a. et §. 562, 1 not. — Pro τεταγμένων Koenius scribi maluit τεταγμένως, quo tamen libris scriptis adversantibus haud opus. Nec magis opus videtur οὐ propter οὔτε, quod sequitur, mutare in οὔτε, ut proposuit Baiter ad Lycurg. pag. 93. Vid. modo VIII, 98 ibique allata. σὺν νόῳ est: *cum ratione, recto consilio, prudenter*, ut VIII, 138. De locutione σὺν κόσμῳ vid. allata ad VIII, 67.

καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν] „Oratione more suo turbata duo dixit: primum, istoc die ἀμείνονας fuisse ἢ πρὸς Εὐβοίῃ: sed non tantum istoc die rem multo melius gessisse, quam ad Artemisium, verum praeterea ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, id est, interprete Nostro, ἀμείνονες τῆς φύσιος V, 118, *semet ipsis multo praestantiores, suam velut naturam superantes*.“ *Valcken*. Tu cf. etiam II, 25 et Matth. Gr. Gr. §. 425. Mox scripsi Ξέρξεα, quae apud Nostrum hoc in nomine videtur accusativi forma (conf. Bredov. pag. 228) pro Ξέρξην. Add. VIII, 88. 110. In verbis sequentibus ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσασθαι βασιλέα exhibui θεήσασθαι, quod Florentinus liber cum duobus Parisinis offerebat pro vulgata θεήσεσθαι, plane ut VIII, 25. De accusativo et infinitivo, qui excipit verba ἐδόκεε ἕκαστος, vid. allata ad I, 34.

Cap. LXXXVII.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους κ. τ. λ.] Schweighaeuser (Lex. Herodot. II. p. 102) sic reddidit: „*ad reliquos quod attinet, de eorum nonnullis dicere non possum, quo pacto quique pugnaverint*.“ Ubi vocem μετεξετέρους, quae vulgo significat *nonnullos* (I, 95. 99. II, 36. 83 etc.) proprio sensu suo adhiberi monuit Faesi (Berichtigg. u. Zusätze zu Passow's Wörterbuch II. p. 14 seq.), reddens: „*von den einen und andern von ihnen*.“ — Pro vulg. εἶπαι revocavi e Florentino aliisque εἰπεῖν: vid. allata ad VIII, 65. Idem feci cap. 88. 112.

κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο] „Callidum Artemisiae commentum, indignante Plutarcho nimis verbose narratum, adnotavit etiam Polyaenus VIII, 53, 1.“ *Valcken*. Plutarchus enim vel potius

κεον· μέντοι αὐτῶν κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς ὀλίγοι,
οἱ δὲ πλεῦνες οὔ. Ἔχω μέν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηράρ-
χων καταλέξαι, τῶν νέας Ἑλληνίδας ἑλόντων, χρήσομαι δὲ
αὐτοῖσι οὐδὲν, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος
καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τῶνδε δὲ
εἵνεκα μέμνημαι τούτων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν διὰ
τοῦτο τὸ ἔργον Σάμου ἐτυράννευσε, καταστησάντων τῶν Περ-
σέων· Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρη οἱ
ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλέος ὀροσάγγαι καλέ-
86 ονται Περσιστί. περὶ μέν νυν τούτους οὕτω εἶχε. Τὸ δὲ
πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, αἱ μὲν ὑπ' Ἀθη-

derat. Falsus enim est Themistocles, sperans fore, ut plures Iones ad Graecos transirent aut certe segniter pugnam administrarent, cum fortiter illi pugnarent adeoque Graecas caperent naves: quod qui fecerunt, eorum nomina prudenter silentio pressit Noster, quippe contemptui aut oblivioni traditorum; duos tantum memorat, quos ob fortitudinis specimina exhibita splendide rex remuneratus est, alterum Sami constituens tyrannum, alterum terris donans orosangisque adscribens: quo nomine ii, *qui de rege bene meruerunt*, οἱ εὐεργέται τοῦ βασιλέος, ut mox Noster ait, significantur: horum in numero, opinor, fuit quoque Syloso, qui ad regis palatium Susa accedens ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι, teste Herodoto III, 140, ubi vid. nott. In Lexico Rhetorico (ad calcem Photii pag. 674 ed. Porson. et in Meieri Progr. Halens. 1843 [Fragmentum lexici rhetorici editum etc.] p. XXVIII seq.): ὀροσάγγαι μὲν οἱ σωματοφύλακες, inque testimonium hic ipse affertur Herodoti locus. Ac tales in monumentis Persepolitanis adhuc conspici putat I. de Hammer (Wien. Jahrbb. Vol. LXIII. p. 12), Persarum linguâ dictos *Erseng*, vel, ut idem vir doctus (ibid. CXI. p. 36) scribit, *Ewrengsib*, i. e. *solii decora*, ut idem interpretatur. Boetticher in Aricis pag. 24 affert vocem *uruçañsa*. Quod autem Phylacus εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, proprium in hisce esse verbum ἀναγράφεσθαι docuit, pluribus locis allatis, Heindorf. ad Platon. Gorg. §. 132. pag. 205 (μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψη) a *Cr.* excitatus. Namque docente Sluitero in Lectt. Andocidd. p. 201 (quo bene utitur Rose: Inscriptt. Graecc. pag. 181 alia quaedam adiiciens), hoc verbum proprie de iis rebus dicitur, quae sollemniter describuntur et in tabulas referuntur. — Nomen Θεομήστορος idem fere sonat, quod adiectivum θεομήστωρ, quo utitur Aeschylus Pers. 659 (*par diis consiliarius*), confictum ex Homerico Ili. VI, 366. Idem nomen ex inscriptione Graeca (ap. Spon. Misc. Erud. Ant. pag. 368) profert Blomfield. ad Aeschyli locum laudatum. — τῶνδε δὲ scripsi pro vulg. τοῦ δέ; vid. nott. ad III, 43.

καταστησάντων τῶν Περσέων] i. e. *cum Persae eum constituissent tyrannum*, s. *a Persis constitutus*. Conf. nott. ad VII, 105 et vid. IX, 90. Persas in Graecorum civitatibus, quas sibi subiecerant, tyrannos constituere consuevisse iam ad IV, 98 et 137 monuimus.

Cap. LXXXVI.

ἐκεραΐζετο] Attigit Eustath. ad Ili. p. 364, 25 s. 466 extr., monens κεραΐζειν simpliciter poni pro φθείρειν. Inde vulgo reddunt: *periit*. *Invadendi* ac dein *diripiendi* notione hoc verbum positum invenimus su-

659 ναίων διαφθειρόμεναι, αἱ δὲ ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδὲν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι, οἷόν περ ἀπέβη. καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ, πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεα· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσεσθαι βασιλέα.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἰπεῖν 87
ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε

pra VII, 125, ubi vid. nott. Hoc loco alteroque, qui legitur VIII, 91, Schweighaeuser in Lexic. Herodot. II. p. 42 hoc verbum intelligi vult de iis, *qui navem hostilem rostro percussam perdunt, demergunt*. Multas enim Persarum naves perditas (demersas esse) tradit Noster. Alia de hoc verbo allata reperies in Thesaur. Ling. Graec. Vol. IV. p. 1445 ed. Dindorf. Ad τὸ πλῆθος τῶν νηῶν spectant seqq. αἱ μὲν, αἱ δὲ, eodem structurae genere, quod modo attigi ad cap. 84. Conf. etiam cap. 98. Nec aliter paulo inferius: ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν — πᾶς τις προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξην· ἐδόκεέ τε ἕκαστος κ. τ. λ., quae tractat Matth. Gr. Gr. §. 302, a. et §. 562, 1 not. — Pro τεταγμένων Koenius scribi maluit τεταγμένως, quo tamen libris scriptis adversantibus haud opus. Nec magis opus videtur οὐ propter οὔτε, quod sequitur, mutare in οὔτε, ut proposuit Baiter ad Lycurg. pag. 93. Vid. modo VIII, 98 ibique allata. σὺν νόῳ est: *cum ratione, recto consilio, prudenter*, ut VIII, 138. De locutione σὺν κόσμῳ vid. allata ad VIII, 67.

καίτοι ἦσάν γε καὶ ἐγένοντο — ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν] „Oratione more suo turbata duo dixit: primum, istoc die ἀμείνονας fuisse ἢ πρὸς Εὐβοίῃ: sed non tantum istoc die rem multo melius gessisse, quam ad Artemisium, verum praeterea ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, id est, interprete Nostro, ἀμείνονες τῆς φύσιος V, 118, *semet ipsis multo praestantiores, suam velut naturam superantes*." *Valcken.* Tu cf. etiam II, 25 et Matth. Gr. Gr. §. 425. Mox scripsi Ξέρξεα, quae apud Nostrum hoc in nomine videtur accusativi forma (conf. Bredov. pag. 228) pro Ξέρξην. Add. VIII, 88. 110. In verbis sequentibus ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσασθαι βασιλέα exhibui θεήσασθαι, quod Florentinus liber cum duobus Parisinis offerebat pro vulgata θεήσεσθαι, plane ut VIII, 25. De accusativo et infinitivo, qui excipit verba ἐδόκεε ἕκαστος, vid. allata ad I, 34.

Cap. LXXXVII.

Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους κ. τ. λ.] Schweighaeuser (Lex. Herodot. II. p. 102) sic reddidit: „*ad reliquos quod attinet, de eorum nonnullis dicere non possum, quo pacto quique pugnaverint.*" Ubi vocem μετεξετέρους, quae vulgo significat *nonnullos* (I, 95. 99. II, 36. 83 etc.) proprio sensu suo adhiberi monuit Faesi (Berichtigg. u. Zusätze zu Passow's Wörterbuch II. p. 14 seq.), reddens: „*von den einen und andern von ihnen.*" — Pro vulg. εἶπαι revocavi e Florentino aliisque εἰπεῖν: vid. allata ad VIII, 65. Idem feci cap. 88. 112.

κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο] „Callidum Artemisiae commentum, indignante Plutarcho nimis verbose narratum, adnotavit etiam Polyaenus VIII, 53, 1." *Valcken.* Plutarchus enim vel potius

μᾶλλον ἔτι παρὰ βασιλέϊ. ἐπειδὴ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλέος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νεὸς Ἀττικῆς. καὶ ἥ, οὐκ ἔχουσα διαφυγεῖν, ἔμπροσθε γὰρ αὐτῆς ἦσαν ἄλλαι νέες φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα, ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ ἀνδρῶν τε Καλυνδέων καὶ αὐτοῦ ἐπιπλέοντος τοῦ Καλυνδέων βασιλέος Δαμασιθύμου. εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνεε ἔτι περὶ Ἑλλήσποντον ἐόντων, οὐ μέντοι ἔγωγε ἔχω εἰπεῖν, οὔτε εἰ ἐκ προνοίης αὐτὰ ἐποίησε, οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων κατὰ τύχην παραπεσοῦσα νηῦς. ὡς δὲ ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, εὐτυχίῃ χρησαμένη, διπλᾶ ἑωυτὴν ἀγαθὰ ἐργάσατο. ὅ τε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νεὸς τριήραρχος, ὡς εἶδέ μιν ἐμβάλλουσαν νηῒ ἀνδρῶν βαρβάρων, νομίσας τὴν νέα τὴν Ἀρτεμισίης ἢ Ἑλληνίδα εἶναι,

is, qui libellum de malignitate Herodoti falso Plutarchi nomine inscriptum composuit, pag. 873 E. Herodotum perstringit, quod plura de Artemisia fecerit verba quam de toto proelio. Verus Plutarchus Themist. 14 fin. de Artemisia (de qua vid. nott. ad VII, 99. VIII, 68) breviter loquitur. Nec tamen Herodoto obtrectandum erit hoc Artemisiae facinus pluribus enarranti, ut qui alias quoque huiusmodi res insignes a singulis peractas lubenter exponit easque rerum narrationi immiscet; nec iusta causa videtur dubitandi de iis, quae Noster, bonis et locupletibus auctoribus usus, hic memoriae prodidit. Vid. Grote: History of Greece V. pag. 182.

καὶ ἥ οὐκ ἔχουσα διαφυγεῖν] Orationis structura turbata ob verba per particulam γὰρ interiecta. Neque enim voces ἥ οὐκ ἔχουσα verbum excipit finitum, sed mutatâ structurâ sequuntur verba ἔδοξέ οἱ. Tu vid. nott. ad VII, 177. — *διαφυγεῖν* scripsi pro *διαφυγέειν*, ut VIII, 76, ubi vid. nott.

ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα] i. e. *ipsius navis maxime ad hostes conversa erat s. proxime ad hostes accesserat.* Nam praepositio *πρὸς* hic eo fere sensu capienda videtur, quo VIII, 85. Et conf. potissimum VII, 20.

φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ] i. e. *cum impetu irruit in navem sociam.* „Adiuvat hic incitandi ac propellendi vim participium *φέρουσα*, alibi eleganter abundans. Egregie, his Herodoti non posthabitis, Hemsterhusius ad Lucian. Dial. mort. VI. p. 349 (T. II. p. 423 seq. Bip.). Diodorus *εἰς ἐμβολὴν φέρουσα*, *ναῦς ἐς ἐμβολὴν φερομένη*, de tali impetu XX, 16 etc." *Wessel.* Tu vid. VIII, 91. Matth. Gr. Gr. §. 557. Kuehner. Gr. Gr. §. 668. not. 1. Hermann. ad Viger. p. 778. Sintenis. ad Plutarch. Themistocl. 24. pag. 155. De Calyndensium civitate Caria vid. I, 172 ibique nott. et Stephan. Byz. s. v. pag. 440, qui Herodotea attigit.

οὔτε εἰ συνεκύρησε κ. τ. λ.] i. e. *an casu potius inciderit in Calyndensium navem.* Eadem fere significatione *συγκυρεῖν* invenitur I, 119. IX, 90, ubi vid. nott. Sed VIII, 92 *συνεκύρεον* valet *concurrebant*, id est *mutuo sibi occurrebant.* Alia praebet Thesaurus Ling. Graec. VII. p. 994 ed. Dindorf. Ad verba *ἐκ προνοίης* vid. nott. ad I, 159 et conf. Herod. I, 120. II, 161. II, 151. III, 121. VI, 66.

ἢ αὐτομολέειν ἐκ τῶν βαρβάρων καὶ αὐτοῖσι ἀμύνειν, ἀπο-
στρέψας πρὸς ἄλλας ἐτράπετο. Τοῦτο μὲν τοιοῦτο αὐτῇ συνή- 88
νεικε γενέσθαι, διαφυγεῖν τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι· τοῦτο δὲ συνέβη, ὥστε κακὸν ἐργασαμένην ἀπὸ τούτων αὐτὴν μάλιστα εὐδοκιμῆσαι παρὰ Ξέρξῃ. λέγεται γὰρ βασιλέα θηεύμενον μαθεῖν τὴν νέα ἐμβαλοῦσαν· καὶ δή τινα εἰπεῖν τῶν παρεόντων· Δέσποτα, ὁρᾷς Ἀρτεμισίην, ὡς εὖ ἀγωνίζεται, καὶ νέα τῶν πολεμίων κατέδυσε; καὶ τὸν ἐπείρεσθαι, εἰ ἀληθέως ἐστὶ Ἀρτεμισίης τὸ ἔργον· καὶ τοὺς φάναι, σαφέως τὸ ἐπίσημον τῆς νεὸς ἐπισταμένους· τὴν δὲ διαφθαρεῖσαν ἠπιστέατο εἶναι πολεμίην. τά τε γὰρ ἄλλα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνήνεικε ἐς εὐτυχίην γενόμενα, καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νεὸς μηδένα ἀποσωθέντα κατήγορον γενέσθαι. Ξέρξεα δὲ εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὰ φραζόμενα· Οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες. ταῦτα μὲν Ξέρξεα φασὶ εἰπεῖν.

Cap. LXXXVIII.

καὶ τοὺς φάναι, σαφέως τὸ ἐπίσημον τῆς νεὸς ἐπισταμένους] i. e. *idque hos affirmasse, cum plane s. certo navis insigne nossent.* Ubi τοὺς spectat ad τοὺς παρεόντας, i. e. eos, qui una cum rege erant e loco edito proelium contemplante. Narrans Polyaenus l. l. §. 3, Artemisiam signa non barbarorum modo, verum etiam Graecorum habuisse eaque, prouti res poscebat, variasse, utitur voce σημεῖον, qua eadem Noster usus VIII, 92, ubi σημεῖον τῆς στρατηγίδος. Nec aliter σῆμα de clypei insigni apud Aeschyl. S. c. Th. 428. 588. Euripid. Phoeniss. 1122 et σημεῖον apud Herod. I, 171, cuius loco IX, 74 exstat ἐπίσημον. Neque tamen h. l. ad talia signa navis ἐπίσημον referri posse censet Wesselingius, si quidem hocce in eius prora fuerit, ut ab aliis discerni posset, quemadmodum apud Plutarch. II. pag. 247 F. coll. Scheffer. De milit. nav. III, 1. At iure mihi negare videtur Ruhnken. (Diss. de tutel. et insignn. navv. pag. 257 seq. 261. 290), haec signa, quae σημεῖα vocat Polyaenus, diversa fuisse a Graecorum παρασήμοις quae vulgo vocantur, in proris navium constitui solita, dei deaeve sive herois aliusve adeo rei insignioris exhibentia imaginem, cuius tutelae plerumque ipsa committeretur navis. Ac tale insigne, quale vel παράσημον vel ἐπίσημον Graecis dicitur, in navis prora constitutum hoc quoque Herodoti loco intelligi debet. Nec barbarorum naves talibus insignibus prorsus caruisse e Plutarchi narratione perspicitur de Lycomede, qui captae navis parasema abscissa Apollini consecravit, Themist. 15. p. 115 F. De huiusmodi insignibus navium conferatur quoque Herod. III, 37 et 59 ibique in notis allata. — Ad ἠπιστέατο (*putabant*) conf. nott. ad VIII, 5. Ad verba τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νεὸς μηδένα conf. ob usum praepositionis ἐκ in talibus notata ad IV, 145 et VI, 46. VII, 93 et vid. infra VIII, 94.

Οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες] Attigit Eustath. ad Ili. p. 211, 23 s. 160, 11 et 668, 43 s. 537, 48. Idem Xerxis dictum paulo aliter profert Polyaen. VIII, 53. §. 4 (ὦ Ζεῦ, τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας πεποίηκας, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας), quocum conf. Suid. s. v. Ἀρτεμ. I. pag. 338 et Eustath. l. l. Ptolem. apud Phot.

89 Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης ὁ Δαρείου, Ξέρξεω ἐὼν ἀδελφεὸς, ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί τε καὶ οὐνομαστοὶ Περσέων καὶ Μήδων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, ὀλίγοι δέ τινες καὶ Ἑλλήνων. ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσι αἱ νέες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν·Σαλαμῖνα διένεον. τῶν δὲ βαρβάρων οἱ πολλοὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ διεφθάρησαν, νέειν οὐκ ἐπιστάμενοι. Ἐπεὶ δὲ αἱ πρῶται ἐς φυγὴν ἐτράποντο, ἐνθαῦτα αἱ πλεῖσται διεφθείροντο. οἱ γὰρ ὄπισθε τεταγμένοι, ἐς τὸ πρόσθε τῇσι

Bibl. 190. pag. 477. Dicti vehementiam infregit notante Valckenario Trogus, Theopompum fortasse secutus, Iustin. II, 12 (ubi exstat: „in muliere virilem audaciam cerneres“), quem sequitur Orosius [II, 10] pag. 113. Ac similes apud Herodotum ipsum reperiuntur sententiae I, 155. II, 102. IX, 20. 106; quin ipsa Artemisia simile quid effata est VIII, 68: quocum conferri volunt similia dicta, quae exstant apud Diogen. Laërt. IV, 1. Plat. Legg. I. p. 639 B. Cicer. pro Milon. 21. Liv. IX, 19. Gell. N. Att. XVII, 21. Quin ipsa poëtae verba: „Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem, Illa virago (*virgo* reponit Lachmann. ad Lucret. IV, 211) viri“ inde derivat Gronovius, accedente Wesselingio et Gottlebero; tu vid. C. Beier. ad Cicer. Offic. I, 18 (p. 142), ubi haec leguntur verba, quae ex Ennii Annalibus deprompta inter Ennii fragmenta retulerunt (vid. Ennii Fragmm. ed. Spangenberg. p. 64); a nuperrimo editore, Vahlenio, tamen exclusa illa sunt.

Cap. LXXXIX.

Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ] i. e. *in hac pugna*. Sic **πόνος** VI, 114 ibique nott., alia ut taceam. Ipse hicce **πόνος** qualis fuerit, luculenter describit nuntius apud Aeschylum Perss. 419 seqq. Ad seqq. **ἀπὸ μὲν ἔθανε — ἀπὸ δὲ ἄλλοι** conf. VIII, 33. Accuratius de hoc tmeseos genere disputat Wentzel: De praepositt. tmesi apud Herod. pag. 18, ubi simillima excitat haec: II, 141. III, 126. V, 81. IX, 5. VI, 114: in quibus omnibus sic repetitur praepositio additâ particulâ **δὲ**, cui respondet praegressum **μέν**. Conf. etiam I, 194 et Fischer. ad Welleri Grammat. III, 1. pag. 97 seq. De *Ariabigne* conf. VII, 97 coll. 2, ubi vocatur Ἀρταβαζάνης. Plutarcho Themistocl. 14 s. p. 119 D. et II. p. 488 F. est *Ariamenes*. Meritis laudibus eum efferunt et Plutarchus et Diodorus XI, 18, ubi legimus: **ὁ δὲ ναύαρχος — διεφθάρη λαμπρῶς ἀγωνισάμενος**.

καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ] Sic eos dicit, *qui non in ipso conflictu occubuerint*, sive *qui non in ipso proelio hostium manu perierint*. Nec aliter Diodorus, de quo vid. Wesseling. nott. ad IV, 32, Polybius, cuius locos dabit Lex. Polyb. s. v. **χείρ** p. 660. Add. II Maccab. 5, 14. III, 1, 5. Viger. pag. 155. Blomfield. ad Aeschyli Choëph. 418, Faesi: Berichtigg. u. Zusätze zu Passow's Wörterb. II. pag. 17. Euripides in Bacch. 633 **ἐν χειρῶν δίκῃ** (i. e. *manuum vi* tenere) dixit, ubi Herodotea apte conferunt interpretes. Atque ipse Herodotus IX, 48 **ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσθαι** eos dicit, *qui manus conserunt*, qua in re alias verbo **συμμῖξαι** utitur. In sequentibus verbis **ὄπισθε** et **πρόσθε** sibi opponuntur eum fere in modum, quo etiam supra VIII, 53. Locutionem **ἀποδεξόμενοι ἔργον** attigi ad VII, 139. — Hanc totam pugnae navalis descriptionem comparat Koechly (De Nonni Dionyss. libro XXXIX. Dissert. Turici 1855. pag. 18) cum iis, quae similem in modum canit Non-

νηυσὶ παριέναι πειρώμενοι, ὡς ἀποδεξόμενοί τι καὶ αὐτοὶ ἔρ-
γον βασιλέϊ, τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φευγούσῃσι περιέπιπτον.
Ἐγένετο δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ. τῶν τινες Φοινί- 90
κων, τῶν αἱ νέες διεφθάρατο, ἐλθόντες παρὰ βασιλέα, διέ-
βαλλον τοὺς Ἴωνας, ὡς δι' ἐκείνους ἀπολοίατο αἱ νέες, ὡς
προδόντων. συνήνεικε ὦν οὕτω, ὥστε Ἰώνων τε τοὺς στρατη-
γοὺς μὴ ἀπολέσθαι, Φοινίκων τε τοὺς διαβάλλοντας λαβεῖν
τοιόνδε μισθόν. ἔτι τούτων ταῦτα λεγόντων ἐνέβαλε νηῒ Ἀτ-
τικῇ Σαμοθρηϊκίη νηῦς· ἥ τε δὴ Ἀττικὴ κατεδύετο, καὶ ἐπι-
φερομένη Αἰγιναίη νηῦς κατέδυσε τῶν Σαμοθρηΐκων τὴν νέα.
ἅτε δὴ ἐόντες ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήϊκες τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ
τῆς καταδυσάσης νεὸς βάλλοντες ἀπήραξαν, καὶ ἐπέβησάν τε

nus, Bacchi pugnam navalem cum Indis describens libro XXXIX. vs. 301 seqq. 361 seqq.

Cap. XC.

τῶν τινες Φοινίκων] Φοινίκων pro olim vulg. Φοίνικες cum edd. recentt. reposui, cum ita Noster dicere soleat pronomen τις articulo τῶν postponens; vid. I, 84. 85. 109. 124. II, 179. VII, 143. 146. V, 101. Pausan. VII, 26. §. 2, qui in his quoque Herodotum imitatus est. Atque vel Isocrates in Philipp. §. 7 scripsit: εἰ δὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τινὶ πεφυκότων — ἐπιφέροι τὴν αἰτίην κ. τ. λ. — Sequens διαφθαρέατο excitat Matth. Gr. Gr. §. 496, 8 aoristum medii passivo sensu adhiberi notans, cum διαφθαρέατο, quod Ionum more dicatur pro διεφθάροντο, eodemque modo hunc aoristum medii tuetur Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. IX. p. 122, cum Herodotus futurum quoque medii eiusdem verbi adhibeat (VIII, 109. IX, 42). Equidem auctore G. Hermanno probanteque Bredov. p. 328 recepi cum recentt. edd. διεφθάρατο, quod ipsum plusquamperfectum restitui voluerat Buttmann. Gr. Gr. mai. II. p. 249 not., cum aoristus ille medii secundus nuspiam alibi reperiatur. — In verbis sequentibus, licet antecedat δι' ἐκείνους, structura in genitivum (ὡς προδόντων) absolutum transit, de quo vid. notata ad VIII, 69. Ad particulam τε duplicatam conf. allata ad VII, 8. §. 1.

καὶ ἐπιφερομένη — κατέδυσε τῶν Σαμοθρηΐκων τὴν νέα] i. e. *navisque Aeginetica accedens s. irruens submersit Samothracicam navem*, ἐμβόλῳ scilicet χαλκοστόμῳ, ut ait Aeschylus loco supra laudato, immisso, quo navis percussa sidere coepit: quod cum viderent sagittarii Samothraces, Aegineticae navis milites telorum coniectu confoderunt indeque in navem Aegineticam militibus vacuam transilierunt eamque obtinuerunt. — Ad significationem verbi ἐπιφέρεσθαι vid. allata in Thesauro Ling. Graec. III. p. 1871 ed. Dindorf. Samothraciae insulae (quae adhuc idem fere retinuit nomen) incolae Ionibus hoc loco quoddammodo accensentur: olim insula Pelasgos habuit incolas, vid. supra II, 51, coll. VI, 47. VII, 108. Plura excitata invenies apud Forbiger.: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 1023; his adde Conze: Reise auf d. Inseln des thrakisch. Meeres pag. 45 seq.

τοὺς ἐπιβάτας — ἀπήραξαν] i. e. *milites classiarios e nave sagittis iniectis decusserunt, deiecerunt in mare,* sagittis scil. iniectis confossos. Verbum ἀπαράσσειν Eustath. ad Ili. V, 81 coll. XVI, 116 et Suidas s. v. I. p. 247 exponunt ἀποκόπτειν, *decutere*, ut ait Livius I, 54. Valer. Max. VII, 4, 2. „Qui eadem, scribit ad h. l.

καὶ ἔσχον αὐτήν. ταῦτα γενόμενα τοὺς Ἴωνας ἐῤῥύσατο. ὡς γὰρ εἶδέ σφεας Ξέρξης ἔργον μέγα ἐργασαμένους, ἐτράπετο πρὸς τοὺς Φοίνικας, οἷα ὑπερλυπεόμενός τε καὶ πάντας αἰτιώ- 661 μενος· καί σφεων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ αὐτοὶ κακοὶ γενόμενοι τοὺς ἀμείνονας διαβάλλωσι. ὅκως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τῶν ἑωυτοῦ ἔργον τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος, τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ἀνεπυνθάνετο τὸν ποιήσαντα· καὶ οἱ γραμματισταὶ ἀνέγραφον πατρόθεν τὸν τριήραρχον καὶ τὴν πόλιν. πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσελάβετο φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης,

Valcken., facilitate caput alterius vel manum pedesve ense *decutiebant*, hi quoque dicuntur ἀπαράξαι κρᾶτα, Sophocl. Trach. 1032. χεῖρα Philostr. p. 827 F. [Iconn. II, 10] Herod. V, 112 [ubi vid. nott.]." Add. Thucydid. VII, 63 ibique Blomfield. Exstat quoque apud Herod. IX, 69 κατήραξαν.

πάντας αἰτιώμενος] i. e. *omnes* (Phoenices) *culpans*, *in omnes cladis acceptae culpam coniiciens*. Schweigh. mavult accipere: *quoslibet accusans*. Pertinet vero huc Diodori locus XI, 19 narrantis Phoenicum ἀρξάντων τῆς φυγῆς αἰτιωτάτους regem necasse. — Ad verba τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνειν spectant nott. ad VII, 35.

κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ κ. τ. λ.] i. e. *sedens sub radice montis*, ut IV, 179. Ad rem ipsam conf. IV, 88. VII, 44. Plutarch. Themist. 13 init. Ita enim moris fuisse videtur, ut rex in alto sedens proficiscentes aut pugnantes conspiceret copias. Qui apud Herodotum vocatur Αἰγάλεως mons, is alibi vocatur τὸ Αἰγάλεων ὄρος, exiens in promontorium Amphiale, quod Salaminiae insulae e regione iacet, ubi erat ὁ πορθμὸς sive traiectus. Nunc vocant *Scaramagna* s. Σκαρμαγγά; vid. quae afferuntur a Forbigero in: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 928, Leakio: Die Demen Attica's p. 44. 159, Rossio: Wanderungg. in Griechenland II. pag. 94, atque ea, quae iam antea protulerunt Poppo ad Thucyd. (II, 19) Vol. I, 2. pag. 258. 259, Kruse: Hellas II, 1. pag. 13 seq. 211. 318, cui merito minus vera videntur, quae de loco, unde Xerxes in solio sedens pugnam spectarit, e Phanodemo (cuius vid. fragmm. pag. 12. nr. VII) et Acestodoro afferuntur a Plutarcho l. l. Sic quoque Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 473, ubi poëta Xerxis memorat ὑψηλὸν ὄχθον, unam Herodoti narrationem habet veram, ex qua Xerxes sedebat ὑπὸ τῷ οὔρεϊ, i. e. *sub monte* (quemadmodum VI, 105 ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι), neque in ipso montis fastigio, unde vix licebat accurate contemplari pugnam adeoque singulos pugnantes cognoscere: itaque propius ad ipsum maris litus, qua quidem parte maxime angustum mare erat, rex sedisse putandus est, loco paulisper edito neque vero admodum remoto a mari, adeo ut inde commode pugnantes conspicere ac vel singula bene discernere posset. Qui locus unum milliare Anglicum a portu, cui nomen Phoron, occidentem versus distans quaerendus est, iudice Leakio l. l. pag. 213. Athenienses autem in arce sellam, in qua Xerxes consedisse ferebatur, sive auream sive argenteam, servarunt teste Demosthene c. Timocrat. p. 741, 5 coll. Harpocrat. p. 25 Lips. s. v. ἀργυρόπους δίφρος.

οἱ γραμματισταί] De his vid. allata ad VII, 100. Eadem enarrant Plutarch. Themistocl. 13 init. Tzetz. Chil. I, 978. — Ad πατρόθεν conf. nott. ad VII, 99.

πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσελάβετο φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης ἀνὴρ Πέρσης κ. τ. λ.] Libri scripti omnes item-

ἀνὴρ Πέρσης παρεὼν, τούτου τοῦ Φοινικηΐου πάθεος. Οἱ μὲν 91 δὴ πρὸς τοὺς Φοίνικας ἐτράποντο· τῶν δὲ βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων καὶ ἐκπλεόντων πρὸς τὸ Φάληρον Αἰγινῆται ὑποστάντες ἐν τῷ πορθμῷ ἔργα ἀπεδέξαντο λόγου ἄξια. οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ θορύβῳ ἐκεράϊζον τάς τε ἀντισταμένας καὶ τὰς φευγούσας τῶν νεῶν, οἱ δὲ Αἰγινῆται τὰς ἐκπλωούσας· ὅκως δέ τινες τοὺς Ἀθηναίους διαφύγοιεν, φερόμενοι

que editi habent **προσεβάλετο**, uno excepto Florentino, qui habet **προσεβάλλετο**, a Valla sic redditum Latine: „*quin etiam cladi Phoenicum qui aderant, additus est Ariaramnes, quamquam amicus regis.*" Quae cum vix satisfacere possent, Reiskius coniecit **προσελάβετο**, idque iam Wesselingio probatum cum Borheckio, Schweighaeusero, Gaisfordio, Negris, recipiendum duxi, genitivos **τούτου τοῦ πάθεος** referens ad verbum **προσελάβετο**, quod eodem fere modo, quo **προσεπιλαβέσθαι** V, 44 coll. 45 et **ἐπιλαβέσθαι** VI, 49 hic adhiberi credam, eodemque referam quos afferunt Aristophanis locos e Pace 9 (**προσλάβεσθε**, quod Scholium explicat **βοηθήσατε**) et Lysistrat. 202 (**προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου**), ita ut haec fere exsistat loci sententia: *Ac praeterea Ariaramnes quoque huius Phoenicum stragis partem habuit, qui disceptationi adfuit, Ionibus cum esset amicus eorumque causam inde ageret coram rege ut Persa.* Itaque ad **φίλος ἐὼν** equidem subintelligo **τῶν Ἰώνων**, quod tamen ut textui inseratur, quemadmodum placuerat Abreschio Dilucidd. Thucydd. pag. 112, minime videtur necessarium. Nec aliter Wesseling. locum est interpretatus: „Ariaramnem, ait, virum Persam, Ionum amicum, cum praesens adesset, calamitatem illam Phoenicum adiutasse criminando;" inque eandem sententiam etiam accepit haec verba Larcherus. Quod olim vulgatum erat **προσεβάλετο**, tenuerunt Schaefer et Schultz (qui interpretatus est: *insuper etiam — contulit ad illam Phoenicum cladem*), itemque tenuit Bothius: Annott. ad Terent. p. 466, ubi Phoenicum amicum intelligi voluit Ariaramnem, simul cum his supplicio affectum; indeque pro **παρεὼν** legi vult **ἀσπαίρων** et ad genitivos **τούτου τοῦ πάθεος** suppleri **ἕνεκα**: *quia obnisus erat huic Phoenicum calamitati.* Quae quam longe abeant ab Herodoteis, nemo non sentit. Inter recentiores editores Matthiae quoque retinuit **προσεβάλετο**, quod defendi posse putat locutione Euripid. Med. 238 Musgr. **ξυμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος**. Bekkerus, quem sequuntur Dindorf. et Dietsch., exhibuit: **πρὸς δέ τι προσεβάλετο**, cum **προσβάλλεσθαί τι** significet *vindicare sibi aliquid;* ut loci sententia haec sit: „*Ariaramnes sibi partem calamitatis Phoenicum vindicavit*, i. e. ad eam inferendam nonnihil contulisse se praedicavit." Quae Dietschii interpretatio ab ipsis verbis Herodoteis, vel si retineas **προσεβάλετο**, mihi aliena videtur; Eltzio (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. pag. 341) retinenti **προσεβάλετο** haud opus videtur **πρὸς δὲ ἔτι** mutare in **πρὸς δέ τι**. Sensum loci certe assecutus Langius vernacule haec ita expressit: „*Ausserdem aber trug auch viel dazu bei Ariaramnes, ein Perser von Geburt und Freund der Ioner, der bei diesem Unglück der Föniker zugegen war.*"

CAP. XCI.

ὑποστάντες] *in subsidiis s. insidiis stantes* reddit Schweighaeus. comparans **ὑπείσας** III, 126. V, 103 (*in insidiis collocans*). Propius huc facit V, 92. §. 7 **ὑποστῆσαι**, *in insidiis collocare:* quo eodem fere sensu **ὑποστήσας** in Xenophontis Hist. Graec. IV, 1, 26. De *porthmo* dixi

92 ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον νέες, ἥ τε
Θεμιστοκλέος διώκουσα νέα, καὶ ἡ Πολυκρίτου τοῦ Κριοῦ,
ἀνδρὸς Αἰγινήτεω, νηῒ ἐμβαλοῦσα Σιδωνίῃ, ἥπερ εἷλε τὴν
προφυλάσσουσαν ἐπὶ Σκιάθῳ τὴν Αἰγιναίην, ἐπ' ἧς ἔπλεε
Πυθέης ὁ Ἰσχενόου, τὸν οἱ Πέρσαι κατακοπέντα ἀρετῆς εἵνεκα
εἶχον ἐν τῇ νηῒ ἐκπαγλεόμενοι· τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι
Πέρσῃσι ἥλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι
ἐς Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐσεῖδε τὴν νέα τὴν Ἀττικὴν ὁ Πολύκριτος,
ἔγνω, τὸ σημήϊον ἰδὼν τῆς στρατηγίδος, καὶ βώσας τὸν Θε-
μιστοκλέα ἐπεκερτόμησε, ἐς τῶν Αἰγινητέων τὸν μηδισμὸν
ὀνειδίζων. ταῦτα μέν νυν νηῒ ἐμβαλὼν ὁ Πολύκριτος ἀπέρ-
ριψε ἐς Θεμιστοκλέα. Οἱ δὲ βάρβαροι, τῶν αἱ νέες πε- 662
ριεγένοντο, φεύγοντες ἀπίκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ τὸν πεζὸν
στρατόν.

93 Ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰ-

ad VIII, 76 et de verbo **κεραΐζειν** in nott. ad VIII, 86; ad verba **φερόμενοι ἐσέπιπτον** conf. nott. ad VIII, 87. Statuit autem C. O. Mueller Aeginett. pag. 124 haec verba non ad illas triginta Aeginetarum naves, quae pugnae dicuntur interfuisse VIII, 45. 46, quaeque intra fretum cum Megarensibus et Lacedaemoniis steterant, referri posse, sed de navibus ad Aeginae praesidium relictis, quae inter ipsum proelium praecluserint fretum Salaminium, ita ut omnis Aeginetarum classis proelio interfuerit.

Cap. XCII.

τὴν προφυλάσσουσαν κ. τ. λ.] Ad haec et seqq. conf. VII, 181 ibique nott. Ad **συνεκύρεον** conf. nott. ad VIII, 87. **Κριοῦ** recte h. l. scriptum a voce **Κριός**, de qua vid. nott. ad VI, 50. Pytheae facinus Noster iam supra VII, 181 commemoraverat, ubi vid. nott. Ad **τὸ σημήϊον** conf. VIII, 88 et de forma **βώσας** nott. ad I, 10. — Pro **Θεμιστοκλῆα** dedi **Θεμιστοκλέα**.

ἐπεκερτόμησε — ὀνειδίζων] i. e. *inclamans Themistoclem conviciis insectatus est, exprobrans ei, quae de Aeginetarum medismo ille* superiore anno *dixerat*. Ubi distinctionem ante **ἐπεκερτόμησε** delevi cum Schweighaeusero in Lex. Herod. (I. p. 256), qui idem in Latina versione haec scite eum in modum reddidit: *inclamans Themistocli et conviciis eum insectatus, ita*, ait, *Aeginetae Medis favent*. Tu vid. supra ad VI, 49 allata. Nec male h. l. *Wesseling.*: „In hunc ergo Aeginetarum **μηδισμὸν** ipso in conflictus fervore **ὀνειδίζει**, seu non sine probro invehitur et obiicit Atheniensium imperatori, quippe, quod res ostendebat, fictissimum, Polycritus.“ C. O. Mueller Aeginett. p. 125 hunc Polycritum ducem classis Aegineticae fuisse putat. — Ad verbum **ἀπέρριψε** conf. I, 153. VII, 13. Verba **ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατὸν** Schweighaeuserus in Lexic. Herod. II. p. 343 reddi vult: *sub pedestris exercitus* (qui in ora maris stabat) *tutelam*. Tu conf. etiam nott. ad VI, 72.

Cap. XCIII.

ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται] Ad hanc Aeginetarum gloriam Nonnum respicere putat Koechly (De Nonni Dionyss. libr. XXXIX Dissertat. Turici 1855) p. 17 in pugna navali Bacchi cum Indis descri-

γινῆται, ἐπὶ δὲ Ἀθηναῖοι, ἀνδρῶν δὲ Πολύκριτός τε ὁ Αἰγινήτης, καὶ Ἀθηναῖοι. Εὐμένης τε ὁ Ἀναγυράσιος καὶ Ἀμεινίης Παλληνεὺς, ὃς καὶ Ἀρτεμισίην ἐπεδίωξε. εἰ μέν νυν ἔμαθε, ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτεμισίη, οὐκ ἂν ἐπαύσατο πρότερον ἢ εἷλέ μιν, ἢ καὶ αὐτὸς ἥλω. τοῖσι γὰρ Ἀθηναίων τριηράρχοισι παρακεκέλευστο· πρὸς δὲ καὶ ἄεθλον ἔκειτο

benda sic canentem vs. 135: Αἰακίδαις δὲ Αἰακὸς ὑγρὸν ἄρηα προθεσπίζων Σαλαμῖνος ἀρχόμενος πολέμοιο θεουδέα ῥήξατο φωνήν. „Honoris amplissimi, velut ab Herodoto Aeginetis attributi, ter meminit Aristidis scholiasta [pag. 25. 61. 74 Frommel.], Plutarchus etiam in Themistocl. [cap. 17 init., ubi Herodotum testem citat], cuius meminit Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 10, eandem in rem citat Herodotum, quem in Libr. de Herodot. malign. p. 871 D. aegerrime fert abuti personâ dei Delphici; hic enim Aeginetas ἀπαίτεε τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης, teste Herodoto infra c. 122, ubi cap. 123 Graecorum principes Corinthum ablegat, illic iudicaturos, quis unus prae caeteris hoc proelio fuisset excellentissimus. In hoc concilio publico ducum iudicio Aeginetas velut istoc proelio praestantissimos fuisse declaratos, quod nusquam tradit Herodotus, testatur Diodor. Sicul. XI, 27. Κρίσεως προτεθείσης περὶ τῶν ἀριστείων χάριτι κατισχύσαντες (Lacedaemonii) ἐποίησαν κριθῆναι, πόλιν μὲν ἀριστεῦσαι τὴν Αἰγινητῶν, ἄνδρα δὲ Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον: de invidia, qua erga Athenienses affecti fuerint οἱ κύριοι τῆς ψήφου, clarius etiam loquitur c. 55. Istam Graeciae principum invidiam verisimillimam posterorum forte memoriae subtrahere studuit Herodotus; qui hîc ex vulgi iudicio primas inter privatos propugnatores defert Aeginetae Polycrito, et Atheniensibus Eumeni atque Aminiae; e quibus Aminiam hoc honore plures dignantur; vid. Perizon. in Aelian. V. H. V, 19.“ *Valcken.* Eiusdem rei quoque meminit Pindar. Isthm. IV, 51 coll. Schol. ad V, 63 (pag. 221 Ephor. fragmm. ed. Marx). Ac merito etiam C. O. Mueller Aeginett. p. 125 aegre ferendum censet, Herodotum a Plutarcho l. l. invidiae in Athenienses esse incusatum; qui quae narrat VIII, 122, certe sine dolo malo et verius scripta arbitratur idem Muellerus, quam quae Plutarchus, iure notatus iam a Valckenario, scripserit, et ne huic quidem se concedere posse addit, *vulgi solum de palma iudicia referre Herodotum*, cum contra hîc, ut Plataeis, λέσχην factam esse civitatum, certissimum sit.

ἐπὶ δὲ] i. e. *post illos*, ut VIII, 67. 113. Et conf. quoque allata ad VII, 219. De *Aminia* vid. VIII, 84. Reliqui mox πλώει, cuius loco e libris compluribus πλέοι exhibentibus recentt. edd. inde a Bekkero receperunt πλώοι, quod hîc locum habere posse ut minime nego, ita ad totius loci sententiam et scriptoris ipsius animum respiciens aptiorem esse existimo indicativum πλώει. Ad πρότερον ἢ conferri possunt, quae ad V, 118. VII, 2. 54. IX, 86 allata sunt; ad εἷλε aeque atque ad ἥλω ex antecedentibus mente repetendum ἄν; namque dicere vult Noster: *aut eam cepisset aut ipse captus esset.* Pro παρακεκέλευστο Dindorf. et Dietsch. dederunt παρεκεκέλευστο, quod unius codicis auctoritate nititur. Equidem retinendum duxi vulgatum, cum in his plusquamperfectis (cf. cap. 95 παρατετάχατο) reduplicatio augmenti haud raro negligatur; cf. Bredov. pag. 289 coll. 347. Quod mox legitur ἔκειτο, haud mutavi in ἐκέετο: vid. nott. ad VIII, 41. *Decem milia drachmarum* constituunt summam centum minarum sive unius talenti additis quadraginta minis, i. e. (e Wurmii calcu-

μύριαι δραχμαὶ, ὃς ἄν μιν ζωὴν ἕλῃ. δεινὸν γάρ τοι ἐποιεῦντο, γυναῖκα ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατεύεσθαι. αὕτη μὲν δὴ, ὡς πρότερον εἴρηται, διέφυγε· ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι, τῶν αἱ νέες
94 περιεγεγόνεσαν, ἐν τῷ Φαλήρῳ. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσι Ἀθηναῖοι αὐτίκα κατ' ἀρχὰς, ὡς

lis) 2412 imperiall. Saxonn. 19 gross. sive 4343 florr. 3 crucigg. sive 9268 franc. Gall. 17 centt.

ζωὴν] Adiectivo ζωὸς Noster usus est I, 194. II, 122. 70. 132. VII, 113. Conf. quoque Gregor. Cor. De dial. ion. §. 57. pag. 466 et L. Dindorf. in Praefat. ad Xenophont. Cyropaed. p. XIII ed. Oxon. Alibi (III, 127) participium ζῶντα Noster quoque adhibuit; apud serioris aetatis scriptores exstat ζωγρίαν λαβεῖν, de quo dixi ad Ctesiam Perss. Exc. §. 9. pag. 123. Conf. etiam nott. ad Herodot. III, 52. Ad locutionem *δεινὸν ποιεῖσθαι* conf. nott. ad III, 14. V, 33. VII, 35.

CAP. XCIV.

Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσι Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.] Quod Naber in Mnemosyn. III. p. 483 scribi vult *Κορινθίων* pro *Κορίνθιον*, ut in libris scriptis et editis legitur omnibus, id minime necessarium videtur. „De Corinthiis et Adimanto hîc tantum narrat, quid Athenienses dixerint, atque huic rumori testimonium opponit universae Graeciae; sed hoc ille testimonium velut in transcursu tribus verbis commemorat; famam Athenis sparsam eleganter enarrat atque explicate. Saepius etiam alibi talia scribit de Corinthiis, quae Atheniensibus multo quam illis lectu videri debuerint iucundiora. Huc adde Dionis Chrysostomi, qui Herodotum admirabatur, testimonium in Corinth. p. 456 C [T. II. p. 103 Reisk.] Corinthum Nostrum venisse narrantis et pro laude Corinthiis iure contributa voluisse *μισθὸν ἄρνυσθαι*: mercede negata *μετεσκεύασεν*, inquit, *ἐκεῖνα, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον*. Dionis locum adhibuerunt Wessel. etiam in Diss. Herod. p. 128 et Reiskius Animadv. II. pag. 527. Haec tandem exigantur Plutarch. II. p. 862 B.: *ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίϋλλος εἴρηκεν.* [Tu vid. Commentationem nostram de vita et scriptis Herodoti §. 4, ubi et Dionis qui fertur et Plutarchi locum pluribus tractavimus.]. Haec si vera sunt, neque gratiae nec simultatis historicus noster effugiet suspicionem: nota est, quam *primam esse historiae legem* scribit Cicero De orat. II, 15. Atheniensium rumori sive ipsius potius Herodoti malevolentiae Plut. II. p. 870 et seq. opponit Thucydidis silentium, donarium Delphicum, votum mulierum Corinthiarum, epigrammata Simonidis [conf. nott. ad IX, 28] aliorumque; quae omnem tollere videntur dubitationem, quaeque Herodoto non ignota persuadere debuerant, rumorem, quem ab hostibus Corinthiorum Atheniensibus acceperat, involvendum silentio, non posterorum esse memoriae tradendum.“ *Valckenar.* De Adimanto, qui iam initio belli adversarium Atheniensium se praestitit domumque cum Corinthiorum navibus abire voluit (VIII, 5), quique in Themistoclem invectus est (VIII, 59. 61), talem famam oriri et ab Atheniensibus divulgari potuisse, haud mirum videtur eandemque hîc tradi consentaneum. Neque vero intelligo, quid iure vitio verti possit patri historiae, qui hîc quoque pro more suo diversa attulit testimonia, unde quid veri subesset, iudicarent alii, quorum iudicio libero talia maluit permittere, quam ipse certi quid pronuntiare. Conf. Mure: History of the language and literat. of an-

693 συνέμισγον αἱ νῆες, ἐκπλαγέντα τε καὶ ὑπερδείσαντα, τὰ ἱστία ἀειράμενον, οἴχεσθαι φεύγοντα, ἰδόντας δὲ τοὺς Κορινθίους τὴν στρατηγίδα φεύγουσαν, ὡσαύτως οἴχεσθαι. ὡς δὲ ἄρα φεύγοντας γίνεσθαι τῆς Σαλαμινίης κατὰ τὸ ἱρὸν Ἀθηναίης Σκιράδος, περιπίπτειν σφι κέλητα θείῃ πομπῇ· τὸν οὔτε πέμψαντα φανῆναι οὐδένα, οὔτε τι τῶν ἀπὸ τῆς στρατιῆς εἰδόσι

cient Greece IV. p. 436 seqq. 440 et vid. nott. ad VII, 139 et quae plura hanc in rem disputavit Heyse (De Herodot. vit. et itin.) pag. 57 seqq. iure discedens in Wesselingii partes, cui haec in Herodotum criminatio, a Larchero quoque postea diluta, a serioris aevi hominibus profecta videtur, quo scilicet, cum summa auctoritate floreret Herodotus, eae Graecorum civitates, de quibus minus honorifica adeoque dedecora ille memoriae prodidisset, haec ipsa iniquo ferentes animo a se avertere studuerint eo modo, ut scriptoris fidem suspectam redderent eumque partium studiis incusarent, ab aliis, Atheniensibus v. c., donis corruptum. Sed haec quam aliena sint ab Herodoti animo, nemo, qui accuratius illius libros superstites perlegerit, non sentiet, recteque Herodoti partes contra Plutarchi criminationes aliorumque suspiciones tuitus est Lahmeyer: De Plutarchi libelli qui de malign. Herod. inscrib. etc. pag. 74 seq. — Ad locutionem κατ' ἀρχὰς conf. VII, 88 et ad οἴχεσθαι φεύγοντα I, 157; locutionem τὰ ἱστία ἀειράμενον attigimus ad VIII, 56.

κατὰ τὸ ἱρὸν Ἀθηναίης Σκιράδος] i. e. *cum* (in fuga) *advenissent ad templum Minervae Sciradis*, ita scil. cognominatae a *Sciro*, vate quodam, qui Minervae aedem prope Phalerum condidisse fertur, ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαλήρῳ τὸ ἀρχαῖον ἱερὸν, ut loquitur Pausanias I, 36, 3 (ubi conf. Siebelis pag. 133), qui idem I, 1. §. 4. templum Σκιράδος Ἀθηνᾶς prope Phalerum, in terra Attica igitur, commemorat: de quo tamen hoc loco cogitari vetat additum τῆς Σαλαμινίης, quod in Salaminia insula hoc templum fuisse evincit. Neque etiam, si quis ἀπὸ τῆς Σαλαμινίης scribere idque ad φεύγοντας referre velit, consentaneum est, Corinthios fugientes prope Phalerum pervenire potuisse, cum Persarum naves obstarent. Sciradis Minervae aedem in insula Salaminia quoque fuisse ex hoc loco patet, idque haud scio an confirmationem quandam accipiat a Strabonis loco IX. p. 393 haec scribentis: Σκιρὰς καὶ Κέγχρεια ἀπό τινων ἡρώων (scil. olim vocabatur Salamis), ἀφ' οὗ μὲν Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ κ. τ. λ. Hoc vero templum probabile utique est situm fuisse in promontorio, cui nomen Σκιράδιον apud Plutarch. Vit. Solon. cap. 9 coll. De malign. Herodot. cap. 39. p. 870 B (περὶ τὰ λήγοντα τῆς Σαλαμινίας) idque ipsum quaerendum esse in occidentali insulae parte Megara versus, quo loco nunc monasterium *Fanaroméni* (s. Παναγία φαναρωμένη, i. e. virgo in lucem prolata) exstructum invenitur, persuasit Leake: Die Demen Attica's pag. 214 et seq. Westermannus (ad Plutarch. l. l. p. 26) alterum promontorium, quod vel magis occidentem versus iacet e regione Minoae intelligi mavult. — In seqq. κέλητα vulgo reddunt *navigium actuarium*, celox navigium idemque exiguum celerrime navigans. Conf. Thucydid. IV, 9. VIII, 38 ibique interprett. Suidas s. v. II. pag. 294. Ad formulam θείῃ πομπῇ vid. allata ad III, 77.

τὸν οὔτε πέμψαντα κ. τ. λ.] i. e. *quam qui misisset, neminem* (dicunt) *apparuisse*, neque quidquam eorum, quae ab exercitu (relata erant, devenerant) scientes ad Corinthios eam accessisse s. eamque accessisse ad Corinthios inscios plane eorum, quae apud exercitum acci-

προσφέρεσθαι τοῖσι Κορινθίοισι. τῇδε δὲ συμβάλλονται εἶναι θεῖον τὸ πρῆγμα· ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν νεῶν τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος, λέγειν τάδε· Ἀδείμαντε, σὺ μὲν ἀποστρέψας τὰς νέας ἐς φυγὴν ὥρμησαι, καταπροδοὺς τοὺς Ἕλληνας· οἱ δὲ καὶ δὴ νικῶσι, ὅσον αὐτοὶ ἠρῶντο ἐπικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν. ταῦτα λεγόντων, ἀπιστέειν γὰρ τὸν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν, ὡς αὐτοὶ οἷοί τε εἶεν ἀγόμενοι ὅμηροι ἀποθνήσκειν, ἢν μὴ νικῶντες φαίνωνται οἱ Ἕλληνες. οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα τὴν νέα, αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπ' ἐξεργασμένοισι ἐλθεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον. Τούτους μὲν τοιαύτη φάτις ἔχει ὑπὸ Ἀθηναίων. οὐ μέντοι αὐτοί γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι,
95 μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς. Ἀριστείδης δὲ ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τοῦ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τούτων

derant. — In duobus codd. desunt voces *τοῖσι Κορινθίοισι*, probante Wesselingio: equidem nolim iis carere, quae ad perspicuitatem aptae adeoque necessariae esse videntur.

τῇδε δὲ συμβάλλονται κ. τ. λ.] i. e. *inde vero colligunt* s. *coniiciunt rem divinam fuisse, quod qui in celoce inerant, cum ad Corinthiorum naves adpropinquassent, exclamasse dicuntur haec* etc. Ubi *τῇδε* ad sequentia pertinere nemo non videt. De significatione verbi *συμβάλλεσθαι* vid. allata ad I, 68. VIII, 142.

θεῖον τὸ πρᾶγμα] Respondet hoc proxime praegressis *θείῃ πομπῇ*. Nam *divinitus* quid accidisse putabant. Haud aliter Noster II, 66. VI, 69. VII, 137. Ad verba *ὡς γὰρ, ἀγχοῦ γενέσθαι κ. τ. λ.* conf. Matth. Gr. Gr. §. 596, b. *τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος* notâ dixit breviloquentiâ pro *τοὺς ἐν τῷ κέλητι ἐκ τοῦ κέλητος λέγειν*: *qui in navi fuerint, eos inde haec fecisse verba* (ad eos). Vid. supra cap. 88 ibique citata.

ὅσον — ἠρῶντο ἐπικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν] i. e. *quantum precabantur hostibus superiores fieri* s. tantam de hostibus victoriam reportant, quantam ipsi precabantur. Intactum reliqui *ἠρῶντο*, cum in tanta multitudine verborum, quae hanc formam contractam retinent, quidquam immutare temerarium videatur; conf. Bredov. pag. 389. Dindorfio auctore (in Commentat. de dialect. Herodot. pag. XXXI) scribendum foret *ἠ ρ έ ο ν τ ο*, ut *καταρέονται* II, 39.

ὡς αὐτοὶ οἷοί τε εἶεν ἀγόμενοι ὅμηροι ἀποθνήσκειν] i. e. *se velle* s. *paratos esse, tanquam obsides abductos* vel *ad mortem* s. *supplicium subeundum*. Ubi Cobet in Mnemosyn. IX. p. 289 voculam *τε* post *οἷοι* abiici vult, cum, ubi locutio significare videatur *βούλομαι* vel *προήρημαι* vel *ἕτοιμός εἰμι*, voculae *τε* nullus sit locus. In ipso verbo medio *ἄγεσθαι* ea vis inest, quam nos ita exprimimus: *sich wegführen lassen*. In seqq. verbis ad *ἐπ' ἐξεργασμένοισι* vid. nott. ad IV, 164 et ad verba *φάτις ἔχει* nott. ad VII, 3. Ad particulas *οὐ μέντοι — γε* conf. Herod. IX, 37. II, 63 (ibique allata). II, 98. Formam contractam *μαρτυρεῖ* ferendam non esse statuit Bredov. p. 374, itemque Dindorf., qui edidit *μαρτυρέει*. Vulgatam equidem cum Dietschio retinere malui.

CAP. XCV.

ὀλίγῳ τι πρότερον] Vid. VIII, 79. In Sancrofti cod. exstat *ὀλίγον*. — De *Psyttalia* insula vid. nott. ad VIII, 76 et ad *ἀπέβησε* conf. nott. ad V, 63 et ad participium *ἄγων* I, 9 ibique nott. III, 61. De argu-

ἐπεμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, οὗτος ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ τῷ περὶ Σαλαμῖνα γινομένῳ τάδε ἐποίεε· παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἳ παρατετάχατο παρὰ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρης, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων, οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησῖδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας.

Ὡς δὲ ἡ ναυμαχίη διελέλυτο, κατειρύσαντες ἐς τὴν Σα- 96
λαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν ναυηγίων, ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι
ἐόντα, ἕτοιμοι ἦσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην, ἐλπίζοντες τῇσι πε-
ριεούσῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεσθαι βασιλέα. τῶν δὲ ναυηγίων
πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος ζέφυρος ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν
ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα, ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρη-

mento conf. Pausan. I, 36. §. 2. Plut. Aristid. cap. 9. pag. 323 F., ubi *τοὺς προθυμοτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν* (quod in *ὁπλιτῶν* mutari voluit Bryanus, ad Herodotea *πολλοὺς τῶν ὁπλιτῶν* respiciens) assumpsisse dicitur. A Persis ipsis multos viros in insulam translatos esse ipse prodit Herodotus VIII, 76: quos trucidatos conqueritur Persa apud Aeschylum in Perss. 454 seq. Blomf. Et auctor est Plutarchus (Vit. Aristid. 9 et Themistocl. 13 fin.), Persas, quos vivos ceperit Aristides, ad Themistoclem missos esse, qui eos Baccho Omesto, i. e. crudas devoranti carnes, immolarit. Aristidis facinus cladem que Persarum attigit quoque Schol. Aristid. p. 64 Frommel.

Cap. XCVI.

κατειρύσαντες] i. e. *cum ad litus s. terram detraxissent.* In Florentino male legitur *κατερύσαντες*, vid. Bredov. pag. 147. — Ad participium *ὑπολαβὼν* vid. nott. ad VII, 170. Quod sequitur *ὁ*, delevi cum recentt. edd. plurium codd. ex auctoritate. — Vocem *ἄνεμος* eodem modo hîc invenimus additam, quo IV, 22, ubi conf. nott.

ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα] Eadem tradit Pausan. I, 1. §. 4 coll. Strab. IX. p. 398. pag. 611 A., ubi vocatur *ἄκρα Κωλιάς*. Add. Harpocrat. s. v. Stephan. Byzant. s. v. p. 497, qui habet: *Κωλιάς· ἄκρα ἤτοι Φαληροῖ ἀκτή, ὅπου καὶ Ἀφροδίτη Κωλιάς κ. τ. λ.* Promontorium hoc, quod viginti ferme stadiis a Phalero distat temploque Veneris Coliadis ornatum fuit, nunc *Trispyrgi* (*τρεῖς πύργοι*) vocatur; vid. Leake: Die Demen Attica's pag. 45 et Kruse: Hellas II, 1. pag. 215. Conf. etiam Ross: Wanderungg. in Griechenland II. pag. 67. *Cr.* conferri quoque vult Stuart. et Revett. Antiqq. Athen. (e vernacula vers. Darmstadiensi) I. p. 119 et potissimum p. 137.

ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμὸν] *ἀποπλῆσαι* hîc de oraculo, quod expletur, ut I, 43 *ἐκπλῆσαι*, coll. III, 142. I, 199. 91. IV, 117. *ἀναπλῆσαι* V, 4. VI, 12. Quibus locis verbo transitivo accusativum additum videmus, qui cum hoc loco absit, intransitivo sensu *ἀναπλῆσαι* (*sich erfüllen, in Erfüllung gehen*) plerique accepere. At Buttmannum Gr. Gr. II. p. 215 not. offendit aoristus neutrali adhibitus sensu, cum difficillimum sit aliquid supplere ad *complendi* notionem, indeque suspectam habet lectionem, quaerens, num aoristus *πλῆσθαι*, qui ad Atticos plerumque pertineat, ad Ionum sermonem quoque pertinuerit. Cui ita obloquitur Matth. Gr. Gr. p. 535, ut se intelligere posse neget, cur neutrali sensu illud accipi debeat, cum facile e praegressis subiectum, v. c. *τὰ ναυήγια τὰ ἐπὶ τὴν ἠϊόνα φερό-*

σμὸν, τόν τε ἄλλον πάντα τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης 664
εἰρημένον Βάκιδι καὶ Μουσαίῳ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα τὸ εἰρημένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐν χρησμῷ Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ, ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, τὸ ἐλελήθεε πάντας τοὺς Ἕλληνας·

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι·

τοῦτο δὲ ἔμελλε ἀπελάσαντος βασιλέος ἔσεσθαι.

μενα vel τὸν ἄνεμον τὸν τὰ ναυήγια φέροντα suppleri possit. Nec aliter statuit Larcherus. Buttmanni tamen coniecturam receperunt Dindorf. et Dietsch. scribentes ἀποπλῆσθαι. — In seqq. de *Bacide* vid. VIII, 20, de *Musaeo* VII, 7 ibique nott. et conf. Roeth: Geschicht. d. Philosoph. II. pag. 22; ad verbum ἐξενειχθέντα vid. nott. ad VIII, 49. Vocem χρησμολόγος explicavimus ad VII, 6.

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι] Hunc versum affert Strabo IX. p. 398 s. 611 A. Eustath. ad Homer. Ili. p. 284, 24 s. 215, 18 Bas.: in quibus aeque atque in Herodoti loco exstat φρίξουσι, quod in φρύξουσι mutatum voluit Koen. ad Pausan. I, 1. §. 4, cui postea assensi sunt Wesseling., Valckenar., Larcher. (qui Gallice reddit: *feront griller*), Toup. (ad Suid. Emendd. I. pag. 213) Schaefer, qui hoc cum Borheck., Bekkero et Negris in textum recepit. *Cr.* huc conferri vult A. Nibby: Saggio di Osservazioni critiche, geografiche, antiquarie sopra Pausania (Rom. 1817) pag. 43. Vulgata lectio quem sensum habeat, si quaeras, dudum Wesseling. Diss. Herodot. XI. p. 202 φρίξουσι ἐρετμοῖς interpretatus erat: *horrebunt*, seu vocabulo Afrorum olim usu trito, *horripilabunt*, visis tot remis remorumque fragmentis, ad Coliadem Atticae marino fluctu devectis. Atque in eundem ferme sensum explicare studuit Schweighaeuserus retinens vulgatam, cum novatis non modo necessaria non sit, sed ne per se quidem commoda, idque omnino notum sit, ambigue et aenigmatice loqui solitos esse vates: „est autem," ait, „ambiguum verbum φρίξουσι, quod potest et *horrebunt*, *exhorrescent* significare, et *torrebunt*, *frixurae sunt*. *Torrere* enim vel *frigere* Graecos olim non solum φρύγειν, φρύσσειν, φρύττειν dixisse, sed et φρίγειν vel φρίκειν, ipsum Latinum verbum *frigo*, *frixi*, *frixum* vel *frictum* ostendit. Athenienses igitur in illo oraculo verbum φρίξουσι statim *horrescent*, *trement* interpretati erant, deinde vero intellexerunt, in alteram sententiam fuisse accipiendum." Schweighaeuserum secutus est Gaisfordius, a quo ego cum recentt. edd. discedens reposui φρύξουσι, i. e. *remis* (tamquam ligno utentes) *frigent* (hordeum suum), cum in vulgata lectione φρίξουσι (*exhorrescent*) quomodo ea, quam Schweighaeuserus proponit, ambiguitas inesse possit, equidem haud exputem nec magis intelligam, quid sibi tum velit additum ἐρετμοῖς. Accedit Bergler. in nott. ad Alciphr. III, 27 itemque Seiler ad h. l. pag. 335, qui bene affert Cratini versum in Plutarchi Solon. 25. (vid. Meineke: Fragmm. Comicc. Graecc. II. p. 218): φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν. Miot haec Gallicis verbis ita expressit: *les femmes du rivage de Colias feront cuire leurs aliments au feu des rames*, oraculi sensum hunc esse ratus: feminas, ad illam maris oram habitantes, collecturas esse multas navium reliquias iisque usuras ad ignem, quo alimenta sua coquant panemve torreant; in quam sententiam haec quoque accipi vult A. Schoell., vernaculus Herodoti interpres. Negris, qui habet φρύξουσι, plane necessarium ex oraculi sensu id putat, quod

Ξέρξης δὲ ὡς ἔμαθε τὸ γεγονὸς πάθος, δείσας, μή τις τῶν 97 Ἰώνων ὑποθῆται τοῖσι Ἕλλησι, ἢ αὐτοὶ νοήσωσι πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον λύσοντες τὰς γεφύρας, καὶ ἀπολαμφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀπολέσθαι κινδυνεύσῃ, δρησμὸν ἐβούλευε. θέλων δὲ μὴ ἐπίδηλος εἶναι μήτε τοῖσι Ἕλλησι μήτε τοῖσι ἑωυτοῦ ἐς τὴν Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν· γαυλούς τε Φοινικηΐους συνέδεε, ἵνα ἀντί τε σχεδίης ἔωσι καὶ τείχεος, ἀρτέετό τε ἐς πόλεμον, ὡς ναυμαχίην ἄλλην ποιησόμενος. ὁρέοντες δέ μιν πάντες οἱ ἄλλοι ταῦτα πρήσσοντα εὖ ἠπιστέατο, ὡς ἐκ παντὸς νόου παρεσκεύασται μένων πολεμήσειν· Μαρδόνιον δ' οὐδὲν τούτων ἐλάνθανε, ὡς μάλιστα ἔμπειρον ἐόντα τῆς ἐκείνου διανοίης. ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι συμφορήν. Τούτων δὲ τῶν 98 ἀγγέλων ἔστι οὐδὲν ὅ τι θᾶσσον παραγίνεται θνητὸν ἐόν· οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρηται τοῦτο. λέγουσι γάρ, ὡς, ὅσων ἂν ᾖ ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διε-

interpretatur θέλουσιν ὀπτῆσαι, θέλουσι τηγανίσαι. — Ad ἀπελάσαντος (i. e. *cum rex discessisset*) conf. VII, 19 ibique notata et VIII, 102.

CAP. XCVII.

ἀπολαμφθείς] Vid. VIII, 11 et ad locutionem δρησμὸν ἐβούλευε nott. ad VIII, 4. Ad formam coniunctivi ὑποθῆται (alii ὑπόθηται) vid. I, 29. VI, 134 et quae similia affert Bredov. pag. 395. Pro κινδυνεύσει, quod Schweighaeuserus et Gaisford. dederunt, revocavi cum recentt. edd. κινδυνεύσῃ, quod Mediceus, Florentinus, alii exhibent.

χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν] Auctore Strabone IX. pag. 395B. pag. 605A itemque Ctesiâ hoc fuit regis ante pugnam navalem consilium, ut fretum, quod ibi maxime artum erat, aggere iungeret. Scribit enim Ctesias Persicc. Excerptt. 26: ὁ δὲ Ξέρξης .... ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. De locutione χῶμα διαχοῦν conf. quae similia sunt allata ad V, 8. Vocem γαυλὸς attigi in nott. ad III, 136, verbum ἀρτέεσθαι in nott. ad VII, 143. De duplici τε conf. nott. ad VII, 8. §. 1 et de forma ἠπιστέατο nott. ad VIII, 5 et 88.

ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε καὶ ἔπεμπε] De particulis τε ἅμα — καὶ conf. allata ad III, 135.

CAP. XCVIII.

θνητὸν ἐὸν] Valckenarius, cui vix recte dici posse videtur, hisce Persicis nuntiis *nihil mortale* celerius esse, cum vel columbae, quibus vel olim ad literas amicis necessariisque afferendas utebantur, velociores sint censendae, scribi maluit ἀνθρωπήϊον ἐόν. At bene Schweighaeuserus, „Nil opus," ait, „cum praesertim dubitari merito possit, an Herodoti iam aetate columbis ad transportandas literas usi sint nonnul'i. Mihi alterum (θνητὸν) vel significantius videtur expressum esse, licet Xenophon in Cyropaedia de eadem re loquens VIII, 6, 18 dixerit: ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον, in quibus verbis quod vestigium Herodoteorum librorum a Xenophonte inspectorum reperisse sibi visus est Hertlein (Einleitung pag. 15), equidem credere vix possum. — In verbis

στᾶσι, κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην ἵππος τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος, τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωυτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Τοῦτο τὸ δράμημα

proxime sequentibus Bekkerus, Dindorf. et Dietsch. ediderunt *ἡμερέων ἡ ἡ πᾶσα ὁδός*; e libris scriptis nihil notatum reperi, indeque vulgatam retinui.

ἵππος τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος] Addita haec sunt ad explicanda verba antecedentia: *ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι* (i. e. tot equi et viri stant separati a se invicem, diversis locis) indeque cum unum idemque sit subiectum, eodem nominativi casu proferuntur; de qua participiorum in nominativo positorum structura conf. nott. ad VIII, 83. 86. Ita enim, haec est Nostri sententia, sunt dispositi, ut in quoque diurno itinere unus equus ac vir collocatus sit. Mox restitui *οὔτε νιφετὸς*, ubi Schaeferus dederat *οὔτι*. Particulas negativas sic iunctas *οὔτε — οὐκ* attigit Matth. Gr. Gr. §. 609 itemque Kuehner Gr. Gr. §. 743, 2, c. Add. Hartung: Lehre v. d. Griech. Partt. I. pag. 199, qui etiam laudat Herod. I, 138. Tu vid. supra VIII, 86. Quod antecedit *τοὺς*, in *τὸν* ob sequens *ἑωυτῷ* mutatum voluerat Reiskius. Sed merito respuit Wesseling. Mox cum recentt. edd. reposui *ἔργει*, quod Sancrofti liber cum alio libro scripto offert, cum, quod Schweighaeuserus et Gaisford. una cum edd. veterr. tenent, *ἐέργει* aeque respuendum sit (Homerica enim est forma; cf. Ili. II, 617), atque *εἴργει*, quod unus liber praebet: pro *εἴργω* enim Nostrum semper dixisse *ἔργω*, ostendit Bredov. pag. 153. 301. Quod in seqq. adhibetur verbum *παραδιδοῖ* (*tradit*), eadem in re adhibetur a Xenophonte Cyrop. VIII, 6, 17.

κατὰ ἄλλον διεξέρχεται] i. e. *inde vero ad alium, cui traduntur, transeunt mandata;* namque ad *διεξέρχεται* ex antecedentibus repetendum *τὰ ἐντεταλμένα*. — *κατ' ἄλλον* reliqui intactum, quod ab Schaefero sponte mutatum erat in *κατ' ἄλλων*. Vulgo *κατὰ ἄλλον*. Ad dativum *Ἕλλησι* conf. Matth. Gr. Gr. §. 387. Ad *ἡ λαμπαδηφορίη* potest mente addi ex antecedentibus *διεξέρχεται κατ' ἄλλον παραδιδομένη*. Faces in sollemnibus deorum quorundam cursu gestari solitas a iuvenibus secum ita certantibus, ut non solum facem lucentem currentes ad finem perferrent, sed etiam lucentem nec exstinctam sequenti cursori traderent, iam commemoravimus in nott. ad VI, 105, attigitque etiam plura de hoc usu excitans C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 30. not. 31. 32 ed. sec. Qualem cursum in Vulcani festis, qui deus ignis sive lucis auctor habebatur, Athenis institui solitum fuisse testantur Schol. ad Aristoph. Ran. 131. 1026 Both. (1119) coll. Harpocrat. s. v. *λαμπὰς* et Istri fragmm. pag. 60 ed. Siebel., Creuzer: Symbol. III. pag. 403 coll. 509, Welcker: Trilog. d. Aeschyl. p. 121. not. 150. Wesseling. excitaverat Themist. Or. XIX. pag. 230 C. et Aeschyl. Agamemn. 320. Erasm. Adagg. p. 574 ed. Francof.

Τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον] Pro *δράμημα* Blomfield in h. l. et in Aeschyli Pers. 252 rescribi vult *δρόμημα* analogiae causa. Sed conf. Lobeck. ad Phrynich. pag. 618. Libri scripti non suffragantur. Quod ad argumentum loci attinet, nonnulla iam supra in nott. ad III, 126 monuimus, ubi huiusmodi tabellarius (*ἀγγαρήϊος*) Darii commemora-

665 τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς 99

tur; ab hoc enim rege hoc totum institutum aeque atque alia instituta ad regni administrationem pertinentia (conf. modo nott. ad III, 89. V, 52, ne plura) introductum esse putamus, quod num ex India assumpserit rex, ut suspicatur Bohlen (Indien II. p. 110), an ipse a se inventum primus adhibuerit, haud disquiram. Nec, opinor, impedit, quod ad Cyrum regni Persici conditorem hoc institutum refert Xenophon in Cyropaed. VIII, 6. §. 17. 18, idque Graecis cum incognitum esset adeoque mirum videretur, pluribus verbis describit: optimi enim regis Socraticis praeceptis imbuti exemplar in Cyro proponere cum vellet, ad hunc quoque hoc institutum perquam utile referre debuit, cuius etiam in Estherae libro, VIII, 10, mentio fit, atque haud scio an apud Aeschylum in Pers. 14: κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεὺς ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται, quo loco pro ἄγγελος scribendum ἄγγαρος proponit Blomfield.; hac enim voce idem Aeschylus usus in Agamemn. 273 adhibuit de signo, quod igne datur atque sic ab uno loco in alterum celeriter procurrit (ἀπ' ἀγγάρου πυρός). Alia huius instituti vel posteris temporibus servati testimonia afferuntur e Nicolai Damasceni Excerptt. p. 24 Orell. (III. p. 362 ed. Mueller.), Mos. Chorenens. II, 46 (T. I. pag. 251) et Menandr. Prot. pag. 421 ed. Bonn. (ubi haec leguntur: ἀνεφαίνετό τις τούτων δὴ τῶν ἐς τάχος ἱππαζομένων τε καὶ τὰς ἀγγελίας τῷ τάχει τῶν ἵππων διακομιζόντων), ipsumque nomen a Graecis ad quaevis ministeria, opera publice praestanda, onera subeunda postmodo adhibitum videmus: unde grammaticus in Bekkeri Anecdd. I. p. 325 ἄγγαρος· ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος· ὅθεν λέγομεν ἀνάγκην ἀκούσιον καὶ τὴν ἐκ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν — — παρὰ τοῖς βαρβάροις δὲ ὁ δημόσιος γραμματοφόρος· ὅθεν ἀγγαρεύεσθαι τὰ εἰς δημοσίαν χρείαν ὑπηρετεῖν. In Lexico Rhetorico p. 674 (ad calc. Photii ed. Porson. et in Meier. Progr. Hal. 1843. p. XXIX) legimus haec: ἄγγαροι δὲ οἱ πρεσβευταί· Θεόπομπος ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ οὕτως· κατέπεμψε πρέσβεις, οὓς ἐκεῖνοι ἀγγάρους καλοῦσιν· Εἰρηναῖος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς Ἡρόδοτόν φησι καλεῖσθαι τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματηφόρους ἀγγάρους, ὅθεν καὶ τὸ εἰς βασιλικὰς ἀπάγειν τι χρείας ἀγγαρεύειν λέγομεν καὶ τὸν ἀγγελιαφόρον ἄγγαρον καὶ ἀγγάριον ἐντεῦθεν καὶ τὸ ὑπηρετεῖν ἀναγκάζειν ἀγγαρεύειν. Inde verbum ἀγγαρεύειν adhibuit Evangelist. Matth. V, 41. XXVII, 32 coll. Luc. XXIII, 22. Marc. XV, 21: de quo plura dabit Schleusner in Lexic. Novo in N. T. I. pag. 14. 15. Quin etiam *angariae* in iuris Romani fontibus haud raro dicuntur praestationes ac necessitates proficiscentium reipublicae causa, plaustra, animalia, alia id genus praestanda: vid. modo Dirksen. Manual. pag. 66: inde apud posteros ineuntis medii aevi scriptores quoque sic appellantur praestationes iumentorum, plaustrorum aliaque onera quaevis vel agris vel hominibus imposita (*Frohndienste*), quam in rem plura exhibet Du Cange in Glossario med. et infim. Latinit. Vol. I. s. v. *angaria, angariare:* quo verbo iam Augustinus usus est in Epist. 5. med. Ut ad Persarum ἀγγαρήϊον revertar, de quo dudum disputatum esse video in Exercitat. de Angariis vett., praeside B. Stolbergio ab Abr. Calovio (Wittenberg. 1680) cap. III. §. 7 seqq., neminem sane fugere potest, hoc Persarum institutum, antiquissimum illud fere omnium, sic satis convenire cum nostris cursibus publicis, qui per equites plaustrave fiunt (*Posten*), quique apud nos privatis aeque ac publicis inserviunt commodis, cum apud Persas illud institutum ad solos reges pertineret, quorum mandata citius per amplum regnum perferrentur. Ac simile quid etiamnum apud Per-

Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχοι Ἀθήνας Ξέρξης, ἔτερψε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν καὶ ἐθυμίων θυμιήματα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθείῃσι. ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεξελθοῦσα συνέχεε οὕτω, ὥστε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ, Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃ τιθέντες. οὐκ οὕτω δὲ περὶ τῶν νέων ἀχθό-

sas exstare e Morierii diariis notat Heeren: Ideen. I, 1. pag. 497. Apud Tartaros similes quosdam inveniri cursus vehiculares, ex testimonio Pauli Veneti Region. Orient. II, 23 affirmat Valckenarius.

Cap. XCIX.

οὕτω δή τι] Vid. III, 12 ibique allata, IV, 77. 184. II, 11 et Hartung: Lehre d. Griech. Partikk. I. pag. 280. Mox revocavi cum recentt. μυρσίνῃσι, a Schweigh. et Gaisford. mutatum in μυρσίνῃ propter codd. nonnullorum auctoritatem. Sed vid. VII, 54, ubi eodem fere modo Noster loquitur.

ἐν θυσίῃσι καὶ εὐπαθείῃσι] „De Graecis si loqueretur, sola mihi forma loquendi nova videretur, εἶναι ἐν θυσίῃσι. In Graecia saepe τὴν θυσίαν θάλεια sequebatur, *convivium sacrorum causa fieri solitum*, interprete Casaub. in Athen. p. 745. Θεῶν θυσίαι θαλίαι τε iunguntur in Aristoph. Nub. 328, qui in Pace 780 ἀνδρῶν τε δαῖτας dixit καὶ θαλίας μακάρων. Quando vero de Persis verba facit, Herodotum scripsisse suspicor: ἔσαν ἐν θαλίῃσί τε καὶ εὐπαθίῃσι, quorum prius iuxta Nostrum notat χαρμόσυνα ἐποίεον vel κεχαρηκότες ἑόρταζον, *laeti velut festos dies agitabant*. θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν et θάλειαν ἄγειν Graecis etiam dicebatur: Eustath. in Od. XXII. p. 759, 6. Epist. Socr. p. 43, 18. Iam vide Herod. III, 27 in Apidis natalibus Aegyptii ἦσαν ἐν θαλίῃσι. Festo die bonarum rerum affluentes copiâ dicuntur ἐν εὐπαθείῃσι ὄντες Herod. I, 22 et 191, ubi χορεύειν καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι, ut πίνειν καὶ εὐπαθέειν II, 133 et 174. Nusquam iuncta reperi θύειν καὶ εὐπαθέειν: sed cum istis bene conveniunt, quod laeti Persae τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν καὶ ἐθυμίων θυμιήματα. Vid. Brisson. De regn. Pers. p. 340. Mox ab illis mutati ad tristem nuncium Persae vestes sibi discindebant, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ [cf. VII, 211 ibiq. laudd.]." *Valcken.* Cuius emendationem merito respuit Schweighaeuser, quippe haud necessariam, cum θυσία et *sacrificium* indicet et *universam festi sollemnitatem* indeque etiam *convivium, quod peracto sacrificio instituitur*, ut apud Athen. XIII, 33. p. 573 E. s. p. 73 Schw. εὐπαθείῃσι pro male vulgato εὐπαθίῃσι scripsi cum recentt. edd. iubente quoque Bredov. pag. 187. Atque eundem in modum Plato De republ. II, 7. p. 365 A. dixit: ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσί κ. τ. λ., ubi Herodotei loci bene memor fuit Stallbaum. In seqq. συνέχεε est *consternavit*, *turbavit*, ut VII, 142, ubi vid. nott.

ὥστε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο] i. e. *ut tunicas sibi omnes discinderent*, *laniarent:* quod moeroris ac luctus indicium fuisse constat. Vid. ad Ctesiam nott. pag. 232 et ad Herod. III, 66. Aeschyli Pers. (176 Both.) 204 Blomf. (quem vid. in Glossar.), itemque 474. 543 et 544. Medii verbi vim illustravit Hemsterhus. ad Xenoph. Ephes. pag. 234. Ad verba βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ conf. allata ad VII, 211; de voce ἄπλετος monuimus ad III, 106 et VIII, 12.

ἐν αἰτίῃ τιθέντες] E Stephani ora Schaeferus, quem sequuntur

μενοι ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν, ὡς περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες. καὶ περὶ Πέρσας μὲν ἦν ταῦτα τὸν πάντα μεταξὺ χρόνον γενόμενον, μέχρι οὗ Ξέρξης αὐτός σφεας ἀπικόμενος ἔπαυσε.

Μαρδόνιος δὲ, ὁρέων μὲν Ξέρξην συμφορὴν μεγάλην ἐκ 100
τῆς ναυμαχίης ποιεύμενον, ὑποπτεύων δὲ αὐτὸν δρησμὸν βουλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηνέων, φροντίσας πρὸς ἑωυτὸν, ὡς δώσει δίκην ἀναγνώσας βασιλέα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καί οἱ κρέσσον εἴη ἀνακινδυνεῦσαι ἢ κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα.

Bekkerus et Dindorf., recepit αἰτίῃσι. Equidem cum reliquis edd. a scriptorum librorum auctoritate stare malui. Dixit Noster V, 106 ἐν αἰτίῃ ἔχειν itemque Thucydides notante Schweighaeusero I, 35. II, 59. V, 60. Mardonius Xerxem, ut supra legimus VII, 5. 9 seqq., instigaverat ad bellum Graeciae inferendum: hunc igitur calamitatum, quas in bello passi erant, auctorem habebant Persae criminabanturque: ad hunc quoque spectare videntur verba Atossae in Aeschyli Perss. 759 ed. Blomfield.: ταῦτα τοῖς κακοῖς ὁμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται θούριος Ξέρξης. — Ad verba περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες vid. VIII, 74 ibique citt. — Verba in capitis clausula posita καὶ περὶ Πέρσας μὲν ἦν ταῦτα τὸν πάντα μεταξὺ χρόνον γενόμενον sonant: *atque haec apud Persas fuere*, i. e. hoc fecerunt Persae per omne tempus, quod medium sive interiectum erat inter illius nuncii adventum et Xerxis reditum. Ad ἔπαυσε mente addas δειμαίνοντας περὶ αὐτῷ, i. e. *effecit, ut non amplius de ipso timerent, sustulit eorum timorem eosque sedavit.* Simili modo ἔπαυσε dixit Noster V, 67 et κατέπαυσε V, 38. II, 144, ubi cf. nott. Plutarch. Vit. Sull. 8 fin. ibique Schaefer. (T. V. p. 126).

Cap. C.

Μαρδόνιος δὲ] Non sequitur verbum finitum, sed post participia ὁρέων μὲν — ὑποπτεύων δὲ alterumque participium explicandi causa denuo illatum φροντίσας πρὸς ἑωυτὸν, unde pendent quae sequuntur ὡς δώσει δίκην usque ad αἰωρηθέντα, oratio, iterum interiectis aliquot verbis iisque necessariis ad sequentia recte intelligenda (πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα), demum exitum suum invenit in verbis λογισάμενος ὧν ταῦτα προσέφερε τὸν λόγον τόνδε, quae ad vocem Μαρδόνιος initio totius sententiae positam pertinent. In his verba καί οἱ κρέσσον εἴη ἀνακινδυνεῦσαι ἢ κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον valent: *meliusque sibi esse iterum tentare belli fortunam* (periclitari), *ita ut vel Graeciam prorsus debellet subigatque vel ipse pulcre mortem obeat:* ubi qui verbo ἀνακινδυνεῦσαι adduntur infinitivi (ἢ κατεργάσασθαι — ἢ τελευτῆσαι), obiecti vices quasi gerunt; participium eidem verbo additum invenimus IX, 41, ubi vid. nott. Ad significationem verbi κατεργάσασθαι, quod proprie notat *perficere aliquam rem, ad finem perducere* (τὴν Ἑλλάδα, scil. Graeciam liberam, i. e. *subigere, debellare*), conf. VI, 2. VIII, 109. VIII, 102. VII, 211. IX, 108. I, 123. Quae interiecta deinde leguntur verba: πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη, significant: *praevaluit ipsi* (secum deliberanti) *sententia;* conf. allata ad V, 118 coll. VI, 110. Ad locutionem συμφορὴν ποιεύμενον conf. nott. ad V, 5 et VIII, 10 et ad δρησμὸν βουλεύειν nott. ad VIII, 4. De subito modorum transitu in verbis, ὡς δώσει — καί οἱ κρέσσον εἴη vid. citt. ad V, 97 et infra VIII, 111. IX, 69. Ad

ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον, ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα· πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα· λογισάμενος ὦν ταῦτα προσέφερε τὸν λόγον τόνδε· Δέσποτα, μήτε λυπέο, μήτε συμφορὴν μηδεμίαν μεγάλην ποιεῦ τοῦδε τοῦ γεγονότος εἵνεκεν πρήγματος. οὐ γὰρ ξύλων ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων. σοὶ δὲ οὔτε τις τούτων τῶν τὸ πᾶν σφι ἤδη δοκεόντων κατεργάσθαι ἀποβὰς ἀπὸ τῶν νεῶν πειρήσεται ἀντιωθῆναι, οὔτ' ἐκ τῆς ἠπείρου τῆσδε· οἵ τε ἡμῖν ἠντιώθησαν, ἔδοσαν δίκας. Εἰ μέν νυν δοκέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ δοκέει ἐπισχεῖν, παρέχει ποιέειν ταῦτα. μὴ δὲ δυσθύμει·

verba *ἀναγνώσας βασιλέα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα* conf. Mardonii Xerxem ad bellum incitantis orationem supra VII, 9.

ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα] i. e. *suspensum de magnis*, s. cui de magnis rebus sit periclitandum, spe incerta. Schweighaeuserus (Lexic. Herodot. I. pag. 17) reddit: *magnarum rerum spe elatum;* quo eodem spectant, quae *Wesselingius* ad h. l. adscripsit: „Nimium sese atque insolenter extulerat Mardonius, *φυσώμενος καὶ μετέωρον ἠωρηκὼς ἑαυτὸν*, uti Philo Iud. De insomn. p. 1110 E. Tali ingenio homines *ἄνθρωποι κεναῖς αἰωρούμενοι δόξαις* in eiusdem libro De temul. pag. 245 C." *ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθεὶς* dixit quoque Dionysius Antiqq. Romm. V, 27. Verbum *αἰωρεῖσθαι* proprie navigantium est, qui in alto versantur mari atque fluctuant incerti, huc illuc iactati; unde mox ad eos translatum, qui animis fluctuant incerti suspensique huc illuc iactantur. Conf. nott. ad Plutarch. Alcibiad. pag. 219 seq. ad Pyrrh. p. 226, ad Philopoem. pag. 58.

οὐ γὰρ ξύλων ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν] Vocabulo *ξύλων* scaphas [vel potius *naves* idque per contemptum] designari annotat Blomfield. ad Thucydid. IV, 11, afferens Xenophont. Hist. I, 1, 24 ipsumque Virgilium, qui *trabes* quoque dixit naves Aen. V, 191. Wesseling. comparat epistolam Mardonii ad Graecos apud Plutarch. Aristid. cap. 10. pag. 324 C., ubi leguntur verba: *νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους — τὸ πᾶν φέρειν*. Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. p. 354 formulam *τὸ πᾶν φέρειν τινί* interpretatur: *omnia alicui conferre, maximum et fere totum momentum conferre;* his autem verbis respici vult ad ea, quae supra Themistoclem Noster dicentem fecerat: *τὸ πὰν γὰρ ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νέες* (VIII, 62, ubi vid. nott.). Itaque loci sententia erit haec: *neque enim in lignorum* (i. e. navium) *certamine maximum nobis momentum* (ad belli exitum) *positum est, sed in certamine virorum equorumque.* Quae sequuntur, *σοὶ δὲ οὔτε τις τούτων τῶν τὸ πᾶν κ. τ. λ.*, indicant: neminem, neque ex iis, qui pugnâ Salaminiâ prospere gestâ omnia sibi confecisse videntur, neque quemquam ex hac terra continenti, id tentaturum esse ut regi obsistat eosque ipsos, qui restiterint, iam poenas dedisse. In his verbis pro vulg. *κατεργάσασθαι*, quod cum Schaefero tenuit Matthiae, e Florentino aliisque recepi *κατεργάσθαι*, quod idem fecisse video Bekkerum, Dindorf. et Dietsch.

πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου] i. e. *adgrediamur Peloponnesum;* de structura verbi *πειρᾶσθαι* vid. nott. ad III, 118 et IV, 80. IX, 18. 46. Eadem locutio redit cap. 101 et 113. Verbum *παρέχει* attigimus supra ad VIII, 8. Dindorfius exhibuit *πειρεώμεθα*, quod idem reponi voluit

οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδεμία ἔκδυσις, μὴ οὐ δόντας λόγον τῶν ἐποίησαν νῦν τε καὶ πρότερον εἶναι σοὺς δούλους. μάλιστα μέν νυν ταῦτα ποίεε. Εἰ δ' ἄρα τοι βεβούλευται, αὐτὸν ἀπελαύνοντα ἀπάγειν τὴν στρατιὴν, ἄλλην ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε
666 *βουλήν. σὺ Πέρσας, βασιλεῦ, μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι. οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι δεδήληται τῶν πρηγμάτων, οὐδ' ἐρέεις, ὅκου ἐγενόμεθα ἄνδρες κακοί. εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Κύπριοί τε καὶ Κίλικες κακοὶ*

Bredov. p. 388, cui in talibus obsequi nolui, cum omnes libri scripti refragentur; nec obsecutus est Dietschius, qui tamen mox cum eodem Dindorfio, assentiente Bredovio p. 374, scripsit *δυσθύμεε*, ubi ego retinui vulgatum *δυσθύμει*, quod omnes scripti libri et editi afferunt.

οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδεμία ἔκδυσις, μὴ οὐ δόντας λόγον κ. τ. λ.] i. e. *neque ullo modo Graeci effugere possunt, quin rationem reddant eorum, quae et nunc et antea fecerunt ac tui sint* (fiant) *servi*. Idem esse ait Valckenarius: *ἀμήχανόν ἐστιν Ἕλλησι* vel *ἔστιν οὐδεμία μηχανή*, laudatque deinceps ob eandem structuram Herod. II, 181. III, 51. 209. II, 160. Lucian. II. p. 503. [Pro imag. 24.] Tu vid. allata ad VIII, 57. Locutionem *διδόναι λόγον*, quae alias valet *secum reputare*, *deliberare*, ut VIII, 9, h. l. accipio: *rationem reddere* eorum, quae scil. fecerunt, ut III, 50. Ad vocem *δούλους* vid. nott. ad VII, 5. Cui quod antecedit *σοὺς*, eius loco unus liber *τοὺς*, in quo *τεοὺς* latere suspicatur Schweighaeuser. Pro *ποίεε* Schaeferus, quem sequuntur Matthiae et Bekkerus, dederat *ποιέειν* (qui infinitivus imperativi vices gereret, ut V, 24 coll. 67. IV, 126), invitis codd., quibus iisdem iubentibus mox revocavi *ἀπάγειν*, a Schaefero unius Sancrofti cod. auctoritate mutatum in *ἀπαγαγεῖν*.

ἄλλην ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε βουλήν] i. e. *aliud habeo* (in promptu) *consilium vel ex his* (*quomodo tu* bene evadas); vulgo *ἐκ τῶνδε* reddunt *post haec*.

οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι δεδήληται τῶν πρηγμάτων] Displicuit *τοῖσι* (quod vulgo post *Πέρσῃσι* legitur) Pauwio refingenti *σοῖσι*, itemque Reiskio, qui correxit *τοισίδε*, et Schweighaeusero emendanti *τεοῖσι* (pro *σοῖσι*, formâ Homericâ) idque adeo recepit Gaisford. Abreschius, qui *τοῖσι* reliquit, id cum sequenti *δεδήληται* coniunctum *ab illis* explicat *Graecis*. Equidem cum Schaef., Negris. et recentt. edd. probante Bredov. pag. 247 ac dudum antea Wesselingio, in cod. Sancrofti lectione *ἐν τοῖσι Πέρσῃσι* subsistere malui; namque iungo equidem *ἐν τοῖσι Πέρσῃσι*, hoc fere sensu: *Neque enim in Persis* s. *apud Persas* (i. e. ubi Persae pugnarunt) *damnum ullum tuae ceperunt res*. Quare haud opus *ἐν Πέρσῃσι* exponere *Persarum culpâ*, quod placuit Valckenario, coniectanti quoque: *ἐν Πέρσῃσί τοί τι δεδήληται τ. πρ.*: *non enim Persarum culpâ quidquam* (sane) *rebus tuis allatum est detrimentum*. Verbum *δεδηλῆσθαι* hîc significare *βεβλάφθαι*, *laesum esse*, idem monet Valcken. conferens Eurip. Hippol. 175. — Ad ipsam denique Mardonii sententiam facit Xerxis oratio VIII, 101: *ὥς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεός εἰσι.* — Mox scripsi *οὐδ' ἐρέεις*, ubi vulgo *οὐδὲ ἐρεῖς*, cum *οὐδὲ* vocalem plerumque abiicere soleat: vid. Bredov. pag. 212, quo eodem iubente p. 376 scribendum *ἐρέεις*, quod idem dederunt Dindorf. et Dietsch.

εἰ δὲ Φοίνικες — κακοὶ ἐγένοντο] Vid. VIII, 68. In seqq. *τὰ ἤθεα* Herodoti ex usu dicuntur *domicilia*, *sedes*, ut IV, 76. 80. V, 14. 15 etc.

ἐγένοντο, οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος. Ἤδη ὦν, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι, ἐμοὶ πείθεο. εἴ τοι δέδοκται μὴ παραμένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυνε, τῆς στρατιῆς ἀπάγων τὸ πολλόν· ἐμὲ δέ σοι χρὴ τὴν Ἑλλάδα παρασχεῖν δεδουλωμένην, τριήκοντα μυριάδας τοῦ στρατοῦ
101 ἀπολεξάμενον. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη, πρὸς Μαρδόνιόν τε βουλευσάμενος ἔφη, ὑποκρινέεσθαι, ὁκότερον ποιήσει τούτων. ὡς δὲ ἐβουλεύετο ἅμα Περσέων τοῖσι ἐπικλήτοισι, ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρτεμισίην ἐς συμβουλίην μεταπέμψασθαι, ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μούνη νοέουσα τὰ ποιητέα ἦν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη, μεταστησάμενος τούς ἄλλους τούς τε συμβούλους Περσέων καὶ τοὺς δορυφόρους, ἔλεξε Ξέρξης τάδε· Κελεύει με Μαρδόνιος, μένοντα αὐτοῦ, πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου, λέγων ὥς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεός εἰσι, ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις. ἐμὲ ὦν ἢ ταῦτα κελεύει ποιέειν, ἢ αὐτὸς ἐθέλει τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ παρασχεῖν μοι τὴν Ἑλλάδα δεδουλωμένην· αὐτὸν

Ad voces τῆς στρατιῆς τὸ πολλὸν conf. Matth. Gr. Gr. §. 442, 3.

Cap. CI.

Ταῦτα ἀκούσας] „Non aliter ab Herodoto scripta, sic suo situ verba quoque potuerant collocari: ἥσθη τε ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης καὶ ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, ut lib. III c. 34. ἥσθη τε ταῦτα ἀκούσας Καμβύσης καὶ etc., ubi eiectum rediit in suam sedem ἀκούσας. Illud ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, *tanquam ex malis gavisus est*, non purum fuisse gaudium indicat, sed quantulumcunque post inopinatam adeo cladem a rege superbo sentiri poterat." *Valcken.* Mox pro vulg. ἀποκρινεῖσθαι cum Bredovio p. 37 et. 376 reposuimus ὑποκρινέεσθαι, quod idem dederunt Dindorf. et Dietsch.; legi quoque sic iubet Cobet Mnemosyn. IX. p. 290. De Persarum principum concione conf. nott. ad VII, 8. De voce συμβουλίην, quae etiam legitur VIII, 103, vid. nott. ad III, 1. Ad μεταστησάμενος conf. VIII, 81 ibique nott. Verba πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου spectant ad verba Mardonii cap. 100: πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου.

ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις] i. e. *lubenter se* (i. e. Persas) *huius rei documentum esse daturos*, ut explicat Stephanus. Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 388, qui idem §. 626, coll. Hartung.: Lehre v. d. Gr. Part. I. p. 111, ad verba νῦν τε συμβούλευσον κ. τ. λ. conferatur, in quibus vim voculae τε sic explicat Matthiae: „*ut antea monuisti, sic nunc mone*"; neque aliter exponit Doederlein: Reden u. Aufsätze II. p. 197. In sequentibus verbis ὁκότερα ποιέων ἐπιτυχῶ εὖ βουλευσάμενος (i. e. *utrum ex his faciens melius rebus meis consulam* s. *ex his mihi utrum faciendum sit, quo bene mihi consuluisse videar*) coniunctivum deliberativum in obliquis interrogationibus et dubitationibus adhibitum notavit G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV. p. 90 seqq. De voce ἀπόδεξις cf. nott. ad I, 1. Pro vulg. αὐτὸν δέ με κελεύει scripsi cum Bekkero, Dindorf. et Dietsch. αὐτὸν δ' ἐμὲ, probante quoque

δ' ἐμὲ κελεύει ἀπελαύνειν σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ ἐς ἤθεα τὰ
ἐμά. Σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβού-
λευσας τῆς γενομένης, οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβού-
λευσον, ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος. Ὁ μὲν 102
ταῦτα συνεβουλεύετο. Ἡ δὲ λέγει τάδε· Βασιλεῦ, χαλεπὸν
μέν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἴπασαν. ἐπὶ μέν-
τοι τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι δοκέει μοι, αὐτὸν μὲν σὲ ἀπ-
ελαύνειν ὀπίσω, Μαρδόνιον δέ, εἰ ἐθέλει τε καὶ ὑποδέκεται
ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τοῦτο μὲν
γάρ, ἢν καταστρέψηται τά φησι ἐθέλειν, καί οἱ προχωρήσῃ τὰ
νοέων λέγει, σὸν τὸ ἔργον, ὦ δέσποτα, γίνεται· οἱ γάρ σοὶ
667 δοῦλοι κατεργάσαντο. τοῦτο δέ, ἢν τὰ ἐναντία τῆς Μαρδο-
νίου γνώμης γένηται, οὐδεμία συμφορὴ μεγάλη ἔσται, σέο τε
περιεόντος καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμάτων περὶ οἶκον τὸν σόν.
ἢν γὰρ σύ τε περιῇς καὶ οἶκος ὁ σός, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶ-
νας δραμέονται περὶ σφέων αὐτῶν οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου
δέ, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται. οὐδέ τι νικῶντες οἱ

Bredov. pag. 212, quocum (p. 201) etiam retinui mox ἐς ἤθεα τὰ ἐμὰ pro τἀμά.

CAP. CII.

χαλεπὸν μέν ἐστι συμβουλευομένῳ κ. τ. λ.] Merito laudant Stephani versionem: *me tibi consulenti optimum dare consilium difficile est.* Nam *τυχεῖν εἴπασαν* ad idem redit, ad quod supra VIII, 68: *τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά.* Verbum *συμβουλεύεσθαι* attigi ad VII, 235. 237, et locutionem *ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι* explicui ad V, 49 et VIII, 19. De verbo *δοκέει* vid. Matth. Gr. Gr. §. 531.

οἱ γάρ σοὶ δοῦλοι] i. e. *tui enim servi id perfecerunt.* Aoristi *κατεργάσαντο* quae sit vis, exposuit Nitzsch. ad Homeri Odyss. X, 533. pag. 174. Quod ad significationem verbi *δοῦλοι* attinet, vid. quae excitavi ad VII, 5. In seqq. ad vocem *οἶκον* vid. nott. ad V, 31. Ac scite Wesseling. pro *ἐκείνων* coniicit *εὖ κειμένων*, i. e. *te salvo* et *bene habentibus domus tuae rebus*, ut apud Philostrat. V. Apoll. VIII, 7. p. 352. Sed nihil mutandum esse bene monuit Krueger ad Dionys. Halicarn. Epist. ad Cn. Pompei. pag. 46. Sensus est: *nulla erit magna calamitas, te quidem salvo salvisque tuae domus rebus.*

πολλοὺς — ἀγῶνας δραμέονται κ. τ. λ.] De locutione vid. nott. ad VII, 57 et de forma *δραμέονται* Bredov. pag. 375. Voces *πολλοὺς πολλάκις* non sine quadam vi iuxta positas esse quivis intelliget. Plura simillima excitavit Strange in: Seebod. et Iahn. Annall. Suppl. II, 3. p. 402 seq. — In sequentibus de locutione *ἤν τι πάθῃ* (*si quid illi accidisset*), qua verbis lenioribus plerumque res indicatur gravior, mors, clades vel simile quid, conf. modo IV, 97. VIII, 69 et 109 ibique nott. Add. interprett. ad Diogen. Laërt. V, 61. Stob. XLIX [51]. p. 356 s. T. II. p. 372 Gaisf. Diodor. Sicul. XIII, 98. Plat. Crit. cap. 4 ibique Stallbaum. Cicer. Tuscc. I, 43.

λόγος οὐδεὶς γίνεται] Vid. nott. ad VIII, 10. Quae sequuntur verba *οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλληνες νικῶσι κ. τ. λ.*, cum his ipsis arte cohaerent: *neque Mardonii, si cladem ac-*

ἐγένοντο, οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος. Ἤδη ὦν, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι, ἐμοὶ πείθεο. εἴ τοι δέδοκται μὴ παραμένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυνε, τῆς στρατιῆς ἀπάγων τὸ πολλόν· ἐμὲ δέ σοι χρὴ τὴν Ἑλλάδα παρασχεῖν δεδουλωμένην, τριήκοντα μυριάδας τοῦ στρατοῦ
101 ἀπολεξάμενον. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη, πρὸς Μαρδόνιόν τε βουλευσάμενος ἔφη, ὑποκρινέεσθαι, ὁκότερον ποιήσει τούτων. ὡς δὲ ἐβουλεύετο ἅμα Περσέων τοῖσι ἐπικλήτοισι, ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρτεμισίην ἐς συμβουλίην μεταπέμψασθαι, ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μούνη νοέουσα τὰ ποιητέα ἦν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη, μεταστησάμενος τοὺς ἄλλους τούς τε συμβούλους Περσέων καὶ τοὺς δορυφόρους, ἔλεξε Ξέρξης τάδε· Κελεύει με Μαρδόνιος, μένοντα αὐτοῦ, πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου, λέγων ὥς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεός εἰσι, ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις. ἐμὲ ὦν ἢ ταῦτα κελεύει ποιέειν, ἢ αὐτὸς ἐθέλει τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ παρασχεῖν μοι τὴν Ἑλλάδα δεδουλωμένην· αὐτὸν

Ad voces τῆς στρατιῆς τὸ πολλὸν conf. Matth. Gr. Gr. §. 442, 3.

CAP. CI.

Ταῦτα ἀκούσας] „Non aliter ab Herodoto scripta, sic suo situ verba quoque potuerant collocari: ἥσθη τε ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης καὶ ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, ut lib. III c. 34. ἥσθη τε ταῦτα ἀκούσας Καμβύσης καὶ etc., ubi eiectum rediit in suam sedem ἀκούσας. Illud ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, *tanquam ex malis gavisus est*, non purum fuisse gaudium indicat, sed quantulumcunque post inopinatam adeo cladem a rege superbo sentiri poterat." *Valcken.* Mox pro vulg. ἀποκρινεῖσθαι cum Bredovio p. 37 et 376 reposuimus ὑποκρινέεσθαι, quod idem dederunt Dindorf. et Dietsch.; legi quoque sic iubet Cobet Mnemosyn. IX. p. 290. De Persarum principum concione conf. nott. ad VII, 8. De voce συμβουλίην, quae etiam legitur VIII, 103, vid. nott. ad III, 1. Ad μεταστησάμενος conf. VIII, 81 ibique nott. Verba πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου spectant ad verba Mardonii cap. 100: πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου.

ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις] i. e. *lubenter se* (i. e. Persas) *huius rei documentum esse daturos*, ut explicat Stephanus. Tu conf. Matth. Gr. Gr. §. 388, qui idem §. 626, coll. Hartung.: Lehre v. d. Gr. Part. I. p. 111, ad verba νῦν τε συμβούλευσον κ. τ. λ. conferatur, in quibus vim voculae τε sic explicat Matthiae: „*ut antea monuisti, sic nunc mone*"; neque aliter exponit Doederlein: Reden u. Aufsätze II. p. 197. In sequentibus verbis ὁκότερα ποιέων ἐπιτυχῶ εὖ βουλευσάμενος (i. e. *utrum ex his faciens melius rebus meis consulam* s. *ex his mihi utrum faciendum sit*, *quo bene mihi consuluisse videar*) coniunctivum deliberativum in obliquis interrogationibus et dubitationibus adhibitum notavit G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV. p. 90 seqq. De voce ἀπόδεξις cf. nott. ad I, 1. Pro vulg. αὐτὸν δέ με κελεύει scripsi cum Bekkero, Dindorf. et Dietsch. αὐτὸν δ' ἐμὲ, probante quoque

δ' ἐμὲ κελεύει ἀπελαύνειν σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ ἐς ἤθεα τὰ ἐμά. Σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβούλευσας τῆς γενομένης, οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον, ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος. Ὁ μὲν 102
ταῦτα συνεβουλεύετο. Ἡ δὲ λέγει τάδε· Βασιλεῦ, χαλεπὸν μέν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἴπασαν. ἐπὶ μέντοι τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι δοκέει μοι, αὐτὸν μὲν σὲ ἀπελαύνειν ὀπίσω, Μαρδόνιον δέ, εἰ ἐθέλει τε καὶ ὑποδέκεται ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τοῦτο μὲν γάρ, ἢν καταστρέψηται τά φησι ἐθέλειν, καί οἱ προχωρήσῃ τὰ νοέων λέγει, σὸν τὸ ἔργον, ὦ δέσποτα, γίνεται· οἱ γάρ σοὶ
667 δοῦλοι κατεργάσαντο. τοῦτο δέ, ἢν τὰ ἐναντία τῆς Μαρδονίου γνώμης γένηται, οὐδεμία συμφορὴ μεγάλη ἔσται, σέο τε περιεόντος καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμάτων περὶ οἶκον τὸν σόν. ἢν γὰρ σύ τε περιῇς καὶ οἶκος ὁ σός, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτῶν οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δέ, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται. οὐδέ τι νικῶντες οἱ

Bredov. pag. 212, quocum (p. 201) etiam retinui mox ἐς ἤθεα τὰ ἐμὰ pro τἀμά.

Cap. CII.

χαλεπὸν μέν ἐστι συμβουλευομένῳ κ. τ. λ.] Merito laudant Stephani versionem: *me tibi consulenti optimum dare consilium difficile est.* Nam τυχεῖν εἴπασαν ad idem redit, ad quod supra VIII, 68: τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. Verbum συμβουλεύεσθαι attigi ad VII, 235. 237, et locutionem ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι explicui ad V, 49 et VIII, 19. De verbo δοκέει vid. Matth. Gr. Gr. §. 531.

οἱ γάρ σοὶ δοῦλοι] i. e. *tui enim servi id perfecerunt.* Aoristi κατεργάσαντο quae sit vis, exposuit Nitzsch. ad Homeri Odyss. X, 533. pag. 174. Quod ad significationem verbi δοῦλοι attinet, vid. quae excitavi ad VII, 5. In seqq. ad vocem οἶκον vid. nott. ad V, 31. Ac scite Wesseling. pro ἐκείνων coniicit εὖ κειμένων, i. e. *te salvo* et *bene habentibus domus tuae rebus*, ut apud Philostrat. V. Apoll. VIII, 7. p. 352. Sed nihil mutandum esse bene monuit Krueger ad Dionys. Halicarn. Epist. ad Cn. Pompei. pag. 46. Sensus est: *nulla erit magna calamitas, te quidem salvo salvisque tuae domus rebus.*

πολλοὺς — ἀγῶνας δραμέονται κ. τ. λ.] De locutione vid. nott. ad VII, 57 et de forma δραμέονται Bredov. pag. 375. Voces πολλοὺς πολλάκις non sine quadam vi iuxta positas esse quivis intelliget. Plura simillima excitavit Strange in: Seebod. et Iahn. Annall. Suppl. II, 3. p. 402 seq. — In sequentibus de locutione ἤν τι πάθῃ (*si quid illi accidisset*), qua verbis lenioribus plerumque res indicatur gravior, mors, clades vel simile quid, conf. modo IV, 97. VIII, 69 et 109 ibique nott. Add. interprett. ad Diogen. Laert. V, 61. Stob. XLIX [51]. p. 356 s. T. II. p. 372 Gaisf. Diodor. Sicul. XIII, 98. Plat. Crit. cap. 4 ibique Stallbaum. Cicer. Tuscc. I, 43.

λόγος οὐδεὶς γίνεται] Vid. nott. ad VIII, 10. Quae sequuntur verba οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλληνες νικῶσι κ. τ. λ., cum his ipsis arte cohaerent: *neque Mardonii, si cladem ac-*

Ἕλληνες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες. σὺ δὲ, τῶν εἵνεκα
103 *τὸν στόλον ἐποιήσαο, πυρώσας τὰς Ἀθήνας ἀπελᾷς. Ἥσθη τε δὲ τῇ συμβουλίῃ Ξέρξης· λέγουσα γὰρ ἐπετύγχανε τά περ αὐτὸς ἐνόεε. οὐδὲ γὰρ, εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμενε ἂν, δοκέειν ἐμοί· οὕτω καταρρωδήκεε. ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρτεμισίην, ταύτην μὲν ἀποστέλλει ἄγουσαν αὐτοῦ τοὺς παῖδας ἐς Ἔφεσον· νόθοι γάρ τινες παῖδές οἱ συνείποντο.*
104 *Συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ φύλακον Ἑρμότιμον, γένος μὲν ἐόντα Πηδασέα, φερόμενον δὲ οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλέϊ. Οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ.*

ceperit, ulla fit ratio, neque Graeci, si vincant, aliquam (magnam) *victoriam reportant, quando tuum servum perdiderint.* Mox pro *ἐποιήσω*, quod omnes afferunt libri, cum Dindorfio et Dietschio scripsi *ἐποιήσαο*, iubente Bredovio pag. 322, qui multa similia attulit. Ad verba *πυρώσας τὰς Ἀθήνας* (i. e. *incensis Athenis*) vid. nott. ad VII, 8. §. 2. Add. Euripid. Phoeniss. 584: *Θήβας πυρώσας*. Sophocl. Antig. 286. Aeschyl. Prometh. 495 (506). Ad formam futuri *ἀπελᾷς* (*discedes;* vid. VII, 96 ibique nott.) Herodotea attulit Bredov. pag. 390. Ad formam plusquamperfecti *καταρρωδήκεε* in seq. capite conf. Bredov. p. 319. 320. 290, quo eodem probante pag. 303 cum recentt. edd. dedi *συνείποντο* pro vulg. *συνέσποντο*. Vid. infra IX, 15.

CAP. CIV.

φύλακον Ἑρμότιμον] Apud Herodotum non *φύλαξ*, sed *φύλακος* constanter reperitur; vid. allata a Bredov. pag. 252.

φερόμενον δὲ οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλέϊ] i. e. *qui inter regios eunuchos haud secundum obtinuit locum.* Ubi attende verbi medii (*φέρεσθαι*) vim, quam eandem Valcken. (in not. ad Herod. IX, 78) observari vult in similibus locis Luciani V. Hist. II, 18. Eunap. Iamblich. p. 21 s. p. 11 Boissonad. (quem ipsum conf. in annot. p. 175. 567), Mosch. III, 57. Callimach. Hymn. in Del. 4: quibus Wesselingius addit Dion. Cass. XL. pag. 136 [cap. 2. Add. LII, 19. LIV, 4. LIX, 28] Aelian. N. A. XIII, 7. Hemsterhus. in Lucian. Timon. 35 (I. p. 400 Bip.) et Xenophont. Ephes. in Miscell. Observv. Vol. V. p. 30. Tu conf. etiam ipsum Herodotum VI, 100. VII, 168 et ea, quae nuper attulit Lothholz ad Basilii orat. cap. 8. pag. 89; ad illud *οὐ τὰ δεύτερα* conf. Herod. I, 23 ibique nott. — Quanta autem eunuchorum fuerit auctoritas atque potestas apud Persarum reges, qui illos quibusvis in rebus gravissimis adhibebant vel auctores vel administros, satis ea docent, quae de Persarum historia e Ctesianis excerptis ad nos pervenerunt tradita. Ubi accurate indicatur, quinam inter eunuchos plurimum apud unumquemque regem auctoritate valuerit. Vid. nott. ad Ctes. pag. 120 et ea, quae collegit Ruperti ad Taciti Annall. VI, 31, itemque Gibbon: History etc. I. cap. XIX init. Atque huc quoque refert Hengstenberg (Bücher Mosis pag. 22), quod in Genes. 37, 36 Potiphar vocatur eunuchus regis, satellitum praefectus, cum eunuchus semper unus ex aulicis ministris altioris loci atque ordinis sit habendus. Hinc etiam diiudicanda sunt, quae VIII, 105 fin. leguntur: *πάντων τῶν εὐνούχων ἐτιμήθη μάλιστα παρὰ Ξέρξῃ*, ubi cf. nott. De *Pedasensibus* vid. allata ad V, 121.

Οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι κ. τ. λ.] „Hîc tradita [usque ad verba cap. 105 *ὁ Ἑρμότιμος ἦν* inclus.] spuria videntur: primum, quod insunt nonnulla ab Herodotea scribendi facie

ἐν δὲ τοῖσι Πηδάσοισι τούτοισι τοιόνδε συμφέρεται πρῆγμα

diversa; deinde, quia libro primo posita tantum legisse videtur Strabo [XIII. p. 611 s. pag. 909]; tandem, quia ex Herodoti consuetudine illic suo leguntur loco, ubi Pedasensium fit e Caria mentio: ista talia denique sic non solet Noster eadem repetere. [Herodoti locus supra legitur I, 175, ubi narratio gentium Asiae minoris, quae a Persis duce Harpago in ditionem redigebantur, sponte ducit ad Pedasenses, hunc in modum: *ἦσαν δὲ Πηδασέες οἰκοῦντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν· τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι, ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει· τρίς σφι τοῦτο ἐγένετο.*] Si adeo erant digna, quae repeterentur, cur non illa reposuisset potius VI, 20, ubi Pedasenses e Caria iterum commemorantur. Quod primum dicebam, me iudice rem conficit: interpolator suo fraudem prodit indicio. Herodotea, *τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι*, sic lecta Straboni, Noster interpretatur *ἐπεὰν τοῖσι — μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπόν. Τὸ ἔσεσθαι* videlicet requirebat adiectum *ἐντὸς χρόνου*. Velut grammaticus, *Ἀνεπιτήδεον, χαλεπόν. Ἴσχει πώγωνα* reddidit *φύει*. Priora missa facio, *ἐν τοῖσι Πηδασέοισι*: et *τοιόνδε φέρεται πρῆγμα γίνεσθαι: fertur*, Vallae; quod mutari postea potuit in *συμφέρεται πρῆγμα* [quod idem Florentinus, Mediceus, alii tenent]. Sed quibus tandem hoc ostento malum portendebatur? an non ipsis etiam Pedasensibus barba suae sacerdotis portentum erat expiandum? hoc utique significatum voluit Herodotus. Et quid tandem interpolator? cum malum immineret *τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος*: quae sane non eleganter sunt tornata; Vallae reddita: *Amphictyensibus, qui circa eam urbem habitant*: Palmerius, *Amphictyonas*, ait, *a Pylaea sua in mediam Cariam sine navi transfretavit*. Suspicor primum, huius notae auctorem pro *περιοίκοισι* I, 175 legisse in suo cod. *περικτίοσι*: noverat magister ex Hom. Od. II, 65 *περικτίονας ἀνθρώπους οἳ περιναιετάουσι*: iam vide quam docte scripserit, ad exemplar Homeri propemodum: *ἀμφικτίοσι — τοῖσι ἀμφὶ — οἰκέουσι.* Ubi meminit Thucyd. III, 104 Deli *τῶν περικτιόνων νησιωτῶν*: Schol. *Περικτίονες*, inquit, *εἰσὶ καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες.*" *Valckenar.*, de voce *ἀμφικτίονες* praeterea citans Pausan. X [8. §. 1] pag. 815, Tzetzem, qui *conterminos* ita vocarit iuxta Vales. in Harpocrat. p. 276 [p. 461 Lips.] et Stobaei Florileg. p. 197. [Add. Pindar. Pyth. IV, 66. Nem. VI, 40. Isthm. III, 26.] Ac Dounaeum ille laudat haec in splendidioribus Herodoti mendaciis ponentem, quamvis auctor ac testis Herodoti citetur Aristoteles, ad I, 175 laudatus. Equidem, quamquam acute haec a Valckenario disputata sunt indeque etiam Wesselingii, Larcheri ac nuper etiam Geisleri (in Sententiis controversis adiectis Dissertationi de Graecorum nominativis absolutis. Vratislav. 1845. nr. 3.) tulerunt applausum, vix tamen iis hoc effici credam, ut continuo haec verba Herodoto abiudicentur, viro seni, quem ad extremum fere diem in opere suo elaborando occupatum non omnia prorsus perficere atque absolvere potuisse plura commonstrant, quemque etiam haec, opinor, si fata tulissent, delevisse credibile est; modo in opere perpoliendo et perlustrando eo usque progredi licuisset. Sic, qui Assyrias pollicetur historias (cf. I, 106 et 184 ibique nott.), qui alia aliis locis se expositurum promittit (cf. VII, 213 ibique nott.), haud stare promissis reperitur, praematura scil. morte abreptus. Qui, aliud ut afferam, supra hoc ipso libro cap. 92, quae de Pytheae in frusta concisi nec tamen mortui, sed servati calamitate enarrat, eadem iam alio loco, qui exstat VII, 181, tradiderat, nec aliter hoc loco, occasione oblata, profert eadem, quae

γίνεσθαι. ἐπεὰν τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε ἡ ἱρείη αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν. τοῦτο δέ σφι δὶς ἤδη ἐγένετο. Ἐκ τούτων δὴ τῶν Πηδασέων ὁ Ἑρμότιμος ἦν, τῷ μεγίστη τίσις ἤδη ἀδικηθέντι ἐγένετο πάντων 668
τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλόντα γὰρ αὐτὸν ὑπὸ πολεμίων καὶ πωλεόμενον ὠνέεται Πανιώνιος, ἀνὴρ Χῖος, ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴ-

I, 175 iisdem fere verbis tradita erant, digna illa quidem, quae vel iterum traderentur, nisi, quae Naberi est sententia (Mnemosyn. III. p. 484), ea, quae primo libro nunc leguntur, demum, hoc octavo libro iam scripto (inchoato certe necdum absoluto), literis Noster tradidisse putandus est. Itaque haec verba ab Herodoto utique profecta duxi retinenda neque prorsus facere possum cum Schweighaeusero Herodotea haecce ita tuente, ut imprudenti scriptori ista exciderint, haud recordanti alio loco a se ista iam esse exposita. Quod ad interpolationis attinet indicia e loquendi usu repetita, haud diffiteor, vix sanum mihi et ipsi videri illud *φέρεται*, *fertur, dicunt*, cuius geminum vix opinor alibi reperitur: quae enim afferuntur (vid. Thesaur. Ling. Graec. Vol. VIII. pag. 729 ed. Dindorf), ea ad posterioris aetatis scriptores pertinent, veluti *τὸν λόγον τὸν νῦν φερόμενον* apud Dion. Cass. XL, 54, et *ἀποφθέγματα φέρεται* apud eundem LVIII, 2 et LXXVI, 9. Itaque reposui *συμφέρεται*, quod probi codices (Mediceus, Florentinus, alii) afferunt quodque Herodoti usus confirmat, apud quem crebro hoc verbum reperitur, ubi significat *accidere, evenire;* vid. modo IV, 156 ibique nott. Atque etiam *χαλεπὸν* positum pro *ἀνεπιτήδεον* nescio cur displicet vimque orationis videtur infringere. Nec denique suspicione carent verba: *τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλεως*, in quibus *πᾶσι* deletum vult Naber l. supra l.; atque omnino sermonis illa abundantia offenderet, nisi in talibus Herodotum verborum minime parcum esse constaret. Minus haereo equidem in locutione *φύει πώγωνα*, cuius similia exstant IX, 122. II, 68 coll. nott. ad V, 91. De vi praepositionis *ἀμφὶ* in verbis *ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλιος* (*circa hanc urbem*) monuit Kuehner Gr. Gr. §. 609, I.

Πηδάσοισι] Ita cum recentt. edd. reliqui, quamvis supra VI, 20 *Πηδασεῦσι*, haud scio an rectius, cum forma *Πήδασοι* nuspiam occurrat, sed *Πηδασέες* inveniatur, ut paulo antea, ita quoque I, 175 et *Πηδασέων* cap. sequente; conf. Struve: Quaest. de dialect. Herod. Spec. II. p. 6 (Opuscc. II. p. 330). Alii *Πηδασέοισι*, quod merito reiecit Bredov. pag. 247; Leopard. Emendd. VII, 11 *Πηδασέεσσι*. Pro *τουτέοισι* in seqq. dedi cum Schweigh. et Gaisf. *τούτοισι*, probante Bredov. p. 246. — Pro *δὶς* in seqq. I, 175 (ubi vid. nott.) exstat *τρίς*.

Cap. CV.

ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων] Paulo infra dicit *ἐκ τούτου τὴν ζόην ποιεῖσθαι*, cuius loco II, 36 legitur *ποιεῖσθαι ἀπό τινος τὴν ζόην* (conf. etiam Basilii orat. ad iuven. cap. 1 ibique Lothholz pag. 23) et VIII, 106 *ἀπ' ἔργων τὸν βίον κτήσασθαι*, *vitam sustentare facinoribus maxime impiis.* Unde Cobet Varr. Lectt. pag. 125 pro *κατεστήσατο* scribi mavult *κατεκτήσατο*, quo tamen haud opus esse videtur, cum *κατεστήσατο* satis commode explicari possit: „qui *vitam suam instituit*, i. e. victum sibi quaesivit; conf. Herod. IV, 161 et V, 92. Vim praepositio-

δεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχίων. ἄλλους τε δὴ Πανιώνιος ἐξέταμε πολλούς, ἅτε ποιεύμενος ἐκ τούτου τὴν ζόην καὶ δὴ καὶ τοῦτον. καί, οὐ γὰρ τὰ πάντα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος, ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων

nis ἀπὸ in verbis ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων (*ex opere iniquissimo, improbissimo*) attigi ad IV, 22. VII, 28. Ad haec ἔργα ἀνοσιώτατα quod Noster refert τὴν ἐκτομήν, idem III, 49 (coll. VI, 9. 32) dicit πρῆγμα ἀτάσθαλον. In proxime sequentibus pro ἐκτάμνων Naber in Mnemosyn. III. p. 301. 481 proposuit ἐκταμών, ac paulo antea in verbis: μεγίστη τίσις ἤδη ἀδικηθέντι ἐγένετο Burgess. Prolegg. in Thucydid. pag. 105 pro ἤδη scribi vult δή; neutrum editores recentiores receperunt, nec ego recipiendum duxi. Locutionem εἴδεος ἐπαμμένους attigi ad I, 199 et crudele istud negotium exscindendi genitalia per Asiam factitatum ad III, 48. VI, 19. 32. De forma ἐπαμμένους conf. Bredov. pag. 292. Eandem formam nuper Cobet (in Mnemosyn. XV. p. 138) in Stobaei Florileg. LXXIX, 52 recte revocavit, pro vulg. θείας φύσιος πεπαμένον scribens ἐπαμμένον.

ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων] *Ducebat ille* scil. *pueros castratos Sardes Ephesumque, ubi eos multâ venderet pecuniâ.* Utroque enim loco magnum servorum atque eunuchorum fuit forum commerciumque in varias inde interioris praesertim Asiae partes deductorum. In seqq. e pluribus codd. dedi ἐνορχίων (ut VI, 32), ubi alii ἐνορχέων. Tu vid. Bredov. pag. 268. Ad quem locum haec adscripsit *Valckenar.* „Cur autem Persae εὐνούχους ἐποίουν τοὺς καλούς, rationem reddit Dion. Chrysost. Or. XX. pag. 270 B. vid. Herod. VI, 32 Brisson. De regn. Pers. II. p. 295. In hac historia, propter crudelissimam, quam de Panionii liberis sumpsit, vindictam lectoribus nullâ dignus adparebit Hermotimus misericordiâ, quam in ficta Xenophontis Cyropaedia [V, 2, 28. V, 3, 15 seqq. V, 4, 1. VII, 5, 30. VIII, 4, 2] facile movebit Gadatas.“ Narravit autem Noster haec unam eam ob causam, ut τίσιος illius vim insigniore comprobaret exemplo; quae ipsa haud alia fere est atque νέμεσις, quae suum cuique tribuit, iusta unicuique ac debita remunerans, bona bonis, mala malis rependens: qua de re plura attulimus ad VI, 84. IV, 205; conf. etiam infra VIII, 129 coll. 109. Hinc Hermotimum VIII, 106 Noster dicentem facit: ἐδόκεές τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· οἵ σε ποιήσαντα ἀνόσια, νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι ὑπήγαγον κ. τ. λ. Hanc vero τίσιν sive νέμεσιν per Herodoti Musas regnare scriptorisque animo alte impressam haerere, cum hanc ob causam potissimum, ut scil. illius vim explicaret et commonstraret, historiae scribundae se dedisse videatur, haud uno e loco intelligitur. Meminit autem eiusdem rei Athenaeus quoque VI. p. 266 E. — In seqq. dedi ἐκ τούτου τὴν ζόην libris scriptis, quos etiam sequuntur Bekkerus et recentt. editores, ita iubentibus. Alii ἐκ τούτων.

οὐ γὰρ τὰ πάντα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος] i. e. *neque enim usquequaque infelix erat Hermotimus*, ut qui summum licet infortunium subiisset eo, quod castratus erat factus, tamen summam apud regem post iniit gratiam: quod omnino pertinet ad Nostri sententiam, luculenter in Amasidis literis expositam (III, 40, ubi vid. nott.), ex qua nemo mortalium summa felicitate utatur, quin in mala incidat, neque summo infortunio, rerum secundarum prorsus expers, sed fortunam in utramque partem per vices quisque experiatur. Attigit haec quoque Hoffmeister: Sittlich-religiöse Weltansicht d. He-

παρὰ βασιλέα μετ' ἄλλων δώρων. χρόνου δὲ προϊόντος πάν-
106 των τῶν εὐνούχων ἐτιμήθη μάλιστα παρὰ Ξέρξῃ. Ὡς δὲ τὸ
στράτευμα τὸ Περσικὸν ὧρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐὼν
ἐν Σάρδισι, ἐνθαῦτα καταβὰς κατὰ δή τι πρῆγμα ὁ Ἑρμότιμος
ἐς γῆν τὴν Μυσίην, τὴν Χίοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ κα-
λέεται, εὑρίσκει τὸν Πανιώνιον ἐνθαῦτα. ἐπιγνοὺς δὲ ἔλεγε
πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους, πρῶτα μὲν οἱ κατα-
λέγων, ὅσα αὐτὸς δι' ἐκεῖνον ἔχοι ἀγαθά, δεύτερα δέ οἱ ὑπι-
σχνεύμενος ἀντὶ τούτων, ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσει, ἢν κομίσας
τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ, ὥστε ὑποδεξάμενον ἄσμενον τοὺς

rodot. pag. 26 et Runge: Herodots Verhältniss z. Volksglauben pag. 14.

ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλέα] A satrapa, qui inter alia munera eunuchos quoque probabiliter regi misit gratificaturus, Hermotimum ad regem esse missum, vero fit simillimum. De eunuchorum auctoritate apud Persarum reges diximus ad VIII, 104. Ac fidelissimos istos esse e Chardinii, recentioris peregrinatoris, diariis affirmat Larcherus: neque aliter antiquitus fidissimos esse habitos eunuchos, apparet quoque ex iis testimoniis, quae apposuit Becker in Charicl. II. pag. 41 (III. p. 27 ed. sec.).

Cap. CVI.

ὧρμα ὁ βασιλεὺς] ὁ inserui cum Schweigh. et Gaisf., cum vulgo absit. Recentt. edd. inde a Bekkero denuo abiecerunt. Pro ὅρμα, quod Schweighaeuserus et Gaisford. dederant, revocavi cum recentt. edd. ὧρμα, quod Wesselingius recte tenuit; vid. Bredov. pag. 308. Ad significationem et structuram verbi ὁρμᾶν conf. I, 76 ibique nott. — καταβὰς dicitur Hermotimus, qui ex interioris Asiae tractibus, Susis, quae regia erat sedes, ad Asiae minoris oram in Mysorum terram descenderat, negotii cuiusdam peragendi causa: κατὰ δή τι πρῆγμα, in quibus verbis attende vim particulae δὴ similem in modum crebro positae; vid. Burgess: Prolegg. in Thucydid. pag. 211. De eo usu, quo ante verba Ἀταρνεὺς δὲ καλέεται pronomen omittitur, vid. nott. ad I, 47 fin. De ipso *campo Atarnensi* conf. nott. ad I, 160. VI, 28. Quod sequitur ἐπιγνούς, valet: *hunc ubi agnovit;* vid. Homer. Odyss. XXIV, 217. Sophocl. Antig. 960. Electr. 1297. In seqq. non sine causa in modis ita variasse videtur Noster scribens καταλέγων, ὅσα — ἔχοι et ὑπισχνεύμενος, ὅσα — ποιήσει. Vid. nott. ad V, 13 et cf. IX, 54.

ἢν κομίσας τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ] Schweigh., quem sequitur Gaisf., e duobus codd. dedit κομισάμενος, quod meâ quidem sententiâ e correctura fluxit. Itaque cum Matth., Bekkero et recc. edd. retinui vulgatam κομίσας, quam scripti tuentur libri itemque Thomas Magister pag. 644. Ac paulo post invenitur κομίσαι. Sententia Herodoti est: *si adductâ suâ familiâ illic* (Sardibus) *habitare vellet.* Ad οἰκέτας conf. Thom. Magistr. l. l. et nott. ad Herod. VIII, 4. — ἐκείνῃ spectat ad *Sardes.*

ὑποδεξάμενον ἄσμενον] Eodem modo loquitur Aelianus N. A. VI, 50, ubi Herodotei loci non fuit immemor Iacobs. — In seqq. περιέλαβε valet: *in potestate habuit*, ut V, 23. VIII, 6. — Pro ἤδη μάλιστα Wesselingio magis placeret δή; Abreschius voculam ἤδη eo sensu accipi vult, quo alias μέχρι νῦν, *huc usque*, plane ac si dixisset πάντων ἀνδρῶν οἳ ἤδη γεγόνασι, ut apud Pausan. VII, 22. §. 4: quod tamen an facto opus fuerit, merito dubi-

λόγους τὸν Πανιώνιον, κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. ὡς
δὲ ἄρα πανοικίῃ μιν περιέλαβε, ἔλεγε ὁ Ἑρμότιμος τάδε· Ὦ
πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν βίον
κτησάμενε, τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς ἢ τῶν ἐμῶν τις ἐργάσατο
ἢ σὲ ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με ἀντ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν
εἶναι; ἐδόκεές τε θεοὺς λήσειν, οἷα ἐμηχανῶ τότε. οἵ σε ποιή-
σαντα ἀνόσια, νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι, ὑπήγαγον ἐς χεῖρας
669 *τὰς ἐμὰς, ὥστε σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην*
δίκην. Ὡς δέ οἱ ταῦτα ὠνείδισε, ἀχθέντων τῶν παίδων ἐς ὄ-
ψιν, ἠναγκάζετο ὁ Πανιώνιος τῶν ἑωυτοῦ παίδων, τεσσέρων
ἐόντων, τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν· ἀναγκαζόμενος δὲ ἐποίεε ταῦτα·
αὐτοῦ τε, ὡς ταῦτα ἐργάσατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι ἀπέ-
ταμνον. Πανιώνιον μέν νυν οὕτω περιῆλθε ἥ τε τίσις καὶ
ὁ Ἑρμότιμος.

Ξέρξης δὲ, ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε ἀπάγειν 107

tat Siebelis. Namque in Herodoti quoque loco particula *ἤδη* vim auget superlativi ac totius sententiae: *tu iam omnium virorum nequissimo negotio vitam sustentans.* Vid. modo supra cap. 105 initio.

τὸ μηδὲν εἶναι] „Culte *τὸ μηδὲν ὄντες*, *viles*, *ignavi* et *nullius rei homines* Sophocl. Aiac. 779. Dion Chrysost. Or. XXXVIII. p. 480 A et LXVI p. 611 D. Aliud Hermotimus, calamitatem suam, qua *nec vir nec femina* evaserat, exprobrans nequissimo Panionio. Adi Salvagnio observata ad Ovidii Ibim 457.“ *Wesseling.* Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 437. not. 1 et quae attulit similia Apitzius ad Sophocl. Trachin. 1075 Adverss. pag. 321. *Cr.* laudaverat Heindorf. ad Platon. Euthyd. §. 82. pag. 418 seq. et ad Platon. Sophist. pag. 271. 272. Ipse olim hanc locutionem attigi ad Plutarchi Philopoem. 19 init., ubi Plutarchus taxat humanam *δύναμιν*, *ὡς ἄπιστον καὶ τὸ μηδὲν οὖσαν*, i. e. quae *nihili plane pendenda sit.* Conf. etiam Herodot. IX, 58. In proxime sequentibus vulgatam *ἐμηχανῶ* haud mutavi in *ἐμηχανέο*, quae est Bredovii sententia p. 386, indeque etiam supra III, 85 reliqui *μηχανῶ* eodem Bredovio auctore mutandum in *μηχανέο*. Conf. etiam supra VIII, 57 *πειρῶ* ibique nott. — Verbum *ὑπήγαγον* non tam significare videtur *adduxerunt*, ut VI, 72, sed retinere simul vim praepositionis, plane ut IX, 94: *Qui te inscium, fallacibus sermonibus confidentem huc adduxerunt.* Larcherus, qui conferri vult Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 58, hinc reddit: „*ils t'ont attiré par un appât trompeur.*“ Pro vulg. *χέρας* e Sancrofti libro cum Dietschio recepi *χεῖρας*, quod Herodoti sermo postulat; vid. Bredov. p. 159. Quae sequuntur verba: *ὥστε σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο σοι ἐσομένην δίκην* (*quare de poena, quam a te repetam, non est quod conqueraris*, ut reddit Schweighaeuser), apte conferuntur cum Xenophontis verbis in Hellen. VI, 2, 34: *εἰ δέ τις μὴ ἀκολουθήσοι, προεῖπε μὴ μέμψεσθαι τὴν δίκην*, ubi similia quaedam excitantur ab interpretibus. Ad *περιῆλθε* conf. nott. ad VII, 88 et Plutarch. Mar. 10: *καὶ περιῆλθέ τις νέμεσις κ. τ. λ.* De ipsa sententia vid. nott. ad VIII, 105.

CAP. CVII.

ὡς τοὺς παῖδας κ. τ. λ.] Vid. supra VIII, 103 et Pseudo-Plutarch.

ἐς Ἔφεσον, καλέσας Μαρδόνιον, ἐκέλευέ μιν τῆς στρατιῆς διαλέγειν τοὺς βούλεται, καὶ ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα πειρώμενον ὅμοια. Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην ἐς τοσοῦτο ἐγίνετο· τῆς δὲ νυκτὸς, κελεύσαντος βασιλέος, τὰς νέας οἱ στρατηγοὶ ἐκ τοῦ Φαλήρου ἀπῆγον ὀπίσω ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἦσαν Ζωστῆρος πλώοντες οἱ βάρβαροι,

haec cavillantem pro more II. pag. 870. — Pro ἐκέλευσε, quod e quibusdam retinuerunt Schaefer., Matth. et recc. edd., equidem reliquorum librorum auctoritatem secutus cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἐκέλευε itemque mox τοὺς βούλεται, ubi olim τοὺς ἂν βούληται, libris scriptis invitis, exstabat. Indicativum in talibus poni posse, monstrant, quae Werferus attulit in Actt. phill. Monacc. I. pag. 105. 106. διαλέγειν hoc loco et VIII, 113 dixit Noster eadem *eligendi* significatione, qua supra (VIII, 100. 101) dixit ἀπολέγεσθαι. Conf. Diodor. XV, 71 et quae alia proferuntur in Thesauro Ling. Graec. II. pag. 1209. Infra VIII, 113 invenitur quoque ἐκλέγεσθαι, de quo etiam conf. nott. ad VIII, 22. Verba: καὶ ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα πειρώμενον ὅμοια proprie valent: *atque tentando sermonibus aequalia reddere facta* s. *atque operam dare, ut promissis facta aequaret.* Locutionem ἐς τοσοῦτο (*in tantum, hactenus* ea hoc die fiebant), quae occurrit etiam VIII, 125, attigit Matth. Gr. Gr. §. 578, c. Tu vid. nott. ad VI, 134 et VII, 99. Ad verba ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος (i. e. *quanta celeritate quisque posset*), quae attigit idem Matthiae §. 337, conf. quae supra leguntur VI, 116 (ubi vid. nott.): ὡς ποδῶν εἶχον; Wesseling. excitaverat Plutarch. II. p. 610. Herod. IX, 58. Male olim ταχέως, quod ipsum Sancrofti liber retinet, Florentino, aliis melius alterum afferentibus. Et vidit dudum Wesseling. Diss. Herodot. IX. p. 129.

διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ] Ad sensum recte Valla: *ad custodiendas rates, quibus rex transiret.* Libri scripti βασιλέϊ, quod retinui, reiecta Aldinae lectione βασιλῆα; namque cum Schweigh. intelligere licet: διαφυλαξούσας βασιλέϊ (ὥστε αὐτὸν) πορευθῆναι, ut sane sit dativus commodi quem vocant; quamquam infinitivus πορευθῆναι nescio quid durius habere videtur, cui ita mederi voluit Reiskius, ut legeretur: δι' ὧν ἔδει πορευθῆναι. Postea Schweigh. in Lex. Herod. (II. pag. 226) eam sibi suspicionem obortam esse dicit, ut activum verbum πορεύειν notionem habeat *mittendi, adducendi, ad iter parandi*, indeque hunc loci fore sensum arbitratur: *naves custodituras pontes, ut regi ad transitum parati essent*, s. *curaturas, observaturas, ut pontes* etc. Mihi magis arridet prior interpretatio.

Ζωστῆρος] De hoc promontorio primarii sunt loci Stephani Byz. s. v. pag. 377. Pausan. I, 31. §. 3. Strabon. IX. p. 398 s. 610 B. Fuit terrae tractus in mare porrectus et Apollinis aede, nunc diruta, aliorumque deorum aris insignis, cui a Latonae cingulo nomen venit. Nunc *Vari* dicunt hanc regionem ob vicum prope iacentem; lacus adiacens sacer etiamnum vocatur *Vulios mene.* Plura Kruse: Hellas II, I. pag. 221 seq. et Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 868. Neque alio fere loco hoc promontorium, cui nunc nomen *Lumbardha*, ponit Leake: Die Demen Attica's pag. 46 seq. ed. Westerm. et p. 240. Minervae aram h. l. commemorat Pausanias l. supra l., unde explicatur mentio Ἀθηναίας Ζωστηρίας in inscriptione memorabili, quam edidit atque explicuit Boeckh. in: Monatsbericht. d. Berlin. Akad. d.

ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου, ταύτας ἔδοξάν τε νέας εἶναι, καὶ ἔφευγον ἐπὶ πολλόν. χρόνῳ δὲ μαθόντες, ὅτι οὐ νέες εἶεν, ἀλλ' ἄκραι, συλλεχθέντες ἐκομίζοντο. Ὡς δὲ 108
ἡμέρη ἐγένετο, ὁρέοντες οἱ Ἕλληνες κατὰ χώρην μένοντα τὸν στρατὸν τὸν πεζὸν, ἤλπιζον καὶ τὰς νέας εἶναι περὶ Φάληρον· ἐδόκεόν τε ναυμαχήσειν σφέας, παραρτέοντό τε ὡς ἀλεξεσόμενοι. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νέας οἰχωκυίας, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐδόκεε ἐπιδιώκειν. τὸν μέν νυν ναυτικὸν τὸν Ξέρξεω στρατὸν οὐκ ἐπεῖδον διώξαντες μέχρι Ἄνδρου, ἐς δέ τὴν Ἄνδρον ἀπικόμενοι ἐβουλεύοντο. Θεμιστοκλέης μέν νυν γνώμην ἀπεδείκνυτο, διὰ νήσων τραπομένους καὶ ἐπιδιώξαντας τὰς νέας, πλώειν ἰθέως ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντας τὰς γεφύρας. Εὐρυβιάδης δὲ τὴν ἐναντίην ταύτῃ γνώμην ἐτίθετο, λέγων, ὡς, εἰ λύσουσι τὰς σχεδίας, τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς

Wissenschaftt. 1853. (Sept. et Octob.) pag. 573 seq. — Verba ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου valent: *nam tenuia terrae continentis promontoria in mare prominent* s. *porriguntur*. Simili modo ἀνατείνειν positum invenitur apud Polyb. V, 3, 9 aliisque Dionis Cassii locis, qui afferuntur in Thesauro Ling. Graec. I, 2. pag. 581 ed. Dindorf. — De reliquis ita *Valckenar.*: „Paulo post fugientes Persas terrebat ac si naves essent hostiles, in mare prominentia Attices promontoria: admovit ista Casaubonus Theophrasti Charactt. 25, ‚ubi ὁ δειλὸς τοιοῦτός τις οἷος πλέων τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι.“ Dativum χρόνῳ (*postea*) attigi supra ad III, 13 et VIII, 53, locutionem ἐπὶ πολλὸν II, 119, verbum κομίζεσθαι de itinere maritimo I, 185 coll. V, 108. VIII, 110 fin. 118.

Cap. CVIII.

κατὰ χώρην] De locutione vid. nott. ad IV, 135. VII, 95. VIII, 73. — De particula τε bis posita (ἐδόκεόν τε — παραρτέοντό τε) vid. allata ad VII, 8. §. 1. De *Andro*, cui insulae adhuc idem nomen remansit, vid. Herodoti locos IV, 33. V, 31. VIII, 111 et Ross: Inselreisen II. pag. 21; alia dabit Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1024.

γνώμην ἀπεδείκνυτο] Male duo codd. ἐπεδείκνυτο. Sed vid. III, 160. I, 170. II, 146. IV, 132, ubi idem verbum ἀποδείκνυσθαι in hac re adhibetur. Idem fere mox significat γνώμην τίθεσθαι, de quo vid. allata ad VII, 82. Apud Plutarch. Themistocl. 16 exstat γνώμην ποιεῖσθαι. Ad ipsam autem rem facit uberior Plutarchi narratio in Themist. 16. Aristid. 9, ubi Aristidem loco Eurybiadis appellat. Voces νήσων et νησιωτῶν de Cycladibus intelligo, ut V, 30. VII, 95, ubi vid. nott. Haud aliter διὰ νήσων, omisso articulo, dixit Xenophon in Hist. Graec. IV, 8, 7, ubi Büchsenschütz. Herodotei loci bene memor fuit, afferens quoque eiusdem Xenophontis locos in Hist. Graec. VI, 2, 12 et V, 1, 23. Opponitur enim ea navigatio, quae per (sive *intra*) insulas fit, navigationi ei, quae per altum mare fit. Verbo πλώειν et h. l. et cap. 199 ita utitur Noster, ubi alii dicunt ἀναπλέειν, notante Sintenis. ad Plutarch. Themistocl. 16. pag. 108. De adverbio ἰθέως cum praepositionibus motum in aliquem locum indicantibus coniuncto plura ex aliis scriptoribus attulit Bredov. pag. 114.

τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς

κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο. εἰ γὰρ ἀναγκασθείη ἀπολαμφθεὶς ὁ Πέρσης μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πειρῷτο ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν· ὡς ἄγοντι μέν οἱ ἡσυχίην οὔτε τι προχωρέειν οἷόν τε ἔσται τῶν πρηγμάτων, οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, λιμῷ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθαρέεται. ἐπιχειρέοντι δὲ αὐτῷ καὶ ἔργου ἐχομένῳ πάντα τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι κατὰ πόλις τε καὶ κατὰ ἔθνεα, ἤτοι ἁλισκομένων

κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο] Ita cum recentt. edd. et Eltz. in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 336. scripsi, codd. valde fluctuantibus, quorum plurimi σφι (cuius loco duo σφέας) et κακῶν pro κακὸν itemque ἐργάσαιτο, ubi unus Sancrofti liber, quantum scio, clare praebet ἐργάσαιντο, cuius loco quod dedit Dindorf. ἐργασαίατο, id certe Herodoti usui, qui ita tertiam personam pluralis formare solet (vid. Struve in Comm. de exitu versuum in Nonni carminibb. Königsberg 1834. pag. 16 seq., Bredov. p. 331), magis videtur conveniens, quamquam in nullo libro scripto invenitur. Etenim sensus est: *se ipsos hoc maximum omnium malum* (s. malorum) *Graeciae illaturos esse*, ubi σφεῖς cum vi quadam positum videtur pro αὐτοί, ut VII, 168. Contra Struve l. l. pag. 17 tuetur σφι et ἐργάσαιτο singulari numero, referens ad τοῦτο scil. τὸ λῦσαι τὰς σχεδίας: quod si ita accipias, ut Eurybiadis sententia haec fuerit: *id* (i. e. pontes solutos) *maximum omnium malum Graeciae allaturum esse,* offendit, alia ut taceam, pronomen σφι, quod bene explicari vix poterit; ipsa sententia minus apta videtur: quare in ea, quam dedi, lectione et interpretatione acquiescere malim. Ad verbum ἀπολαμφθεὶς (*exclusus, interceptus*) vid. allata ad VIII, 11 et de locutione ἡσυχίην ἄγειν, in qua articulus plerumque omittitur, nott. ad VII, 11 et Struve Opuscc. selectt. II. pag. 108. De particulis οὔτε — οὔτε — τε diximus ad VI, 11.

κομιδὴ] i. e. *reditus*, ut VII, 225. 170. VIII, 19. 120. IX, 107. IV, 134. Schweigh., qui antea coniecerat ἐς τὸ ὀπίσω (quod idem nuper proposuit Cobet in Mnemosyn. IX. p. 290) aut nude ὀπίσω (ut VIII, 120), postea merito acquievit in vulgata, cum sane parum differat τὸ ὀπίσω et ὀπίσω, quod v. c. legitur I, 207. Formam futuri medii διαφθαρέεται, ut omnes codd. exceptis duobus Parisinis hoc loco exhibent ac plerique etiam IX, 42, tuetur Bredov. p. 356 in activo διαφθερέω dici (ut V, 51) ratus: adeo ut in his quoque formis Nostrum variasse existimes; sed διαφθερέεται unum genuinum esse pronuntiat Cobet in Mnemos. IX. p. 290 seq. Equidem hic quoque a librorum scriptorum auctoritate stare malui. De significatione futuri medii vid. nott. ad VII, 197; de locutione ἔργον ἔχεσθαι vide nott. ad VIII, 11.

οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι κ. τ. λ.] Fieri posse ait Laco, ut omnes civitates gentesque in Europa ad regem accedant, cum vel vi capiantur vel ante faciant deditionem. Ubi noli mirari genitivos ἁλισκομένων et ὁμολογεόντων, praecedente accusativo πόλις atque ἔθνεα: nam eadem ratio I, 3 atque etiam VIII, cap. 109 init. ἐκπεφευγότων περιημέκτεον, quod aliter explicat Matthiae Gr. Gr. §. 555. Sed vid. IX, 98 et cf. Thucydid. IV, 73. V, 23 ibique interprett. Alia excitavimus supra ad VIII, 69. πόλις cum Bekkero et Dindorfio dedi, ut supra cap. 57. 68. §. 2 assentiente Bredov. pag. 265. Vulgatam πόλιας retinuit Dietsch. In verbis: τρυφὴν τε ἕξειν σφέας τὸν ἐπέτεον αἰεὶ τῶν Ἑλλήνων καρπὸν, pronomen σφέας ad Persas spectat, *quibus* censet Eurybiades *annuos Graecorum fructus alimento fore;* ἐπέτεον dedi pro ἐπέ-

γε ἢ πρὸ τούτου ὁμολογεόντων· τροφήν τε ἕξειν σφέας τὸν ἐπέτεον αἰεὶ τῶν Ἑλλήνων καρπόν. ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσην· ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν, ἐς ὃ ἔλθοι φεύγων ἐς τὴν ἑωυτοῦ. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιέεσθαι ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐκέλευε. Ταύτης δὲ εἴχοντο τῆς γνώμης καὶ Πελοποννησίων τῶν ἄλλων οἱ στρατηγοί.

Ὡς δὲ ἔμαθε, ὅτι οὐ πείσει τούς γε πολλοὺς πλώειν ἐς 109
τὸν Ἑλλήσποντον ὁ Θεμιστοκλέης, μεταβαλὼν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους (οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφευγότων περιημέκτεον, ὡρμέατό τε ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πλώειν καὶ ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλλόμενοι, εἰ ὦλλοι μὴ βουλοίατο) ἔλεγέ σφι τάδε· Καὶ αὐτὸς ἤδη πολλοῖσι παρεγενόμην, καὶ πολλῷ πλέω ἀκήκοα τοιάδε γενέσθαι· ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, νενικημένους

τεον, ut VI, 105, ubi vid. nott., itemque *Πέρσην* pro *Πέρσεα* et hoc loco et cap. 109: vid. nott. ad VIII, 3. Mox e Florentino, Mediceo aliisque duobus codd. cum Schweigh. et Gaisfordio rescripsi: *ἐς ὃ ἔλθοι* (i. e. *donec fugâ pervenerit*) pro vulg. **ἔλθῃ**, quod Matth., Bekker., Dindorf. et Dietsch. retinuerunt. At optativum, si quid video, loci ratio postulat. Quod sequitur, **τὸ ἐνθεῦτεν δὲ**, indicat: tum vero, si Graeciâ prorsus relictâ in suam rex redierit terram, de illius (i. e. Persarum regis) terra pugnam esse instituendam.

Cap. CIX.

μεταβαλὼν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους] His iungo **ἔλεγέ σφι τάδε**, ubi vocula **σφι** ad id ipsum, nimis remotum **πρὸς τοὺς Ἀθηναίους** spectat: ***Themistocles mutatus** s. **conversus ad Athenienses iam eos ita allocutus est***, aut, ut Schweigh. in Lex. Herod. (II. pag. 99) verbum **μεταβαλὼν** reddit: ***mutato consilio ad Athenienses se convertens;*** si quidem qui antea continuo ad Hellespontum navigare voluerat, nunc prudenter contrarium civibus persuadere studet. Hinc recte Negris participium *μεταβαλὼν* exponit *ἀλλάξας γνώμην*. Verbum **μεταβάλλειν** ipse attigi ad V, 75. Themistoclis sive calliditatem sive prudentiam refert quoque Polyaen. I, 30. §. 3. Frontin. II, 6. §. 8, quibus allatis Valckenarius haec subiunxit: „Themistoclis consilium postea magni saepe sunt imperatores secuti: praebet istoc capite quaedam exempla Frontinus et Africani Scipionis dictum, *viam hostibus, quâ fugiant, esse muniendam;* cuius simile dat Agesilai Polyaen. II, 1. 6, qui factis illud suis saepe comprobavit. Conferri poterunt idem Polyaen. III, 19, 4. Pausan. IV [22]. p. 333. Diodor. Sicul. XIV, 27 et Xenoph. Hellen. VII [fin.] p. 376, 15." Caeterum paulo aliter atque Herodotus ista tradit Plutarchus Themistocl. 16.

περιημέκτεον] Conf. I, 44 ibique nott. de ipso verbo, quod praeterea eodem significatu legitur I, 114. 164. IV, 154. Ad structuram vid. allata ad VIII, 108. Mox dedi **ὡρμέατο** e Florentino libro pro vulg. **ὁρμέατο**; vid. nott. ad VIII, 35. Ad locutionem **ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλλόμενοι** conf. nott. ad V, 73.

ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας] „*In angustias detrusum nesciumque quo se verteret*, *ἐν ἀπορίῃσι ἐχόμενον* IV, 131 [ubi vid. nott. Add. V, 80. VII, 128. IX, 98. VIII, 52.] *ἐς ἀπορίην ἀπιγμένον* I, 79, dixit etiam Herodotus *ἐς ἀπορίην ἀπει-*

ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα. ἡμεῖς δὲ, εὕρημα γὰρ εὑρήκαμεν ἡμέας τε αὐτοὺς καὶ τὴν Ἑλλάδα, νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι, μὴ διώκωμεν ἄνδρας φεύγοντας. τάδε γὰρ οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοί τε καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα τῆς τε Ἀσίης καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῦσαι, ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀτάσθαλον, ὃς τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ

λημένον II, 141 et ἀπειληθέντα ἐς ἀπορίην I, 24 [ubi vid. nott.] hic *necessitatis* velut *vinculis adstrictos*, ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένους sive *necessitate coactos* [vid. I, 11. IX, 16 ibique allata], ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας. Tales victos saepe Themistocles ait ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα [i. e. *denuo pugnam instaurare et priorem calamitatem reparare*]: hoc quid sit, docebunt Spanhem. ad Iulian. pag. 178 et Abresch. Dilucidd. Thucydd. p. 710." *Valcken.* Tu vid. de hoc utroque verbo nott. ad V, 121 et add. Krabinger. ad Synes. De regn. 24. pag. 317.

εὕρημα γὰρ εὑρήκαμεν] i. e. „*nacti enim insperato sumus lucro nosmet ipsos et Graeciam.*" Ita *Wesselingius*, citans VII, 180. Add. VII, 155, 10. §. 4. Sophocl. Oed. R. 1049. Krueger. ad Xenoph. Anab. II, 3. §. 18, qui bene monet εὕρημα saepe idem esse atque ἕρμαιον: *lucrum adventicium, res laeta praeter spem oblata.*

νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι] Redit ἀνωσάμενοι VII, 139 eadem fere significatione atque ὠσάμενοι VIII, 3. Plutarch. Mar. 16. p. 414 C, ubi etiam νέφος invenitur de *ingenti hominum multitudine* sive *turba.* Add. ibidem cap. 11 et confer Homeri locos: Ili. IV, 274. XVI, 66. XVII, 755. XXIII, 133. Unde Livius quoque „peditum equitumque *nubes*" dixit XXXV, 49. — Ex hoc Herodoti loco quoque ἀνωσάμενοι attigit Taylor. ad Lys. p. 41 s. pag. 81 Reisk. Ad verbum κατεργασάμεθα eiusque significationem vid. nott. ad VIII, 100.

ἀλλὰ θεοί τε καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα κ. τ. λ.] Haec rursus dicuntur ex illa Herodoti sententia de Nemesi superbos castigante et statu suo deiiciente. Plura vid. ad III, 40. IV, 205. VII, 10. §. 5. VIII, 105. Inde apud Aeschylum quoque in Persis 359 et 360 a nuntio Persarum calamitates enarrante auctor perhibetur τοῦ παντὸς κακοῦ φανεὶς ἀλάστωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθὲν, ipseque Darius ex his calamitatibus edoceri vult homines, ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν, vs. 825 et seqq. Et conf. quoque, quae de his disseruit Nitzsch: Sagenpoësie der Griech. pag. 574 seq.

ὃς τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο κ. τ. λ.] Voculam τε, quam omiserunt Schaefer., Matth., Bekker., Dindorf. et Dietsch., equidem cum Schweigh. et Gaisf. e Florentino adscivi. Neque alio modo τε καὶ in talibus positum reperi VIII, 143. 144. VII, 8. §. 3, ne plura; quo autem sensu τὰ ἱρὰ atque τὰ ἴδια in his opponantur, iam explicavi ad VI, 9; tu add. etiam I, 183 et C. Fr. Hermann.: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 10. not. 5 ed. sec. Ad locutionem ἐν ὁμοίῳ ποιεῖσθαι (*sacra et profana eodem s. pari loco habere*) vid. allata ad VII, 138. Ad formam ἐμπιπρὰς, cuius loco unus liber male affert ἐμπιπρεὶς, vid. Bredov. pag. 48. 397 et confer Blomfield. in Gloss. ad Aeschyli Pers. 815. Ad argumentum loci conf. Aeschyli Perss. 814 Blomfield.:

οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ' οὐ θεῶν βρέτη
ᾐδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς·

καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, ὃς καὶ τὴν θάλασσαν
ἀπεμαστίγωσε πέδας τε κατῆκε. ἀλλ' εὖ γὰρ ἔχει ἐς τὸ παρεὸν
ἡμῖν νῦν μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντας ἡμέων τε αὐτῶν
ἐπιμεληθῆναι καὶ τῶν οἰκετέων· καί τις οἰκίην τε ἀναπλασά-
σθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, παντελέως ἀπελάσας τὸν βάρ-
671 βαρον· ἅμα δὲ τῷ ἔαρι καταπλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰω-
νίης. Ταῦτα ἔλεγε, ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρ-

βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα
πρόρριζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων.

Wesselingius de inflammatis Graecorum a Persis templis consuli iubet Menag. in Diogen. I, 9 et Davis. in Cicer. De legg. II, 11. Tu vid. etiam ad Herodot. V, 102 allata.

ὃς καὶ τὴν θάλασσαν ἀπεμαστίγωσε] Vid. VII, 35. Sequens κατῆκε Valcken. mutari vult in ἐγκατῆκε, scil. τῇ θαλάσσῃ, quo sane non opus. Simplici verbo, eodem observante Valckenario, utitur Diogen. Laërt. Prooem. §. 9 itemque Herodot. VII, 35.

νῦν μὲν — καταμείναντας] Vulgo καταμείνοντες, cuius loco Valckenar. reponi voluit καταμείναντας, quod in ora Stephan. exstat quodque non displicuisse vidi Wesselingio (Diss. Herod. XI. p. 202), de hoc accusativo subsequente comparanti VIII, 109. II, 151. VII, 144. Equidem cum recentt. edd. recepi illud καταμείναντας, quod idem profert Kuehner Gr. Gr. §. 644, c; Schweighaeuserus ob similem structuram nominativi infinitivo iuncti I, 56. 63. IV, 15. 137 a vulgata libris reliquis comprobata stare maluit, de qua ita Matthiae: „καταμείναντες vereor ne in syntaxin peccet: nam ubi infinitivus pro prima persona coniunctivi ponitur, subiecti, quod vocant, eorumque, quae huic adiuncta sunt, accusativus additur. Vid. infra IX, 60 et Gramm. Gr. §. 546. pag. 1072 seq. ed. sec. Hoc vero loco ἐπιμεληθῆναι commode e verbis εὖ γὰρ ἔχει necti potest." — Vocem οἰκετῶν eodem significatu, quo VIII, 106, accipi velim.

καί τις οἰκίην τε ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω] i. e. *Et unusquisque reficiat aedes suas curetque sementem fieri.* Ita Valcken. De pronomine τις, quod h. l. idem valet atque πᾶς τις (vid. v. c. Aristoph. Av. 1186. Herod. VIII, 123. IX, 29. 89) s. εἷς ἕκαστος (*unusquisque*), teste Eustath. ad Od. III. p. 123, 25. vid. Matth. Gr. Gr. §. 487, 2, Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Choëph. 53. Eodem modo Noster IX, 17: ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτῶν. Add. IX, 78. 98. 116. VI, 9: ἄνδρες Ἴωνες, νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλέος οἶκον. Et sic infra VIII, 118: ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλέος κηδόμενος. — De reliquis ita *Valckenarius:* „Rarissimum arbitror illud οἰκίην ἀναπλασάσθω. *Nidum fingere*, πλάσαι δόμον, dixit incertus poëta [quem Sophoclem esse idem suspicatur Valckenar.] apud Lycurg. pag. 166, 35. [pag. 229 Reisk. Tu conf. quoque Wyttenbach. ad Plut. Moral. I. p. 755.] — ἀνακῶς ἐχέτω idem est atque ἐπιμελείτω. Vid. Pierson. ad Moer. Att. p. 43." In Glossa Herodotea, quam ad hunc locum spectare volunt (vid. Glossaria in Hippocrat. et Herodot. ed. Franz. p. 602), ἀνακῶς explicatur ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς. Tu vid. etiam Herod. I, 24 ibique nott. et Matth. Gr. Gr. §. 348. Citat haec Herodoti verba Eustath. ad Homeri Odyss. I. vs. 397. pag. 67, 47 ed. Basil., ubi pro σπόρου dat σπορᾶς.

ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσην] „Sequentia cum his arbitror iungenda, ἐς τὸν Πέρσεα, ἵνα (ἤν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος) ἔχῃ ἀποστροφήν, ita tamen, ut partim etiam ad illa pertineant, τὸν Πέρσεα, Per-

σην, ἵνα ἢν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποστροφήν· τά περ ὦν καὶ ἐγένετο. Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα λέγων διέβαλλε, Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο. ἐπειδὴ γάρ,

sam enim facturus erat *ἀποθήκην*, *ad illum ut haberet receptum* vel *refugium*, si qua urgeret necessitas: amicum ad certum tempus velut sepositum, aliquando usui futurum, eleganter vocat *ἀποθήκην*. Ad *ἀπόθετον φίλον* in Lysia pag. 158 [pag. 313 Reisk.] vid. Markland. et, qui hic *ἀποθήκην* egregie tuetur, Abresch. Dilucc. Thucydd. p. 654. Ad *ἀποστροφὴν* conf. Xenoph. Cyrop. V, 2, 11. Anab. VII, 6, 24. Isocrat. Ep. II. pag. 410 B. Wesseling. ad Diod. I. p. 207 et Toup. Em. in Suid. voc. *Ἀποστροφή* [T. I. pag. 51]. Beneficiorum in regem regiamque familiam hac opera sua collatorum, ob quae *εὐεργεσίαν* sibi scribit *ὀφείλεσθαι*, meminit Themistocles in illa nobili epistola ad Artaxerxen data apud Thucyd. I, 138.“ *Valcken.* Cui bene ita obloqui videtur *Schweigh.* his verbis: „At non *Persam facturus erat ἀποθήκην*: sed hoc ipsum, quod nunc agebat, nempe quod Athenienses a consilio in Hellespontum navigandi pontesque rumpendi deterruit, hoc, inquam, facturus erat *ἀποθήκην ἐς τὸν Πέρσεα*: ubi per metonymiam *ἀποθήκη* dicitur id, quod est *ἀπόθετον*, *thesaurus repositus*, intelligiturque *beneficium in regem collatum* et in futuros usus apud eum collocatum, *gratia apud regem in futurum tempus inita.* Est enim, ut scite poëta ait, *Καλόν γε θησαύρισμα, κειμένη χάρις.*“ Quod olim invitis libris scriptis legebatur *ὑποθήκην*, tuetur Goeller ad Thucydid. I, 129 atque sic explicat, ut Themistocles haec „quasi *προϊενεχυριασόμενος* regem“ dixisse putandus sit. Mihi hoc valde alienum ab hoc loco videtur, quem Schweighaeuserum recte intellexisse puto. In verbis sequentibus: *ἢν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος*, quid voce *πάθος* significetur, declarabunt allata ad VIII, 103. Ad verbum *καταλαμβάνειν* vid. allata ad III, 42. VIII, 103 et ad sequens *ὦν* Matth. §. 625. Add. Herod. VIII, 128. 133 fin.

τά περ ὦν καὶ ἐγένετο] i. e. *quae quidem etiam acciderunt.* Ex his verbis quomodo colligi possit, Herodoti eam mentem fuisse, ut Themistoclem Xerxe regnante in Asiam ad Persas confugisse crederet (ut statuit Chr. Fuetterer in Commentatione de plurimis Thucydidis Herodotique locis, in quibus uterque scriptor de iisdem rebus gestis disserit, Hagiopoli 1843. pag. 21), equidem haud intelligo: immo hoc ipso rege id accidisse si Noster credidisset, id procul dubio quoque verbulo certe indicasset. Sed maluit omittere, cum bene sciret, postea demum hoc factum esse: adeo ut ad Herodotum referri nequeant verba Cornelii Nepotis (Themistocl. 9) sic scribentis: „Scio plerosque ita scri„psisse, Themistoclem Xerxe re„gnante in Asiam transisse. Sed „ego potissimum Thucydidi cre„do, quod aetate proximus de iis, „qui illorum temporum historiam „reliquerunt, et eiusdem civitatis „fuit. Is autem ait, ad Artaxer„xem eum venisse atque his verbis „epistolam misisse“ etc. etc. Tu vid. alios testes ab interpretibus Cornelii ad h. l. allatos et potissimum Thucydidem I, 136 seq. Accidit igitur, quod Herodotus indicat, Olymp. LXXVI, 4 s. 473 ante Chr. n., cum Themistocles eiusdem criminis atque Pausanias reus factus, fugâ salutem petere coactus ad Artaxerxem, Xerxis filium ad regnum modo evectum, se conferret.

CAP. CX.

διέβαλλε] i. e. *decepit*, *fefellit.* Vid. nott. ad V, 50. Ad seqq. cf. infra VIII, 124. Themistocles *ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος.* Hoc loco quod *καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς* (i. e. *qui iam prius habi-*

καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ εὔβουλος, πάντως ἑτοῖμοι ἦσαν λέγοντι πείθεσθαι. Ὡς δὲ οὗτοί οἱ ἀνεγνωσμένοι ἦσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ Θεμιστοκλέης ἄνδρας ἀπέπεμπε ἔχοντας πλοῖον, τοῖσι ἐπίστευε σιγᾶν ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικνεομένοισι, τὰ αὐτὸς ἐνετείλατο βασιλέϊ φράσαι· τῶν καὶ Σίκιννος ὁ οἰκέτης αὖτις ἐγένετο. οἳ ἐπεί τε ἀπίκοντο πρὸς τὴν Ἀττικὴν, οἱ μὲν κατέμενον ἐπὶ τῷ

tus est sapiens) dicitur Themistocles, Matthiae Gr. Gr. §. 495, c. hoc participium δεδογμένος revocat ad δέδοκται, *decretum, constitutum est* (ut IV, 68. VI, 109 ibique nott. IX, 60. 74. 87.), adeo ut certa et constans Atheniensium opinio de Themistoclis prudentia iam prius capta declaretur. Mox plerique libri, quos Schweigh. et Gaisf. secuti sunt, ἐπίστευσε, ubi olim ἐπέτελλε, quod dudum ex ora Stephani in ἐπίστευε mutarat Valckenarius sic interpretans: *quos utcunque tormentis excruciarentur, fideli credebat occultaturos silentio quae regi mandasset dicenda.* Nec aliter accepit Wesselingius: inde equidem cum recentt. edd. recepi ἐπίστευε. — De *Sicinno* quaedam attulimus ad VIII, 75, cuius loco Polyaenus I, 30, 3 vocat Ἀρσάκην; Plutarchus Aristid. 9. pag. 324 B. Themist. 16. pag. 120 C. Ἀρνάκην, regium eunuchum et captivum scribit missum esse ad Xerxem. Cum Herodoto facit Diodorus XI, 19 a Themistocle narrans filiorum paedagogum missum esse, itemque Iustinus II, 13, per servum fidum Xerxi haec indicasse Themistoclem narrans. Quod vero apud Thucyd. I, 137, ex quo hausit Cornel. Nep. Themistocl. 9, Themistocles literas regi scripsisse narratur, id iure miratur Valckenar. indeque ob Herodoti testimonium a tam cauto imperatore eas scriptas esse negat, praesertim cum ipsa res sit minime credibilis. Nimirum in iis literis, quas postea, teste Thucydide (I, 138) et, qui hunc sequitur, Cornelio Nepote (Vit. Themistocl. 9), ad Artaxerxem, Xerxis filium et successorem, dedisse fertur Themistocles, ad Persam confugiens eiusque amicitiam petens, gloriatur hic se patrem (Xerxem), cum in Asiam reverti vellet, proelio apud Salamina facto literis certiorem fecisse, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur atque ab hostibus circuiretur, eoque nuntio Xerxem periculo esse liberatum. Mihi hac in re non multum differre videtur, num, ut Herodotus tradit, per nuntium clam cum Xerxe egerit Themistocles an literis ad regem Persarum datis, ut alii tradunt: id certe utroque testimonio patet, clam cum Xerxe transegisse Themistoclem; neque inde cum Dunckero (Geschichte d. Alterth. IV. p. 816) malignum dixerim Herodotum, de Themistocle talia narrantem, neque cum alio viro docto (Chr. Fuetterero in Commentatione modo laudata p. 21) ad fabulas reiecerim, quae Herodotus de Themistocle Xerxem certiorem faciente de Graecorum consiliis hoc loco enarrat. Herodotum in hac quoque re nihil aliud fecisse existimo nisi accurate retulisse, quae inter Graecos sparsa erant quaeque probatis ab auctoribus ipse acceperat. Ex Ctesiae Excerptis Persicis nihil accuratius de his cognosci posse doleo, si quidem hoc tantum epitomator inde exscripsit §. 25: καὶ φεύγει Ξέρξης, βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους κ. τ. λ.

τῶν καὶ Σίκιννος ὁ οἰκέτης αὖτις ἐγένετο] Vocula αὖτις (*iterum*) spectat ad ea, quae supra VIII, 75 tradita leguntur.

οἳ ἐπεί τε ἀπίκοντο πρὸς τὴν Ἀττικὴν] E Florentino reposui ἐπεί τε, probante Bredov. pag. 39, pro ἐπειδὴ, quod cum Schaefero tenent nonnulli editores. „Mittitur navis

πλοίῳ, Σίκιννος δὲ ἀναβὰς παρὰ Ξέρξεα ἔλεγε τάδε· Ἔπεμψέ με Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος, στρατηγὸς μὲν Ἀθηναίων, ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πάντων ἄριστος καὶ σοφώτατος, φράσοντά τοι, ὅτι Θεμιστοκλέης ὁ Ἀθηναῖος, σοὶ βουλόμενος ὑπουργέειν, ἔσχε τοὺς Ἕλληνας, τὰς νέας βουλομένους διώκειν καὶ τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ γεφύρας λύειν· καὶ νῦν κατ' ἡσυχίην πολλὴν κομίζεο. Οἱ μὲν ταῦτα σημήναντες ἀπέπλωον ὀπίσω. 672

111 Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν ἔτι προσωτέρω τῶν βαρβάρων τὰς νέας, μήτε ἐπιπλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον λύσοντας τὸν πόρον, τὴν Ἄνδρον περικατέατο, ἐξελεῖν ἐθέλοντες. πρῶτοι γὰρ Ἄνδριοι νησιωτέων αἰτηθέντες πρὸς Θεμιστοκλέος χρήματα οὐκ ἔδοσαν, ἀλλὰ προϊσχομένου Θεμιστοκλέος λόγον τόνδε, ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἑωυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην, οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα, ὑπεκρίναντο πρὸς ταῦτα

in Atticam, ubi haerebat adhuc Xerxes; neque enim hic cum classis aufugit reliquiis; sed cum exercitu suo secedens ex Attica, Graeciâ peragratâ, rediit in Asiam cap. 119 ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. conf. cap. 113. 126. 130." *Valcken.* — In fine cap. ad verbum κομίζεο conf. VIII, 107.

Cap. CXI.

ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν] De usu particulae negativae in talibus monuit Matth. Gr. Gr. §. 534, 4. Ipsum locum sic Latine reddiderim: *Graeci, ubi displicuit consilium naves barbarorum ulterius persequendi aut in Hellespontum navigandi ad transitum (pontem) rescindendum, Andrum circumsedere coeperunt, quam expugnare in animo habebant.* In quibus Persarum classem Noster dicit *barbarorum* naves, licet haud paucae Ionum aliorumque Graecorum naves interessent, sed subditae Persarum imperio. — περικατέατο dedi Schweighaeuserum et recentt. edd. secutus, cum olim legeretur περιεκατέατο, quod merito damnat Bredov. pag. 317. De *Andro* vid. allata ad VIII, 108. ἐξελεῖν cum Bredovio (p. 325) revocavi pro ἐξελέειν idemque feci cap. 121. In seqq. ad verbum προϊσχομένου conf. I, 164. IV, 165. VIII, 3. De ea structura, qua sequitur ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι — οὕτω τε — δοτέα εἶναι χρήματα, mox monebimus.

Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην] His verbis Themistocles significare voluit, *licere Atheniensibus, vel vi obtinere ea, quae vellent, si verbis persuaderi non possent Andrii: omni igitur modo Atheniensibus gratificandum pecuniasque solvendas esse.* Neque aliter apud Platonem De legg. IV. p. 711 C et 722 B πειθὼ et βίαν coniunctas invenimus, quamvis deorum in numerum non relatas. At Πειθὼ deam novit iam Hesiodus Opp. et D. 73, itemque Aeschylus Eumen. 385. 885. Suppl. 1040: alia vide sis allata in Thesaur. Ling. Graec. VI. pag. 665 ed. Dindorf. *Suadelae* ac *Necessitati*, quam utramque una voce alii appellarunt τὴν Πειθανάγκην (vid. Eustath. in Homer. Ili. III. pag. 309, 14. Synes. De regn. pag. 26 A. s. cap. 23 ibiq. Krabinger. pag. 317 coll. Abresch. in Miscell. Observv. Vol. V. pag. 236. 237, quem laudat *Cr.*) opponunt Andrii Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην, i. e. *paupertatem* et *inopiam* sive *impoten-*

λέγοντες, ὡς κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ, ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέ-

tiam, quarum praesidio etiam firmi ac tuti Themistoclem Graecosque re infecta discedere coëgerunt, ut legimus VIII, 121 coll. Plutarch. Themist. 21. p. 122 C., qui eadem brevius exponens ipso teste Herodoto laudato vocat *Βίαν* atque *Ἀπορίαν* deas Andriorum. Ac sane fanum *Ἀνάγκης* atque *Βίας* Corinthi fuisse auctor est Pausanias II, 4. §. 7. Neque huc non facit Alcaei dictum apud Stobaeum XCIV (96) 17. p. 518 s. T. III. pag. 258 Gaisf. (Bergk. Poëtt. Lyricc. Graecc. pag. 726), ubi *Ἀμηχανίαν* dixit sororem *Πενίας*: de quo conf. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli S. c. Th. 343. Ac denique muliebres deas *μεγάλους θεοὺς* recte dici, monstrasse dicitur Elsner. Sched. Crit. pag. 39 a Wesselingio excitatus. Conf. Verheyck. ad Antonin. Liberal. pag. 252 ed. Koch. Haud aliter infra Andrii protulisse dicuntur *θεοὺς ἀχρήστους*, i. e. malevolos, haud benignos neque utiles ipsis, eo quod nulla ipsis praebent commoda.

ὡς κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες] *κατὰ λόγον* cur Schweigh. in Lex. Herod. (II. p. 9) reddat *merito*, haud exputem. Conf. V, 8 ibique nott. II, 109. VI, 96. Valet potius *pro ratione*, si scil. Athenienses et Andrii secum comparentur. Imperfectum *ἦσαν* positum videtur, ubi praesens sane tempus exspectasses: de quo usu conf. Heindorf. ad Platon. Phaed. §. 35. pag. 54 et quae alia de eodem usu attulit Stallbaum ad eundem Platonis locum pag. 60. 61. Ac respicere sane videntur Andrii ad id tempus, quod proxime antecessit bellum Persicum, quo urbs aeque atque terra Attica vastata est. De vocula *ἄρα* postposita conf. allata ad VIII, 8. De voce *εὐδαίμονες* conf. nott. ad V, 8 et 28. Itaque totius loci haec est sententia: Athenas, respondent Andrii, utique (comparatione cum Andro instituta) magnas opulentasque fuisse bonosque nactas esse deos, cum Andrii tenuem habeant terram maximeque egeni inde sint deosque colant inutiles, qui nunquam ipsorum insulam relinquant, sed semper eam (habitare) ament.

καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ] Ad locutionem conf. I, 30. VII, 157 ibique nott. et de vocula *εὖ* in fine orationis posita vid. allata ad V, 27. De indicativo (*ἦσαν*) et optativo (*ἥκοιεν*) se invicem excipientibus conf. V, 97 ibique nott. et VIII, 100. „Caeterum," ait Schweighaeuserus, „mordaci ironia haec dicta videntur: *magnae et beatae Athenae* scilicet! nempe urbs eversa cremataque et terra omnis vastata: *propitiis in primis utuntur diis* scilicet, qui nec urbem, nec templa tutati sunt!"

ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας] Oratio e directa subito in indirectam accusativi et infinitivi transit structuram, plane ut VIII, 118, quem locum unâ cum aliis excitavit Matth. Gr. Gr. §. 538. Nec aliter paulo ante Noster dicit *ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι — οὕτω τί σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα*, in quibus et ipsis ad infinitivi structuram oratio subito transit, quod idem supra iam observavimus IV, 137 (ubi vid. allata). I, 207. II, 162. III, 32. Vocem *γεωπείνης* (i. e. *pauper, qui parum terrae agrive possidet*) attigi ad II, 6. Add. Gregor. Corinth. De dialect. Ion. §. 114. pag. 518. — Ad voces *ἐς τὰ μέγιστα* Schweighaeuserus ex antecedenti *γεωπείνας* intelligi vult *γεωπεινίης*, ut intelligantur *maxime egeni, qui ad maximam paupertatem devenerint*. Similia quaedam praebet Noster V, 49, ubi vid. nott.

ειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα. οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ὑποκρινάμενοι καὶ οὐ δόντες τὰ χρήματα
112 ἐπολιορκέοντο. Θεμιστοκλέης δὲ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητηρίους λόγους, αἴτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέλων, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο, λέγων, ὡς, εἰ μὴ δώσουσι τὸ αἰτεόμενον, ἐπάξειν τὴν στρατιὴν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων ἐξαιρήσει. λέγων ὦν ταῦτα συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων, οἳ πυνθανόμενοι τήν τε Ἄνδρον, 673

καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους] i. e. *atque horum deorum compotes cum facti essent Andrii* s. *quos deos cum nacti essent Andrii.* Vocem ἐπήβολος illustrarunt Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Prometh. 453 coll. ad Agamemn. 525, Schaefer Melett. critt. p. 48, Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. I. p. 112. Add. Herod. IX, 49.

οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω] Cum sententia sit: „*nunquam enim fore, ut Atheniensium potentia suam superet impotentiam*, Cobet in Mnemosyn. IX. p. 291 post οὐδέκοτε γὰρ inseri vult ἂν, quod mihi haud necessarium esse videtur. Similem quandam sententiam prodit Noster VII, 172. Qui ἀδυναμίης voce utitur, is supra III, 79. VII, 172 ἀδυνασίης formam adhibuit, ut notat Bredov. p. 95. Quod nobis documento est, Herodotum omnino in talibus variasse neque unâ eâdemque formâ semper esse usum. Inde quoque utramque formam laudat Pollux III, 122. Plura vid. in Thesauro Ling. Graec. I. pag. 711 ed. Dindorf. In proxime seqq. Schweigh. e Florentino addidit τὰ ante χρήματα, intelligens *pecuniam, quam ille postulaverat.* Articulum omiserunt Matth., Bekker, Dindorf. et Dietsch.

Cap. CXII.

πλεονεκτέων] De hoc verbo monui ad VII, 158. Sensus loci est: *neque enim cessabat pecunias s. opes conquirendi cupidus.* Caeterum eadem fere enarrat Plutarch. Themistocl. 21. init. p. 122 C., ubi etiam Timocreontis, qui Themistoclis fuit adversarius, exstat carmen in Themistoclem traductum sane ut hominem mendacem, iniustum, proditorem, qui pecuniâ corruptus amicum prodiderit. Add. Pseudo-Plut. II. p. 871 C, qui Herodotum criminatur, Themistoclem pecunias ab insulanis exegisse et in suum usum convertisse tradentem: quam criminationem iniuriâ fieri agnovit quoque Lahmeyer: De Plutarchei libelli qui de malignit. Herod. inscribitur etc. p. 75. Nulla sane apparet causa, cur Herodotum falso tradidisse existimemus, nec sane Dunckeri (Gesch. d. Alterth. IV. p. 811) iudicio subscribendum erit, ea, quae Noster de Themistocle Andriisque narrat, vera esse posse negantis. Tu vid. quae de his iam supra ad VIII, 4 monuimus.

λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο] Vocem λόγοισι, quae a Florent., Medic., aliis abest, hinc vel deletam vel uncis certe inclusam vult Schweighaeuserus ut suspectam. Iidem codd. pro καὶ πρὸς Ἀνδρίους perperam habent πρὸς βασιλέα. Equidem cum recentt. edd. nihil in his mutandum esse ratus vulgatam retinui lectionem.

παρὰ Καρυστίων] De *Carystiis* conf. Herod. IV, 33. VI, 99. VIII,

ὡς πολιορκέοιτο διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέα, ὡς εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα ἔπεμπον χρήματα. Εἰ δὲ δή τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δέ τινας καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ οὐ τούτους μούνους. καί τοι Καρυστίοισί γε οὐδὲν τούτου εἵνεκα τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο, Πάριοι δὲ Θεμιστοκλέα χρήμασι ἱλασάμενοι διέφυγον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μέν νυν, ἐξ Ἄνδρου ὁρμεώμενος, χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτᾶτο λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν.

Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας μετὰ τὴν 113

121. IX, 105. Ac refertur *Carystus* inter antiquissimas Euboeae urbes, iam Homero nota et ab Atticis vel condita vel incolis repleta, quae adeo post bella Persica cum in Atheniensium devenisset ditionem, a Romanis accepit libertatem. Marmore in viciniis eruto vinique egregii culturâ olim urbs maxime celebrata est, quae adhuc suo nomine vocatur *Carysto* s. *Castel Rosso*. Vid. Mannert. VIII. p. 262 seq., Tzschuck. ad Mel. II, 7, 9 nott. exegg. (Vol. III. P. II. pag. 695.), Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 1021 (qui omnes veterum scriptorum locos exhibuit) et qui nuper accurate de Carysto eiusque conditione, qualis nunc est, disputavit Girard: Archiv. des miss. scientifiq. II. pag. 700 seqq. De *Pariis* vid. nott. ad VIII, 67. In seqq. pro Θεμιστοκλῆα dedi Θεμιστοκλέα, quod Florentinus et Sancrofti liber praebuere, itemque εἰπεῖν (pro εἶπαι), ab eodem Florentino allatum. Bekkerus, quem et Dindorf. et Dietsch. sequuntur, retinuit εἶπαι; conf. nott. ad VIII, 87. Ad locutionem ἐν αἴνῃ μεγίστῃ εἶναι vid. nott. ad III, 74.

τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο] Valla: *Carystiis ne hac quidem re contigit effugere cladem.* Propius ad ipsa verba: *Quamquam Carystiis quidem minime inde dilatio s. mora fuit calamitatis*, qua scil. ipsos affici oportuit. Ubi in locutione τούτου εἵνεκα ea vis praepositionis tenenda est, qua simul causam in se continet (*quod ad hoc attinet*, s. *huius rei causa*, *inde*); de quo usu vid. allata a Stallbaumio ad Platon. De republ. I, 3. p. 29 ed. sec. (pag. 329 B.). Invenitur vox ὑπερβολή (*mora*, *procrastinatio*) apud Polyb. XIV, 9, 8 teste Schweighaeusero, qui de verbo ὑπερβάλλεσθαι *differendi* notione laudat Herod. VII, 206 (ubi conf. nott.) et IX, 51. Tu add. IX, 46. Bene Negris exponit ἀναβολή, ὑπέρθεσις τοῦ κακοῦ. Mox ad verbum ὁρμεώμενος conf. VII, 22. 34 aliosque locos apud Bredov. pag. 381, quo eodem auctore reposui ἐκτᾶτο, cum neque vulgata ἐκτέετο neque quod a Mediceo, Florentino, aliis allatum est, ἐκτέατο veram verbi formam praebere videatur. Dindorfius, quem secutus est Dietsch., exhibuit ἔκτητο, quae plusquamperfecti est forma (vid. Bredov. pag. 287), aliena ab hoc loco, ubi imperfectum requiritur: quod idem statuit Cobet in Mnemosyn. IX. p. 291 ἐκτέετο retinendum esse ratus. Ad λάθρῃ vid. IX, 90, ubi eodem modo genitivus adstruitur; plura qui desiderat, adeat Thesaur. Ling. Graec. Vol. V. p. 35. 36 ed. Dindorf.

Cap. CXIII.

Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα] Intelliguntur copiae terrestres, quae in terra Attica, in qua Xerxes commorabatur, dispositae erant. Pro vulg. ἐξέλαυνον ex Aldina revocavi cum Dindorf. et Dietschio ἐξήλαυνον, quod Herodoti sermo postulat: vid. Bredov. pag. 299.

ναυμαχίην, ἐξήλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι· τοῦ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. Ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ στρατηγοῦ· οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος· μετὰ δὲ τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφόρους καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην, καὶ Μήδους τε καὶ Σάκας, καὶ Βακτρίους τε καὶ Ἰνδούς, καὶ τὸν πεζὸν καὶ τὴν ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους,

ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ] E Florentino Schweighaeus. inseruit voculam καὶ ante Μαρδονίῳ. Equidem cum Matth., Bekk. et recc. edd. eam denuo exstinxi. Mox Sancrofti liber cum aliis, quos secutus sum, ἀνωρίην; Mediceus, Florentinus, alii ἀνωρίη, quod postea Schweighaeusero, cui assentitur Stegerus (Ephem. Ien. 1828. nr. 186. pag. 46) melius videbatur, quodque nunc etiam probari video Cobeto (Mnemosyn. IX. pag. 291), qui ad ἀνωρίη suppleri vult ἔδοξε. Intelligitur autem *tempus non opportunum, importunum, intempestivum.* Conf. Hemsterhus. ad Thom. Mag. pag. 136.

χειμερίσαι τε] i. e. *hiemare, hiemem transigere.* „χειμερίσαι," ait *Valckenar.* „pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI, 31, infra recurrit c. 126 et 130, ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. [Alia praebet Thesaur. Ling. Graec. VIII. pag. 1380 ed. Dindorf.] Formatum illud, ut θερίζειν, *aestatem transigere;* et rarius ἐαρίζειν *tempus vernum.* ἐχειμέριζε forte dederat Noster etiam c. 133 pro ἐχείμαζε, quod in alium usum adhibet VII, 191 ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς, *tertio demum die tempestas sedavit.*" Ad locutionem πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου conf. VIII, 100 ibique nott.

πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους] In Sancrofti libro ante Πέρσας insertum legitur μυρίους, quod idem Valla expressit, quodque ex VII, 83 [ubi vid. nott. itemque ad VII, 31] irrepsisse recte statuit Wesseling.

τοὺς θωρηκοφόρους] Conf. VII, 61.

καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην] Supra VII, 40. προηγεῦντο μὲν δὴ ἱππόται χίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἀπολελεγμένοι. De *Medis* conf. VII, 62; de *Sacis* et *Bactriis* VII, 64; de *Indis* VII, 65.

κατ' ὀλίγους] Antecedenti ὅλα opponitur, hoc fere sensu: *e singulis gentibus consociatis paucos singulos elegit*, sive, ut Schweigh. reddit: *e reliquis vero sociis non nisi paucos passim selegit:* in Lexico Herodoteo II. p. 9. κατ' ὀλίγους idem valere ait atque ὀλίγους τινὰς ἐξ ἑκάστου ἔθνεος, *paucos de quoque populo, de quoque genere sociorum.* Bene quoque Schaeferus ad Dionys. Halicarn. De composit. verbb. p. 44: *ex singulis sociorum copiis seligebat paucos*, et Buttmann. ad Demosthen. Mid. p. 175 ed. sec.: *paucos e singulis ordinibus* (ad instar formulae *centenos*), ubi etiam plura vid. de distributivo usu praepositionis κατὰ, de quo Wesseling. excitaverat Thucyd. III, 111. IV, 11. VI, 34 ibique Duker. Tu vid. Herod. II, 93, cui add. IX, 102 et VIII, 57 ibique nott. — Ad sequens ἐν δὲ, praecedente τῶν ἄλλων, conf. Winckelmann. ad Platon. Euthyd. pag. 136, ubi etiam affert Herod. I, 185. 192. Schweighaeuserus bene illud ἐν δὲ ad omnem eorum, qui e Xerxis exercitu a Mar-

τοῖσι εἶδεά τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ εἰ τέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον. ἐν δὲ πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους, ἐπὶ δὲ Μήδους. οὗτοι δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν τῶν Περσέων, ῥώμῃ δὲ ἔσσονες, ὥστε σύμπαντας τριήκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν τῷ Μαρδόνιός τε τὴν στρατιὴν 114
διέκρινε καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσαλίην, χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνίδεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι. πέμπουσι
674 δὴ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιῆται, ὃς ἐπειδὴ κατέλαβε ἐοῦσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν ἐς ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε· Ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τε σὲ

donio electi erant, numerum referens interpretatur: *in universo autem numero selectorum*. In uno codice ἐν δὲ, quod sane displicet.

τοῖσι εἶδεά τε ὑπῆρχε] i. e. *qui formâ fuere praestantes*. Conf. I, 199. VIII, 105 et nott. ad VI, 127. „Sunt, ni fallor (ait *Valcken.*) εἶδεος εὖ ἔχοντες, sive σωμάτων ἔχοντες ἄριστα atque adeo ἐνεκτικοί. Hos dicitur Mardonius e caeterorum turba διαλέγων, *secernens*, καὶ εἴ τέοισι etc., ubi forte lectio non esset deterior καὶ ὁτέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον.“ Nec tamen quidquam mutandum esse recte statuit Schweighaeuserus. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 617. Ad verbum διαλέγων conf. nott. ad VIII, 107. Mox revocavi cum recentt. edd. συνήδεε, quod Schweighaeuser. et Gaisford. ex cod. Florentino et cod. Sancrofti mutaverant in συνείδεε, quod ferri nequit: vid. Bredov. pag. 412 et cf. Herodot. VII, 164. IX, 58.

στρεπτοφόρους] Haud neglexit nostrum locum Blomfield. Praefat. ad Aeschyli Pers. p. VI ed. Lips., ubi pluribus docet, ψέλια de *armillis* et στρεπτὰ de *torquibus* dici: quod utrumque inter Persarum ornamenta referri novimus. Vid. Brisson. De regn. Perss. I, 145. II, 197 et nott. ad III, 20. — Ad ἐπὶ δὲ vid. nott. ad VIII, 93. — Mox revocavi ἔσσονες pro ἥσσονες, quod affert Florentinus: vid. supra VIII, 83 ibique allata.

Cap. CXIV.

ἐληλύθεε] Vid. supra V, 98 et cf. Bredov. pag. 315. 320 de hac plusquamperfecti forma; de significatione vid. Matth. Gr. Gr. §. 505, IV. pag. 960. — In seq. δίκας αἰτέειν τινά τινος est *poenam, satisfactionem alicuius rei ab aliquo repetere*, ut I, 2, alibi. Ad ipsam rem conf. Herodot. IX, 64. Verba τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι sic intelligo: *id quod a Xerxe oblatum esset*, s. *satisfactionem oblatam accipere*. Pavius intellexit: *accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere*, probante Wesseling., qui de hac verbi δέχεσθαι notione, qua omnino valet *accipere omen*, laudat VIII, 137. IX, 91. Aristoph. Plut. 63, atque huc refert, quae in fine cap. de praecone dicuntur: ὁ μὲν δεξάμενος τὸ ῥηθέν. Tu conf. etiam Xenoph. Anab. I, 8, 17. Sophocl. Electr. 668. Redit, observante *Cr.*, locutio in Platon. Gorg. §. 118. pag. 499 E: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ, quae Heindorfius p. 179 reddit: *res praesentes et, quodcumque fuerit oblatum, lucro apponere inque rem suam convertere*, proverbii colorem ista habere subiiciens et aliter Herodoti verba a Wesselingio accipi addens. Equidem ab ea, quam dedi, interpretatione cur recedam, nihil causae subesse video. Ad usum verbi κατέλαβε (*deprehendit*, assecutus est s.

καὶ Ἡρακλεῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης αἰτέουσι φόνου δίκας, ὅτι σφέων τὸν βασιλέα ἀπέκτεινας ῥυόμενον τὴν Ἑλλάδα. Ὁ δὲ γελάσας τε καὶ κατασχὼν πολλὸν χρόνον, ὥς οἱ ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δεικνὺς ἐς τοῦτον εἶπε. Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας, οἵας ἐκείνοισι πρέπει. Ὁ μὲν δὴ δεξάμενος τὸ ῥηθὲν ἀπαλλάσσετο.

115 *Ξέρξης δὲ, Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν, αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος, ὡς εἰπεῖν. ὅκου δὲ πορευόμενοι γινοίατο καὶ κατ' οὕς τινας ἀνθρώπους, τὸν τούτων καρπὸν ἁρπάζοντες ἐσιτέοντο. εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλειπον οὐδέν·*

invenit) conf. allata ad VI, 29. VIII, 6.

κατασχὼν] i. e. *inhibens, cohibens*, ut alibi *ἐπισχὼν* VIII, 113. 23. 66. I, 132. IX, 49. Hinc etiam VIII, 117 *κατεχόμενοι*, i. e. *retenti, detenti*, coll. VI, 129. Ad vocem *τοιγάρ* vid. nott. ad III, 3.

Cap. CXV.

ὡς εἰπεῖν] i. e. *ut ita dicam*. *εἰπεῖν* codd. iubentibus cum recentt. edd. revocavi pro *εἶπαι*. Conf. nott. ad VIII, 65. 87. De ipsa locutione conf. II, 53. 134 et quae plura excitant Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Pers. 720 et Kuehner Gr. Gr. §. 852, 1. Indicatur autem hac formula *exiguus militum numerus*, quem salvum ex immani illa multitudine (VII, 188) in Asiam Xerxes reduxerit. In verbis proxime antecedentibus ad voces *ἐς τὸν πόρον* conf. VIII, 111. 117. 126 et Aeschyli Perss. 753 Blomf.

οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν κ. τ. λ.] De particula *δὲ* in apodosi iterata vid. Herodot. I, 66 ibique nott. II, 26. 39. IX, 6. 48. 70. 76 et conf. Matth. Gr. Gr. §. 616 et Werfer. in Actt. phill. Monacc. I. pag. 94. — Verbum *περιλέποντες* (i. e. *decorticantes* s. corticem circum circa decerpentes ac solventes) affert Suidas III. pag. 96, qui idem s. v. *Δρέπον* I. p. 628 conferatur. Adhibuit vocem *περιλέπειν* Theophrast. Hist. plant. VI, 4, 10 et dudum antea Homer. Ili. I, 236; de voce *φλοιὸς* vid. supra Herodot. IV, 67.

τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων] scil. *δενδρέων*. Iunguntur pari modo *δένδρεα ἥμερα καὶ ἄγρια* IV, 21. Tu conf. etiam IX, 97 ibique nott. Quod sequitur *ὑπὸ λιμοῦ*, valet: *prae fame, fame coacti*. Ac multos Persas mortuos esse *δίψῃ τε λιμῷ τε* canit quoque Aeschylus Pers. 490 (496 Blomf.), cuius omnis huc spectat narratio inde a vers. 482 (488 Bl.), tragicum in morem exornata. Eodem spectat Tzetz. Chil. I, 995, Persas, qui cum rege secesserint, plerosque narrans obiisse *κρυμῷ, λιμῷ, πορείᾳ*, sive, ut Orosius habet II, 10. p. 114, *labore, fame ac metu distabuerunt*. Addam Iustini locum II, 13. §. 11. 12, qui Xerxis tristi reditu exposito haec subiicit: „Nec pedestribus copiis, quas ducibus adsignaverat, felicius iter fuit: si quidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem, tantaque foeditas morientium

ταῦτα δ' ἐποίευν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη κατ' ὁδὸν διέφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτῶν κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι, ἵνα ἑκάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας καὶ ἐν Σίρι τῆς Παιονίης καὶ ἐν Μακεδονίῃ. ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπιὼν οὐκ ἀπέλαβε, ἀλλὰ δόντες οἱ Παίονες τοῖσι Θρήϊξι, ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν νεμομένας ἁρπασθῆναι ὑπὸ τῶν

fuit, ut viae cadaveribus implerentur, alitesque et bestiae escae illecebris sollicitatae exercitum sequerentur." In Ctesiae Excerptis Persicis nihil de his tradi, iam ad VIII, 110 observavimus.

ἐπιλαβὼν δὲ] Vid. nott. ad VI, 27. Pro seq. λοιμὸς Toup. Emendd. in Suid. P. III. pag. 333 s. II. p. 399 rescribi vult λιμὸς idque de morbo, quem vulgo dicunt *le scorbut*, intelligi vult, comparans Polyb. III, 87. Toupium nemo editorum merito secutus est, cum hoc loco de peste, ex fame, qua premebantur, pravaque ex nutritione, qua alebantur, exorta indeque plerosque consumente sermo sit. δυσεντερίη, quae additur, intestinorum difficultatem cum exulceratione coniunctam significat, eaque crebro apud Hippocratem et Galenum commemoratur, qui varia eius genera indicarunt: tu vid. Foesii Oeconom. Hippocrat. pag. 171 s. v., ubi utriusque scriptoris loci afferuntur aliique aliorum adiiciuntur. E quibus unum hic afferre liceat Celsum De medicin. IV, 22 (15) sic scribentem: „Proxima his inter intestinorum mala *tormina* esse consueverunt: δυσεντερία Graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat; iisque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt [cf. Hipp. Aphorismm. IV, 26]: frequens deiiciendi cupiditas dolorque in ano est: cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur atque eo quoque tormentum intenditur: idque post tempus aliquod levatur exiguaque requies est: somnus interpellatur: febricula oritur longoque tempore id malum, cum inveteraverit, aut tollit hominem aut, etiamsi finitur, excruciat."

μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν] scil. αὐτοὺς (*aegrotantes*), monente Boeckh. in Corp. Inscriptt. I. pag, 20. 21. 875. De verbo μελεδαίνειν, quod etiam affert Suidas s. v. II. p. 523, vid. allata ad VII, 31: est autem verbum Ionicum atque Hippocrati, aliis usitatum, ubi de *curandis* aegrotis adhibetur: vide plura, quae in Foesii Oecon. Hippocr. pag. 404 s. v. et in Thesauro Ling. Graec. V. p. 726 ed. Dindorf. afferuntur, et conf. etiam Franz: Element. Epigraph. pag. 79; praeterea poëtae Graeci, ut Theocritus (IX, 12. X, 52), Theognis (185. 1129), alii idem adhibuerunt verbum. Quod sequitur τρέφειν, valet *alere*, i. e. meliorem cibum praebendo reficere aegrotantes. De *Siri* urbe in seqq. dixi ad V, 15. Romanis dicebantur *Serrae*, nunc vocant *Serres;* quam urbem adhuc commercio florentem inter potiores Macedoniae urbes censeri, sitam ad laetam illam planitiem Strymone irrigatam, ad montis declivitates, brevi spatio remotam a Cercines lacu, cui nunc nomen Takinos, docuit Cousinéry: Voyage en Macedoine I. pag. 157 seqq. 173 seqq. Nec fugit censorem Gottingensem 1833. nr. 127. p. 1262. — De sacro Iovis curru vid. nott. ad VII, 40; de *Paeonibus* diximus ad V, 12.

νεμομένας] i. e. *dum pascerentur, raptas esse equas.* Ad ἅρμα refertur, quo nomine simul alterum ἵππους comprehendi patet. Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 714 et Fischer.

ἄνω Θρηΐκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκημένων.

116 Ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρήϊξ, ἔργον ὑπερφυὲς ἐργάσατο, ὃς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἑκὼν εἶναι δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὖρος τὴν Ῥοδόπην, τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. οἱ δὲ ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγένετο θεήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο ἅμα τῷ Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀναχώρησαν ἀσινέες πάντες, ἓξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτῶν ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον.

117 Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηΐκης πορευόμενοι ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι τὸν Ἑλλήσποντον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμένας,

ad Welleri Grammat. III, a. pag. 258. Ipsum verbum **νέμεσθαι** eadem significatione apud Homer. (Ili. V, 777. Odyss. IX, 449. XIII, 407) aliosque scriptores reperitur; vid. Thesaur. Ling. Graec. V. pag. 1424 ed. Dindorf. Pro vulg. **ἁρπαχθῆναι** cum Bredov. p. 338 dedi **ἁρπασθῆναι**, ut I, 1. Mox pro **οἰκεομένων** cum recentt. edd. retinui, quod plurimi praebebant codd., **οἰκημένων**, ut III, 96.

CAP. CXVI.

Βισαλτέων] De *Bisaltia* conf. nott. ad VII, 115, de *Crestonia* regione I, 57. VII, 124.

ἔργον ὑπερφυὲς] i. e. *facinus immane, maxime atrox, naturam humanam quasi excedens et superans.* Cf. Aristoph. Ran. 611 ibique Kock. In bonam partem adhibuit Herodotus IX, 78. Caeterum eadem enarrans Aelian. V. H. V, 11 in clausula addit Thracem, eo quod filios sex excoecarit, haud fecisse Graeca (**μὴ ποιήσας Ἑλληνικά**). Ubi bene observat Perizonius excoecationis morem atrocem, quem Graecis abiudicat Aelianus, post tempora Iustiniani Rhinotmeti denuo invaluisse apud Graecos Byzantinos indeque etiam ad Latinos esse propagatum, ut ex exemplo Ludovici Pii, qui fratris filium Bernhardum, Italiae regem, hoc supplicio affecerit, satis constet. Aliud excoecationis exemplum in Phinei liberis affert Wesseling. e Schol. Apollon. Rhod. II, 178.

ἑκὼν εἶναι] Conf. nott. ad VII, 164 et VIII, 30; de *Rhodope* monte vid. nott. ad IV, 49. De particula **μὴ** post **ἀπηγόρευε** illata conf. III, 128 ibiq. nott.

CAP. CXVII.

ἔτι ἐντεταμένας] i. e. rates non amplius invenerunt *ligatas*, *intensas* vinculis, sed tempestatis vi *solutas*, *disiectas*. Sic plane IX, 114. 106. — Mox e Florentino aliisque cum recentt. edd. dedi **ἐνθαῦτα δὲ**, ubi vulgatum **δὴ** retinuit Matthiae. Ad voces **οὐδένα κόσμον** vid. allata ad VIII, 60. §. 3. Nam illos tradit *nullo modo ordineque servato* cibis se implevisse; unde mutatâ simul aquâ mors insecuta est. Caeterum haec malui intacta relinquere, quam eum in modum mutare, quem nuper proposuit Gebhardt in tertia parte Emendatt. Herodott. (Hof. 1858), **κατεχόμενοι** (quod cum Schweighaeusero in Lexic. Herodot. II. p. 32 interpretor: *ibi morati*, *detenti*, *retenti*) mutans in **καταγόμενοι**, quod vel si libri scripti praeberent, minus certe aptum videretur, ac pro **ἐλάγχανον** reponens **ἐλάμβανον**, itemque pro **οὐδένα τε κόσμον** re-

ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι σιτία τε πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον, οὐδένα τε κόσμον ἐμπιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον τοῦ στρατοῦ τοῦ περιεόντος πολλοί. οἱ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λόγος λεγόμενος, ὡς, ἐπειδὴ 118
Ξέρξης ἀπελαύνων ἐξ Ἀθηνέων ἀπίκετο ἐπ' Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιπορίῃσι διεχρᾶτο, ἀλλὰ τὴν μὲν στρατιὴν Ὑδάρνεϊ ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νεὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς, ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυ-

scribens **οὐδένα δὲ κόσμον.** Libri scripti non addicunt, nec sane necessarium videtur *ἐλάγχανον* mutare in **ἐλάμβανον**, cum *λαγχάνειν* ea significatione, qua valet *nancisci*, aliis quoque locis reperiatur (I, 147. VII, 53. 144) cum accusativo iunctum, itemque *ἀπολαγχάνειν* IV, 115. V, 57. VII, 23.

οἱ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδις] Paucos e magno Persarum numero in Asiam rediisse salvos testatur quoque Aeschylus Perss. 740. 805 ed. Blomf.

Cap. CXVIII.

λόγος λεγόμενος] Ita Florentinus cum aliis libris, quos cum recentt. edd. secutus sum. Vulgatum **λεγόμενος λόγος** cum Schaefero retinuit Matthiae. De ipsa locutione, quae redit VIII, 119 init., conf. nott. ad IV, 12. Caeterum ex iis, quae hoc capite et capite sequente proferuntur narrationes diversae ab iis, quae Noster antea enarraverat quaeque procul dubio ipse ad verum propius accedere arbitratus est, satis patet, quanta Nostri cura fuerit quantumque studium in ea inquirendi, quae sibi proposita habuit, adeo ut silentio premere aut praetermittere quidquam nollet, quod traditum accepisset, ne quid posteris deesset, quod ad rem facere posse videretur. — Mox omnes fere codd., excepto cod. Vallae, *ἐξ Ἀθηναίων*. — De *Eione* vid. nott. ad VII, 25. — Pro vulg. **διεχρέετο**, quam Bekker. et Dindorf. retinuerunt, nolui recipere, quod in Mediceo, Florentino, aliis legitur **διεχρῆτο**, sed cum Bredov. p. 381 et Dietschio reposui **διεχρᾶτο**, quod unum Herodoteum esse Bredovius statuit. Cui eidem Bredovio (p. 145), scribi iubenti **ἐπιτράπει** pro **ἐπιτρέπει**, neque hoc loco obsecutus sum, neque VII, 7 (ubi vid. nott.) et VIII, 3: quibus locis Dietschius Bredovium sequitur.

ἐπὶ νεὸς Φοινίσσης ἐπιβάς] Infra VIII, 120 fin. est: **ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νέα.** Alibi genitivus, omissa praepositione, adstruitur: de quo vid. ad Herod. I, 84 nott. — De verbo **κομίζεσθαι** conf. VIII, 107. Ad ipsam narrationem confer Iustin. II, 13. §. 9 seq. „Ipse (Xerxes) cum paucis Abydon contendit. Ubi cum solutum pontem hibernis tempestatibus offendisset, piscatoriâ scaphâ trepidus traiecit. Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix aequor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terris graves erant.“ Iustinum sequitur Orosius II, 10. Veriora Valckenario videntur, quae Tzetzes Chil. I, 996 de Xerxis traiectu enarrat.

πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην] Excidit Noster e structura vel potius in aliam transiit accusativi et infinitivi, plane ut VIII, 111. — De verbo **ὑπολαβεῖν** conf. VIII, 84 fin. VII, 170 ibique nott. et de voce **κυματίης** nott. ad II, 111. *Strymo-*

ματίην· καὶ δὴ, μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι, γεμούσης τῆς νεὸς, ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλέα, εἴρεσθαι βώσαντα τὸν κυβερνήτην, εἴ τις ἐστί σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἶπαι· Δέσποτα, οὐκ ἔστιν οὐδεμία, ἢν μὴ τούτων ἀπαλλαγή τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων. καὶ Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα εἶπαι· Ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλέος κηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε εἶναι ἐμοὶ ἡ σωτηρίη. τὸν μὲν ταῦτα λέγειν, τοὺς δὲ προσκυνέοντας ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν νέα ἐπικουφισθεῖσαν, οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. Ὡς δὲ ἐκβῆναι τάχιστα ἐς γῆν

nium ventum non alium esse atque *Boream*, a sua velut sede eximie ita vocatum, quem eundem Atheniensium affinem et fautorem (qui inde etiam regem illaesum dimittere haud debuit) supra invenimus VII, 189, recte observat Valckenarius, de hoc Strymonis Borea citans Callimach. in Del. 26 ibiq. Spanhem. et in Dian. 114. Inde apud Aeschylum in Agamemn. 185 dicuntur *πνοαὶ ἀπὸ Στρύμονος* (i. e. *venti boreales*) *μολοῦσαι κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι, βροτῶν ἆλαι, νεῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς*. Verba *μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι*, quae Schweighaeuserus in Latina interpretatione reddidit: *cum magis magisque fureret tempestas*, sic explicanda erunt, ut cum eodem Schweighaeusero (in Lexic. Herodot. II. pag. 366) mente adiiciamus *τὴν νέα* eamque *μᾶλλόν τι χειμαίνεσθαι*, i. e. vel magis s. *vehementius tempestate vexari* dicamus, quemadmodum haud raro (vid. modo Thucydid. III, 102. VIII, 32 aliisque pluribus locis in Thesauro Ling. Graec. Vol. VIII. pag. 1376 seq. ed. Dindorf. allatis) naves dicuntur *χειμάζεσθαι*, nisi malis, quod eodem fere redit, *χειμαίνεσθαι* intransitive accipere, quo modo activum *χειμαίνειν* saepius adhiberi ex eodem Thesauro Ling. Gr. l. l. p. 1377 discimus. — Ad verba sequentia: *ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσῶν* conf. nott. ad V, 101 de usu particulae *ὥστε*. *ἐπὶ τοῦ καταστρώματος* significat: *in ipso tabulato*, in quo plerumque, qui maritimum iter in navibus faciebant, commorabantur, monente Beckero in Charicl. I. pag. 217 ed. sec. In seqq. ob articuli vim Matth. Gr. Gr. §. 267 excitat verba *τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων*. — De forma *βώσαντα* vid. nott. ad I, 11.

ἢν μὴ τούτων ἀπαλλαγή τις κ. τ. λ.] Dedi *ἢν μὴ* a Sancrofti codice allatum et probatum Werfero in Actt. phill. Monacc. I. pag. 100. Vid. VIII, 49 ibique nott. Vulgo *εἰ — μὴ*, quod cum Schaefero unus retinuit Bekkerus.

Ξέρξεα λέγεται — εἶπαι] Reliqui *εἶπαι* ab omnibus fere codd. allatum atque aeque adhibitum a Nostro atque *εἰπεῖν*, vid. quae dixi ad VIII, 65. De loci structura conf., si tanti est, Matth. Gr. Gr. §. 537. Ad structuram verborum sequentium *νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλέος κηδόμενος* (i. e. *nunc unusquisque vestrûm ostendat regem sibi curae esse*) vid. allata ad II, 119 et III, 72; de usu voculae *τις* dixi ad VIII, 109. Caeterum ad Herodotea haud scio an respiciat Dio Chrysostom. Or. XIV. p. 231 B.

προσκυνέοντας] Vid. citt. ad VII, 136 et II, 80. Mox pro *ἐκπηδέειν*, quod ex Sancrofti libro alioque recepit Schaeferus, quem Schweighaeuserus et Gaisford. secuti sunt, e Wesselingii editione revocavi cum Dietschio *ἐκπηδᾶν*, probante Dindorfio (in Commentat. de dialect. He-

τὸν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοιόνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλέος τὴν ψυχὴν, δωρήσασθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Οὗτος 119
676 δὲ ἄλλος λέγεται λόγος περὶ τοῦ Ξέρξεω νόστου, οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστὸς, οὔτε ἄλλως, οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε· τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νέα, ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι

rodot. pag. XXXII) et Bredovio pag. 381. De notione vocis ψυχὴ vid. nott. ad VII, 39. Pro χρυσέῃ στεφάνῃ Sancrofti liber cum alio offert χρυσέῳ στεφάνῳ, quod respuit Valckenar., cum Herodotus Homeri more (de quo vid. Eustath. ad Ili. XVIII, 597, Casaubon. ad Athen. V, 8 s. 34 ad pag. 202 B.) femininas subinde praetulerit formas: quam in rem nonnulla attulimus ad I, 9; alia dabunt Karsten. ad Parmenid. Reliqq. pag. 243 et Lobeck. Patholog. Graec. serm. pag. 9. Nec tamen χρυσέῳ στεφάνῳ, quod ipsum recepit Dietsch., spernendum, sed praeferendum iudice Bredovio pag. 55, cum alibi certe (VI, 69. VIII, 26) apud Nostrum inveniatur στέφανος, neque στεφάνη. — De accusativi forma κυβερνήτεα vid. Bredov. pag. 223 seq.

ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ] Vid. nott. ad VII, 35.

Cap. CXIX.

οὔτε ἄλλως, οὔτε κ. τ. λ.] i. e. *neque ad caetera quod attinet, neque quod ad Persicam illam cladem.* Equidem in his recentiores edd. secutus sum; Schweighaeuserus dederat: οὗτος δὲ ἄλλως λέγεται λόγος et paulo post οὔτε ἄλλος (pro ἄλλως), vix recte, ex mea quidem sententia. Mox pro ἐρρήθη cum Gaisf. ex uno cod. recepi εἰρέθη, ut IV, 156, ubi vid. nott. VII, 184. Neque aliter recentt. edd. exhibuerunt.

ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον κ. τ. λ.] Sensum loci hunc esse puto: *in pluribus* (quae hac de re proferri possunt) *sententiis ne unam quidem habeo mihi contrariam* (i. e. neminem inter tot homines contradicturum, sed omnes mihi assensuros esse existimo), *contendenti Persarum regem tale quid* (quod scil. navis gubernator illi suasit) *nunquam facturum fuisse, qui potius, Persis in alveum navis descendere iussis, remiges, qui Phoenices fuere, in mare deiectos morti tradidisset;* aut si mavis, propius ad ipsa Herodoti verba: iussurum fuisse regem eos, qui in tabulato essent, ex hoc tabulato descendere in navis cavitatem, Persae cum essent Persarumque adeo principes; remigum vero, Phoenices cum essent, parem Persis numerum in mare coniicere. Qui enim scripserat τοὺς μὲν — καταβιβάσαι, is in altera enuntiati parte, in qua exspectabas τῶν δ' ἐρετέων — ἴσον πλῆθος — ἐκβαλεῖν, infinitivi loco scripsit ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος — ἐξέβαλε, respiciens, opinor, ad illa: μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον parem fere in modum, quo etiam supra III, 116 scripsit, ὅκως μὲν γενόμενος (sc. ὁ χρυσὸς φαίνεται) οὐκ ἔχω — εἶπαι; nec sane insolitus huiusmodi orationis transitus apud Nostrum. Tu conf. etiam G. Hermann. Opuscc. Acadd. IV. p. 52 et de particula ὅκως allata ad V, 106. — ἀντίξοος γνώμη dicitur sententia *contraria, repugnans*: vid. nott. ad I, 174. De usu particularum μὴ οὐκ vid. allata ad VIII, 57.

τῶν δ' ἐρετέων κ. τ. λ.] „Ad id, quod famae illi, de qua hîc agitur,

Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἀπε-
120 *νόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος, καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ. καὶ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστὰ, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών. τὰ δὲ*

opponit Herodotus, responderi poterat: At remigum, qui in navi erant, nautarumque cunctorum opera opus fuit gubernatori, qua per vim tempestatis ad optatum litus eluctaretur.“ *Schweighaeuser.*

Cap. CXX.

φαίνεται γὰρ] Particulam *γὰρ* attigit Matth. Gr. Gr. §. 630, 2. Add. O. Schneider ad Isocrat. Areopagitic. §. 68. pag. 106 seq. — *ἡ ὀπίσω κομιδὴ* exstat quoque VIII, 108. De *Abderis* vid. nott. ad I, 168 et VII, 109.

καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος] Attigi haec iam supra in nott. ad VII, 116 coll. VII, 29 et confer praeterea IX, 135, ubi *ξείνια προτίθεσθαι*. Magis vero huc facit III, 39 *ξεινίην Ἀμάσι συνεθήκατο*. Neque aliter verbum *συντίθεσθαι* adhibetur III, 157. VI, 115; cf. etiam, quae de huius verbi usu nuper monuit C. F. W. Mueller: De ritibus et ceremoniis pag. 13. Alia quaedam afferemus ad VIII, 128. De *acinace* vid. nott. ad III, 118.

τιήρῃ χρυσοπάστῳ] *tiaram auro pictam* s. *auratam* Noster indicare voluit; eodem sensu *τὰ χρυσόπαστα* (*vestimenta auro picta*) dicuntur apud Aeschyl. in Agamemn. 749 ed. Blomfield., quem vid. in Glossario ad h. l. Plura similia exhibet Thesaur. Ling. Graec. VIII. p. 1741 ed. Dind. De ipsa voce *τιήρη* egit Bredov. p. 126. Tu vid. etiam nott. ad III, 12 et VII, 61. „Tiaram infrequens fuisse puto regium donum, Acanthios eodem quo Abderitanos honore rex dignatus VII, 116 *ἐδωρήσατο ἐσθῆτι Μηδικῇ*. Nusquam etiam *auro distinctam χρυσόπαστον* memoratam legi *tiaram*: de qua praeter Brisson. multa Gataker. Adv. Misc. posth. c. 24, sed alibi reperies *χρυσόπαστον ἐσθῆτα* et *τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων*.“ *Valcken.* At *Medicam vestem* qui muneri dedit, cur is *tiaram* dare non potuerit, haud equidem intelligo. Cyrus Syennesi, si fides Xenophonti Anab. I, 2. §. 27, dedit munera, quae honoratissima apud Persas censentur, equum frenis aureis ornatum, torquem aureum ac stolam Persicam. Quae omnia *aurea* fuisse ne mireris, vid. nott. ad VII, 54. Caeterum ad ea, quae hoc loco de Abderitis narrantur, haud scio an id quoque pertineat, quod apud Philostrat. Vit. Sophist. I, 10 (pag. 494) et Valer. Maxim. VIII, 7 traditur de Maeandro, Protagorae patre, homine divite, qui *δεξάμενος τὸν Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις τὴν ξυνουσίαν τῶν μάγων τῷ παιδὶ παρ᾽ αὐτοῦ εὕρετο*: quae eadem fere de Democrito narrat Diogenes Laërt. IX, 34.

ἐλύσατο τὴν ζώνην] i. e. *primum* apud Abderitas, *ex quo Athenis domum profugit, cingulum solvit, utpote nunc in tuto se esse ratus.* Cingulum igitur adstrictum habuit toto hoc tempore, quo e Graecia profectus Abdera venit, ubi cum satis tutum se esse putaret, cingulum solvit, quietem capturus. Nimia igitur festinatio regis declaratur, qua fugam capessivit, summusque timor, ne, si quo loco longius commorans quietem caperet, a Graecis insequentibus deprehenderetur. Ac nescio an huc referri possint glossae Moeridis p. 169 (*ζώνιον τὸ γυναικεῖον Ἀττικῶς· ζώνη ἡ τοῦ ἀνδρός*), Ammo-

Ἄβδηρα ἵδρυται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἢ τοῦ Στρυμόνος καὶ τῆς Ἠιόνος, ὅθεν δή μιν φασι ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νέα.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελεῖν τὴν 121 Ἄνδρον, τραπόμενοι ἐς Κάρυστον καὶ δηϊώσαντες αὐτῶν τὴν χώρην ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. Πρῶτα μέν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια ἄλλα τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας, τὴν μὲν ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν, τὴν δὲ ἐπὶ Σούνιον, τὴν δὲ τῷ Αἴαντι αὐτοῦ ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ

nii p. 65 (ζώνην λέγουσι τὴν τοῦ ἀνδρός, ζώνιον δὲ τὸ γυναικὸς) itemque Thomae Magistri pag. 412 eadem tradentis indeque vituperati ab interprete, qui plurima profert ostensurus ζώνην feminarum ac mulierum esse ipsumque illud adhibet ζώνην λύειν de virginibus cingulum atque cum eo virginitatem deponentibus dictum apud Homer. Odyss. XI, 245. Plutarch. Vit. Lycurg. 15, ne plura. Ac sane nemo dubitabit, ζώνην mulierum quoque fuisse, ipso teste Herodoto I, 51, ut alia taceam; ipsasque Persarum mulieres adeoque reginas ζώνην gestasse vel inde patet, quod reginis Persarum regiones quaedam εἰς ζώνην tradi dicuntur (de qua re vid. modo quae a Barnab. Brissonio De reg. Persarr. principat. I, 108 allata sunt) atque Atossa, Darii uxor et Xerxis mater, apud Aeschylum (in Perss. 160) a choro appellatur ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη. βαθυζώνους enim (de qua voce vid. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Sept. c. Theb. 861) Περσίδας mulieres vix appellare potuisset poëta Graecas, si ζώνην non gestassent. At regum Persarum quoque fuisse τὴν ζώνην, vel e Curtii loco colligas III, 3, 10, ubi Darius rex „zonâ aureâ muliebriter cinctus" dicitur, itemque e Cliti verbis (apud Plutarch. Vit. Alexandr. cap. 51. p. 694) Alexandrum iubentis μετὰ βαρβάρων ζῆν καὶ ἀνδραπόδων, οἳ τὴν Περσικὴν ζώνην καὶ τὸν διάλευκον αὐτοῦ χιτῶνα προσκυνήσουσιν. Neque huc non pertinet, quod qui summum supplicium subire debebant, ii *zonâ prehensi* ad mortem ducebantur κατὰ τὸν τῶν Περσῶν νόμον, ut loquitur Diodorus Siculus XVII, 30 (ubi vid. Wesseling.), coll. Xenoph. Anab. I, 6, 10.

τὰ δὲ Ἄβδηρα ἵδρυται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου] Ita cum recc. edd. e Florentino, aliis dedi codd. Vulgatum πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἄβδηρα ἵδρυται retinuit Matthiae. De praepositione πρὸς vid. nott. ad VIII, 87 et de verbis ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νέα cf. nott. ad VIII, 118.

Cap. CXXI.

τὴν Ἄνδρον] Vid. VIII, 111 ibique nott. et de *Carystiis* nott. ad VIII, 112. Pro ἐξελέειν revocavi ἐξελεῖν, ut VIII, 111, ubi vid. not. Mox alio sensu ἐξεῖλον, quo eodem id reperitur IX, 81.

τῷ Αἴαντι αὐτοῦ ἐς Σαλαμῖνα] Aiax, Telamonis filius, in Salaminiorum insula tanquam heros cultus est, in cuius honorem τὰ Αἰάντεια celebrabantur; vid. Pausan. I, 35. §. 2. Hesych. s. v. et conf. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 62. not. 46 et §. 64. not. 11 ed. Stark. — αὐτοῦ est *ibi*, ubi scil. habebant stationem regressi ab expeditione in Andrios atque Carystios facta. Tu vid. quoque allata ad IV, 135. VI, 72. Verba ἐς Σαλαμῖνα aeque atque ἐς Ἰσθμὸν et ἐπὶ Σούνιον ad ἀναθεῖναι pertinent. Affert Wesselingius ad h. l. similia victoriae reportatae donaria e Thucydid. II, 84. Procop. Bell. Goth. IV, 22. ἀκροθίνια sunt primitiae praedae diis consecrandae a victoribus gratum animum testificantibus, ut I, 86, ubi vid. nott. 90. Pro vulg. χερὶ e Florentino et Sancrofti

τοῦτο διεδάσαντο τὴν ληΐην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς, ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριὰς, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ ἀκρωτήριον νεὸς, ἐὼν μέγαθος δυώδεκα πηχέων· ἕστηκε δὲ οὗτος, τῇ
122 περ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. Πέμψαντες δὲ ἀκροθίνια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς ἐπειρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ παρ' Ἑλλή- 677
νων μὲν τῶν ἄλλων ἔφησε ἔχειν, παρ' Αἰγινητέων δὲ οὔ, ἀλλὰ ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ἐπὶ ἱστοῦ χαλκέου ἑστᾶσι τρεῖς ἐπὶ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κροί-
123 σου κρητῆρος. Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς ληΐης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἀριστήϊα δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γενομένῳ Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ

libro recepi **χειρὶ**, probante Bredov. pag. 159, quem eundem (p. 279) etiam secutus sum cum Dietschio, e Sancrofti libro scribens **δυώδεκα** pro **δυωκαίδεκα**, quod exhibent Mediceus, Florentinus, alii; aequant autem duodecim cubita 17, 68 pedes Rhenanos. Pro **ἑστήκεε** cum Schaefero, Bekkero et recentt. edd. exhibui **ἕστηκε**, quod vel **ἑστᾶσι** in cap. sequente suadere poterat: de ipsa forma vid. Bredov. pag. 398 seq. et Eltz. in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. IX. p. 130.

Cap. CXXII.

λελάβηκε] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 242 et Bredov. pag. 350. Valckenar. maluerat **λελαβήκεε**, ut III, 42, ubi vid. nott. Attigit Herodotea Pseudo-Plut. II. p. 871 C. criminans sine ulla iusta causa: vid. Lahmeyer in scriptione ad VIII, 112 laudata pag. 75.

τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης] Conf. VIII, 93 et Plutarch. Themistocl. 17. pag. 120 C. Aeginetis palmam contributam esse testantur quoque Aelian. V. H. XII, 10. Diodor. XI, 27, notante Wesselingio.

ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους κ. τ. λ.] Haud mutavi formam **ἀστέρας** respiciens ad similia, quae attulit Bredov. pag. 255. Conf. etiam nott. ad II, 4. *Tres stellas* quod Aeginetae dedicasse dicuntur, *duas* tantum dedicari potuisse statuit Boetticher (Tektonik. II. pag. 44): quibus duabus stellis Dioscuros significari vult navigantibus propitios ac navium tutores eosdemque Apollinis ministros (cf. Euripid. Elect. 1233). Equidem cur *tres* dedicari potuisse stellas negem, nullam idoneam video causam: potuerunt sane *tres* dedicare Aeginetae, ad aliud quid respicientes, neque praetermittenda ternarii numeri vis ac ratio in tot aliis rebus sacris veterum Graecorum. — De Croesi cratere vid. supra I, 51. Scripsi autem **Κροίσου**, iubente Bredovio pag. 234, pro vulg. **Κροίσεω**, quod Mediceus et Florentinus tenent.

Cap. CXXIII.

ἀνὰ τὸν πόλεμον] i. e. *in hoc bello*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 579, 1 et Kuehner Gr. Gr. §. 602, 2. Add. Herodot. VIII, 124.

διενέμοντο] Plures codd. **διένεμον**, duo quoque libri **ἔφερον**, quod idem in locis geminis exstat Plutarchi Themist. 17. p. 120 D. Aristid. II. pag. 218, ubi duces ex ara **τὴν ψῆφον φέρειν** narrantur. Equidem medium retinui cum *Valcken.*

βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων, ἐνθαῦτα πᾶς τις αὐτῶν ἑωυτῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι, δεύτερα δὲ οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον Θεμιστοκλέα κρίνοντες. οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο, Θεμιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. Οὐ βουλομένων 124

sic statuente: „Athenis causa utrimque dicta, qui iudicibus distribuebant singulis *τὰς δύο ψήφους*, hi dici poterant *διανέμειν τὰς ψήφους* [Conf. Schoemann et Meier: Attisch. Process. p. 676]. Sed apud Herodotum Graeci duces *inter se calculos dividentes*, quibus ferrent suffragia, *διενέμοντο τὰς ψήφους*, et quidem *ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ*, *ad altare* Isthmii *Neptuni;* ut dei maiestate moti sancte iudicarent, *τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες* (sive *κρινέοντες*, *iudicaturi*) *ἐκ πάντων*. Herodotea Plutarchus interpretatur in Themistocl. 17. p. 120 D. *ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί.* Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet ex Demosthen. De Coron. pag. 162 [p. 271] Or. c. Macart. p. 601 [p. 1054, 10]." Atque hoc utroque loco invenies *ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρειν τὴν ψῆφον*. Itaque verba Herodoti significant: duces inter se distribuebant ad Neptuni aram calculos, quibus, qui ex omnibus Graecis primus et secundus iudicaretur in hoc bello fuisse, designarent (*κρίνειν ἐκ πάντων* dixit Noster quoque VI, 129.): *ἐνθαῦτα*, pergit Noster, *πᾶς τις αὐτῶν ἑωυτῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον*, i. e. unusquisque ducum sibi primum calculum posuit s. primo loco se tanquam *ἀξιώτατον γενόμενον* significavit calculo coniecto (de locutione *τίθεσθαι τὴν ψῆφον* vid. allata ad III, 73); *δεύτερα δὲ οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον Θεμιστοκλέα κρίνοντες*: secundum locum quod attinet, plerique calculorum suffragiis latis convenerunt s. consenserunt in Themistoclem, quem dignum hoc (secundo) loco haberent. Addit Noster: *οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο*, i. e. hi igitur duces singuli s. soli (ubi de primo loco agebatur) relinquebantur, quod Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. p. 116 interpretatur: „quisque non nisi unum calculum, quo ipse nominaretur, in urna invenit." Ad *πᾶς τις* cf. nott. ad VIII, 109.

αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι] i. e. *cum unusquisque sibi videretur optimus fuisse*. Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 733 et conf. V, 13 ibique nott. V, 78. III, 82 ibique allata. — Ad verbum *συνεξέπιπτον* conf. citt. ad VIII, 49.

ὑπερεβάλλετο] i. e. *eminuit*, ubi accusativus personae negligitur, sed dativus rei additur, ut I, 61. IX, 71. Ac facile hoc loco mente addas *τοὺς ἄλλους στρατηγούς*: *multum Themistocles caeteros superabat eo*, *quod* secundum locum ex plerorumque suffragiis obtinuerat. Verbum *ὑπερβάλλεσθαι* hac *superandi* significatione iam supra VIII, 24 invenimus, ubi vid. allata. Unus liber male dat *ὑπερέβαλλε*. *δευτεραῖα* de *secundo loco* s. secundis partibus legitur supra I, 32. Nec aliter in Plutarch. Artax. 14. Caeterum non dissentit Plutarchus (Themistocl. 17 coll. Pseudo-Plut. II. pag. 871 D.) ab Herodoto, narrans duces primum, se quemque virtute praestitisse, post se Themistoclem, statuisse; unde primas ad Themistoclem quamvis invitos ob invidiam detulisse duces haud iniuriâ censet Plutarchus. Est vero hic Herodoti locus documento, Herodotum nullo ductum timore aut partium studio id unum curasse in omnibus, ut verum ubique traderet. Conf. Dahlmann: Herod. pag. 184 et vide sis nott. ad VII, 132 (III. p. 634).

CAP. CXXIV.

Οὐ βουλομένων — φθόνῳ] i. e. *Cum Graeci* (Graecorum duces) *haec*

δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλωόντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι. καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήϊα μέν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον, σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος Θεμιστοκλέϊ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο δέ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι· αἰνέσαντες δὲ πολλὰ προέπεμψαν ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὗτοι οἵ περ

diiudicare nollent (cuius primae et cuius secundae partes in pugna *fuissent*), *invidiâ mutuâ, alter in alterum, ducti, sed singuli domum discederent re haud iudicata, tamen Themistocles praedicatus celebratusque est per omnem Graeciam tanquam vir longe* (omnium) *Graecorum prudentissimus.* ἄκριτοι dicuntur, qui suffragiis latis rem decernere nolunt, qui iudicium non faciunt; contra III, 80 (ubi vid. nott.) tyrannus κτείνειν dicitur ἀκρίτους (*causâ indictâ*), i. e. eos, qui iudicium non subierunt.

ἐβώσθη] Vid. I, 11. VI, 131. Ad verba ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ — σοφώτατος conf. VIII, 110, ubi: δεδογμένος εἶναι σοφός.

θέλων τιμηθῆναι] i. e. *putans* s. *sperans* Lacedaemone *se eo honore adfectum iri*, quem ii, qui ad Salaminem (una cum ipso) pugnaverunt, denegaverant. „Verisimilius mihi videtur, quod Plutarch. narrat in Themist. 17. pag. 120 D., Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisse Themistoclem, sibi nempe metuentibus nunc tandem, μή ποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κακὸν μέγα βουλεύσηται κατ' αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut scribit Diodor. XI, 27: idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρεαῖς τῶν τὰ ἄριστα εἰληφότων. Iuxta Libanium I. pag. 14 C. illum ἐστεφάνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου διάνοιαν. Multiplicem honorem ipsi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et Plutarchus [cap. 17 Vit. Themistocl.]. In Herodoto legerem ex marg. Stephani προέπεμψαν ἀπιόντα [ubi vulgo ἀνιόντα, quod merito recentt. edd. respuerunt, ἀπιόντα, quod in Sancrofti libro aliisque exstat, recipientes] τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες: quo honore neminem alium dicuntur prosecuti. Hoc apud Thucydid. I, 74 Spartanis in memoriam revocat orator Atticus." *Valcken.* Quae de honoribus Themistocli a Spartanis tributis Noster tam copiose retulit, ea haud scio an consulto sic fecisse putandus sit: quippe quem latere haud potuit, quo modo posthac Spartani in Themistoclem egerint, quem eiusdem criminis atque Pausaniam incusantes (vid. Thucydid. I, 135. Plutarch. Vit. Themistocl. 23) legatis Athenas missis populo persuaserunt, ut in ius vocaret absentemque condemnaret: de qua re nuper accurate disputavit De Koutorga: Mémoire sur le parti Persan dans la Grèce ancienne et la procès de Thémistocle (Paris 1860) pag. 17 seqq. Expulsus Athenis Themistocles fuit anno 471 a. Chr. n. s. Olymp. LXXII, 2 teste Clinton. in Fast. Hellen. p. 38 ed. Krueger., sex annis post quam Athenienses principatu fere potiti sunt (477 a. Chr. n.) et septem annis post Sesti obsidionem, quae incidit in ann. 478 a. Chr. n. et ab Herodoto ipso in operis fine (IX, 114 seqq., ubi vid. nott.) narratur. Quare vix

ἱππέες καλέονται, μέχρι οὔρων σῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ
678 *τοῦτον πάντων ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται προ-*
έπεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, 125
ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμι-
στοκλέος ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, φθόνῳ
καταμαργέων ἐνείκεε τὸν Θεμιστοκλέα, τὴν ἐς Λακεδαίμονα

credibile est, Herodotum latuisse, quae posthac Themistocli acciderint mala, ab Atheniensibus Lacedaemoniorum rogatu inflicta. — De *equitibus trecentis*, e flore iuventutis Laconicae electis Themistoclemque, id quod maximum honoris indicium erat, comitantibus vid. Thucydid. V, 72 ibique interprett. Plutarch. Lycurg. 25, Xenoph. De Rep. L. IV, 3 ibique Sauppe pag. 31 seq., C. O. Mueller. Dorr. II. pag. 241, C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 29. not. 15 seqq. De *Tegeatarum* terra conf. Herodot. I, 66 ibique nott. Currum eumque pulcherrimum, qui Spartae fuit, quod dono dederunt Themistocli, haud scio an unum huius praemii s. muneris publice dati exemplum inter Graecos reperiatur, praesertim cum curribus rarius uterentur ad usus publicos vel ad itinera publice facienda nec raro ii, qui curribus uterentur, superbiae vel mollitiei crimen contraherent (conf. Becker: Charicl. I. pag. 18. 227 ed. sec.). Sed plaustris usos esse Spartanos vel inde colligas, quod viarum earumque plaustris vehendis aptarum cura penes reges fuit, teste ipso Herodoto VI, 57, ubi vid. nott. Licet quoque ad ludos Graecorum publicos hoc munus referas, si quidem ὄχος de huiusmodi curribus, quibus ad certamina publica utebantur, dicitur apud Pindar. Ol. IV, 12. Pyth. IX, 11, atque omnino haec vox, quae saepius apud Homerum, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem invenitur (vid. Thesaur. Ling. Graec. Vol. V. pag. 2479 ed. Dind.), rarius apud pedestris orationis scriptores reperitur.

CAP. CXXV.

Ἀφιδναῖος] In Sancrofti codice exstat Ἀθηναῖος, quod plures codd. si ferrent, lubenter se recepturum esse ait Wesseling., cum idem Timodemus infra vocetur *Belbinita.* Neque tamen quidquam mutandum, si cum Pavio ac Schweighaeusero Timodemum statuas domo fuisse *Belbinitam*, i. e. natum in Belbina insula, sed Atticam civitatem nactum *Aphidnaeorum*que demo fuisse adscriptum. *Aphidnae* non multum a Decelea videntur fuisse remotae: quamquam accuratiora de eius situ desunt. Conf. Herod. IX, 73. Strabon. VIII. p. 396 et 397. Pausan. II, 22. §. 7. Leake (Die Demen Attica's pag. 16 ed. Westermann) ad Aphidnas refert arcis veteris reliquias, quae adhuc prope vicum, cui nomen Βούγα vel Μεξιαμπούα, cernuntur in media ea regione, quae Diacria olim vocabatur; Finlay, qui pluribus de Aphidnarum situ quaesivit (Transactt. on the royal society III, 2. p. 396 seqq. et vernacule ap. S. F. W. Hoffmann.: Die alt. Geograph. II. pag. 62 seqq.), paulum discedit, Aphidnas veteres paulo magis septentrionem versus collocans prope vicum, cui nunc nomen Kapandriti, in loco edito, cui nomen Kotróni, unde via Marathonem ducit et ubi plures aliae viae conveniunt.

ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν] i. e. *caeteroqui non illustribus viris adnumeratum.* Loco vili ignobilique gente eum prognatum fuisse haec verba declarant. Vid. Sintenis ad Plutarch. Themistocl. p. 2.

φθόνῳ καταμαργέων] i. e. *prae invidia s. livore insaniens.* In Florentino aliisque exstat καταμαρπτέων, quod merito reiecerunt editores, probante Bredovio pag. 382. Bene autem ad h. l. *Wesseling.:* „καταμαργᾶν et more Ionico κατα-

ἄπιξιν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, ἐπεί τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε· Οὕτω ἔχει τοι· οὔτ' ἂν ἐγὼ, ἐὼν Βελβινήτης, ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων· οὔτ' ἂν σὺ, ὤνθρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος. Ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

126 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθε ἐών, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιΐκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι γενόμενος,

μαργέειν, protervi hominis et invidiâ rumpentis *insaniam* egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς Aeschylo Suppl. 766." Qui idem Wesseling. in Diss. Herod. IX. p. 205, ubi h. l., quem Latine reddit: *irâ furens rixabatur*, tractat, comparat Euripid. Troad. 992: ἐξεμαργώθης φρένας, *animo furis*, itemque μαργαίνειν apud Clement. Alex. Protrept. p. 75 et ἐπιμαργαίνειν apud Arat. Diosem. 386 de suibus. Add. Pindar. Nem. IX, 46. Ac pertinent huc quoque voces μάργος (*vesanus*, *avidus*) et ὑπόμαργος apud Herodot. VI, 75, ubi vid. nott. Quod sequitur ἐνείκεε, valet: *obiurgavit* s. *altercatus est* cum Themistocle; idem verbum IX, 55. — Ad verbum προφέρων (*exprobrans*) vid. nott. ad IV, 151 et I, 3. Pro ἔχει, quod Schaeferus et Matthiae retinuerunt, equidem cum reliquis dedi ἔχοι, quod optimi codd. praebent.

Οὕτω ἔχει τοι] i. e. *ita tibi res se habet*. Eadem locutio VII, 161; conf. allata ad VIII, 20.

ἐὼν Βελβινήτης] Cum apud Stephanum Byzantinum s. v. Βέλβινα legatur: τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης, vulgatum Βελβινίτης in Βελβινήτης dudum mutari voluit Valckenar. itemque L. Ross: Reisen auf d. Griech. Inseln II. p. 173 et Cobet in Mnemosyn. XV. p. 122. Itaque scripsimus Βελβινήτης; diversa enim esse putamus gentilia in ιτης exeuntia, quae protulit Bredov. p. 33. *Belbina* exigua fertur esse insula prope Sunium promontorium meridiem versus teste Scylac. §. 52. p. 20 Huds. p. 268 Gail. (ubi verba κατὰ τοῦτο ad proxime antecedentia verba ἀκρωτήριον Σούνιον refero, aliter atque Gail. p. 408), Stephan. Byz. s. v. pag. 214. Strabon. VIII. p. 375 C. s. 576 et IX. pag. 398 D. s. 611 A. Plin. H. N. IV, 12. Nunc insulam aditu perquam difficilem vocari *St. Giorgio d'Arbori* recentiores tradunt; conf. Clarke: Travels II, 2. pag. 453 coll. 603, Ross. l. l. pag. 172 seq., Leake l. l. pag. 54, quo auctore Ἅγιος Γεώργιος nunc appellatur. Utut est, exiguae insulae incolas haud magno loco habitos esse apud Graecos, satis hoc ex dicto perspicitur, quocum conferantur quae exstant similia a Themistocle *Seriphio* cuidam dicta apud Platon. De republ. 1, 4. pag. 330 A., ubi cf. Astii commentt. p. 334. Plut. Themist. 18. I. pag. 121 A. II. pag. 185 C. Cicer. De senectut. 3, ubi vid. interprett. Ad significationem vocis ὤνθρωπε conf. nott. ad III, 63. Ad locutionem ἐς τοσοῦτο cf VIII, 107. Quod antecedit νυν, a Florentino, Mediceo, aliis codd. abest. De quo conferunt Miscell. Observv. III. p. 146.

Cap. CXXVI.

Ἀρτάβαζος] Idem est, qui VII, 66 dux Chorasmiorum et Parthorum appellatur. Respicit autem Herodotus hîc ad ea, quae IX, 41 seq. 66. 89 traduntur. — Mox plurimi libri afferunt τοῦ Μαρδόνιος ἐξελέξατο idque recentt. edd. inde a Bekkero tenuerunt: equidem cum Schweighaeusero, Schaefero et Gaisfordio revocavi lectionem, quam praebet Wesselingii editio: τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, quam unam veram nunc habeo. Etenim Herodotus ex eo

ἔχων ἓξ μυριάδας στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ ὀπίσω πορευόμενος κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγίνετο, ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπε-
679 δον, οὐκ ἐδικαίου, ἐντυχὼν ἀπεστεῶσι Ποτιδαιήτῃσι, μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαί σφεας. οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς

exercitu, quem ex omnibus Persarum copiis sibi elegerat Mardonius regis iussu VIII, 107, sexaginta mille cum Artabazo, qui regem comitarentur, missos fuisse intelligit. Ad voces *μέχρι τοῦ πόρου* vid. nott. ad VIII, 115. De *Pallene* dixi ad VII, 123 et de voce *χειμερίζειν* conf. nott. ad VIII, 113.

καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος] Absolute dictum accipio: *cum nihil opus esset festinatione*, *ut* (Artabazus) *ad reliquum* (Mardonii) *exercitum veniret.* Valla reddiderat: *nec etiamdum urgente venire*, non improbante Frommelio in Creuzeri Melet. III. pag. 169, ubi alia quaedam attulit ad verbi *κατεπείγειν* usum, ubi accusativus obiecti reticetur, spectantia, *πρᾶγμα* hîc omitti solere cum Wesselingio statuens, quo quidem supplemento haud erit opus. Licet verba *ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον* sic explicare, ut praeposito articulo *τοῦ* genitivi subiectum, ad quod pertineat verbum *κατεπείγοντος*, constituant: unde ea, quam dixi, loci proficiscitur sententia: (cumque) *festinatione nihil fere opus esset*, *quo minus* (Artabazus) *veniret ad reliquum* (Mardonii) *exercitum* et cum eo suas copias coniungeret. Idem Frommel observat, hoc uno apud Herodotum loco inveniri *κατεπείγειν*, qui multo frequentius medio verbo *ἐπείγεσθαι* (*contendere*, *festinare ad aliquid*, *studio quodam trahi ad aliquid*) utatur. Cf. IV, 139. VI, 112. VII, 223. IX, 69 itemque III, 135. VI, 43. IX, 89. De structura ea, qua modo participium, modo infinitivum hoc verbum adsciscit, ipsi quaedam annotavimus ad VIII, 68. §. 2. — Quae sequuntur: *οὐκ ἐδικαίου ἐντυχὼν κ. τ. λ.*, Latine ita reddam: *haud dignum iudicavit*, *si Potidaeatas*, *in quos inciderat*, *rebelles in servitutem non redigeret.* Sic *οὐ δικαιοῦν* VI, 82. 86. 15. III, 148. IV, 186. IX, 19. 42. 26. I, 89. II, 172. IV, 154. Ad usum particularum *μὴ οὐκ* in proxime sequentibus conf. allata ad VIII, 57.

Ποτιδαιήτῃσι] Sic mox *Ποτιδαιῆται*. Tu vid. de hac urbe nott. ad VII, 123. De nominis scriptura ad h. l. ita disseruit *Cr.* „Ita cod. Florentinus. Vid. Schweigh. Var. Lect. et ad VIII, 129. Cf. de longa *α* in antepenultima Thiersch. in Actt. phill. Monacc. II. pag. 416. 417, nimirum scribendum *Ποτιδαιᾶται* in scriptoribus non Ionicis. Idem tamen in eo nimius novator, quod ubivis *Ποτ ε ίδαια* vult et qui ei suffragatur Osann. in Syllog. Inscriptt. I. pag. 19. Nam in pedestri oratione videtur *Ποτίδαια* valuisse docentibus codd. Vid. var. lect. supra laud. et adde Platon. Sympos. pag. 221. p. 464 Bekk. et Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 99. [Id ipsum capite 127 revocavimus cum Bredovio pag. 130, scribentes *Ποτίδαιαν* pro male vulg. *Ποτιδαίην*; ac *Ποτίδαιαν* omnes libri exhibent cap. 128. Formae *Ποτιδαιῆται* similia quaedam idem Bredovius pag. 125 profert.] Quin etiam in numis Paesti sunt, qui *ΠΟΣΙΔ* aut certe *ΠΟΣΙ* offerant, testibus Froelich. Not. Comp. Gr. p. 153 et Eckhel. D. N. V. I. p. 157. Add. Valckenar. ad Eurip. Phoen. vs. 196 et Etymol. Gud. p. 476 et p. 530 de formis Aeolicis et Doricis.“ — Ad formulam dicendi *οἰχώκεε φεύγων* conf. VIII, 72. Formam plusquamperfecti *παρεξεληλάκεε* (i. e. *ubi rex eorum fines erat praetergressus*) attigit Bredov. pag. 316. 320. Ante *Σαλαμῖνος* delevi articulum

ἄπιξιν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, ἐπεί τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε· Οὕτω ἔχει τοι· οὔτ' ἂν ἐγὼ, ἐὼν Βελβινήτης, ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων· οὔτ' ἂν σὺ, ὤνθρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος. Ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

126 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθε ἐὼν, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι γενόμενος,

μαργέειν, protervi hominis et invidiâ rumpentis *insaniam* egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς Aeschylo Suppl. 766." Qui idem Wesseling. in Diss. Herod. IX. p. 205, ubi h. l., quem Latine reddit: *irâ furens rixabatur*, tractat, comparat Euripid. Troad. 992: ἐξεμαργώθης φρένας, *animo furis*, itemque μαργαίνειν apud Clement. Alex. Protrept. p. 75 et ἐπιμαργαίνειν apud Arat. Diosem. 386 de suibus. Add. Pindar. Nem. IX, 46. Ac pertinent huc quoque voces μάργος (*vesanus*, *avidus*) et ὑπόμαργος apud Herodot. VI, 75, ubi vid. nott. Quod sequitur ἐνείκεε, valet: *objurgavit* s. *altercatus est* cum Themistocle; idem verbum IX, 55. — Ad verbum προφέρων (*exprobrans*) vid. nott. ad IV, 151 et I, 3. Pro ἔχει, quod Schaeferus et Matthiae retinuerunt, equidem cum reliquis dedi ἔχοι, quod optimi codd. praebent.

Οὕτω ἔχει τοι] i. e. *ita tibi res se habet*. Eadem locutio VII, 161; conf. allata ad VIII, 20.

ἐὼν Βελβινήτης] Cum apud Stephanum Byzantinum s. v. Βέλβινα legatur: τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης, vulgatum Βελβινίτης in Βελβινήτης dudum mutari voluit Valckenar. itemque L. Ross: Reisen auf d. Griech. Inseln II. p. 173 et Cobet in Mnemosyn. XV. p. 122. Itaque scripsimus Βελβινήτης; diversa enim esse putamus gentilia in ιτης exeuntia, quae protulit Bredov. p. 33. *Belbina* exigua fertur esse insula prope Sunium promontorium meridiem versus teste Scylac. §. 52. p. 20 Huds. p. 268 Gail. (ubi verba κατὰ τοῦτο ad proxime antecedentia verba ἀκρωτήριον Σούνιον refero, aliter atque Gail. p. 408), Stephan. Byz. s. v. pag. 214. Strabon. VIII. p. 375 C. s. 576 et IX. pag. 398 D. s. 611 A. Plin. H. N. IV, 12. Nunc insulam aditu perquam difficilem vocari *St. Giorgio d'Arbori* recentiores tradunt; conf. Clarke: Travels II, 2. pag. 453 coll. 603, Ross. l. l. pag. 172 seq., Leake l. l. pag. 54, quo auctore Ἅγιος Γεώργιος nunc appellatur. Utut est, exiguae insulae incolas haud magno loco habitos esse apud Graecos, satis hoc ex dicto perspicitur, quocum conferantur quae exstant similia a Themistocle *Seriphio* cuidam dicta apud Platon. De republ. 1, 4. pag. 330 A., ubi cf. Astii commentt. p. 334. Plut. Themist. 18. I. pag. 121 A. II. pag. 185 C. Cicer. De senectut. 3, ubi vid. interprett. Ad significationem vocis ὤνθρωπε conf. nott. ad III, 63. Ad locutionem ἐς τοσοῦτο cf VIII, 107. Quod antecedit νυν, a Florentino, Mediceo, aliis codd. abest. De quo conferunt Miscell. Observv. III. p. 146.

Cap. CXXVI.

Ἀρτάβαζος] Idem est, qui VII, 66 dux Chorasmiorum et Parthorum appellatur. Respicit autem Herodotus hîc ad ea, quae IX, 41 seq. 66. 89 traduntur. — Mox plurimi libri afferunt τοῦ Μαρδόνιος ἐξελέξατο idque recentt. edd. inde a Bekkero tenuerunt: equidem cum Schweighaeusero, Schaefero et Gaisfordio revocavi lectionem, quam praebet Wesselingii editio: τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, quam unam veram nunc habeo. Etenim Herodotus ex eo

ἔχων ἓξ μυριάδας στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ ὀπίσω πορευόμενος κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγίνετο, ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπε-
679 δον, οὐκ ἐδικαίου, ἐντυχὼν ἀπεστεῶσι Ποτιδαιήτῃσι, μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαί σφεας. οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς

exercitu, quem ex omnibus Persarum copiis sibi elegerat Mardonius regis iussu VIII, 107, sexaginta mille cum Artabazo, qui regem comitarentur, missos fuisse intelligit. Ad voces μέχρι τοῦ πόρου vid. nott. ad VIII, 115. De *Pallene* dixi ad VII, 123 et de voce χειμερίζειν conf. nott. ad VIII, 113.

καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος] Absolute dictum accipio: *cum nihil opus esset festinatione, ut* (Artabazus) *ad reliquum* (Mardonii) *exercitum veniret.* Valla reddiderat: *nec etiamdum urgente venire*, non improbante Frommelio in Creuzeri Melet. III. pag. 169, ubi alia quaedam attulit ad verbi κατεπείγειν usum, ubi accusativus obiecti reticetur, spectantia, πρᾶγμα hîc omitti solere cum Wesselingio statuens, quo quidem supplemento haud erit opus. Licet verba ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον sic explicare, ut praeposito articulo τοῦ genitivi subiectum, ad quod pertineat verbum κατεπείγοντος, constituant: unde ea, quam dixi, loci proficiscitur sententia: (cumque) *festinatione nihil fere opus esset, quo minus* (Artabazus) *veniret ad reliquum* (Mardonii) *exercitum* et cum eo suas copias coniungeret. Idem Frommel observat, hoc uno apud Herodotum loco inveniri κατεπείγειν, qui multo frequentius medio verbo ἐπείγεσθαι (*contendere, festinare ad aliquid, studio quodam trahi ad aliquid*) utatur. Cf. IV, 139. VI, 112. VII, 223. IX, 69 itemque III, 135. VI, 43. IX, 89. De structura ea, qua modo participium, modo infinitivum hoc verbum adsciscit, ipsi quaedam annotavimus ad VIII, 68. §. 2. — Quae sequuntur: οὐκ ἐδικαίου ἐντυχὼν κ. τ. λ., Latine ita reddam: *haud dignum iudicavit, si Potidaeatas, in quos inciderat, rebelles in servitutem non redigeret.* Sic οὐ δικαιοῦν VI, 82. 86. 15. III, 148. IV, 186. IX, 19. 42. 26. I, 89. II, 172. IV, 154. Ad usum particularum μὴ οὐκ in proxime sequentibus conf. allata ad VIII, 57.

Ποτιδαιήτῃσι] Sic mox Ποτιδαιῆται. Tu vid. de hac urbe nott. ad VII, 123. De nominis scriptura ad h. l. ita disseruit *Cr.* „Ita cod. Florentinus. Vid. Schweigh. Var. Lect. et ad VIII, 129. Cf. de longa α in antepenultima Thiersch. in Actt. phill. Monacc. II. pag. 416. 417, nimirum scribendum Ποτιδαιᾶται in scriptoribus non Ionicis. Idem tamen in eo nimius novator, quod ubivis Ποτείδαια vult et qui ei suffragatur Osann. in Syllog. Inscriptt. I. pag. 19. Nam in pedestri oratione videtur Ποτίδαια valuisse docentibus codd. Vid. var. lect. supra laud. et adde Platon. Sympos. pag. 221. p. 464 Bekk. et Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 99. [Id ipsum capite 127 revocavimus cum Bredovio pag. 130, scribentes Ποτίδαιαν pro male vulg. Ποτιδαίην; ac Ποτίδαιαν omnes libri exhibent cap. 128. Formae Ποτιδαιῆται similia quaedam idem Bredovius pag. 125 profert.] Quin etiam in numis Paesti sunt, qui ΠΟΣΙΔ aut certe ΠΟΣΙ offerant, testibus Froelich. Not. Comp. Gr. p. 153 et Eckhel. D. N. V. I. p. 157. Add. Valckenar. ad Eurip. Phoen. vs. 196 et Etymol. Gud. p. 476 et p. 530 de formis Aeolicis et Doricis." — Ad formulam dicendi οἰχώκεε φεύγων conf. VIII, 72. Formam plusquamperfecti παρεξεληλάκεε (i. e. *ubi rex eorum fines erat praetergressus*) attigit Bredov. pag. 316. 320. Ante Σαλαμῖνος delevi articulum

παρεξεληλάκεε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων
ἐκ Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων·
127 ὡς δὲ καὶ ὦλλοι οἱ τὴν Παλλήνην ἔχοντες. Ἐνθαῦτα δὴ ὁ Ἀρ-
τάβαζος ἐπολιόρκεε τὴν Ποτίδαιαν. Ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς
Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε.
εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξανα-
στάντες ὑπὸ Μακεδόνων. ἐπεὶ δέ σφεας εἷλε πολιορκέων, κα-
τέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην· τὴν δὲ πόλιν παραδιδοῖ Κριτο-
βούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένεϊ. καὶ
128 οὕτω Ὄλυνθον Χαλκιδέες ἔσχον. Ἐξελὼν δὲ ταύτην ὁ Ἀρτά-
βαζος τῇ Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε. προσέχοντι δέ οἱ
προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμόξεινος, ὁ τῶν Σκιωναί-
ων στρατηγός· ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰ-
πεῖν, οὐ γὰρ ὦν λέγεται· τέλος μέντοι τοιάδε ἐγίνετο. ὅκως
βιβλίον γράψειε ἢ Τιμόξεινος, ἐθέλων παρὰ Ἀρτάβαζον πέμ-

της, quem libri scripti ignorant quemque e Wesselingii editione retinuit post Schaeferum et Matth. Bekkerus, quem recentt. edd. sunt secuti.

ἐκ τοῦ φανεροῦ] i. e. *aperte*, ut IX, 1. Conf. citt. ad III, 150 et I, 111. ἐκ τοῦ ἀφανοῦς eundem in modum dixit Thucydides IV, 36, ubi vid. interpretes. Ad particulam ὧς δὲ καὶ vid. III, 13 ibique nott.

CAP. CXXVII.

ὁ Ἀρτάβαζος] Articulum ὁ e Florent. adieci cum Schweigh. et Gaisf. Reliqui omiserunt. Mox in verbis καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε vox ταύτην aeque atque continuo αὐτὴν spectat ad antecedens Ὀλυνθίους, adeo ut dictum existimetur pro τὴν τῶν Ὀλυνθίων πόλιν. De *Olynthiis* vid. nott. ad VII, 122; de *Bottiaeis* nott. ad VII, 123 et de *Thermaico* sinu nott. ad VII, 121. In Gaisfordii editione impressum exstat Θερμίου, operarum credo vitio. — De verbo ἐπιτροπεύειν vid. nott. ad VII, 62 et de gente *Chalcidica* VII, 185. Consuli quoque potest Herodotea tractans Leake: Travels in North. Greece III. pag. 454 seq. Attigit monente Wesselingio Herodotea Casaubon. ad Strabon. X. pag. 447 s. 685.

CAP. CXXVIII.

ἐντεταμένως] Vid. nott. ad VII, 53, quibus addi poterunt similia adverbia a participiis perfecti passivi formata, quae attulit Alb. Iahn. ad Eliae commentt. pag. 798. προδοσίην συντίθεσθαί τινι interpretor: *de proditione cum aliquo agere* s. *pacisci.* VIII, 140. §. 1 ὁμαιχμίην συντίθεσθαι, ut VII, 145. Alia vid. supra ad VIII, 120 nott. Caeterum eandem narrationem de Timoxeno, qui prave Sicyonius vocatur, cum sit *Scionaeus*, id est *Scione* urbe oriundus (de qua vid. ad VII, 123), exhibent Polyaen. VII, 33. §. 1 atque Aeneas Tact. Poliorcet. p. 31. — In proxime seqq. ἀρχὴν (*ab initio*) et τέλος (*ad extremum*) sibi opponi bene observat Valcken. Ad illud ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν (*quo modo ab initio rem instituerit*, s. cum Artabazo egerit, proditionem molitus) facile ex antecedentibus mente repetas licet συντίθεται προδοσίην. De voce ἀρχὴν conf. modo I, 9. 86. II, 148 ibique allata. VIII, 132. IX, 60. 80. — εἰπεῖν dedi pro εἶπαι, libris iubentibus, ut VIII, 65, ubi vid. nott.

ψαι, ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες καὶ πτερώσαντες τὸ βιβλίον, ἐτόξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπάϊστος δὲ ἐγίνετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμενον, ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω τὸν ὦμον. τὸν δὲ βληθέντα περιέδραμε ὅμιλος, οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ· οἳ αὐτίκα τὸ τόξευμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βιβλίον, ἔφερον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς. παρῆν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλληναίων συμμαχίη. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίης ἔδοξε μὴ καταπλέξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ τῆς Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομιζοίατο εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προδόται. ὁ μὲν δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπάϊστος ἐγε-

In verbis proximis οὐ γὰρ ὦν λέγεται particula ὦν negationis vim auget, ut I, 49, ubi vid. nott. VIII, 133. IX, 31. 32. 96. Monuit idem quoque Wentzel: De praepos. tmesi ap. Herodot. pag. 30. Mox cum Bredovio pag. 42 scripsi βιβλίον pro βύβλιον idemque feci paulo post, ubi idem vocabulum denuo fit obvium. Conf. supra allata ad V, 58. VI, 4.

τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες] περὶ reponi voluit Valckenarius ex Aenea Tactic. l. l., ut sensus enascatur: *circa sagittae crenas epistolam volventes et alas ei applicantes*. Valckenarium secuti sunt Borheck., Schweighaeuser et Gaisfordius; scripti libri omnes παρὰ praebent, quod recte tuentur Schaefer., Matth., Bekker., quem ipsum sequuntur Dindorf et Dietsch., approbante Ameisio in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LIX. p. 276 (qui comparat Iliad. IV, 122), cum duo sint incisa, iuxta quae epistolam s. literas circumvolverint, quibus tanquam alis usi sint. τόξευμα hic *sagittam* denotat, ut IV, 132 coll. 131, γλυφίδας, quas vulgo accipiunt *crenas*, quae sunt in infima et extrema sagittae parte, Schweighaeuserus in Lexic. Herod. s. v. πτεροῦν (II. p. 261) intelligi vult *quattuor illas incisuras*, in inferiore sagittae parte in longum decurrentes, quibus pennae s. alae inferantur, unde apud Euripid. Orest. 274: ἐκηβόλων τόξων πτερωταὶ γλυφίδες. Nec aliter explicuit idem Ameis ad Odyss. XXI, 419.

ἐπάϊστος δὲ ἐγίνετο] Aeneas Tacticus l. l. habet καταφανής. Tu cf. II, 119. VI, 74. III, 15 ibique nott. ἐγίνετο debetur Florentino; vulgatam ἐγένετο cum Schaefero tenent Matth., Bekkerus et recentt. edd.

οἳ αὐτίκα τὸ τόξευμα λαβόντες] οἳ ad praegressum ὅμιλος spectat, structurâ satis notâ. De voce συμμαχίη vid. nott. ad I, 77. De verbo ἐπιλέγεσθαι (*legere*) conf. citt. ad III, 41. — In seqq. dedi cum Schweigh. et Gaisford. καταπλέξαι, quod praebet Sancrofti liber, pro vulg. καταπλῆξαι, quod ex Wesselingii editione tenent Schaeferus atque recentt. edd. Bekkerus, Dindorf. (qui Latine reddidit: *proditionis crimine affligere*) et Dietschius. Probat quoque Schneiderus in Lexic. Graeco (s. v. καταπλήττω) lectionem codicis Sancrofti, quam cum Schweighaeusero (Lex. Herodot. II. p. 22) sic licet interpretari: *implicare proditionis crimine*, *proditionis litem intendere*. Conf. VIII, 83 ibiq. nott. — In fine cap. pro vulg. ἐγένετο, quod cum Schaefero tuentur Matthiae, Bekker. et Dindorf., dedi cum Schweigh. et Gaisf. ἐγεγόνεε, quod Sancrofti liber, Florentinus,

129 *γόνεε. Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιοκρέοντι ἐγεγόνεσαν τρεῖς* 680
μῆνες, γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τέναγος γενόμενον παρήϊσαν ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δὲ τὰς δύο μὲν μοίρας διοδοιπορήκεσαν, ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι ἦσαν, τὰς διελθόντας χρῆν ἔσω εἶναι ἐν τῇ Παλλήνῃ, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅση οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γινομένη. οἱ μὲν δὴ νέειν αὐτῶν οὐκ ἐπιστάμενοι διεφθείροντο, τοὺς δὲ ἐπισταμένους οἱ Ποτιδαιῆται ἐπιπλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. Αἴτιον δὲ λέγουσι οἱ Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων, οἵ περ καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης· αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες εὖ λέγειν ἔμοιγε δοκέ-

alii afferebant, quodque etiam recepit Dietschius.

CAP. CXXIX.

γίνεται ἄμπωτις] *ἄμπωτις* notante Valcken. dicitur *maris recessus*, cum aqua velut resorbetur, ut VII, 198, ubi cf. nott., sed *πλημμυρὶς* vocatur *aestus* vel *aestuantis maris accessus;* quod idem cum Ionibus quoque diceretur *ῥηχίη* (vid. VII, 198. II, 11. Duker et Wasse ad Thucydid. IV, 10), paulo inferius verba *καὶ τῆς πλημμυρίδος* ab aliena manu invecta putat Valckenarius, quippe ad explicandam vocem Ionicam *ῥηχίης* olim margini adscripta. Libri scripti non addicunt. Vid. Diodor. III, 40. Suid. s. v. *ῥαχία* III. p. 253. Nonnus ad Gregor. Naz. Stelit. II. p. 163. Plurima de voce *πλημμυρὶς* allata vides in Thesauro Ling. Graec. VI. pag. 1209 ed. Dindorf. Quod pro *πλημμυρὶς* Bredovius p. 98. 99 scribi iubet *πλημυρὶς*, a recentt. edd. inde a Bekkero receptum, id mihi non tam certum esse videtur, ut a consensu librorum scriptorum *πλημμυρὶς* exhibentium recedam. — *τέναγος lacum vadosum* indeque pervium designat: supra I, 202 iunguntur *ἕλεα τε καὶ τενάγεα*, i. e. *paludes, lacunae.* Quae mox sequuntur verba *ἐς τὴν Παλλήνην*, attigit Millingen (Sylloge of ancient unedit. coins pag. 48) existimans, haec verba non tam ad paeninsulam universam, quam ad isthmum, ubi Potidaea sita erat, referenda esse. — *διοδοιπορήκεσαν* edidi, cum in his augmentum negligi soleat; male olim *διωδοιπορήκεσαν.* Tu vid. Bredov. pag. 318.

πολλάκις γινομένη] Ita codd. iubentibus dedi pro *γενομένη*, quod praeter Schaeferum retinuerunt Matth., Bekker, Dindorf. et Dietsch. Etenim Herodoti sententia haec est: *advenit maris aestuantis accessus* (tantus), *quantus nunquam fere, ut indigenae dicunt*, (acciderat,) *licet saepius* (huiusmodi aestus) *fieri soleat.* Mox *ἐπιπλώσαντες πλοίοισι* ad pleonasmos, quos dicunt, haud retulerim, si quidem Potidaeatae non *τριήρεσι* (navibus bellicis s. ad belli usum comparatis), sed *πλοίοισι* (i. e. navigiis minoribus, ratibus; nos: *Kähne*) advecti dicuntur. De scriptura vocis *προάστειον* diximus ad III, 142. Ad locutionem: *ἐς τὸν νηόν — ἠσέβησαν* conf. Matth. Gr. Gr. §. 413, 11 coll. 411, 2 nott. Pro *τοίπερ* e melioribus libris revocavi *οἵπερ*, ut VIII, 68. §. 1. Sic VIII, 124 omnes codd. *οὗτοι οἵ περ.*

εὖ λέγειν ἔμοιγε δοκέουσι] Fluxit hoc Herodoti iudicium ex ea, quam

ουσι. τοὺς δὲ περιγενομένους ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην παρὰ Μαρδόνιον. Οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλέα οὕτω ἔπρηξαν.

Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω περιγενόμενος, ὡς προσ- 130
έμιξε τῇ Ἀσίῃ φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλέα τε καὶ τὴν στρατιὴν ἐκ Χερσονήσου διεπόρθμευσε ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέριζε ἐν Κύμῃ. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος πρώϊος συνελέγετο ἐς Σάμον· αἱ δὲ τῶν νεῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλεῦνες ἐπεβάτευον, στρατηγοὶ δέ σφι ἐπῆλθον Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρ-
681 χε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδέος, αὐτοῦ Ἀρταΰντεω προσελομένου, Ἰθαμίτρης. Ἅτε δὲ μεγάλως πληγέντες οὐ προήϊσαν

habuit, sententia de divina vindicta homines impios, qui iura divina atque humana laeserint, persequente. Sed ea de re saepius supra iam monuimus. Vid. modo nott. ad VIII, 105. — Ad verba οὕτω ἔπρηξαν cf. III, 25 ibiq. nott.

CAP. CXXX.

Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς] Plures codd. omittunt στρατὸς, plane ut VIII, 131. IX, 96. Sed additur nomen quoque VII, 203. Ad verbum προσέμιξε conf. allata ad VI, 96. ἐχειμέριζε e melioribus codd. dedi pro ἐχειμέρισε, quod cum Schaefero tuentur Matthiae, Bekker et recc. edd. De ipso verbo conf. nott. ad VIII, 113, de *Cyma* vid. nott. ad I, 149.

ἔαρος ἐπιλάμψαντος] i. e. *ineunte vere*. Conf. nott. ad VII, 13. Afferunt Livium XXII init. „*Iam* ver *appetebat et* Hannibal ex hibernis movit." Mox πρώϊος (*maturus*) dixit, notante Valcken., ubi exspectabas πρωΐ. Tu vide de talibus, si tanti est, Matth. Gr. Gr. §. 446, 8. Quod sequitur: αἱ δὲ τῶν νεῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ, sic dicitur, ac si praecesserit αἱ μὲν τῶν νεῶν, quod ipsum sensu tantum praecedit, si quidem altera eaque maior navium pars ad Cumam hiemabat, altera eaque minor (αἱ δὲ τῶν νεῶν) Sami. — Ad verbum ἐπεβάτευον cf. nott. ad VII, 96.

Μαρδόντης] Vid. VII, 80. *Artayntes* Artachaei filius nuspiam memoratur, nisi huc pertinet *Artyntes*, Ithamatrae filius, VII, 67. Sed IX, 102 *Artayntes* atque *Ithamitres* vocantur; unde etiam h. l. pro Ἀμίτρης, quod cum Schaefero tuetur Matthiae, reliqui edd. receperunt Ἰθαμίτρης, itemque τούτοισι pro vulg. τοῖσι. Sed differre posse ait Pott: Etymolog. Forsch. pag. LII Ἰθαμίτρης (ubi ei in mentem venit Sanscrit. *Iuddha*, i. e. pugna) et Ἰθαμάτρης, plura recensens vocabula cum voce Μίθρας composita. Tu vid. quae ad VII, 67 adnotavimus. Vocem Ἀμίτρης probabiliter valere *bonum amicum* idem Pott. l. l. ponit. ἀδελφιδέος ubivis dici Gallorum *neveu* observat Larcherus.

προσελομένου] i. e. *ab ipso Artaynta adscitus*, ut IX, 10. — In seqq. pro οὐδ' εἷς, quod Schaeferus, Bekkerus et recc. edd. tuentur, equidem cum reliquis revocavi οὐδεὶς (*Neque eos* [Persas] *quisquam cogit progredi occidentem versus*), cum nulla utique h. l. cernatur emphasis, quae hanc separationem nos facere cogat; itemque retinui οὐ μὲν οὐδὲ, ubi μὴν induxerant e Florent. aliisque Schweigh. et Gaisford. Tu vid. allata ad VI, 45 et add. IX, 7. §. 1. Baguet ad Dion. Chrysost. Orat. Specim. p. 50, ubi hanc formulam epicam esse vult citans Iliad. XII, 212. II, 703, alia. Ad structuram verbi προσεδέκοντο (i. e. *exspecta-*

ἀνωτέρω τὸ πρὸς ἑσπέρης, οὐδ' ἐπηνάγκαζε οὐδείς· ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμενοι ἐφύλασσον τὴν Ἰωνίην, μὴ ἀποστῇ, νέας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τριηκοσίας. οὐ μὲν οὐδὲ προσεδέκοντο τοὺς Ἕλληνας ἐλεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφι τὴν ἑωυτῶν φυλάσσειν, σταθμεύμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἀπαλλάσσοντο. Κατὰ μέν νυν τὴν θάλασσαν ἑσσωμένοι ἦσαν τῷ θυμῷ, πεζῇ δὲ ἐδόκεον πολλὸν κρατήσειν τὸν Μαρδόνιον. ἐόντες δὲ ἐν Σάμῳ ἅμα μὲν ἐβουλεύοντο, εἴ τι δυναίατο κακὸν τοὺς πολεμίους ποιέειν, ἅμα δὲ καὶ ὠτακούστεον, ὅκῃ πεσέεται τὰ Μαρ-
131 *δονίου πρήγματα. Τοὺς δὲ Ἕλληνας τό τε ἔαρ γινόμενον ἤγειρε καὶ Μαρδόνιος ἐν Θεσσαλίῃ ἐών. ὁ μὲν δὴ πεζὸς οὔ κω συνελέγετο· ὁ δὲ ναυτικὸς ἀπίκετο ἐς Αἴγιναν, νέες ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν. στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχί-*

bant) cum accusativo et infinitivo conf. V, 34. VII, 156. IX, 6. Forma **σταθμεύμενοι** (*inde colligentes, quod* etc.) vix sana videtur, licet eam tueatur Bredov. pag. 382 ac libri scripti consentiant. Malim equidem **σταθμεόμενοι**, quod legitur II, 150 (ubi cf. nott.), quodque etiam placere videtur Dindorfio in Commentat. de dialect. Herodot. pag. XXXI.

ἑσσωμένοι ἦσαν τῷ θυμῷ] Vulgo reddunt: *fracti erant animis.* Haud infrequens apud Herodotum **ἡσσοῦσθαι τῇ μάχῃ**, *proelio superari*, V, 46. VI. 9. 108. IV, 97. Quin etiam IX, 122 **ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κῦρον**, *prudentiâ superati a Cyro*. Attigit Herodotea Hertlein. ad Xenophont. Cyropaed. IV, 1, 8 (ubi exstat: **διεφθάρθαι ἐδόκει ταῖς γνώμαις**) coll. II, 2. §. 11, vernacule explicans: *entmuthigt.*

πολλὸν κρατήσειν] Pro **πολλὸν** plures codd. **πολλῷ**. Sed. vid. VIII, 13. VII, 7, ne plura. Verbum **ὠτακουστεῖν**, quo utitur Xenophon Cyrop. V, 3, 57. VIII, 2, 10, et Plutarch. Caes. 49 (add. Aristid. I. p. 62 s. 105 Dind.), Schweighaeuserus interpretatur: *arrectis auribus auscultare, cupide observare.* Supra I, 100 **ὠτακουσταί**, ubi conf. nott. — Ad verba **ὅκῃ πεσέεται** vid. nott. ad VII, 168; de forma futuri **πεσέεται** vid. Bredov. pag. 375 seq.

CAP. CXXXI.

τό τε ἔαρ γινόμενον] Ita pro **γενόμενον** (quod cum Schaefero retinuit Matthiae) equidem cum reliquis edd. recepi e Florentino.

Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος] Idem supra VI, 65. 67. De *Anaxilao* conf. Plutarch. II. pag. 217 C. ibique Wyttenbach. pag. 1161 seqq. Animadverss. notante *Cr.* Herodotus, qui supra VII, 204 Eurysthenidas recensuerat, h. l. Proclidas, alteram Heraclidarum stirpem enumerat regiam, non prorsus ille quidem consentiens cum Pausan. III, 7, coll. II, 36, 4 et IV, 4, 4, Proclis successionem aliter digerente. Nam qui post Theopompum h. l. recensentur reges, eorum in regum Spartanorum indice nemo memoratur, ita ut non *duo*, ut Noster paulo post statuit, sed *septem* potius ex hoc Proclidarum regum catalogo eliminari debeant. Quare Palmerio Exercitt. pag. 39 placuit rescribere: **πλὴν τῶν ἑπτὰ** (pro vulg. **δυῶν**) **τῶν μετὰ Λευτυχίδην πρώτων καταλεχθέντων**, quod quamvis receptum ab

δεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεω, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυπῶντος, τοῦ Προκλέος,
682 τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος, ἐὼν τῆς ἑτέρης οἰκίης τῶν βασιλέων. οὗτοι πάντες, πλὴν τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδην πρώτων καταλεχθέντων,

editore nuperrimo Negris, equidem tamen invitis codicibus recipere non ausim, cum quantum in talibus variari soleat, haud sim nescius. Nec minus constat, in huiuscemodi indicibus haud raro singulos viros omitti; qua de re sufficiat contulisse, quae ad Evangel. Matth. I, 8 a viris doctis allata sunt.*) Neque enim apud veteres in talibus ea, quam nos requirimus, reperitur diligentia. Ac denique hunc ad locum quod attinet, potuit utique ex alio fonte sua ducere Pausanias, ex alio Herodotus, quem, in Spartanorum urbe cum commoraretur, ab ipsis Spartanis, ad quos haud semel provocat testes (cf. Heyse l. l. pag. 119 seq.), sua accepisse probabile fit. Quamquam in illo catalogo hoc etiam offendit, quod Charilli pater vocatur *Eunomus*, qui, si Meursium (Regn. Lacon. 16) aliosque sequamur auctores, *Polydectis* potius pater indeque *Charilli* avus fuit, ita ut rescribendum videatur: *Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεω, τοῦ Εὐνόμου.* Accedit, quod supra VI, 65 (ubi vid. nott.) Leotychides filius *τοῦ Μενάρεος*, et nepos *τοῦ Ἄγιος* dicitur, in cuius locum hic *Ἡγησίλεω* nomen succedit. Praeterea prorsus reticetur *Sous*, Eurypontis pater et Proclis filius, eodem monente Meursio l. l. cap. 15, quocum conf. indices regum Laconiae a Larchero confectos: Chronolog. d'Herod. (VII) pag. 495. 513 et potissimum Clinton: Fast. Hellenicc. p. 330 seqq., unde profecit C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. pag. 568 ed. quart. Attigit hanc diversitatem quoque Lachmann: Spartan. Staatsverfass. pag. 135 seq. Qui viri docti id quoque egerunt, ut quot annos singuli reges praefuerint, indicarent indeque temporum rationes omnino, quantum id quidem omnino fieri potest, accurate constituerent. At quis quaeso in talibus satis certam et exploratam fidem semper exspectabit, cum iam antiquitus diverse traditum esse videamus. Quare, quod ad Herodotum attinet, vix solis librariis haec imputanda esse putamus, nec prorsus accesserim ob rationes ante prolatas Wesselingio ita statuenti: „Omnes hae turbae et terrores iniuriae temporum et librariorum debentur; expeditu, silentibus codicibus, inextricabiles." Nihilominus Negris de suo post voces *τοῦ Εὐρυπῶντος* inseruit verba *τοῦ Σόου*, sed uncis inclusa, et post verbum *καταλεχθέντων* itidem uncis inclusa exhibet: *καὶ τῶν πέντε τῶν ὑστάτων.* Nec tamen reliqui Herodoti editores, quod probo, quidquam mutarunt: Herodoti verba sic exhibuerunt, ut in libris scriptis inveniuntur. In formis tantum nonnullis nominum pauca mutare placuit. Nam genitivi forma *Πολυδέκτεος* ab omnibus libris allata eo magis offendit, quod apud alios scriptores hoc nomen primae est declinationis, teste Bredov. pag. 231: itaque cum Cobeto (in Mnemosyn. IX. pag. 292 seq.) scripsi *Πολυδέκτεω* itemque cum eodem viro docto pro *Εὐρυφῶντος* dedi *Εὐρυπῶντος*, quae vera videtur nominis forma apud Pausaniam l. l. aliosque obvia. Mox quoque pro vulg. *Λευτυχίδεα* dedi *Λευτυχίδην*, quod Dietschius quoque reposuit, auctore

*) Conf., alios ut taceam, Paulus in Commentarr. ad Matth. l. l. T. I. p. 255. Eichhorn: Einleit. in d. alt. Testam. II. p. 449. III. p. 310.

132 οἱ ἄλλοι βασιλέες ἐγένοντο Σπάρτης. Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος, ὁ Ἀρίφρονος. Ὡς δὲ παρεγένοντο ἐς τὴν Αἴγιναν πᾶσαι αἱ νέες, ἀπίκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων, οἳ καὶ ἐς Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τούτων ἀπικόμενοι ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθεροῦν τὴν Ἰωνίην· τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιληΐδεω ἦν. οἳ στασιῶται σφίσι γενόμενοι ἐπεβούλευον θάνατον Στράττι τῷ Χίου τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἑπτά· ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανεροὶ ἐγένοντο, ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ, ἓξ ἐόντες, ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου, καὶ ἐς Σπάρτην τε ἀπίκοντο καὶ δὴ καὶ τότε ἐς τὴν Αἴγιναν, τῶν Ἑλλήνων δεόμενοι καταπλῶσαι ἐς τὴν Ἰωνίην, οἳ προήγαγον αὐτοὺς μόγις μέχρι Δήλου. τὸ γὰρ προσωτέρω πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, οὔτε τῶν χώρων ἐοῦσι ἐμπειροισι, στρατιῆς τε πάντα πλέα ἐδόκεε εἶναι· τὴν δὲ Σάμον ἠπιστέατο δόξῃ καὶ Ἡρακλέας στήλας ἴσον ἀπέχειν. συν-

Bredovio pag. 226, idemque dare debebam supra VI, 65. 73. 85, ubi vulgatam lectionem retinui. De *Xanthippo* vid. VI, 131. Cum voce **Ξάνθιππος** Pott. l. l. pag. LX comparat, quod apud Curtium IX, 10 exstat *Zariaspes*, *nobilis Persa*. Nam huius nominis eadem vis ac potestas, cum vocula subsit *esp* s. *asp*, *equum* designans.

CAP. CXXXII.

τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιληΐδεω ἦν] Huncce *Herodotum* eo consilio a patre historiae nominari putat Dahlmann., ut ne hominis cognati memoria intereat. Quod sane multum videtur probabile, quamquam nulla alia huius Herodoti mentio. Tu vide sis quoque Heysium l. l. p. 20. Alios viros *Herodoti* nomine insignes, nobis aliquo modo cognitos ex literarum antiquarum monumentis, recensuimus in Commentat. de vita et scriptt. Herodot. §. 1. Paulo ante cum recentt. edd. dedi *ἐς Σπάρτην*, ubi Schweighaeuserus e Florentino aliisque dederat *ἐς τὴν Σπάρτην*. Ex quo eodem Florentino in verbis sequentibus: *οἳ στασιῶται σφίσι γενόμενοι* (*qui inter se cum coniurassent*) scripsi *σφίσι* cum Bekkero et recentt. edd. pro vulg. **σφι**, cuius hîc nullum locum esse existimo ex iis, quae monuit Bredov. pag. 282. Vid. etiam supra I, 57 ibique nott. De *Stratti*, Chiorum tyranno, cf. IV, 138 et de *tyrannis* nott. ad VII, 137. Voculam **ἀρχὴν** hîc cum Larchero intelligo: *initio*, cum alias vulgo sit: *omnino*. Vid. nott. ad VIII, 128.

ἐξενείκαντος] i. e. *cum unus e coniuratis consilium* (s. id quod molituri erant) *prodidisset*. De significatione verbi **ἐκφέρειν** dixi ad III, 71; ad verbum **ὑπεξέσχον** vid. V, 72 ibique nott. Post vocem **Σπάρτην** cum Schweigh. et Gaisf. inserui **τε** e cod. Flor., quam voculam reliqui edd. neglexerunt, recentt. edd. inde a Bekkero receperunt. — In seqq. ad particulas **οὔτε — τε** vid. nott. ad VI, 1, quibus particulis hoc loco iunguntur, quae sibi paria prorsus non sunt, sed subiectum quod dicunt mutant: de quo subiecti transitu conf. I, 33 ibique nott.

τὴν δὲ Σάμον ἠπιστέατο κ. τ. λ.] i. e. *Samum opinabantur aeque distare* (ab ipsorum scil. patria) *atque columnas Herculeas*, quas nemo nescit remotissimas fingi ad extremum occidentem in extrema orbis terrarum ora. Scripsi **ἠπιστέατο** pro male

ἐπιπτε δὲ τοιοῦτο, ὥστε τοὺς μὲν βαρβάρους τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀνωτέρω Σάμου μὴ τολμᾶν καταπλῶσαι καταρρωδηκότας, τοὺς δὲ Ἕλληνας, χρηϊζόντων Χίων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ κατωτέρω Δήλου. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσέ σφεων.

vulg. ἐπιστέατο; vid. nott. ad VIII, 5. Idem feci VIII, 136. Ad συνέπιπτε ὥστε conf. nott. ad VIII, 15.

τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀνωτέρω Σάμου κ. τ. λ.] Herodoti sententia haec est: *ita factum esse, ut nec barbari metu perculsi ultra Samum occidentem versus navigare auderent, nec Graeci, quamvis a Chiis rogati, orientem versus ultra Delum.* Affert Wesselingius Pawii coniecturam „belle „observantis planiorem futuram de„scriptionem, si κατωτέρω Σάμου „et ἀνωτέρω Δήλου Scriptor ma„luisset. Verum (addidit idem Wes„selingius) Noster maluit vulgatum „habita utriusque itineris diversa „ratione et respectu.“ Neque posteri editores vulgatam lectionem omnibus libris scriptis comprobatam mutarunt, in qua ἀνωτέρω et κατωτέρω sibi opponi bene vidit Schweighaeuserus, idque sic intelligendum monet, „ut cogitemus, Sa„mum insulam Ionicae orae fuisse „vicinam, Delum vero in medio Ae„gaeo mari, pari fere intervallo a „Graeciae continente et a Ioniae „ora distantem. Igitur quemadmo„dum in re nautica ἀνάγεσθαι dici„tur, qui *ab ora versus apertum mare* „navigat, κατάγεσθαι vero, qui „*oram* [s. *portum*] *petit*, sic facile pa„tet, quo pacto Persae dicantur non „ἀνωτέρω Σάμου *occidentem versus* „*ausos esse navigare*. Iam cum De„lus in medio mari Aegaeo sit sita, „qui e Graecia Delum versus navi„gat, is quidem perinde ἀνάγεται, „sed, qui postquam e Graecia De„lum pervenit, deinde Delo profi„ciscens Ioniae oram petit, is κα„τάγεται: et hactenus dicit Hero„dotus κατωτέρω Δήλου: *non ausos* „*esse orientem versus navigare*.“ Qui idem Schweighaeuserus in Lex. Herodot. I. pag. 62 monet verbum καταπλῶσαι apud Nostrum plerumque nihil fere aliud atque simplex πλῶσαι sonare.

οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσέ σφεων] Bene Schweighaeuserus: „*Ita quae in medio utrorumque erant, ob illorum metum in tuto fuerunt.*“ De argumento loci sic disputat *Wessel.*: „Formido urgebat ex Persarum maximo potentatu, tum etiam, quod Graecorum multi accuratâ ulteriorum locorum notitiâ deficerentur. De multis loquor: nam Atheniensibus ora Asiae et Thraciae ad Hellespontum navigationibus in Sigeum, Ephesum, Chersonesumque exploratissima erat; neque Spartanis ignotus Sami viciniaeque situs III, 46. Haud districte ergo haec sumenda, nec de omnibus omnino Graecis, sicuti accepisse videtur Libanius Or. XIX. pag. 480.“ Tu conf. etiam Duncker: Gesch. d. Alterth. IV. p. 853. Verum profecto est, quod Wesselingius contendit, Atheniensibus, qui tam longa itinera commercii causa per omne fere mare mediterraneum illa aetate iam instituerant, Samum certe, quae insula et ipsa commercio tantopere floruit, cognitam fuisse: reliquis Graecis, qui plerique non longe a patriis regionibus discedere atque terras longius remotas petere solebant, non item: ita ut ad hos potissimum Herodoti verba pertineant dicentis, *putasse Graecos Samum et Herculis columnas aeque remotas esse.* Inest in his sane, ut Schweighaeuserus recte observavit, „hyperbolica quaedam descriptio metus atque terroris, qui Graecos quamvis Salaminiâ pugnâ victores, tamen deinde etiamnum percussos tenebat, aut denuo subinde (ut fieri solebat) eisdem obrepebat, magnitudinem cogitantibus periculi, e quo praeter spem opinionemque emerserant; cum praesertim etiam tunc et Mardonius cum immani exercitu in Graeciae visceribus haereret, et in Ioniae ora, si classem eo mitterent, Xerxes et classis suae haud poeni-

133 *Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον, Μαρδόνιος δὲ περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος ἔπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπέα γένος, τῷ οὔνομα ἦν Μῦς,*

tendas reliquias et alias ex Asia contractas formidabiles copias opponere illis posset." Neque aliter fere de his statuit Grote: History of Greece V. p. 198 coll. I. App. p. 515 ad metum Graecorum haec revocans, quo capti erant cogitantes de regionibus incognitis et de immensis Persarum copiis, quas aggressuri erant. Quem nimium metum insigni hac locutione Noster describere voluisse videtur, haud vituperandus inde, ut placuit Anglo viro docto de his disserenti (Mure: History of the language and literat. of ancient Greece IV. pag. 405 seq.). Verisimile videtur vernaculo interpreti, Schoellio, Herodotum haec scripsisse, quo tempore nondum eam sibi acquisivisset Graecorum in Europa habitantium eorumque rei navalis cognitionem, quam posthac illum assecutum esse alii Musarum loci egregie docent. Ac satis cognitum, non uno eodemque tenore ab initio usque ad finem Herodoti libros esse conscriptos, sed alias partes prius, alias serius exaratas. Sami autem et a Samiis haec probabiliter accepisse Herodotum itidemque literis consignasse idem statuit Schoell.

Cap. CXXXIII.

ἐχείμαζε] Vid. nott. ad VIII, 113. Quae sequuntur: *ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενος*, Schweighaeusero iudice in Lex. Herod. (II. p. 156) non tam valent: *inde movens* s. *inde cum institueret movere*, sed nihil fere aliud nisi hoc dicunt: „*dum in Thessalia hiemabat*, *inde* (ex Thessalia) *legatum misit*." Quod minus accurate reddere mihi videtur, qui Herodoti verba sic intelligenda esse censeo: „*inde* (ex hibernis in Thessalia positis) *cum exercitum* (Graeciam versus) *moveret* s. *cum in eo esset*, *ut inde cum exercitu proficisceretur*." Haud aliter *ὁρμεώμενος* invenitur I, 36. VIII, 112. 138 et quod vel magis huc pertinet IX, 1: *ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης ἦγε τὴν στρατιὴν κ. τ. λ.*, quod Gail (Le philolog. IV. p. 335) bene reddit: „*s'étant mis en mouvement*." Add. IX, 31 fin. coll. 52. Verba *κατὰ τὰ χρηστήρια* vulgo reddunt: „*ad consulenda oracula*"; minus accurate, cum proprie valeant: *per varia*, quae in Graecia erant, *oracula*, ita ut unum ex altero sciscitaretur; inde cap. 135 Noster scribit: *ἐλθεῖν ἄρα τὸν Εὐρωπέα Μῦν περιστρωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια κ. τ. λ.* Tu vid. de hac vi praepositionis *κατὰ* I, 30. I, 77 ibique nott. itemque VIII, 57 ibique nott.

ἄνδρα Εὐρωπέα γένος] *Europensis* fuit genere, i. e. civis *Europi*. Aristidis scholia (pag. 47 ed. Frommel.) si audiamus, *Samius* fuit, sed Persicae et Graecae linguae gnarus: quamquam in his scholiis plura eaque diversa videntur esse confusa. *Europi* civis si fuit, quaeritur, quaenam Europus sit intelligenda, cum apud Stephanum Byzantinum tres huius nominis urbes excitentur, altera in Macedonia sita, altera in Syria (cuius gentile *Εὐρωπαῖος*); tertia Cariae dicitur fuisse, quae Idrias quoque vocetur gentileque habeat *Εὐρώπιος*: ac denique idem scriptor quoque habet *Εὔρωμος, πόλις Καρίας — τὸ ἐθνικὸν Εὐρωμεύς*. Hinc *Euromum* et *Euromenses* habet Livius XXXIII, 30 et XXXII, 23. Ac fuit, cum de *Europo*, Macedoniae urbe ad Axium amnem sita cogitarem, quam eandem noverunt Thucydid. II, 100 et Strab. VII. p. 327, qui idem p. 329 *Europum* fluvium commemorat, Macedoniam et Thessaliam qui separat: cf. Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1062. Sed obstat Pausanias IX, 23. §. 3 de Europo, Carum urbe, hic cogitandum esse his verbis declarans: *καί ποτε ἄνδρα Εὐρωπέα, ὄνομα δέ οἱ εἶναι Μῦν, τοῦτον ἀποσταλέντα ὑπὸ Μαρδονίου τὸν Μῦν*

ἐντειλάμενος πανταχῇ μιν χρησόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι. ὅ τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι. οὐ γὰρ ὦν λέγεται· δοκέω δ' ἔγωγε περὶ τῶν παρεόντων πρηγμάτων καὶ
οὐκ ἄλλων πέρι πέμψαι. Οὗτος ὁ Μῦς ἔς τε Λεβάδειαν φαίνε- 134
683 ται ἀπικόμενος, καὶ μισθῷ πείσας τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρα κατα-

ἐπερέσθαι τε φωνῇ τῇ σφετέρᾳ, καί οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτὸν διαλέκτῳ τῇ Καρικῇ (sermo autem est de oraculo Apollinis Ptoi): quae prorsus congruunt cum iis, quae Noster ipse cap. 135 enarrat, adeo ut nihil dubitari possit, de *Europo*, *Cariae* urbe, hic cogitandum esse. Quibus reiectis, Εὔρωμον potius Cariae urbem fuisse contendit Stein: Vindicc. Herodd. Specim. pag. 20, indeque hoc quoque loco Εὐρωμέα scribi vult. De reliquis ita *Valckenar.*: „Hominem e Caria cur Persa miserit Mardonius ad oracula Graecorum, illi non erit obscurum, qui Cares fuisse noverit minimum διγλώσσους, Graece intelligentes non tantum, sed etiam Persis Graeca interpretantes. Apud Thucydid. VIII, 85 Spartano Mindaro Tissaphernes ξυνέπεμψε πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ Γαυλείτην ὄνομα, Κᾶρα δίγλωσσον. [Tu vid. interprett. ad h. l. et ad IV, 109. P. III. Vol. 3. p. 353 et Vol. 4. p. 798 ed. Popp.]. Cum Graecis ducibus agens Cyrus minor Caribus utitur interpretibus in Xenophontis Anabasi [I, 2, 17], cumque ventitabant in aulam Persicam Graeci, tales et illic habuerunt interpretes. Vid. Aelian. V. H. I, 21."

τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι] i. e. *cui mandatum erat, ut ubivis iret sciscitaturus oracula, quae in ipsorum commoda* (i. e. sibi suisque Persis) *explorare posset.* Supra I, 46 ἀποπειρᾶσθαι τῶν μαντηΐων, coll. III, 119 ubi vid. nott. Pro σφι, quod etiam Valckenario minus commodum videbatur, Koenius rescribi vult οἱ, probante Larchero; Stegerus (Ephem. Ien. 1828. nr. 186. p. 46) reiecerat σφε: quod utrumque merito displicet censori Lipsiensi (1833 pag. 47), e cuius sententia σφι ad Mardonium suosque (i. e. Persas) in universum spectat. Non aliter IX, 13 fin. (ὁ Μαρδόνιος) ἐξήλαυνε — ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν, *ita ut pauci tantum homines ipsum cum Persis arcere possent.* — In sequentibus verbis dedi μαθεῖν e Sancrofti libro pro vulg. μαθέειν, ut VII, 234, ubi vid. nott. Ad verba οὐ γὰρ ὦν λέγεται vid. citt. ad VIII, 109.

Cap. CXXXIV.

φαίνεται ἀπικόμενος] Ita cum recentt. edd. posui, cum vulgo legeretur ἀπικόμενος φαίνεται, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. *Lebadea*, quod nemo fere nescit, Boeotiae fuit urbs, Pausaniae tempore quae adhuc floruit, multis ornata artis operibus itemque Iovis Trophonii oraculo insignis, quod qui consulere vellent, ii in antrum descendebant subterraneum, ubi divinorum oraculorum fierent participes. Atque hoc est καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον, sive, ut crebrius invenitur, iudice Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mortt. III, 2. pag. 410 T. II Bip., καταβῆναι εἰς Τροφωνίου; ἔρχεσθαι παρὰ τὸν Τροφώνιον s. κατέρχεσθαι ἐς τοῦ Τροφωνίου dixit Pausanias IX, 39. §. 4 et 40. §. 1, qui locus de hoc oraculo inprimis consulatur, si quidem Pausanias ipsum locum accurate describit ac singula, quae fieri solebant, refert. Quae si comparentur cum iis, quae recentiorum virorum doctorum industria de hac regione habemus comperta, dubitari nequit, hoc oraculum s. hoc antrum non longe ab ipsa urbe quaerendum esse. Urbs enim vetus, quae eodem fere nomine retento nunc vocatur

βῆναι παρὰ Τροφώνιον, καὶ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ἐπὶ τὸ χρηστήριον. καὶ δὲ καὶ ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο, τοῦτο μὲν τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο· (ἔστι δὲ, κατά περ

Livadia (vid. quae congessit veterum et recentiorum testimonia Forbiger in: Pauly Realencyclopaed. IV. p. 835 seq., Handb. d. alt. Geogr. III. pag. 920), ad radices collis est sita, in cuius superficie ipsa oraculum atque antrum Trophonii fuit, si recte docuit Stephani (Reise durch einige Gegenden d. nördlich. Griechenl. pag. 67), qui primus verum oraculi locum detexisse sibi videtur: adhuc ibi cernitur structura subterranea antri bene excavati et exaedificati speciem praebens, nunc aquâ ex parte repleta: superstructa fuit aedes, in cuius locum ecclesia Christiana successit, et ipsa nunc diruta, sed adhuc in solo aperturam retinens, per quam in antrum demittebantur oraculum Trophonii (qui ad inferorum deos certe referendus, sive Iuppiter sive Mercurius χθόνιος habetur) consulturi: de quo oraculo nuper retulit Goettling in Programmate Ienensi ann. 1842 („Narratio de oraculo Trophonii") et Fr. Wieseler: Das Orakel des Trophonius. Goetting. 1848. Alia excitata invenies a C. Fr. Hermanno: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 41, not. 2 seqq. ed. sec., quibuscum cf. Schoemann: Griech. Alterth. II. pag. 299 seqq. Disputavit etiam de his Clarke: Travels II, 3. p. 118 seqq. 126, ubi quam exhibuit antri Trophonii imaginem admodum vereor num ea verum antrum repraesentet. Caeterum conf. etiam Kruse: Hell. II, 1. pag. 643—647 et nott. ad Herodot. I, 46, ubi etiam de *Abis* notavimus. De *Apolline Ismenio* vid. nott. ad V, 59.

ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο] i. e. *Thebas primum ut advenit:* modo teneas, Θήβας in hac formula ἐς Θήβας aeque atque in altera ἐν Θήβαις non solum *Thebas* ipsas, i. e. *Thebanorum urbem*, indicare, sed etiam omnem Thebanorum *agrum* s. *ditionem* (vid. Unger: Paradox. Thebb. pag. 102. 168. 415) indeque hunc locum sic explicandum esse, ut Mys, cum primum Thebas venisset, et Apollinis Ismenii oraculum (quod in ipsius templo Thebano fuit, de quo vid. Herod. I, 52. V, 59) in ipsa Thebarum urbe consuluerit et (extra urbem in Thebanorum ditione) Amphiarai oraculum, quod cave credas in ipsa urbe aut prope urbem circa vicum Knopia, ut nunc dicitur (quae Prelleri est sententia exposita in: Berichtt. d. sächsisch. Gesellsch. d. Wissensch. 1852. hist. phil. Class. IV. pag. 166 seq. 168), situm fuisse. Qui enim hoc ipso Herodoti loco potissimum freti Thebis Amphiarai delubrum exstitisse contendunt, ut Mueller, Boeckh., Dissen. (vid. apud Unger. l. l. p. 415), vereor ut ex hoc loco recte intellecto tale quid efficere possint, id quod satis monstravit Unger l. l., recte id quoque monens, quam incredibile sit, in Thebarum urbe exstitisse oraculum, quo cives adire publica constitutione vetiti essent. Itaque hoc quoque loco de eodem Amphiarai oraculo cogitandum erit, quod supra iam Noster commemoravit I, 46 (ubi vid. nott.) prope Oropum situm in planitie, quae inde mare versus extenditur, intra vicos Marcopulo et Kalamo in loco nunc prorsus deserto, cui nomen *Mavro-Dhilissi* (Μαῦρο-Δήλισσι). Tu vid. accurate de his exponentem Leakium: Die Demen Attica's pag. 122 seqq. e vers. Westermann. (coll. Travels in Northern Greece II. pag. 440) et Prellerum l. l. pag. 143 seqq. Neque ab his fere discedunt ea, quae de Amphiarai situ quaesivit Finlay; vid. Hoffmann: Die alt. Geograph. II. pag. 71 seqq. 83 seq. Caeterum de ipso Amphiarai oraculo plura qui cupiat, adeat C. Fr. Hermann.: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 41, not. 8 ed. sec. et Schoemann. l. l. II. p. 298.

ἔστι δὲ, κατά περ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι] Pro

ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι)· τοῦτο δὲ ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιά-

ἱροῖσι Valcken. coniicit ἐμπύροισι, ut haec loci evadat sententia: *licet vero ignem victimarum vaticinum illic* (Thebis scil. in Apollinis Ismenii aede) *consulere, quemadmodum Olympiae*. Namque Olympiae ignispicio (i. e. ἐμπύροις) usos esse sacerdotes Iamidas ex mactatarum victimarum inque ara concrematarum flamma divinantes, satis constat ex Pindari Olymp. VIII, 3 coll. Schol. ad Pind. Olymp. VI, 112 et Pausan. V, 15 §. 4. Idem etiam in Apollinis Ismenii templo factum esse docet Schol. ad Sophocl. Oed. Tyr. 21, quod bene ad h. l. affert Valckenar. Neque tamen, invitis libris scriptis, ἐμπύροισι receperim, quo certe vix opus videtur, si quidem ipsa voce ἱροῖσι in universum iam indicatur atque comprehenditur id, quod voce ἐμπύροις indicatum voluit Valckenar. Etenim ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι cum Schweighaeusero exponimus *oracula e victimis petere*, quod ut in universum de quovis genere τῆς μαντικῆς accipi potest, ita etiam singillatim de ignispicio intelligere licet, sive de eo divinationis genere, quod fit τοῖς ἐμπύροις, adeo ut hoc loco intelligamus ἱερὰ καιόμενα, quibus iisdem Hesych. I. p. 1206 interpretatur vocem ἔμπυρα. Itaque ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι significat: *e victimis*, quae mactantur et in ara concremantur, i. e. e flamma inde in altum escendente *oracula* s. *rerum futurarum indicia petere*. Ad locutionem ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι similia quaedam bene attulit Wesselingius. χρηστηριάζεσθαι αἰξὶ (*e capris mactatis responsa petere*) apud Diodor. XVI, 26 et ὑσὶ μαντεύεσθαι apud Pausan. VI, 2. §. 2. Add. Cadenbach Comment. Sophocl. Specim. (Heidelberg. 1852) pag. 17. Equidem hoc refero ad idem dicendi genus, quo dicitur τεκμαίρεσθαι, σταθμοῦσθαί τινι: vid. allata ad II, 2. 33. VII, 214. De ipso hoc divinationis genere, quod fit τοῖς ἐμπύροις, praeter ea, quae iam attulimus, vid. allata a C. Fr. Hermanno: Gottesdienstl. Alterth. §. 39. not. 11 §. 38. not. 20, Pabst: De diis Graecc. fatidicc. pag. 73 coll. Schoemanno: Griech. Alterth. II. p. 288, ubi Herodoteum hunc locum attigit eumque sic reddit: *aus Opferzeichen* (?) *weissagen*.

ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας] *Lydum* fuisse dicit Plutarch. Aristid. 19. I p. 330 C. coll. II. p. 412 A. Mox dedi e Florent. κατεκοίμησε pro κατεκοίμισε, quod cum Schaefero retinuit Matthiae. Neque enim ipse pernoctavit, sed peregrino cuidam persuasit, *ut is* (ipsius quasi loco) *in Amphiarai aedem iret cubitum*. Conf. IX, 93 ibique nott. Negris itidem exhibuit κατεκοίμησε, idque ipsum probavit Bredov. pag. 73, cuius verba afferre liceat: „Herodotus Homericum verbi κοιμᾶν usum magis secutus (cf. Hom. Od. III, 397. IV, 336. XVII, 127) hoc loco κατεκοίμησε eo significatu usurpavit, quo indicaret, Myn illum non ipsum pernoctasse in Amphiarai templo, sed peregrinum quendam ibi collocasse in cubili, sive peregrinum quendam pro illo ibi pernoctare iussum esse. Quo in verbo praepositio κατὰ significat κατὰ τὴν νύκτα, similiter ac IX, 93 κατακοιμήσαντος τὴν φυλακὴν, ubi unus cod. S. primum quidem, κατακοιμίσαντος perperam scriptum habet, sed statim in κατακοιμήσαντος mutatum est; et mox τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα. Alii quidem, ut Xenophon (cf. Sturz. Lex. Xenoph.), verbum κοιμίζω et κατακοιμίζω hoc in significatu adhibuerunt (vide et Polyaen. Strateg. II, 9. VII, 17, 1. cf. Wesseling. ad Diodor. XI, 69), sed ut Homerica carmina hanc verbi formam ignorant, sic et Noster eam nondum usurpasse censendus esse videtur." — ἐς Ἀμφιάρεω eodem modo dictum ut supra I, 92: ἐς τοῦ Ἀμφιάρεω, noto illo dicendi usu, quo ἱερὸν vel simile quid omittitur: quare non debebat Sintenis (ad Plutarch. Pericl. pag. 308) cum aliis Ἀμφιάρεω pro

ρεω. Θηβαίων δὲ οὐδενὶ ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι διὰ τόδε· ἐκέλευσέ σφεας ὁ Ἀμφιάρεως, διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, ὁκότερα βούλονται ἑλέσθαι τούτων, ἑωυτῷ ἢ ἅτε μάντι χρᾶσθαι ἢ ἅτε συμμάχῳ, τοῦ ἑτέρου ἀπεχομένους· οἱ δὲ σύμμαχόν μιν εἵλοντο εἶναι. διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐδενὶ αὐ-
135 τόθι ἐγκατακοιμηθῆναι. Τόδε δὲ θώυμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων. ἐλθεῖν ἄρα τὸν Εὐρωπέα Μῦν, περιστρωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος. τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν καλέεται μὲν Πτῷον, ἔστι

accusativo habere, quem Noster I, 46 formavit Ἀμφιάρεων aeque atque aliis in nominibus simili modo formatis, de quibus vid. Bredov. p. 249, qui idem pag. 169 et 138 etiam de nominativo Ἀμφιάρεως consulendus est.

μαντεύεσθαι] i. e. *oraculum consulere*, ut I, 46. VIII, 36. IX, 33. Wesselingius conferri vult Leopard. Emendd. VIII, 1. — Quod sequitur διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, Schweighaeuser reddit: *edito oraculo;* propius ad ipsa verba: *per oraculum cum iis agens.* Tu conf. VI, 4. De indicativo βούλονται conf. I, 163. V, 6 et ad verba εἵλοντο εἶναι conf. Matth. Gr. Gr. §. 420 c. et vid. allata ad V, 25. Mox Bredovium secutus pag. 381 scripsi χρᾶσθαι pro vulg. χρέεσθαι.

οὐδενὶ — ἐγκατακοιμηθῆναι] Sic duo codd. pro κατακοιμηθῆναι, quod verbum invenitur I, 31. IV, 7. Alterum illud sollemne de iis, qui in Amphiarai aede oraculum sciscitaturi pellibus incumbebant stratis somnumque petentes somnia fatidica exspectabant. Vid. Pausan. II, 13, 6, ubi editor bene attulit Nostri locum, Diodor. I, 53 ibique Wessel. coll. Davis. ad Ciceron. De div. I, 43.

Cap. CXXXV.

Τόδε δὲ θώυμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται] θώυμα reposui pro θῶμα. Pronomen μοι ad θώυμα, non ad λέγεται spectare putat Larcherus vertens *à mon avis.* Sententia Herodoti haec est: *Id vero, quod a Thebanis narratur* (quod iam relaturus sum), *mihi maxime mirum accidit* s. accidisse videtur. — In seqq. ad formam περιστρωφώμενον, quae mutanda non est, vid. Bredov. p. 390.

ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος] Quod sequitur τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν, ex eo satis perspicitur, h. l. sic satis convenire τὸ τέμενος atque τὸ ἱρὸν, cum ad unum idemque templum utraque vox pertineat: tu vid. quae de his nominibus iam supra adnotavimus ad III, 142. V, 67. VII, 197 coll. VI, 75. Tradit autem Pausanias IX, 23. §. 3 ad *montem Ptoum* situm esse *Acraephnium* oppidum, unde quindecim stadiorum itinere remotum ad dextram inveniatur *Apollinis Ptoi* templum, a Ptoo, prisco heroë, Athamantis et Themistûs filio, qui et monti dederit nomen, ita cognominatum. Add. Plutarch. Pelop. 16 et De defect. oracull. cap. 8. II. pag. 414A. Etymol. pag. 413, 28. Pausan. IV, 32. §. 5. Strab. IX p. 413 s. 633 B. et quae alia attulit Siebelis ad priorem Pausaniae locum p. 74, de diversa urbis appellatione disputans, quae ab aliis dicitur Ἀκραίφιον et Ἀκραιφίαι, ab Herodoto Ἀκραιφίη, a Pausania Ἀκραίφνιον. Alia dabit Kruse: Hellas II, 1. pag. 572 seq. 635, qui quo tempore scripsit, nondum hae regiones virorum doctorum operâ atque industriâ accuratius perquisitae erant, id quod postea factum esse laetamur a Leakio potissimum (Travels in North. Greece II. pag. 295—307) et ab Ullrichsio: Reisen in Griechenland I. pag. 236 seqq. coll. Ross.: Wanderungg. in

δὲ Θηβαίων, κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς οὔρεϊ
684 ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐπεί τε παρελθεῖν τὸν καλεόμενον τοῦτον Μῦν, ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ὡς ἀπογραψομένους τὰ θεσπιέειν ἔμελλε. καὶ πρόκα τε τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσ-

Griechenland I. pag. 105. Atque Ἀκραιφίης urbis rudera etiamnum quaedam cerni prope vicum ab Albanensibus nunc habitatum, cui nomen Καρδίτζα, dubitari nequit: unde, parvo itineris spatio, assurgit Ptous mons, cuius tria capita, propter quae τρικάρανος vocatur a Pindaro (apud Strabon. l. l. vid. Pindari fragmm. nr. 78 s. 61. pag. 252 in Bergkii Poëtt. Lyricc. Graecc.), adhuc distingui volunt: nomina nunc iis indita sunt *Palea*, *Strutzina*, *Scroponéri*, ut Leake profert; *Tzukurieli*, *Megalo-Buno*, *Palagia*, si Ulrichsium audimus l. l. Locum templi Apollinis, antea non cognitum, accuratius nunc idem indicavit Ulrichs. l. l., qui in parte eminenti montis Palagiae, infra monasterium eodem Palagiae nomine celebratum, prope *Perdicis fontem*, qui nunc vocatur (ἡ Περδικόβρυσις), ipsius templi rudera invenit, ipsis inscriptionibus Graecis ad hoc templum spectantibus adhuc insignia: atque suspicatur vir doctus, ex ipso sacri fontis haustu Apollinis sacerdotem s. prophetam oracula edidisse, cum quodnam divinationis genus in hoc Apollinis oraculo usitatum fuerit, utique nesciamus. Caeterum Ptous mons, ad cuius declivitatem septentrionem versus iacet vicus, cui nomen *Kokkino*, ut testatur Ross. l. l., satis amplus ab orientali ripa lacus Copaidis orientem versus extenditur usque ad sinum maris Euboici: nomen ipsum Aegyptiacam s. Phoeniciam originem habere videtur Rossio, Πτῶον deducenti ab Aegyptia voce ΤΩΟΥ, quae articulo praeposito sit ΠΤΩΟΥ et *montem* significet. De *Copaide* lacu omnia veterum et recentiorum testimonia dabit Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 875 seq.

ἀπὸ τοῦ κοινοῦ] i. e. *publice missos.* Ad sequens ἀπογραψομένους conf. VII, 100 ibique allata. θεσπιέειν e duobus codd. repositum pro vulg. θεσπιεῖν, probante Bredov. pag. 378. Ad argumentum loci bene *Valckenarius:* „Iuxta Herodotum aderant Cari ἀπογραψόμενοι τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε Deus: tales ταχυγραφοῦντες καὶ τὰ μαντικὰ ἔπη μεταλαμβάνοντες Eustathio memorantur ad Od. VIII. p. 323, 35. Hi boni Thebani, solam intelligentes, ut istis temporibus plerique omnes, linguam patriam, mirabantur procul dubio linguâ Caricâ respondentem: neque enim verisimile, deorum in oraculis administros diversis linguis respondisse, prout quaeque consulentibus esset patria; et figmentum arbitror grammaticorum, quod nobis narratur in Schol. ad Soph. Trach. 1184. Hîc narrata respexisse videtur Plutarchus De oracc. defect. p. 412 A. coll. Gryll. p. 990 E.“

καὶ πρόκα τε τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν] De voce πρόκα vid. nott. ad I, 111. De voce πρόμαντις cf. nott. ad I, 182. VI, 66. Ac vulgo cum differant ἡ πρόμαντις (*mulier fatidica*) atque προφήτης (*templi antistes*, *praesul*, de qua voce plura notavimus ad VII, 111), h. l. ὁ πρόμαντις idem videtur esse, qui post vocatur ὁ προφήτης, praesertim cum Strabo IX. p. 633 B. s. 413 in eiusdem rei narratione atque Plutarch. Aristid. 19 et De defect. oracc. 8. Vol. II. p. 412 A. unum norint προφήτην Apollinis Ptoi: quo eodem spectant Pausaniae verba X, 33. §. 5 a Wesselingio bene allata: πρόμαντις δὲ ὁ ἱρεύς ἐστι· χρᾷ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος. Scribit autem idem Pausanias IX, 23. §. 6 consentiente Plutarcho l. l., non Graeca sed *Carica* (igitur *barbarica*) dialecto re-



σῃ χρᾶν, καὶ τοὺς μὲν ἑπομένους τῶν Θηβαίων ἐν θωύματι ἔχεσθαι, ἀκούοντας βαρβάρου γλώσσης ἀντὶ Ἑλλάδος, οὐδὲ ἔχειν, ὅ τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι· τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν ἐξαρπάσαντα παρ' αὐτῶν τὴν ἐφέροντο δέλτον, τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτεω γράφειν ἐς αὐτήν· φάναι δὲ, Καρίῃ μιν γλώσσῃ χρᾶν, συγγραψάμενον δὲ οἴχεσθαι ἀπιόντα ἐς Θεσσαλίην.

136 Μαρδόνιος δὲ ἐπιλεξάμενος, ὅ τι δὴ ἦν λέγοντα τὰ χρηστήρια, μετὰ ταῦτα ἔπεμψε ἄγγελον ἐς Ἀθήνας Ἀλέξανδρον τὸν Ἀμύντεω, ἄνδρα Μακεδόνα, ἅμα μὲν ὅτι οἱ προσκηδέες οἱ Πέρσαι ἦσαν. Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μητροπάτορος, τῷ δὴ ἐκ βασιλέος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι· ἅμα δὲ ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος, ὅτι πρόξεινός τε

spondisse deum. De Carum lingua conf. Herod. I, 171 fin. 172.

ἐν θωύματι ἔχεσθαι] Conf. allata ad VIII, 52 et ad locutionem οὐδὲ ἔχειν ὅ τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι conf. nott. ad V, 12. De voce δέλτον, quae *tabellam* h. l. significat, vid. nott. ad VII, 239.

Cap. CXXXVI.

ἐπιλεξάμενος] i. e. *cum legisset*, ut VIII, 22. προσκηδέες sunt *affinitate coniuncti;* vid. Pollux III, 7, 30. Respicit autem Herodotus hoc loco ad ea, quae V, 19—21 narrata sunt. Alexandri a Xerxe ad Athenienses missi mentionem quoque fecit Lycurgus in orat. adv. Leocrat. §. 71. De quo rege Macedoniae, qui intra annos 498—454 ante Chr. n. regnavit, accurate disputat Abel: Makedonien vor König Philipp. pag. 149 seqq. — Ad vocem μητροπάτωρ vid. nott. ad VI, 131.

Ἀλάβανδα — νέμεσθαι] Vid. VII, 195 ibique nott. Stephanus Byz. p. 87 hîc invenisse videtur Ἀλάβαστρα, quae mihi ignota est urbs. — De verbo νέμεσθαι vid. nott. ad III, 160.

ὅτι πρόξεινός τε εἴη καὶ εὐεργέτης] Pro vulg. πρόξενος dedi πρόξεινος ex Herodoti more, de quo vid. Bredov. pag. 149 seq. et Dindorf. in Comment. de dial. Herodot. pag. XL. Idem dederunt Bekkerus et reliqui edd. — Cum his conferenda sunt, quae VIII, 143 exstant. Hinc enim Alexander, qui Atheniensium πρόξενος καὶ εὐεργέτης sive φίλος erat, aptissimus Mardonio videbatur ad hocce legationis officium: quippe quem in simili negotio versatum supra (VII, 173, ubi vid. nott.) Noster iam indicaverat. Ac πρόξενοι, ut Valckenarii utar verbis Animadverss. ad Ammon. III, 10. p. 201, homines dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hospitii ius cum alia civitate publicitus intercedebat: his id muneris erat praecipue iniunctum, ut sedulo prospicerent, ne quid publica istius civitatis res a civibus suis caperet detrimenti, legatos illinc venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent utque iis bene esset procurarent. Tu vid. etiam Herodot. IX, 43. 85. VI, 57 ibique nott. et add. Ullrich. De proxenia (Berolin. 1832) pag. 22 seq. 43 seq. 51, unde hoc quoque discimus, προξενίαν et εὐεργεσίαν haud raro coniunctam reperiri, in praemiis numeratam aut honoribus

εἴη καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεμπε. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους οὕτω ἐδόκεε μάλιστα προσκτήσεσθαι, λεών τε πολλὸν ἄρα ἀκούων εἶναι καὶ ἄλκιμον· τά τε κατὰ τὴν θάλασσαν συντυχόντα σφι παθήματα κατεργασαμένους μάλιστα Ἀθηναίους ἠπίστατο. τούτων δὲ προσγενομένων κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν, τά περ ἂν καὶ ἦν· πεζῇ τε ἐδόκεε πολλὸν εἶναι κρέσσων· οὕτω τε ἐλογίζετο κατύπερθέ οἱ τὰ πρήγματα ἔσεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν. τάχα δ' ἂν καὶ τὰ χρηστήρια ταῦτά οἱ προλέγοι, συμβουλεύοντα σύμμαχον τὸν Ἀθηναῖόν οἱ ποιήσασθαι· τοῖσι δὴ πειθόμενος ἔπεμπε.

Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης 137
ἐστὶ, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν τυραννίδα τρόπῳ τοι-

publice in aliquem collatis. Tu vid. quae plurima afferuntur a C. Fr. Hermanno: Griech. Staatsalterth. §. 116. not. 6. 7 et 8 ed. quart. Hunc enim utrumque honorem concedere solebant civitates, vel beneficia sive munera accepta ut remunerarentur vel potentissimorum principum gratiam ut aucuparentur. Unde non mirum, Alexandrum hic simul vocari *πρόξενον* atque *εὐεργέτην*.

τοὺς γὰρ Ἀθηναίους οὕτω ἐδόκεε κ. τ. λ.] Oratio scriptoris turbata multis vocibus interiectis. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1300. Nam ita singula cohaerent: *Μαρδόνιος — ἔπεμψε, ἅμα μὲν ὅτι — ἅμα δὲ ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος — ἔπεμπε.* — De particula *ἄρα* postposita vid. allata ad VIII, 8 et de usu particulae *τε* nott. ad VIII, 188. Pro vulg. *ἐπίστατο* dedi *ἠπίστατο*, ut supra VIII, 132 et VIII, 5 ubi vid. nott. Ad locutionem *κατύπερθε — ἔσεσθαι* vid. nott. ad VIII, 19. Ad ipsam rem, quae h. l. enarratur, conferri possunt, quae in Atheniensium laudem profert Isocrates in Panegyr. §. 94, quod regis Persarum dona respuerint, quamvis licuerit ipsis *τιμὰς ἐξαιρέτους λαβεῖν, ἃς αὐτοῖς ἐδίδου βασιλεὺς ἡγούμενος, εἰ τὸ τῆς πόλεως προσλάβοι ναυτικὸν, παραχρῆμα καὶ Πελοποννήσου κρατήσειν.*

τάχα δ' ἂν — προλέγοι] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 514, 2. G. Hermann. Opusc. Acadd. IV. p. 44. 169 hunc quoque locum affert, de eo Herodoti usu monens, ex quo de re praeterita, quae vel diuturnior sit vel saepius repetita, praesentis optativum ille ponit. Mox cum Schweigh. et Gaisf. dedi *οἱ ποιήσασθαι*, ubi vulg. *ποιέεσθαι*, quod cum Schaefero retinuerunt Matth. et Bekker. *τὸν Ἀθηναῖον* Noster dixit singularem numerum pro plurali consulto adhibens, ut IX, 12 *τὸν Σπαρτιήτην*, quem eundem usum in Thucydide iam notarunt veteres interpretes itemque recentiores in nott. ad VI, 78.

CAP. CXXXVII.

ἕβδομος γενέτωρ] Vid. infra VIII, 139 coll. Thucydid. II, 99. Iustin. VII, 2, qui in eo ab Herodoto a Perdicca regni initium constituente dissentit, quod alios secutus auctores primum, qui toti Macedoniae imperaverit, vocat *Caranum* eiusque successorem facit *Perdiccam*, quintum vero in serie Herodotea omittit *Alcetam*, memoratum quoque apud Theophil. Antioch. II. p. 98, ubi tamen *Argaei* deest mentio. Caranus enim et ipse Temenida fuisse fertur, qui Edessam cepit eamque Aegas vocavit, sedem inde constitutam regum Macedoniae; unde cum hisce fabulis Macedonicis Argivas quoque coaluisse fabulas ponit C. O. Mueller: Ueber d. Macedd. p. 25, qui idem p. 51 contendit Macedones,

ὧδε. Ἐξ Ἄργεος ἔφυγον ἐς Ἰλλυριοὺς τῶν Τημένου ἀπογόνων τρεῖς ἀδελφεοί, Γαυάνης τε καὶ Ἀέροπος καὶ Περδίκκης· ἐκ δὲ

quos Illyricae originis esse vult (cf. l. l. p. 37—49. Dor. I. p. 2), cum semel e superioribus locis, quae primitus tenuerint, descenderint, proxime occupasse terram Phrygum vicinorum, qui ad Bermium antiquitus consederint, ubi Midae, Phrygum regis, horti, in quibus olim Silenus captus dicebatur. Ac facit huc, quod VII, 73 narratur, Phryges olim Macedonum fuisse accolas indeque in Asiam esse transgressos. Neque huc non pertinent, quae supra Noster scripsit I, 56: *τὸ Ἑλληνικὸν* (i. e. Dorica gens) *ἐκ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε ἐν Πίνδῳ, Μακεδνὸν καλεόμενον· ἐνθεῦτεν δὲ — Δωρικὸν ἐκλήθη*, Doricam originem Macedonum genti tribuens, de qua re vide sis quae in annotationibus prolata sunt. Neque id opinor impedit, quominus postera aetate iterum Dores nonnullos e Peloponneso et quidem Argis profugos in Macedoniam pervenisse existimemus (conf. Kortüm: Griech. Gesch. II. pag. 158), prouti hoc loco ab Herodoto traditum legimus, populi ipsius famam procul dubio secuto atque regni Macedonici initia inde repetente. Nec sane est, quod hanc narrationem minus veram habeamus prae altera illa narratione, quae posterae aetati adscribenda esse videtur. Ut enim de Iustino taceam, a quo Perdiccae praemitti vidimus Caranum, totius regiae stirpis auctorem, fuerunt alii, inter quos potissimum Theopompus, qui ante Perdiccam tres Temenidas regnasse traderent, Caranum Coenum, Tyrimmam atque Caranum Phidonis Argivi (de quo vid. VI, 127 ibique nott.) fratrem fuisse dicerent: de qua fama vid. quae disputarunt Weissenborn: Hellen. pag. 53 seqq., Abel: Makedonien vor König Philipp pag. 99 seqq., Sauppe: Inscriptt. Macedd. quattuor pag. 4, qui satis nobis probasse videntur, quid de hac altera narratione statuendum sit, quam postera aetate fictam iis „hominibus, qui historiam mythicam ex arbitrio fere ordinarent et constituerent, deberi" Sauppio credimus sic pergenti: „nam cum temporum rationes postulare viderentur, ut ante Perdiccam tres aetates adderentur (de qua re Weissenbornius l. l. bene exposuit), tres reges ita addiderunt, ut primi nomine principem (*Κάρανον*, Xenoph. Hell. I, 4, 3) ab Hercule originem ducere significarent, alterius gentium variarum una mixtarum coniunctionem intelligi vellent, tertii denique quantum in Macedonia gentes Illyricae valuissent, indicarent." Atque, ut eiusdem viri docti verba iterum afferam, „per illa fabularum involucra et integumenta hoc unum perspici potest, etiam regionem Macedonicam ab audaci manu fortium Doriensium invasam esse et, quae ibi sedes haberent, gentes Pelasgicas et Illyricas unam post alteram victas, temporis decursu in unam civitatem coaluisse." Atque huius ipsius civitatis initia a Perdicca repetenda esse auctore Herodoto credimus, cui popularem famam tradenti plus tribuendum esse censemus quam fabulis postera aetate consulto compositis. Quod autem ab Herodoto *septimus γενέτωρ* s. *progenitor* dicitur Perdiccas, factum est ex eo Graecorum more, quo pater semper censetur *secundus*, avus *tertius* etc., ut bene observat Larcher. ad Herod. I, 91, ubi vid. nott. Indé haec exsistit regum Macedoniae successio: *Perdiccas*, *Argaeus*, *Philippus*, *Aeropus*, *Alcetas*, *Amyntas*, *Alexander*. — De *Temeno*, Aristomachi filio, qui cum duobus fratribus Cresphonte et Aristodemo Peloponnesum victam et occupatam divisit ipseque Argolidem accepit sortem, vid. Pausan. II, 18. §. 6. Apollodor. II, 8. §. 4.

ἐξ Ἄργεος ἔφυγον — τρεῖς ἀδελφεοί] Persecutus est hanc famam singula tractans Abel l. l. pag. 108, qui quod h. l. de Argis in Orestide (vid. Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 1060) sitis circa Ha-

Ἰλλυριῶν ὑπερβαλόντες ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίην, ἀπίκοντο ἐς Λεβαίην πόλιν. ἐνθαῦτα δὲ ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ τῷ βασιλέϊ, ὁ μὲν ἵππους νέμων, ὁ δὲ βοῦς, ὁ δὲ νεώτατος αὐτῶν Περδίκκης τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων. ἦσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μοῦνον ὁ δῆ-

liacmonis fontes non procul ab Illyriis cogitari vult, accedere nequeo, de Argis in Peloponneso sitis, celeberrimis illis quidem per priscam Graecorum aetatem unice hìc cogitandum esse ratus: id vero idem Abel. p. 109 recte mihi monere videtur, tribus fratribus significari tres Doricarum gentium tribus s. φυλάς (vid. nott. ad Herod. IV, 145. 161. V, 68): quod ad fratrum nomina attinet, et Aeropi et Perdiccae nomen frequens in Macedonum rebus inveniri satis constat.

ὑπερβαλόντες] i. e. *transgressi ex Illyriis in superiorem Macedoniam*, superatis scil. montibus, qui utramque disterminant terram et vallem Haliacmonis ab ea valle separant, quam perfluit *Devol* rivulus, ut nunc vocatur; hac enim via ab Illyria in Macedoniam descendunt: monuit Abel. l. l. pag. 5 et 108. De verbo ὑπερβάλλειν vid. Herodot. VII, 168. Plut. Pyrrh. 15. Mar. 18 in. Lucull. 27 init. Comp. Cim. et Lucull. 3 init. Crass. 9. Anton. 18 fin. Urbem *Lebaeam* nemo, quantum scio, memoravit. Unus Hesychius, a Wesselingio allatus II. p. 437 Λέβα, πόλις ὑπὸ Θρακῶν. Ad eam terram, quae *Lyncestis* vocabatur (vid. Forbiger in: Pauly Realencyclop. IV. p. 1283) ab Illyrica gente habitata et postera aetate plerumque Macedoniae addita, haec pertinere probabiliter statuit Abel. l. l. pag. 109: inde enim rectâ viâ orientem versus tendimus Edessam. Ibi quod apud regem θητεύειν ἐπὶ μισθῷ (i. e. *mercede conducti opus facere*) dicuntur fratres, id, Abelio si credimus, indicat Macedones aliquantisper Lyncestarum regibus subditos fuisse. Declarat sane illud θητεύειν ἐπὶ μισθῷ vilissimam quamque ac durissimam operam homini libero, qui inops est et ad summam penuriam adductus, subeundam, adeo ut ad servitutem proxime accedat; vid. Hom. Odyss. IV, 644 ibique Nitzsch., plura proferentem pag. 296, quibus add., quae apud C. Fr. Hermann.: Griechisch. Staatsalterth. §. 60. not. 5 citantur. Inter fratres pastorum officia praestantes quod minimus natu atque is ipse, qui posthac regnum adeptus est, *capras* pascere dicitur, ad eam vim spectare videtur, quam Macedonum in rebus aeque ac fabulis capra habuit, ad quam vel nomen Aegarum, multaque alia id genus, referebant. Etenim τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων sunt *oves* et *caprae*, ut supra I, 133, ubi vid. nott., et apud Pausan. IX, 3. §. 4, ubi τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων.

ἦσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες κ. τ. λ.] τυραννίδας h. l. omnino indicare *regna*, δῆμον liberum populi statum s. liberam rempublicam, monitu vix opus. Ad ipsam sententiam bene sic *Wesselingius:* „Connexa de antiquissimorum regum ac tyrannorum tenui conditione observatio veritate nititur. *Intra suam cuique patriam regna finiebantur* scribit Iustinus. Reges regumque filii armenta pascere haud dedignabantur. Hectoris Andromaches querela super fratribus, dum armentis ovibusque pascentibus attenderent, trucidatis ex Iliad. VI, 422 in luce versatur; notissima quoque regum Palaestinae vetustissimorum in sacris Pandectis tenuitas.“ Nos hoc quoque attendi volumus, quod pro insigni illa prisci aevi simplicitate ipsa regis uxor panes coquere dicitur; id enim mulierum olim fuisse negotium ad VII, 187 monuimus. Hinc quoque Croesi illa ἀρτοκόπος I, 51, ubi conf. nott. De ipsis Herodoti verbis si quaeramus, haec reliquis, quorum cau-

μος· ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλέος αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε. ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς Περδίκκεω, διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἐπεὶ δὲ αἰεὶ τὠυτὸ τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς. τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε αὐτίκα, ὡς εἴη τέρας καὶ φέροι ἐς μέγα τι. καλέσας δὲ τοὺς θῆτας προηγόρευέ σφι ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ γῆς τῆς ἑωυτοῦ. οἱ δὲ τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες, οὕτω ἐξιέναι. ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς, τοῦ μισθοῦ πέρι ἀκούσας, ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε θεο-

sam contineant, praeponenda potius quam subiicienda fuisse observat Valck., aliis allatis locis, in quibus Herodotus ea, quae causam continentia praeponenda fuerint, postposuerit et reliquis subiecerit. Vid. nott. ad I, 24.

αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε] i. e. *ipsa cibos illis coquebat* s. *panem*, ut vertit Valckenarius, notans πέσσειν s. πέττειν Aeolum atque Ionum more dici pro vulg. πέπτειν, *coquere*. Nec valde hinc discedere videtur ὀπτᾶν, quod sane est *torrere*, vel quod frequentius dicitur *coquere panem*, monstrante Gataker. ad Antonin. III. 2. Hinc apud Athen. III. p. 114 D. ἄρτους ὀπτωμένους invenimus itemque apud Suidam pag. 102 Tom. III. notante Schweighaeusero: πεσσόμενα σιτία παρ' Ἡροδότῳ· τὰ ὀπτώμενα. Et conf. ipsum Herodotum I, 161. Itaque verba ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος valent: *quoties* s. *quando panis coquebatur*. Ubi pro ὀπτῷτο Gronovius e Mediceo male dederat ὀπτῴη: vid. Bredov. pag. 391. Quae sequuntur voces τοῦ θητὸς τοῦ Περδίκκεω, eas immerito suspectas habuit Valckenarius. Itaque uncis, quibus incluserat Schaeferus, atque etiam Negris, equidem liberavi illas voces cum recentt. edd., abiecto simul articulo τοῦ ante Περδίκκεω, qui a Florentino abest, quemque tamen cum Schaefero retinuerunt Matth. et recc. edd. inde a Bekkero.

διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ] i. e. *duplo maior fiebat* s. ut nos: *noch einmal so gross als vorher;* ita reddi vult Kuehner Gr. Gr. §. 540, *β*. de locutione monens, de qua etiam consuli potest Matthiae Gr. Gr. §. 452. Ipsum portentum attigit I. Fr. Gronovius ad Liv. XXI, 62. Ad seqq. ἐσῆλθε vid. nott. ad. III, 42. φέρειν ἔς τι. quod satis notum est, valet *spectare ad aliquid*, indeque *portendere aliquid*. Conf. VII, 19 ibique nott. et infra VIII, 142.

δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 536 coll. Boetticher: De vit. et scriptt. Taciti pag. 90. Attigit h. l. Schweighaeuserus ad IX, 60 ibique reddidit: *dicebant, iustum esse ut ita abeant, si mercedem accepissent*, i. e. *par esse, ut mercedem accipiant, priusquam abeant*. Tu vid. nott. ad I, 32 fin. IX, 27. 60 et cf. VIII, 22. In verbis sequentibus τοῦ μισθοῦ πέρι ἀκούσας praepositionem περὶ eleganti traiectione postpositam, ut supra VI, 130. I, 69 aliisque aliorum scriptorum locis, annotat Wasse ad Thucydid. V, 5.

ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος] Bene *Schweigh.*: *Namque iuxta* s. *ad caminum solis lumen in domum incidit.* καπνοδόκην *fumarium* dicit, ut IV, 103, et καπνοδόχη apud Lucian. Icaromen. 13. Significatur enim hac voce *receptaculum fumi* inde in aërem escendentis: cogitandum vero hîc de veterum ἑστία quae dicitur, media in domo quae fuit ac tecto instructa, quod habebat fissuram, per quam fumus ex igne in foco accenso exortus in aërem extrorsum ducitur: et haec fissura fumum excipiens dicitur καπνοδόκη. Ad ἑστίαν autem prisco aevo paterfamilias aut princeps sedere atque cum suis agere solebat, hîc cum ministris ac

βλαβὴς γενόμενος· Μισθὸν δὲ ὑμῖν ἐγὼ ὑμέων ἄξιον τόνδε
ἀποδίδωμι, δέξας τὸν ἥλιον. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε καὶ ὁ Ἀέρο-
πος, οἱ πρεσβύτεροι, ἕστασαν ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤκουσαν ταῦτα.
ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, εἴπας τάδε· Δεκόμε-
θα, ὦ βασιλεῦ, τὰ διδοῖς, περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδα-
φος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον· περιγράψας δὲ, ἐς τὸν κόλπον τρὶς
ἀρυσάμενος τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐτός τε καὶ οἱ μετ᾽ ἐκεί-
νου. Οἱ μὲν δὴ ἀπήϊσαν· τῷ δὲ βασιλέϊ σημαίνει τις τῶν παρ- 138
έδρων, οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, καὶ ὡς σὺν νόῳ ἐκεί-
686 νων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ διδόμενα. ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας καὶ
ὀξυνθεὶς πέμπει ἐπ᾽ αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. ποταμὸς δέ
ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι οἱ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἀπ᾽
Ἄργεος ἀπόγονοι Σωτῆρι. οὗτος, ἐπεί τε διέβησαν οἱ Τημενί-

servis, aliis, tractabat, salutatum venientes excipiebat. Vid. Boetticher: Tektonik IV. pag. 333. C. Fr. Hermann. in: Becker. Charicl. II. p. 112 ed. sec. et confer etiam Ulrichs: Reisen in Griechenland I. p. 83 seq. De verbo ἐσέχειν conf. II, 11 et de voce θεοβλαβής, quae notante Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Pers. 836 passivo hic adhibetur sensu, vid. nott. ad Herod. I, 127. In seqq. verbis pro vulg. δείξας exhibui δέξας, quod Herodoteus sermo postulat; vid. Bredov. pag. 153. Eodem modo IX, 82 δέξαι dedi pro δεῖξαι. Qui mox dicitur παῖς, est idem qui supra dicitur παῖς τοῦ θητὸς Περδίκκεω.

δεκόμεθα] Vid. nott. ad VIII, 114. Accipio omen, inquit puer, circumscribens ense in pavimento aedium orbem solis; atque hoc facto in sinum ter hausit e radiis solis discessitque. Ubi ante genitivum ἡλίου, qui partitivus est, male olim inseruerant praepositionem ἐκ. Apud Aristophan. in Nubb. 272: ὑδάτων ἀρύεσθε. Ad verbum ἀρύεσθαι conf. VI, 119.

Cap. CXXXVIII.

καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων κ. τ. λ.] Recte *Schweighaeus.*: „*Quam prudenter fratrum natu minimus accepisset, quod ex illis dedisset.*" Pro δεδόμενα, quod Schaeferus retinuit, e melioribb. codd. cum recentt. edd. dedi διδόμενα, quod respondet cap. 137: δεκόμεθα — τὰ διδοῖς. — Ad locutionem σὺν νόῳ conf. VIII, 86. — Ad futuri formam ἀπολέοντας (*qui ipsos interficerent*) cf. Bredov. p. 340.

τῷ θύουσι — σωτῆρι] Ex Aldo Gronovius tenuerat σωτήρια sc. ἱερά, *sacrificia diis ob vitam servatam s. salutis causa exhibita*, ut apud Diodor. XVII, 100. At h. l. nihil cunctatus cum Schweigh. et Gaisf. revocavi Σωτῆρι, cuius loco iam Schaeferus, quem sequuntur Matth. et Bekker., dederat σωτῆρι. Inditur illi h. l. Σωτῆρος i. e. *Sospitatoris* titulus, in multos collatus deos, qui mala a nobis avertant imminentia aut a periculis nos praestent tutos. Conferatur Spanhem. De praest. num. Diss. VII. p. 416 a Wesseling. laudatus, Plutarch. Camill. 10 fin. Aristid. 11. Demetr. 10. Dio. 46 init. Arat. 14 fin. 42. Sic, ut hoc unum modo afferam, in numo Cyzicenorum invenitur Iuppiter inscriptus Σωτὴρ Κυζικηνῶν: cf. Marquardt: De Cyzic. pag. 133. — Quod ad ipsum fluvium attinet, cui salutem debent Temenidae, Tafel (Macedd. pag. 18) observat, videri hîc cogitandum de Axii superioris inundationibus, nisi quis malit Erigonem (*Tzerna,* ut nunc vocant) intelli-

δαι, μέγας οὕτω ἐῤῥύη, ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι. Οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω, ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι ἥλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων.

gere, qui Axio ab occidente affluat.

οἴκησαν] i. e. *sedes habuerunt fixas, habitarunt:* qua significatione verbum οἰκεῖν absolute positum invenitur quoque IV, 105. 108: alia dabit Bredov. pag. 74. Cum accusativo iunctum reperitur οἴκησαν IV, 110.

πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω] „*Midae* huius, inter superstitionis auctores cum Orpheo et Eumolpo principis, fata, mores artesque in Vossii lib. I. De idolol. c. 24 et Bouhierii Diss. Herodd. c. 8. Fixerat sedes ante Brigum coloniam in Asiam deductam ad Thraciae Macedoniaeque montem Bermium, Conone narrat. I consentiente. Propter eum montem horti, notabiles *sexagenum foliorum rosis*, quae Tertulliano De coron. 14 *centenariae rosae de horto Midae lectae*, sed confundenti, si tamen primam vocem Beat. Rhenanus et Rigaltius recte formarint, *centifolias*, ῥόδα ἑκατοντάφυλλα Pangaei, Thraciae montis, in Theophrast. Hist. plant. VI, 6. [De his *centifoliis* vid. Wuestemann: Unterhaltt. aus d. alt. Welt für Garten- u. Blumenfreunde. Gotha 1854. pag. 41.] Illis autem in hortis ἥλω *captus* (non *exceptus*, uti Valla) Silenus et coactus ad ea fuit explicanda, quae Theopompi fide, ista in fabula indicibus Dionysio Halic. T. II. p. 132 [Epist. ad Pompei. pag. 787 Reisk. pag. 57 ed. Krueger.] et Theone Progymn. c. 2 mire luxuriantis, Virgilius, Ovidius, Aelianus [V. H. III, 18, ubi vid. Perizon.] nobis prodidere.“ *Wesseling.* De *Mida*, prisco Macedoniae rege, qui inde in Phrygiam transmigrasse fertur, mature iam ad fabulas traducto, ita tamen ut eius memoriam vel postera aetate retinerent horti in pulcherrima Macedoniae parte siti et omni florum genere referti, nonnulla iam excitavimus ad I, 14, quibus addi volumus, quae plura de Mida enarrant Westermann in: Pauly Realencyclop. V. pag. 7 seqq. et Panofka in: Archaeolog. Zeitung. 1844. nr. 24. Nec minus celebrata fama de *Sileno*, in hisce hortis capto ac Midae, quid homini optimum esset sciscitanti, non nasci respondente aliaque vaticinante; plura tradiderunt observante Valckenario Davis. in Max. Tyr. XI, 1 et Bouhier. Diss. sur l'histoire d'Herod. c. 8. Tu vide quae de hac fabula eiusque sensu reconditiori disseruerunt Creuzer in: Studien II. p. 234 seqq. coll. Symbol. IV. pag. 51 ed. tert. et Wiener Jahrbb. Vol. CVII. pag. 198 not., Lasaulx: Studien des class. Alterth. pag. 484 seq., Michaelis in: Annali del Inst. Archeol. XXX. p. 314 seq. Et conf. quoque Hoeck: Creta pag. 129, qui Thracicas gentes hoc sub Mida in Phrygiam regressos esse statuit. Fabulam hanc de Sileno a Mida rege capto uberius narratam Philippicorum inseruerat octavo libro Theophrastus, vituperatus inde a Dionysio l. supra l., sed ipsius Herodoti haec ἐν παρόδῳ quasi enarrantis auctoritate permotus, ut videtur. Vid. Aelian. l. l. Monuit Frommel. in Creuzeri Melett. III. p. 140 et conf. Creuzer: Hist. Kunst d. Griech. pag. 318 ed. sec.

ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων] De voce ἕκαστον vid. Matth. Gr. Gr. §. 302, not., qui idem §. 358, 2 de genitivo consulatur, qui verbo ὑπερφέρειν h. l. additur. Ad argumentum praeter Theophrast. l. l. vid. potissimum Athen. XV. pag. 683 B., ubi Nicander in Georgicc. libro secundo (vid. O. Schneider Nicandrea

ὑπὲρ δὲ τῶν κήπων οὖρος φέεται, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὡς ταύτην ἔσχον, κατε-

pag. 92. fr. 74) sexagenum foliorum rosas in campis Emathiis nasci canit, itemque Plin. H. N. XXI, 4 s. 10. §. 17. In proximis verbis: ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι pronomen demonstrativum a suo substantivo aliquot vocibus interiectis distractum observat Fluegel Observv. in Plutarch. Phocion. p. 6. 7, ubi vid. plura. Maluit verba τοῖσι κήποισι abiicere Cobet in Mnemosyn. IX. p. 296 seq., quo eodem auctore etiam in sequentibus verba ὡς ταύτην ἔσχον tanquam spuria sunt reiicienda, quae nos cum caeteris edd. retinenda duximus.

Βέρμιον — ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος] Koenius legi maluit ὑπὸ χιόνος. Quo certe haud opus. Nam intelligitur *mons inaccessus propter aëris intemperiem*. Conf. IV, 62. Valla reddiderat: *per hiemem inaccessus*, quem secutus Larcherus vertit: *inaccessible en hiver*. Langius vernacule: *der Kälte wegen*. Ad usum praepositionis ὑπὸ in talibus faciunt, quae ad Plutarch. Philopoem. p. 16 attuli. Et conf. ipsum Herodotum IV, 7. V, 10. Sic, ut hoc unum addam, Plutarch. Pericl. 16 ἀνάλωτος ὑπὸ χρημάτων. ἄβατος haud aliter in Plut. Arat. 5 fin. Mar. 39 fin. Sylla 22 fin., ubi ὑπὸ eodem modo additur. οὔρεα ἄβατα dixit Herodotus IV, 25. *Bermium* montem (τὸ Βέρμιον ὄρος) commemorat Strabo VII. §. 25. additque Bryges, Thracum gentem, olim hunc montem obtinuisse, unde qui transgressi in Asiam sint, Phryges nominatos esse: quibus verbis indicat, eam regionem, ubi hic mons invenitur, ad antiquissimas Macedoniae partes easque olim incultas pertinere: ad quas easdem Midam quoque Strabo refert XIV. p. 660, *Beroeam* autem ad montis huius radices (ἐν ταῖς ὑπωρείαις) sitam idem profert VII. §. 26. Itaque *Bermius* mons, quo montem *Barnum* (in quo nomine eandem subesse radicem vult C. O. Mueller: Ueber d. Maked. pag. 62) continuari dicunt, inter Lydiam et Haliacmonem situs et quidem non longe ab Haliacmone ad meridiem praeterfluente et ad occasum urbis Beroeae s., ut nunc retento fere nomine vetere vocant, *Verria*, unde inferioris Macedoniae planities mare versus extenditur, exsurgit. Vid. C. O. Mueller l. l. p. 6. 7 et qui de Beroea ac regione vicina nuper disputarunt Cousinéry: Voyage en Macedon. I. cap. 3 ac potissimum Leake: Travels in North. Greece I. p. 305. III. p. 290 seqq., qui ipse Bermium montem, quem ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος Noster dixit, ascendit et ad summum eius cacumen pervenit, cui nunc nomen *Dhoxá* vel frequentius *Xerolivadho*, a vico quodam, qui non longe remotus inde olim exstitisse fertur (vid. p. 297). Iam Herodotum si sequimur (vid. C. O. Mueller l. l. p. 24. 25. Leake l. l. p. 447), circa hanc Beroeam fuere Midae horti in monte Bermio intra Lydiam atque Haliacmonem, in ea igitur Macedonia, quae propria fuit ac primitiva, de qua dixi ad VII, 127. Aliter de his statuit Abel (Makedon. vor König Philipp pag. 110 seqq.), qui contra Herodoti et Strabonis testimonia Midae hortos in ea regione quaerit, quae paulo magis septentrionem versus sita intra montes Turla et Nitje, ut nunc vocantur, ad Lydiae fluvii ripas extenditur, ubi nunc est urbs *Vodhena* et olim fuit *Edessa* (s. *Aegae*), quam antiquissimam Macedonum sedem fuisse ferunt, ἑστίαν τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας appellat Diodorus XXII, §. 23 coll. Iustin. VII, 1. Tractavit haec quoque Delacoulonche in: Revue des sociétés savants V. p. 718 —723, duplicem famam in his distinguens, magis tamen inclinans ad eam opinionem, quam de Edessa protulit Abel modo expositam; cui assensus quoque Kortüm (Griech. Gesch. II. p. 158 not.) haec de Bermio Midaeque hortis adiicit, quae ipsius verbis transscribere placet: „Hier haben wir also das *Worms* (Borbetomagus, d. i. Siedfeld? Kel-

139 στρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίην. Ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε· Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξανδρος, Ἀμύντης δὲ Ἀλκέτεω, Ἀλκέτεω δὲ πατὴρ ἦν Ἀέροπος, τοῦ δὲ Φίλιππος, Φιλίππου δὲ Ἀργαῖος, τοῦ δὲ Περδίκκης ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω.

140 Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας ἀποπεμφθεὶς ὑπὸ Μαρδο-
1 νίου, ἔλεγε τάδε· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει· 687
Ἐμοὶ ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλέος, λέγουσα οὕτω· Ἀθηναίοισι

tisch wie Bermios, Barnos, Bormiscos? bei Stephanus B. *Βορμίσκος· χωρίον Μακεδονικόν*) der kurzen Makedonischen Heldenzeit mit seinen Rosengärten, aber ohne Chrimhild und Siegfried. Alles ist schaal und phantasielos."

Cap. CXXXIX.

Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε] Redit *ὧδε* in fine capitis. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 470, 1 not. et de argumento conf. nott. ad VIII, 137. Ad nomen *Ἀέροπος* haec adscripsit *Cr.*: „*ΑΕΡΟΠΟ* in numis, hinc scribendum ubivis *Aëropus*. *ΑΕΡΟΠΕ* etiam scriptum legitur in marmore Romano, nunc Heidelbergensi. Vide Addenda ad I. Eckhelii D. N. V. Vindobon. 1826. pag. 23 seq. et commentationem meam francogallicam de Servis not. 52." — In voce *Ἀργαῖος* libri scripti fluctuant. Florentinus cum duobus aliis *Ἀρραῖος*, alii *Ἀργαῖος*, atque sic etiam apud Iustinum VII, 2 pro *Argeo* (ut vulgo editum exstat) Bongarsius eumque secutus nuper Ieepius tenuit *Argaeo*, coll. Euseb. in Chronic. et Diodor. XVI, 2, ubi alius eadem gente prognatus *Ἀργαῖος*. E Goltzii numo cum afferatur *Ἀργείου βασιλέως*, Wesselingio corrigendum videbatur *Ἀργεῖος* et *Argeus*. Caeterum de his Macedonum regibus praeter ea, quae supra iam monuimus, conf. Clinton: Fast. Hellen. II. Append. IV. p. 235 seqq. ed. Krueger.

Cap. CXL.

§. 1.

Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας] „Igitur tunc quidem in urbem se rursus contulerant Athenienses: sed paulo post, cum versus urbem duceret Mardonius, denuo eam deseruere, conf. IX, 5 et 6." *Schweighaeus.* Quae continuo sequuntur accuratius perlegenti suspicio mihi nata est, ea, quae Mardonium h. l. dicentem adeoque pluribus exponentem facit pater historiae, e rhetorum atque sophistarum fluxisse scholis, in quibus scil. talia sedulo tractata esse novimus. Pertinet huc, alia ut taceam, templa incensa quod ille se denuo exstructurum esse promittit, pertinent huc ea, quae deinceps adiiciuntur, qualia Mardonii iussu nuntium vix elocutum esse credibile est. Tu confer, quae in simili argumento notavimus ad III, 40 et ad III, 80. Quod tamen non ita accipi velim, ut iis, quae pater historiae l. l. tradit, nullam fidem habendam esse censeam quippe prorsus confictis sive a patre historiae ipso sive ab eo, cui accepta haec ille debuit: etenim vel maxime verum esse censeo, Alexandrum Macedonem a Mardonio ad Athenienses missum esse iisdemque persuadere studuisse, ut ad Persas accederent: sed quae verba Alexandro tribuuntur, ea ab Herodoto sic composita esse existimo, ut laudis aliquid inde ad Athenienses redundaret, quibus quas partes in Graecia liberanda tribui voluerit Noster, aliis quoque locis compluribus declaravit: vid. VI, 108. VII, 138. 139. VIII, 3 coll. 94. 142 et quae ad hos locos annotavimus.

ἥκει] Male olim *ἧκε*, codd. refra-

τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων γενομένας πάσας μετίημι· νῦν τε ὧδε, Μαρδόνιε, ποίεε· τοῦτο μὲν τὴν γῆν σφι ἀπόδος, τοῦτο δὲ ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοί, ἥν τινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι· ἱρά τε πάντα σφι, ἤν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα. Τούτων δὲ ἀπιγμένων ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον ἀντίον γένηται. Λέγω δὲ ὑμῖν τάδε· νῦν τί μαίνεσθε, πόλεμον βασιλέϊ ἀνταειρόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε οἷοί τέ ἐστε ἀντέχειν τὸν πάντα χρόνον. εἴδετε μὲν γὰρ τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος καὶ τὰ ἔργα, πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν, ὥστε

gantibus. At habet ἥκει praeteriti notionem, ut ἥκειν (*venisse*) VIII, 141 et ἥκοντα. De Ionica terminatione vocis ἁμαρτὰς dixi ad I, 167. Quae sequuntur verba, e cod. Flor. cum Schweigh. et Gaisf. ita collocavi: τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων, vulgo τὰς ἐξ ἐκείνων ἐς ἐμέ, quod tenuerunt Schaefer, Matth. et recc. edd.

τὴν γῆν σφι ἀπόδος] Ad haec Valcken. bene confert Plutarch. Aristid. 10. p. 324 C et Diodor. XI, 28, qui cum Herodoto consentit. Atheniensium, ille addit, constantiam merito laudant oratores et sophistae, repellentium Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα: prae caeteris Demosthen. Philipp. I. §. 11. pag. 68 Reisk., ubi eadem de Alexandro Athenas misso narrantur. Tu vid. ibi Voemelii annotationem pag. 17. — In verbis proxime sequentibus ad imperativi formam ἑλέσθων (*eligant sibi*) vid. Bredov. pag. 337 similes formas complures e Nostro proferentem. αὐτονόμους i. e. *sui iuris esse* Athenienses quod voluit rex, id plenam libertatem in rebus publicis constituendis indicat, qua illos rex ita frui voluit, ut nullam legem extrinsecus impositam observarent, sed prorsus liberi suam sibi reipublicae formam constituerent nec cuiquam obedirent: hanc Graecorum αὐτονομίαν attigit C. Fr. Hermann., plura excitans in: Griech. Staatsalterth. §. 44. not. 1.

Τούτων δὲ ἀπιγμένων ἀναγκαίως ἔχει μοι κ. τ. λ.] Haec non regis sunt verba ad Mardonium directa, sed Mardonii, qui, ubi regis mandata exposuit, iam ad Athenienses se convertit his ipsis verbis: *his vero* (mandatis regiis) *ad me perlatis* s. haec cum ad me pervenerint (a rege) *plane necesse est me id facere, nisi quid a vestra parte mihi obstiterit* (i. e. nisi vos ipsi mihi obstiteritis). In quibus τὸ ὑμέτερον idem fere valere atque ὑμεῖς notavit Kuehner Gr. Gr. §. 474. not. 1, itemque Matth. Gr. Gr. §. 285 et 466, 3; de Platonicis, quae excitavit Valckenar. (I. p. 128 B. p. 176. II. p. 643 A) conf. Heindorf. ad Theaetet. §. 49. Pro αἴτιον, quod omnes libri scripti et edd. vett. habent, recepi cum Schweigh. et Gaisfordio Valckenarii emendationem ἀντίον, quam respuit Bekkerus; Dindorf. et Dietsch. receperunt ἀντίον, quod quin unum verum sit, dubitari nequit. — Ad locutionem πόλεμον ἀνταειρόμενοι vid. allata ad VI, 44.

ὑπερβάλοισθε] Hic quoque verbum ὑπερβάλλεσθαι *superandi, vincendi* significatu, ut VI, 13. VII, 163. 168. VIII, 24 ibique nott. IX, 28. — In verbis proxime sequentibus οἷοί τέ ἐστε quod Naber (in Mnemosyn. IV. pag. 7) reponi voluit ἔσεσθε, id cur praeferam, libris scriptis invitis, nullam utique perspicio causam idoneam.

πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν] i. e. *audivistis vero etiam copias, quae* (*quantae*) *nunc penes me sunt.* Plerique codd. παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν exhibent; ex Aldo Grono-

καὶ ἣν ἡμέας ὑπερβάλησθε καὶ νικήσητε (τοῦ περ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπὶς, εἴπερ εὖ φρονέετε), ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὤν βούλεσθε παρισεύμενοι βασιλέϊ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρης, θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν, ἀλλὰ καταλύσασθε. παρέχει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι, βασιλέος ταύτῃ ὡρμημένου. ἔστε ἐλεύθεροι, ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε
2 δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐνετείλατό μοι εἰπεῖν πρὸς ὑμέας. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ ἐμεῦ οὐδὲν λέξω· οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε. προσχρηΐζω δὲ ὑμέων, πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνο-

vius tenuerat παρέουσάν μοι, quod ipsum unus Parisinus codex praebet: alter Parisinus offert παρ' ἐμοὶ ἐοῦσαν, quod recentt. edd. inde a Bekkero receperunt; mihi hoc ex correctura quadam fluxisse videtur hominis praepositionem παρὰ in talibus cum tertio casu coniunctam observantis, in quibus quartum quoque casum poni posse recte iudicarunt Wesselingius et Valckenar., qui plura hanc in rem affert testimonia (Lexic. Coislin. pag. 485. Sophocl. Electr. 184. Isaei pag. 70, 25 [Orat. VIII. §. 16]. Thucydid. III, 3 ibique Abresch.). Itaque vulgatam libris scriptis probatam retinui, quam eandem tenuerunt Matthiae Gr. Gr. §. 588, c, α et Kuehner Gr. Gr. §. 615, 3, a, qui παρ' ἐμὲ reddi h. l. vult *penes me;* nec admodum recedit παρὰ cum accusativo iunctum apud Nostrum I, 86 (δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας). VI, 86. §. 1 (ubi vid. nott.), ubi significat *apud*, *iuxta*. In iis, quae continuo sequuntur: ὥστε καὶ ἣν ἡμέας ὑπερβάλησθε καὶ νικήσητε, verba καὶ νικήσητε a Graeculo quodam addita eiici vult Cobet (Mnemosyn. IX. p. 297), plane ut VIII, 24. V, 124 aliisque locis ὑπερβάλλεσθαι solum reperiatur positum. Quod me sentiente non impedit, quo minus hoc loco addi potuerit καὶ νικήσητε. Infra IX, 27 Herodotus scripsit: καὶ ἔργῳ τοσούτῳ ἐπιχειρήσαντες περιεγενόμεθα καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα. De ipsa verbi ὑπερβάλλεσθαι significatione paulo antea monuimus. — Ad vocem πολλαπλησίη vid. supra VIII, 10 ibique allata.

μὴ ὤν βούλεσθε] Ita e Florentin. et Sancrofti cod. nunc editum probante quoque censore Lipsiensi 1833 p. 44 et Ienensi 1828 nr. 186. p. 46. Vulgatum βούλησθε in Schaeferi editione legitur. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 511, 3. — Pro παρισεύμενοι in Florentino aliisque est παρισούμενοι, quae eadem lectionis varietas IV, 166. Tu vid. allata a Bredovio pag. 391. — Locutionem θέειν — περὶ ὑμέων illustrabunt, quae ad VII, 57 allata sunt. Afferunt autem h. l. ad Homeri Iliad. XIII, 245 aliosque locos, ubi verbum θέειν non tam *currere* significat, quam *festinare*, *satagere*, σπεύδειν.

ἀλλὰ καταλύσασθε] Valckenario placet: ἀλλὰ καταλύεσθε, ut infra §. 2 ἀλλὰ πείθεσθαι, adiicienti, particulam ἀλλὰ habere vim *obsecrandi*, qua saepius in talibus adhibeatur δὴ atque verbum ἀξιῶ. De significatione verbi καταλύεσθαι conf. nott. ad VII, 6 et infra IX, 11 ibique nott. Ad verbum παρέχει vid. citt. ad VIII, 8.

βασιλέος ταύτῃ ὡρμημένου] i. e. *cum rex eo feratur animo*, *cum haec regis sit voluntas*. Ad verbum ὡρμημένον conf. allata ad VII, 4 et infra IX, 59. De Thucydidis usu in his monuit Dobraeus ad Thucydid. VIII, 11. — Ad locutionem ὁμαιχμίην συντίθεσθαι conf. VIII, 144. 128. 120 (ibique nott.). VII, 145 (ibique nott.).

ρέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐν ὑμῖν, οὐκ ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον ἔχων λόγους τούσδε. καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλέος ἐστὶ καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. ἢν ὦν μὴ αὐτίκα ὁμολογήσητε, μεγάλα προτεινόντων ἐπ' οἷσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι, δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων, ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων μούνων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. ἀλλὰ πείθεσθε! πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισι
688 ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁρματάδας ἀπιεὶς ἐθέλει φίλος γενέσθαι.

§. 2.

ἐνορέω γὰρ ὑμῖν κ. τ. λ.] De structura vid. Matth. Gr. Gr. §. 536 et de verbo **ἐνορέω** allata ad I, 89. III, 53. V, 36. Intactum reliqui **ἐνώρων**, ut IX, 18. 68 **ὥρων**, aliis quoque locis obvium, licet in **ἐνώρεον** mutandum videatur, ut VIII, 37 **ἀπώρεον** et III, 118. IV, 203 **περιώρεον**. Vereor enim, ut in talibus Noster ad unam eandemque formam constantem adduci possit; cf. quae multa congessit Bredov. pag. 313. 383 seqq. 389. — In proxime antecedd. dedi **εἰπεῖν** pro **εἶπαι**, libris ita iubentibus. Vid. supra ad VIII, 65 allata. Ad **ἐξ ἐμεῦ** conf. VIII, 80.

χεὶρ ὑπερμήκης] Afferunt Ovidii illud in Heroidd. XVII, 166: „An nescis longas regibus esse manus", ubi conferri volunt Claudian. in Rufin. II, 26 ibique Barth. et proverbium Graecum **μακραὶ τυράννων χεῖρες**, quod **ἐπὶ τῶν ἄγαν δυναμένων** dici testatur Apostolius XI, 7. a. Quod praecedit, **ὑπὲρ ἄνθρωπον**, noto dicendi genere est: *humana omnia excedens, praeter humanam naturam*. Attulit Wesseling. Diss. Herod. XI. p. 200 locum Antigoni Carystii Hist. c. 7: **ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων**, et qui vel magis huc pertinet Eunapii Vit. Proaeres. pag. 149: **οὕτω τὰ πάντα ἦν ὑπὲρ ἄνθρωπον**. Ad sequens **προτεινόντων** subaud. **τῶν Περσέων**. De ipsa verbi significatione vid. allata ad VII, 160. Ad locutionem **ἐπ' οἷσι** vid. I, 141. IV, 145 et quae ad I, 22. III, 83. VII, 153 allata sunt.

ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων κ. τ. λ.] i. e. *cum vos inter omnes socios* (Graecos) *maxime in via trita habitetis* (omnibus igitur incursionibus eo facilius expositi) *indeque soli semper pereatis, quandoquidem prae caeteris terram, quae inter duas acies media quasi interiecta est, tenetis*. Ubi **μεταίχμιον** vocat Atticam inter Peloponnesum s. Isthmum, ubi Peloponnesiorum munimenta, et inter Graeciae partes septentrionales, quae Persis parent, mediam interpositam, in belli via quasi sitam, mediam inter gentes inimicas indeque, uti fit, ancipiti periculo pressam. Legitur vox **μεταίχμιον** VI, 77, ubi vid. nott. Addit Wesselingius Euripid. Phoeniss. 1370. Heraclid. 802; nec sane displicet ei, quod in pluribus exstat codicibus **ἐξαίρετον μεταίχμιόν τε**, cum, si qui praebuissent **ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον**, nemo certe id sperneret. Inde Eltz (Quaest. Herodd. fasc. II. p. 26 s. in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 342) scribi vult: **ἐξαίρετον μεταίχμιόν γε**, idque explicat: **ὅτε γε ἐξαίρετον μεταίχμιον τὴν γῆν ἔκτησθε**. Equidem in vulg. acquiescere malui cum recentt. edd., cum quibus revocavi **ἐκτημένων**, a Schweighaeusero auctoritate codd. nonnullorum mutatum in **κεκτημένων**; vid. Bredov. p. 287. Ad locutionem **ἐν τρίβῳ** idem Wesseling. affert Dionys. Halic. Antiqq. VI. [35] p. 368 et XI [cap. 54] p. 730, ubi **ἐν τρίβῳ κεῖσθαι**. Vox **τρίβος** de *via trita ac*

141 Ἀλέξανδρος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δὲ πυθόμενοι ἥκειν Ἀλέξανδρον ἐς Ἀθήνας ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ Ἀθηναίους, ἀναμνησθέντες τῶν λογίων, ὥς σφας χρεών ἐστι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων, κάρτα τε ἔδεισαν, μὴ ὁμολογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀθηναῖοι, αὐτίκα τέ σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ δὴ συνέπιπτε, ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. ἐπανέμειναν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι διατρίβοντες, εὖ ἐπιστάμενοι, ὅτι ἔμελλον Λακεδαιμόνιοι πεύσεσθαι ἥκοντα παρὰ τοῦ βαρβάρου ἄγγελον ἐπ' ὁμολογίῃ, πυθόμενοί τε πέμψειν κατὰ τάχος ἀγγέλους. ἐπίτηδες ὦν ἐποίευν ἐνδεικνύμενοι τοῖσι Λα-
142 κεδαιμονίοισι τὴν ἑωυτῶν γνώμην. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων

frequenti apud Xenophontem, Diodorum, alios legitur: vid. Thesaur. Ling. Graec. VII. pag. 2416 ed. Dindorf. Pro πείθεσθε Cobet (Mnemosyn. IX. p. 297) reponi vult πίθεσθε. — De duplicata vocula τε, quae etiam mox sic reperitur VIII, 141, vid. allata ad VII, 8. §. 1.

Cap. CXLI.

ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ] Dativum τῷ βαρβάρῳ refero ad ὁμολογίην, ut VII, 169 τὰ Μενέλεῳ τιμωρήματα, ubi vid. nott. Mox revocavi cum recentt. edd. χρεών, e Sancrofti libro a Schweighaeusero et Gaisfordio mutatum in χρεόν; tu vid. nott. ad V, 49. Quod ad ipsa haec oracula attinet, suspicionem viri docti movent, ficta ea esse illo ipso tempore et, tanquam antiquitus edita, prolata et sparsa inter Graecos, vel ad terrendos Lacedaemonios vel ad eos commovendos, ut a reliquorum Graecorum, Atheniensium inprimis societate, haud quaquam recederent. Ab iis vero Graecis, qui illo tempore Persis favebant eorumque res promovere studebant, haec oracula profecta esse putat Grote: History of Greece V. p. 200. Ac suspicatur Liber Baro de Reizenstein, hocce oraculum post Cimonis pugnam ad Cnidum commissam editum adeoque post eventum h. l. interpolatum esse. Equidem de his decernere quidquam nolim: satis habui attulisse virorum doctorum de his sententias.

καὶ δὴ συνέπιπτε, ὥστε κ. τ. λ.] Vid. supra VIII, 15 et de voce κατάστασις allata ad III, 46 et infra IX, 9. *Accidit* (haec est nostri loci sententia), *ut utrique simul* (in senatum s. in concionem) *verba facturi introducerentur*. Quae sequuntur, ἐπανέμειναν — διατρίβοντες (i. e. *diutius exspectaverat* Athenienses, *moras nectentes*), excitat Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 812, hinc notans apud Aeschylum aliquoties reperiri verbum contractum ἐπαμμένω. De verbo διατρίβειν plura allata invenies in Thesauro Ling. Graec. Vol. II. pag. 1359 seq. ed. Dind.

ἐπίτηδες ὦν ἐποίευν κ. τ. λ.] i. e. *de industria ita fecerunt, ut Lacedaemoniis hoc modo suam mentem declararent*. De voce ἐπίτηδες conf. III, 130. VII, 44. 168; verbum ἐνδείκνυσθαι attigimus in nott. ad III, 128. *Cr.* excitat Liban. Tom. IV. p. 1057 Reisk. Nabero (in Mnemosyn. IV. p. 25) scribendum placet ἀποδεικνύμενοι, quod sane frequentius sic legitur apud Nostrum (I, 170 ibique nott. VIII, 68. §. 1. conf. etiam nott. ad VIII, 49), nec tamen propterea hîc reponendum videtur.

Ἀλέξανδρος, διαδεξάμενοι ἔλεγον οἱ ἀπὸ Σπάρτης ἄγγελοι· Ἡμέας δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησομένους ὑμέων, μήτε νεώτερον ποιέειν μηδὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγους ἐνδέκεσθαι παρὰ τοῦ βαρβάρου. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα. ἠγείρατε γὰρ τόνδε τὸν πόλεμον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βουλομένων, καὶ περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο· νῦν δὲ φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλλως τε τούτων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι δουλο-

Cap. CXLII.

διαδεξάμενοι] sc. **τὸν λόγον**, i. e. *excipientes illius* (Alexandri) *sermonem* sive *statim post illum*. Vid. Stallbaum. ad Plat. De legg. X. p. 900 C. Ad verba **νεώτερον ποιέειν** conf. V, 35 ibique citt. et ad **κόσμον φέρειν** VIII, 60 init. Ad locutionem **λόγους ἐνδέκεσθαι** conf. nott. ad VII, 236. Locutionem **διὰ πάντων** (*prae caeteris*) attigi ad VIII, 37. Quod vero pro **οὔτε γε** Werfer in Actt. phill. Monacc. I. p. 259. 261 legi mavult **οὔ τί γε**, ut IV, 76 **μή τί γε** (ubi tamen vid. nott., nam eum ipsum ob locum G. Hermann. ad Viger. pag. 948 h. l. **οὔτοι γε** reponi vult), id quamvis probatum Eltzio (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. IX. p. 342), Dindorfio et Dietschio, qui in textum receperunt, recipere equidem nolui, cum istud **τι** hoc loco vix bene mihi explicari posse videatur, nec scripti libri addicant, in quorum duobus prorsus deest vocula **γε**. Ad **οὔτε** ait Schweighaeuserus haud incommode dein referri **ὑμῖν δέ**. In seqq. pro vulgo **ἐγείρατε** e pluribus libris scriptis revocavi **ἠγείρατε**, iubente Bredov. pag. 300, idemque reposuerunt Dindorf. et Dietsch; conf. supra VIII, 131.

καὶ περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς] Reposui cum Gaisf. et Negris. (qui exponit: **διὰ τὴν ἰδικήν σας ἐπικράτειαν**) **ἀρχῆς** libris scriptis iubentibus, quibus invitis Schaef., quem Schweigh., Bekker. et Dindorf. sequuntur, dederat **ἀρχὴν**, *omnino*, ut VIII, 128, ubi vid. nott. Ac probavit quoque Herold Quaest. Herodd. II. pag. 10. Sed Dietschius merito revocavit **ἀρχῆς**, quod ipsa sententia loci requirere mihi videtur. Wesselingius coniecerat **ἀρχῆθεν**, interpretans *de vestra regione primum decertatum fuit* et excitans Herod. VIII, 22 coll. 2.

νῦν δὲ φέρει κ. τ. λ.] Suppl. **ὁ ἀγών**: *nunc vero pugna*, quae proprie de vestro imperio orta est, *ad omnem pertinet adeo Graeciam:* de significatione verbi **φέρειν** conf. allata ad VIII, 137.

τούτων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι] Cum Gaisf., Bekkero, Dindorf., Dietsch. et censore Ienensi 1828 Ergänz. Bl. 45. pag. 348 restitui **τούτων ἁπάντων**, quod plerique tuentur libri scripti (nisi quod duo afferunt **πάντων**). Quod cum displiceret viris doctis nec satis cohaerere videretur cum sequentibus, in varias inciderunt coniecturas. Dorvillius scribi maluerat: **ἐκτός τε τουτέων ἁπάντων**, *praeter ea omnia* Athenienses etc.; quod quam frigidum sit, vix quemquam fugit. Nec minus frigere putem Reiskii emendationem **ἄνευ τουτέων ἁπάντων**; qui quod etiam **καὶ** post **γενέσθαι** addi voluit, idem iam Pavio in mentem venerat, qui hunc in modum quoque scribi posse coniecerat: **αἰτίους, αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης**, bis posita voce **αἰτίους**. H. Stephanus proposuerat **ἡγεῖσθαι** (pro **γενέσθαι**) **δουλοσύνης**, *primos e Graecis iugum servitutis subire;* quod ut probari posset, merito dudum verebatur Wesseling. Koenius coniecerat: **τούτων ἁπάντων ἐκτὸς αἰτίους γενέσθαι**. Lenior sane Val-

σύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους, οὐδαμῶς ἀνασχετόν, οἵ τινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. Πιεζομένοισι μέντοι ὑμῖν συναχθόμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν 689
ἐστερήθετε διξῶν ἤδη, καὶ ὅτι οἰκοφθόρησθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ τούτων δὲ ὑμῖν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλλονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα πάντα ἐπιθρέψειν, ἔστ' ἂν ὁ πόλεμος ὅδε συνεστήκῃ. Μὴ δὲ ὑμέας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀναγνώσῃ, λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον. τούτῳ μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα

ckenarii medicina τε post *αἰτίους* inserentis, quam particulam ita solam poni docent ad VII, 188 allata. Ac probatur haec emendatio Hoegero in Actt. phill. Monacc. III, 4. p. 525, ita tamen, ut particula τε post *δουλοσύνης* collocetur, absorpta scil. sequenti *τοῖσι*. Quod vero Schaeferus dederat *τούτων ἀπαντώντων*, merito idem Hoegerus respuit, quamvis Schweighaeusero probatum, qui de confusione utriusque vocis haud infrequenti plura profert. Quod equidem dedi, id Matth. Gr. Gr. §. 634, 1 poni ait pro: *τούτων ἁπάντων αἰτίους ὄντας, αἰτίους γενέσθαι*. Ac bene hanc lectionem tuetur Eltz. l. l. pag. 343, genitivos *τούτων ἁπάντων* a *δουλοσύνης* pendere ratus, adeo ut Herodotus hoc dicat: „*praetereaque, ut haec omnia in servitutem redigantur, auctores fieri Graecis Athenienses, res nullo modo ferenda;* qui semper et iam pridem multos homines in libertatem vindicaveritis.“ Verbis *ταῦτα ἅπαντα* idem intelligi putat *universam Graeciam*. Eltzium secutus Dindorf. Herodoti verba sic Latine expressit: „*horum igitur omnium auctores Graecis, praeter ea etiam servitutis fieri Athenienses, nullo modo foret tolerabile.*“

οἵ τινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι — ἀνθρώπων] „Hoc erat Atheniensibus, quibus semper Noster favet [conf. nott. ad VII, 139 et VIII, 140] *ἥδιστον*, ut arbitror, *ἀκρόαμα*. Eam in rem exempla quoque vetera, Herodoto nota atque illo recentiora collegerunt in Panathenaicis suis Isocrates et Aristides; quorum mores suorum popularium moribus opponens Lacedaemoniorum a p. 240 [cap. 13. §. 35] tandem concludit p. 283 B. [cap. 95. §. 241], Athenienses veteres fuisse *εἰρηνικοὺς καὶ φιλέλληνας καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας· Σπαρτιάτας δὲ ὑπεροπτικοὺς καὶ πολεμικοὺς καὶ πλεονεκτικούς.*“ *Valcken.* Pro vulg. *πιεζευμένοισι* Florentinus liber et Aldina dant *πιεζομένοισι* (ut omnes codd. I, 142. IX, 20. 60), quod recepi: vid. nott. ad I, 142. — Verbum *οἰκοφθορεῖν* attigi ad V, 29. Caeterum apte cum his comparat Grote (History of Greece V. p. 200) ea, quae supra VIII, 109 suadentem Atheniensibus facit Noster Themistoclem post pugnam Salaminiam Persis regressis: *καί τις οἰκίην τε ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω*, unde patet, aedes dirutas reficiendi et sementem faciendi tempus nondum nactos esse Athenienses, duplici frugum proventu privatos, et eo, quo Persae vastantes terram ipsos privaverant, et eo, quem e semente (quam in proximum annum facere non poterant) capere ipsis haud licuit.

τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα] *Servos domesticosque bello inutiles* explicat Wesseling. ad I, 120, coll. Aristid. II. p. 217. Tu conf. nott. ad Herod. l. l. et ad III, 25. In seqq. ad significationem verbi *συνεστήκῃ* cf. VII, 144 ibique nott. et ad *λεήνας* nott. ad VII, 9. §. 3. Schweigh. in Lex. Herod. II. p. 66 exponit: „*laevigare orationem alicuius* s. *laevam et glabram reddere*, quo facilius in animum intret audito-

ἐστί· τύραννος γὰρ ἐὼν τυράννῳ συγκατεργάζεται. ὑμῖν δέ γε οὐ ποιητέα, εἴ περ εὖ τυγχάνετε φρονέοντες, ἐπισταμένοισι, ὡς βαρβάροισί ἐστι οὔτε πιστὸν, οὔτε ἀληθὲς οὐδέν. Ταῦτα 143 ἔλεξαν οἱ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο τάδε· Καὶ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπιστάμεθα, ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῷ Μήδῳ δύναμις ἤ περ ἡμῖν, ὥστε οὐδὲν δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως, ἐλευθερίης γλιχόμενοι, ἀμυνεύμεθα οὕτω, ὅκως ἂν καὶ δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμεῖς πεισόμεθα. Νῦν δὲ ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇ περ καὶ νῦν ἔρχεται, μή κοτε

rum eosque commoveat ideoque commendare eam auditoribus."

τύραννος γὰρ ἐὼν τυράννῳ συγκατεργάζεται] i. e. *etenim tyrannus cum sit, tyranno operam quoque suam praestat;* haud aliter I, 162 Harpagus ὁ τῷ Κύρῳ τὴν βασιληΐην συγκατεργασάμενος. Ipsa sententia vere Graeca atque iis conveniens, quae Otanem de unius imperio s. tyrannide exponentem Noster facit III, 80, ubi vid. nott.

CAP. CXLIII.

Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο τάδε] „Hoc Aristide iusto dignum auctore huiusque aetatis Atheniensibus responsum merito miratur Aristid. Soph. in Panathen. p. 251. ταύτην, inquit, ἐγὼ τὴν ἀπόκρισιν τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας καὶ τῶν τροπαίων οὐχ ἧττον ἀξίαν ἡγοῦμαι θαυμάσαι. Responsi dignitatem oratione nimis protracta nonnihil imminuit Plutarch. Arist. [10] pag. 324 D." *Valckenar.*

ὥστε οὐδὲν δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν] Schweighaeuserus haec ita expressit: „*ut non opus sit de illa nos cum multa ostentatione admonere.*" Ad verba propius: *ut minime oporteat hoc nobis exprobrare* s. cum quadam increpatione adversus nos haec proferre in medium. Vid. VIII, 92 et, quem citant, Musgrav. ad Euripid. Orest. 4. Larcherus interpretatur *grossir avec emphase*, ὀνειδίζειν cum Musgravio intelligens: *efferre, amplificare oratione*, ut ἐξονειδίζειν apud Dion. Chrysost. Or. XXXI. pag. 321 D. Nec aliter fere Negris, quo auctore ὀνειδίζω h. l. est λαμπρύνω, διηγοῦμαι ἀλαζονικῶς, ἐπιδεικτικῶς.

ἐλευθερίης γλιχόμενοι] Ita optimi quique codd., *libertatis cupidi, libertatis desiderio accensi*, ut reddit Wesseling. Vid. II, 102 ibique nott. III, 72. Unus Sancrofti codex σκεπτόμενοι, i. e. *libertatis considerantes commoda* vel *praerogativas*, ut placet Valckenario, qui vulgatum γλιχόμενοι e nota marginali ex II, 102 repetita fluxisse putat. Mihi secus videtur. Ad formam futuri ἀμυνεύμεθα conf. Bredov. pag. 376. In seqq. reliqui πειρῶ, ut supra VIII, 57, Bredovio eodem auctore (p. 386) mutandum in πειρέο; sed cum eodem rescripsi ἡμεῖς pro ἡμέες, ut VIII, 22, ubi vid. nott. et VIII, cap. 144.

ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν κ. τ. λ.] Eadem fere habet Plutarch. in Aristid. 10 a Valcken. allatus. Similem iuramenti formulam ex Dionysio attigi ad IV, 201 coll. V, 92 §. 1. Add. Ellendt. ad Arrian. De exped. Alex. I, 9. §. 9. pag. 47. De structura particulae ἔστ' ἂν cum coniunctivo vid. supra VII, 141 (ibique laudd.). 158. VIII, 144, Baeumlein: Griech. Modi pag. 232 et, qui Herodoti quoque locum attigit, Bonitz in: Sitzungsbericht. d. k. k. Akadem. d. Wiss. hist. philol. Class.

ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοί
μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἐκεῖνος οὐδε-
μίαν ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα.
σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναί-
οισι· μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν, ἀθέμιτα ἔρδειν παραί-
νεε. οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν,
144 ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον. Πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ταῦτα

XVII, 3. pag. 451. De forma coniunctivi ἴῃ vid. Bredov. pag. 408. 411. Cobetum si audias (Mnemosyn. IX. p. 298), pro τῇ περ scribendum erit τήν περ; idem verba ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι male addita indeque eiicienda censet, ita ut verba sequentia μή κοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ ab imperativo ἀπάγγελλε pendeant, cum ad illa ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι bene referri nequeant. — Pro ἀμυνόμενοι haud opus cum Valckenario reponere ἀμυνεόμενοι, ut futuri sit participium. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 1117 et conf. Herodot. VI, 88. 108. VII, 207, quae una cum aliis pluribus attulit Strange in Iahn. et Seebod. Annall. Suppl. II, 2. p. 238. Verbum ἐπεξιέναι eodem significatu (*egrediendi contra hostem*) adhibitum invenimus VII, 223, idemque saepius hoc sensu apud Xenophontem, Thucydidem, alios: vid. modo Thesaur. Ling. Graec. Vol. III. pag. 1484 ed. Dindorf.

οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων] i. e. *nihil reveritus*, ut IX, 76, ubi Valckenar. excitat Salmas. ad Inscr. Herod. Att. p. 20, Graev. ad Hesiod. Opp. 187. Homericam esse locutionem docent Ili. XVI, 388. Odyss. XIV, 82. XX, 215. XXI, 28. Confer quoque Doederlein. in Glossar. Homeric. II. pag. 256. Ad seqq. ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα conf. nott. ad V, 102. Qua in locutione τοὺς οἴκους Noster intellexit *domos* deorum (in quibus insunt τὰ ἀγάλματα s. *statuae*, *imagines* deorum), i. e. templa, ut in inscriptione Graeca apud L. Ross. Inscriptt. Graecc. II. nr. 154, ubi tres Astypalaeenses ἀνέθηκαν τῷ Ἀπόλλωνι τὸν οἶκον, qua voce num aedes privatae (ex vulgari loquendi consuetudine) an aedes sacra (ναός, σηκός) significetur, se dubitare professus erat editor (p. 47), ullum locum sibi cognitum esse negans bonorum quidem Graecitatis auctorum, ubi οἶκος pro *sacra aede* s. templo, delubro usurpetur. Et qui in Thesaur. Ling. Graec. V. p. 1796 ed. Dindorf. afferuntur loci, ad serioris aetatis scriptores pertinent. Nec tamen dubitandum, quin Herodoteo hoc loco *deorum aedes* s. *templa* intelligenda sint; neque alio sensu Noster mox (cap. 144) dixit τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα, qui infra IX, 13 (καὶ εἴ κού τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν ἱρῶν) bene τὰ ἱρὰ et τὰ οἰκήματα distinxit. Hanc autem ipsam vocem crebro, inprimis apud Pausaniam, adhiberi de quavis aede, cella, fano, monuit Boetticher: Tektonik II. pag. 300. Et confer sis C. Fr. Hermann.: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 19. not. 6 edit. secund. — τοῦ λοιποῦ valet *in posterum*, ut I, 11 (ubi vid. nott.). II, 109.

ἀθέμιτα ἔρδειν] Pro vulg. ἀθέμιστα dedi cum editt. recentt. ἀθέμιτα, ut VII, 33, ubi vid. nott.; praebet id quoque unus e Parisinis codicibus. Ad sequens ἄχαρι vid. nott. ad I, 41. VI, 19. VIII, 13. Mox dedi παθεῖν pro παθέειν, ut I, 32, de quo monuit Bredov. pag. 326.

ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον] Vid. nott. ad VIII, 136. Addit Wesselingius, secundum Aristidem II. p. 217 Alexandrum ob hospitii praetextum sine noxa esse dimissum, sed teste Lycurg. in Leocr. §. 71. p. 156 (pag. 186 R.) parum abfuisse,

ὑπεκρίναντο, πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀγγέλους τάδε· Τὸ μὲν δεῖσαι Λακεδαιμονίους, μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ βαρβάρῳ, κάρτα ἀνθρωπήϊον ἦν. ἀτὰρ αἰσχρῶς γε οἴκατε, ἐξεπιστάμενοι τῶν Ἀθηναίων τὸ φρόνημα, ἀρρωδῆσαι, ὅτι οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος, οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. Πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύοντα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἢν ἐθέλωμεν· πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα, τοῖσι ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα μᾶλλον, ἤ περ ὁμολογέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ. αὖτις δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμό-

quin lapidibus ille cooperiretur (μικροῦ δεῖν κατέλευσαν).

CAP. CXLIV.

τῶν Ἀθηναίων τὸ φρόνημα] Ita Schweigh. et Gaisf. recte dederunt e Sancrofti codice pro vulg. τὸ Ἀθηναίων φρόνημα, quod ipsum cum Schaefero tenuit Bekker, quem Dindorf. et Dietsch. sequuntur. Nam loci sensus hic fere: sed turpiter quidem hoc vereri videmini, ut qui bene noritis, qui sit animus Atheniensium, quid statuant s. sentiant Athenienses. Valckenarius eum in modum Latine expresserat: „*cum Atheniensium animi magnitudinem habeatis exploratam, turpiter sane vereri videmini*"; Diodorum conferri dein iubet XI, 28 et Plutarch. Aristid. [cap. 10] p. 324 D. Aristid. T. III. p. 357. Tu conf. etiam Thucydid. V, 40 et vid. potissimum Herod. IX, 7. §. 7: ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σαφῶς. Quo loco ut ἐξεμάθετε dixit Noster, ita hoc loco scripsit ἐξεπιστάμενοι, ubi ad sensum satis erat dicere ἐπιστάμενοι, ut supra VIII, 3. 10. 141. 142. IX, 54. Sed consulto usus est verbo composito, in quo praepositione ἐξ augetur vis simplicis verbi; sic ἐξεπιστάμενοι I, 190. 193. III, 134. III, 146 (ubi adeo additur εὖ). VI, 138. IX, 66. VII, 39. Ad ipsam sententiam haud scio an huc quoque pertineat, quod apud Xenophontem legitur Memorabb. III, 5. §. 2: Ἀλλὰ μὴν (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) φιλοτιμότατοί γε καὶ φιλοφρονέστατοι πάντων εἰσίν, ἅπερ οὐχ ἥκιστα παροξύνει κινδυνεύειν ὑπὲρ εὐδοξίας τε καὶ πατρίδος.

ὑπερφέρουσα] i. e. *excellens, insignis*, ut IX, 96. IV, 75 coll. nott. ad IV, 125 et Matth. Gr. Gr. §. 358. Quod sequitur τά, non tam ad unum χώρην, quam ad omnem respicit sententiam praegressam. Verba seqq. τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα attigimus in nott. ad cap. 143. De forma perfecti ἐμπεπρησμένα (ubi aliquot libri ἐμπεπρημένα, de quo confer Lobeck. ad Sophocl. Aiac. pag. 318) vid. Bredov. pag. 348. — Ad locutionem: πρῶτα μὲν — αὖτις δὲ vid. Herod. IX, 78 et Matth. Gr. Gr. pag. 1204, qui idem §. 578 D. ad voces ἐς τὰ μέγιστα (i. e. *quam maxime*) consuli poterit. Attigit quoque hanc locutionem Kuehner Gr. Gr. §. 545. not. 5; tu conf. ἐς τὸ ἔσχατον apud Herodotum VII, 229 (ubi vid. nott.); ἐς τὰ μάλιστα I, 20. IV, 7. V, 28. Verbum τιμωρέειν *ulciscendi* notione obvium attigimus ad I, 103. ἀναγκαίως ἔχει dixit quoque Sophocles in Trach. vers. 720. συγχοῦν valet *destruere*, ita ut omnia confusa iaceant nec nisi ruinae supersint. Cf. IX, 13. Nonnihil distat VIII, 71, ubi vid. nott.

ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον] i. e. *Graeca gens sibi consanguinea et*

γλωσσον, καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ καὶ θυσίαι, ἤθεά τε ὁμότροπα, τῶν προδότας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ ἂν εὖ ἔχοι. ἐπίστασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπιστάμενοι, ἔστ' ἂν καὶ εἷς περιῇ Ἀθηναίων, μηδαμὰ ὁμολογήσαντες ἡμέας Ξέρξῃ. Ὑμέων μέντοι ἀγάμεθα τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν, ὅτι προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω, ὥστε ἐπιθρέψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται· ἡμεῖς μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω, ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. Νῦν δὲ, ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐπέμπετε. ὡς γὰρ ἡμεῖς εἰκάζομεν, οὐκ ἑκὰς χρόνου παρέσται ὁ βάρβαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμετέρην, ἀλλ' ἐπεὰν τάχιστα πύθηται τὴν ἀγγελίην, ὅτι οὐδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσεδέετο. πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον ἐς τὴν

eâdem linguâ utens s. sanguinis et linguae communione iuncta universa. Sic ὅμαιμος supra I, 151; de voce ὁμαιχμίη vid. allata ad VIII, 140. ὁμογλώσσους Graecos quoque dixit Mardonius VII, 9. Attigit Herodotea quoque Bachmann. ad Lycophron. Alexandr. 168. p. 48. — Ad ἤθεα ὁμότροπα vid. nott. ad II, 49.

εἰ μὴ πρότερον] Sancrofti liber εἰ μὴ καὶ πρότερον, quod recepit Stegerus (Ephem. Ien. 1828. nr. 186. pag. 46) probante censore Lipsiensi 1833. pag. 44. 45. Mihi istud καὶ e glossa fluxisse videtur. — Ad verbum ἀγάμεθα conf. nott. ad IV, 46 et ad οἰκέτας nott. ad VIII, 41. Scite Herodoti haec verba Langius Germanice sic reddidit: „Wir freuen uns zwar des Wohlwollens, so ihr gegen uns beweiset, dass ihr für uns arme Leute ohne Dach und Fach sorgen und unsere Hausgenossen ernähren wollt, und es ist wahr, das ist alles Mögliche (καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται, i. e. atque a vestra quidem parte beneficium expletum est, *vos quidem benevolentiae officio cumulate satisfecistis*, ut interpretatur Schweighaeuser in Lexic. Herodot. I. pag. 199); aber dennoch wollen wir noch ferner so bleiben, wie wir sind, und euch nicht *zur Last fallen*."

ἡμεῖς μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω] Schweigh. supplet ἔχοντες, ita interpretans: *nos tamen in hoc statu*, quo sumus, *manere perseverabimus, durabimus*. Cf. IX, 45. III, 51. I, 86. 94. Plura qui requirat, adeat Thesaur. Ling. Graec. Vol. V. pag. 316 ed. Dindorf. Ad significationem verbi λυπεῖν in seqq. conf. Herod. VII, 190: alia suppeditabit idem Thesaurus l. l. pag. 435 seq. Ad verba: ὡς οὕτω ἐχόντων (*cum res ita se habeant*) conf. Matth. Gr. Gr. §. 568, 1. Sophocli hanc locutionem frequentari notat Valckenarius. Tu vid. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 281. pag. 203 et conf. Ellendt in Lexic. Sophocl. I. p. 733. *Cr.* conferri vult Ast. ad Platon. Polit. II, 20. pag. 435 seq. — Verba οὐκ ἑκὰς χρόνου παρέσται valent: *non longo post tempore, brevi aderit barbarus;* de structura vocis ἑκὰς cum genitivo monuerunt Matthiae Gr. Gr. §. 340 et Kuehner Gr. Gr. §. 513, 5. Mox pro ἐπειδὰν, quod omnes utique libri scripti tenent, reposui ἐπεὰν, iubente Bredovio p. 38, quem etiam sequitur Dietschius, quoniam id sermo Herodoti flagitare videbatur, qui, alia ut taceam, quae plura attulit Bredovius l. l., etiam IV, 98 ἐπεὰν τάχιστα dixit. De structura verbi προσεδέετο cum duplici genitivo monuimus ad V, 40. — De locutione παρεῖναι εἴς τι cf. nott. ad I, 21. De vocula πρὶν,


Ἀττικὴν, ἡμέας καιρός ἐστι προσβωθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην. Οἱ μὲν, ταῦτα ὑποκριναμένων Ἀθηναίων, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην.

sequente infinitivo vid. nott. ad IX, 13.

ἡμέας καιρός ἐστι] Schaeferus, quem sequitur Bekkerus, invitis codd. dedit ὑμέας, dudum probantibus Valckenar. et Wesseling. ad IX, 7. At bene Schweigh. ἡμέας tuetur explicans: *nos* i. e. *Athenienses cum Lacedaemoniis,* citans IX, 6. 7. Quod sequitur προσβωθῆσαι (cf. de forma nott. ad VIII, 1), e Sancrofti libro ascivit Wesselingius, quem Schweighaeuser et Gaisford. secuti sunt, pro vulg. προβωθῆσαι, quod revocavit Bekkerus, itemque Dindorf. et Dietsch., qui istud προ haud scio an retulerint ad praecedens πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον, ut significet: *prius ad tutandos suos et ad occurrendum hosti se conferre*, quemadmodum interpretatur Schweighaeuser in Lexic. Herod. II. p. 232. At procul dubio verum est προσβωθῆσαι, i. e. *accurrere ad opem Graecis ferendam Persasque arcendos,* cum nuspiam alibi reperiatur in literarum Graecarum monumentis προβοηθεῖν verbum (vid. Thesaur. Ling. Graec. VI. p. 1660), admodum autem frequens adhibeatur προσβοηθεῖν, iunctum crebrius cum praepositione εἰς (ut βοηθεῖν apud Nostrum VI, 103. VIII, 72): vid. Thucydid. I, 50. 117. II, 22. 25. 79. 86. III, 6. 91. 97 etc. Diodor. III, 72 et Xenophontis locos in Lexic. Xenophont. Sturzii III. p. 206 et Polybii in Lexic. Polyb. Schweighaeuseri p. 525. Inde infra IX, 6: ἠντίασαν ἐς τὴν Βοιωτίην.

Οἱ μὲν — ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην] Haec verba, quae vulgò noni libri initio leguntur, Florentinus, Mediceus, alii ad octavi libri finem reiiciunt, quibus cum recentt. edd. obsecutus sum. Quin Florentinus haec eadem verba noni libri initio repetit: quod idem factum esse vidimus septimi libri in fine. — Ad verbum ὑποκριναμένων conf. Suidas s. v. III. pag. 556, qui exhibet ἀπηλλάσσοντο, de quo vid. Bredov. pag. 294.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ Η'.



ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ.

ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

691 ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ δὲ, ὥς οἱ ἀπονοστήσας Ἀλέξανδρος τὰ 1
παρ' Ἀθηναίων ἐσήμηνε, ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης ἦγε τὴν στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. ὅκου δὲ ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε. τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδὲν, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον

Cap. I.

τὰ παρ' Ἀθηναίων] Sic scripsi, ut VIII, 55, ubi vid. plura. Vulgo **τὰ παρὰ Ἀθηναίων**, quibus mente addi potest **λεχθέντα**: tu vid. supra VIII, 143, ubi quae Alexandro Athenienses responderint, leguntur. Infra IX, 5: **ἔλεγε τὰ παρὰ Μαρδονίου**.

ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης] Attigi ad VIII, 133. Incidit hoc in annum 479 a. Chr. n. Ac scribit Diodor. XI, 28. 30, Mardonium praeter copias a Xerxe acceptas habuisse plus ducenties mille viros e Thracia, Macedonia aliisque civitatibus consociatis, ita ut omnium fuerit summa quingenties mille. Quo sane pertinet, quod supra ad VII, 110 coll. I, 171 notavimus, Persas gentes victas vel ultro deditas secum duxisse in exercitu militantes, eoque etiam pertinent, quae mox hic leguntur: **τούτους παρελάμβανε**, i. e. *hos assumpsit*, ubi **τούτους** refertur ad antecedens **ὅκου**, i. e. **ἐν** s. **παρ' οἷς**, de qua synesi nuper disputavit Fr. Grueter: Ueber die Synesis oder Construction etc. (Monaster. 1855) §. 14.

τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι — μετέμελε οὐδέν] Par orationis structura VI, 3, ubi vid. nott. De particulis **οὔτε — τε** dixi ad VI, 1. **οἱ Θεσσαλίης ἡγεόμενοι** iidem sunt, qui mox cap. 2 vocantur **οἱ δυναστεύοντες** s. **οἱ δυνασταί**, V, 66. IX, 41, Thessaliae principes, inter quos potissimum *Aleuadae* (vid. nott. ad VII, 6), qui Larissae imperium tenebant, quorumque unus etiam ille fuit *Thorax*, cuius eiusdem mentio fit IX, 58 coll. Pindar. Pyth. X, 100 seqq. et Ovid. Ib. 325 (ubi *Larissaeus Aleuas*), qui Xerxem scil. e Graecia fugientem est comitatus. Namque Aleuadas Xerxis partes strenue amplexos esse novimus ex Herod. VII, 172. 174 coll. 130; eorumque exemplum reliquos etiam Thessaliae dynastas secutos esse probabile est. Quod sequitur, **πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν Πέρσην**, valet „interprete Aem. Porto, cu„ius etiam nos sententiam in nostra „versione expressimus: *multo magis* „*Persam* (adversus Graecos) *insti-*

τὸν Πέρσην, καὶ συμπροέπεμψέ τε Θώρηξ ὁ Ληρισσαῖος Ξέρ-
ξεα φεύγοντα, καὶ τότε ἐκ τοῦ φανεροῦ παρῆκε Μαρδόνιον ἐπὶ
2 τὴν Ἑλλάδα. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος γίνεται ὁ στρατὸς ἐν Βοι-
ωτοῖσι, οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον καὶ συνεβού-
λευον αὐτῷ, λέγοντες, ὡς οὐκ εἴη χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐν- 602
στρατοπεδεύεσθαι ἐκείνου, οὐδὲ ἔων ἰέναι ἑκαστέρω, ἀλλ' αὐ-
τοῦ ἰζόμενον ποιέειν, ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα κατα-

„*gabant.* Propius fortasse ad auctoris mentem Valla accesserat, totum locum sic reddens: *quos adeo* „*non poenitebat eorum, quae hactenus* „*egerant, ut etiam multo studiosius* „*Persam inducerent;* paulo commodius redderes: ut potius *ducerent* „*Persam, viam ei monstrarent*, qua „adversus Athenas pergeret; certe „instigatione aut invitatione opus „non habebat Mardonius, qui ut „paulo ante ait scriptor, ἦγε τὴν „στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθή„νας." Ita Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. I. p. 231 addens, quae pro usu verbi ἐπάγειν afferantur ab Henr. Stephano duo testimonia ex Herod. VI, ea ad Herodianum pertinere VI, 5. 6: quo tamen utroque loco aeque atque aliis locis in Thesauro Ling. Graec. Vol. III. p. 1309 ed. Dindorf. allatis ἐπάγειν significat *adducere* (exercitum adversus hostes); nec minus frequens idem verbum significatione *impellendi*, *instigandi*, quod satis testantur allata in eodem Thesauro l. l. pag. 1368. Quare equidem ad Aem. Porti et Vallae interpretationem redire malim loco convenientem, in quo Thessalorum principes Mardonium contra Athenas procedentem vel magis instigasse dicuntur, hoc ut perficeret. Neque unquam mihi persuaderi patiar, verbo ἐπάγειν significari: *viam monstrare alicui, aliquem viâ ducere.* — Ad locutionem ἐκ τοῦ φανεροῦ vid. nott. ad VIII, 126 et ad verbum παρῆκε nott. ad IV, 146. Pro Ληρισσαῖος unus Florentinus et hoc loco et IX, 58 Ληρισαῖος, quod Bekkerus et cum eo Dindorf. et Dietsch. receperunt, assentiente Bredov. pag. 97, qui hanc vocem aeque atque alias huius generis voces simplici litera σ exarandas censet. Equidem in his vulgatam retinere satius duxi, ut supra I, 149, accedente quoque Stephani Byzantini auctoritate s. v., licet in Scholiis Apollon. Rhod. I, 40 vocabulum hoc unâ literâ σ scriptum reperiatur.

Cap. II.

κατελάμβανον] „*cohibuerunt* pergendique in Atticam *impetum represserunt.*" *Wessel.* Malim equidem: (verbis) *retinere studuerunt*, ut II, 162. III, 36 (ubi vid. nott.). 52. V, 21. Quod sequitur, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ, idem fere est atque συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, quod supra VIII, 103 legitur; hoc autem loco μένειν facile ex ea, quae sequitur, sententia causam manendi declarante suppleri potest. — Ad verba ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι conf. nott. ad V, 23. IX, 7. ἐκείνου, sc. χώρου: negant enim ullum locum ad castra ponenda aptiorem esse *illo*, quem sc. nunc occupat in Thebanorum agris situm. οὐκ ἔων verto: *dissuadebant ulterius progredi.* Conf. V, 36 ibique nott. IX, 77.

ἀλλ' αὐτοῦ ἰζόμενον ποιέειν κ. τ. λ.] De structura cf. nott. ad VII, 104 et Kuehner. Gr. Gr. §. 852, k. Suppl. ἐκέλευον, quod ipsum expresse addit Pausan. IX, 13, 3. — In proxime seqq. sine causa opinor Stegerus et Bekkerus refinxerunt καταστρέψεται pro vulg. καταστρέψηται, quod omnibus libris probatum iure tuetur Censor Lipsiensis 1833. p. 48. Ad vocem ἀμαχητὶ, qua Homerus iam utitur Ili. XXI, 437, vid. allata ad IV, 11. Suspectam

στρέψηται. Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, οἵ περ καὶ πάρος ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι καὶ ἅπασι ἀνθρώποισι. Εἰ δὲ ποιήσεις, τὰ ἡμεῖς παραινέομεν, ἔφασαν λέγοντες, ἕξεις ἀπόνως ἅπαντα τὰ ἐκείνων βουλεύματα. πέμπε χρήματα ἐς τοὺς δυναστεύοντας ἄνδρας ἐν τῇσι πόλισι. πέμπων δὲ τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις· ἐνθεῦτεν δὲ τοὺς μὴ τὰ σὰ φρονέοντας ῥηϊδίως μετὰ τῶν στασιωτέων καταστρέψεαι. Οἱ μὲν ταῦτα συνεβούλευον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλά οἱ 3

habet Dindorfius in Xenophont. Cyropaed. IV, 2, 28, ubi vid. nott.

Κατὰ — τὸ ἰσχυρὸν] Indicat haec formula, de qua vid. nott. ad III, 65, *vi aperta atque armis*, et pertinet ad *χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι*, neque, ut proposuit Gail, qui accipi vult *valde*, *maxime*, *pro viribus* (Le philolog. IV. p. 337), ad verba *Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας*, quorum loco sane exspectabas *Ἑλλήνων ὁμοφρονεόντων*, quod ipsum reponi voluit Reiskius, libris scriptis omnibus invitis, qui in vulgata conspirant, quae sana si est, explicari nequit, nisi absolute positos accipias hosce accusativos, ut II, 66: *ταῦτα γινόμενα*, ubi conf. quae in notis allata sunt. Quamquam impeditiorem nostrum locum esse merito dixeris nec prorsus parem iis, quae Fischer ad Weller. III, 1. pag. 387 congessit, ac sane diversum ab ea structura, quam ad V, 103 observavimus. Quare Wannowski (Syntax. anom. Graecc. P. de constructione quae dicitur absoluta etc. pag. 174) accusativos absolutos, quos vocant, hîc statui posse negat; ad synchysin confugiendum esse putat eam, ex qua scriptor, initio sententiae accusativum ubi posuit, in mente habens verbum *νικᾶν* vel simile quoddam, ad quod hunc accusativum referret, mox accusativi prius positi oblitus aliud adhibuit verbum, alium casum atque accusativum flagitans: quale hoc est *χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι κ. τ. λ.* Ipsa loci sententia haud obscura: *etenim* contendunt, *vel summa vi adhibita Graecos superare* (subigere), *concordes cum sint*, *quales etiam antea fuerunt*, *vel cunctis hominibus esse difficile*. — *Cr.* laudat Klotz. ad Tyrtaeum p. 18.

χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι κ. τ. λ.] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 443, 1. — Ad *ἔφασαν λέγοντες* vid. V, 36 ibique nott. His verbis interiectis Noster in directam orationem transit, qui antea indirecta usus erat, verba *χαλεπὰ εἶναι κ. τ. λ.* ad antecedens *λέγοντες* referens. *τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις* accipio: *Graeciam distunges, in varias partes Graecos divides*. Intransitivo sensu *διαστήτην* Homerus dixit Ili. I, 6, quod Plutarchus imitatur in Num. 2. *διϊστάναι τὰς πόλεις* eodem quo Herodotus sensu dixit Aristides I. p. 482 s. 718. I. p. 489 s. 727. I. pag. 518 s. 769 Dind. Sed intransitive *διαστῆναι* Herod. IV, 11, ubi vid. nott. — Ad verba *ἐς τοὺς δυναστεύοντας ἄνδρας* conf. de significatione verbi *δυναστεύειν* nott. ad V, 66 et 97. — Ad locutionem *τὰ σὰ φρονέοντας* conf. nott. ad VII, 102.

Cap. III.

ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο] Auctor est Diodorus XI, 28, Mardonium in Boeotia commorantem pecuniam misisse principibus Peloponnesi civitatibus, quas a reliquorum Graecorum societate distraheret. Quo etiam illud videtur pertinere a Demosthene (Phil. III. p. 70 s. p. 121, 27 R.) traditum et a Plutarcho Themist. cap. 6. pag. 114 F, Arthmium Zelitem, qui pecuniam a rege attulerit ad Graecos corrumpendos, infamem declaratum esse ab Atheniensibus hostem Graeciae.

ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμε-

δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλεῖν, ἅμα μὲν ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἅμα δὲ πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν ἐόντι ἐν Σάρδισι, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. ὃς οὐδὲ τότε ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀττικὴν εὗρε τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἔν τε Σαλαμῖνι τοὺς πλείστους ἐπυνθάνετο εἶναι ἔν τε τῇσι νηυσὶ, αἱρέει τε ἐρῆμον τὸ ἄστυ. ἡ δὲ βασιλέος αἵρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην δεκάμηνος ἐγένετο.

4 Ἐπεὶ δὲ ἐν Ἀθήνῃσι ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος, πέμπει ἐς Σαλαμῖνα Μουρυχίδην, ἄνδρα Ἑλλησπόντιον, φέροντα τοὺς

ρος] i. e. *sed vehemens illum cupido incesserat.* Affert Wesseling. Oppian. Cyneg. III, 314: καὶ — βαλίων δὲ πόθος τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν, itemque Sophocl. Trach. 480 (478 Erf.): ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε, ubi plura olim interpretes de usu verbi διέρχεσθαι. Aptiora post attulisse video Apitzium in Adverss. p. 202 ad vs. 464. Ac sane propius huc facit Pausan. IV, 32. §. 4: τὸ μῖσος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους ἐνεστάχθαι, ubi praeter Herodoti locum afferunt Homericum ex Odyss. II, 271 (εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος). Plutarch. Agesil. 12 ὁ τοῦ παιδὸς ἔρως ἐνεσταγμένος. Quomodo quis suos in virtut. (II) p. 84 E.: φιλονεικία δὲ ὅτῳ καὶ φθόνος ἐνέστακται. — Pro vulg. ἑλέειν scripsi ἑλεῖν; vid. allata ad VI, 82.

ὑπ' ἀγνωμοσύνης] i. e. „*arrogantiâ, contumaciâ, stolidâ virium suarum fiduciâ fretus.*“ Ita Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 6. Gail. (Le philol. V. p. 245 seq. 250) Gallice reddi vult *irréflexion.* Tu vid. Herod. VII, 9. §. 2 ibique nott. IX, 4. Mutatam orationis structuram in verbis ἅμα μὲν — ἅμα δὲ — ἐδόκει attigit Matth. Gr. Gr. §. 633.

πυρσοῖσι] i. e. *facibus incensis et per Archipelagi insulas* una fere serie continuatis usque ad Asiae terram continentem Sardesque. Vid. nott. ad VII, 182. Quem ante vocem Ἀθήνας Schaeferus (quem sequitur Matth.) receperat articulum τὰς, cum reliqui edd. merito omiserunt. — De duplici τε in seqq. conf. allata ad VII, 8. §. 1.

ἐς τὴν ὑστεραίην] Ita e Florentino, aliis edidit Schweighaeuserus, quem Gaisf. et Matth. sequuntur. E Mediceo aliisque olim propagatum erat ὑστέρην, quod tenet Bekkerus, probante Schaefero, qui Apparat. Demosth. II. pag. 428 se vereri ait, ut Schweigh. recte dederit τὴν ὑστεραίην, quique bene attendi iubet ad articulum τὴν iteratum nec ullo modo delendum. Infra IX, 8 omnes libri, quantum scio, ἐς τὴν ὑστεραίην, idemque invenitur I, 126. IV, 113. Neque aliter VII, 54. 110 et IX, 15 legitur τῇ ὑστεραίῃ. Conf. etiam Bornemann. ad Xenophont. Cyropaed. IV, 2, 6. Hinc recte in Plutarch. Themistocl. 18 Sintenis (quem conf. pag. 119) reposuit τὴν ὑστεραίαν, ubi vulgo τὴν ὑστέραν. Add. Herodot. I, 126. Quae cum ita sint, retinendum duxi ἐς τὴν ὑστεραίην, licet Dindorf. et Dietsch. ἐς τὴν ὑστέρην, Bekkerum secuti, exhibuerint. Ipsa loci sententia haud dubia, quam sic indicavit Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. p. 350: „Mardonii expeditio adversus Athenas decem mensibus posterior fuit [urbe a Xerxe capta]; decimo mense post urbem a Xerxe captam suscepta est.“

Cap. IV.

Ἐπεὶ δὲ — ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος] Articulum ὁ e Florentino et Sancrofti libro nuper additum omisit Bekkerus, quem sequuntur Dindorf. et Dietsch., itemque ante hos

αὐτοὺς λόγους, τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε. ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δέ σφεας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δοριαλώτου ἐούσης πάσης τῆς Ἀττικῆς χώρης, καὶ ἐούσης ἤδη ὑπ' ἑωυτῷ· τούτων μὲν εἵνεκα ἀπέπεμψε Μουρυχίδην ἐς Σαλαμῖνα. Ὁ δὲ ἀπικόμενος ἐπὶ τὴν 5 βουλὴν ἔλεγε τὰ παρὰ Μαρδονίου. τῶν δὲ βουλευτέων Λυκίδης εἶπε γνώμην, ὥς οἱ ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι, δεξαμένους τὸν λόγον, τόν σφι Μουρυχίδης προφέρει, ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον. ὁ μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο, εἴ τε δὴ δεδεγμένος χρήματα παρὰ Μαρδονίου, εἴ τέ οἱ καὶ ταῦτα ἥνδανε. Ἀθη-

Schaefer et Matth., qui iidem etiam vulg. *Μουριχίδην* retinuerunt, ubi nunc editur *Μουρυχίδην*, cuius loco quod e Wesselingii editione Dindorfius retinuit *Μουρυχίδεα*, verum *Μουρυχίδην* exhibuit Florentinus cum aliis, idemque ego reposui cap. 5, ubi eundem Florentinum secutus dedi quoque *Λυκίδην* pro vulg. *Λυκίδεα*: vid. VIII, 131 ibique nott. Verbum *διεπόρθμευσε* (*attulit*) h. l. non sine insigniori quadam vi adhibitum esse patet de mandatis perferendis; conf. Thesaur. Ling. Graec. II. p. 1284 ed. Dindorf. Aliis Nostri locis valet *traducere*, *transportare* (copias, etc.), ut IV, 141. VIII, 130 coll. V, 52. In proxime sequentibus *ταῦτα* pro *διὰ ταῦτα* (*propterea*) accipi vult censor Ienensis 1828 (Ergänz. Bl. nr. 45. pag. 348) plura alia de hoc usu excitans. Equidem cum Schweighaeusero (Lexic. Herodot. I. p. 91) *ταῦτα* malim intelligere *τούτους τοὺς λόγους*, idque referre ad *ἀπέστελλε* (*haec* s. has conditiones a se propositas *iterum mittere constituit*), quod cur in *ἐπέστελλε* mutandum velit idem Schweighaeuserus, idoneam causam haud perspicio.

προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας] „*προέχων*, usu rariore, non aliud ac *πρότερον ἔχων*, *cum iam antea haberet*, nossetque adeo, *Atheniensium consulta*, *haud sane amica*. *φιλίους λόγους* ad eum modum VII, 163 et VIII, 106. Conf. Abreschii Animadverss. in Aeschin. II, 32.“ *Wesseling*. — Ad sequens *ὑπήσειν* vid. supra nott. ad III, 52. Mox scripsi *δοριαλώτου* pro *δορυαλώτου*: vid. nott. ad VIII, 74. Ad locutionem: *ἐούσης — ὑπ' ἑωυτῷ* conf. allata ad III, 45.

Cap. V.

ἄμεινον εἶναι] Vid. nott. ad III, 71. Ad seqq. *ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον* vid. nott. ad V, 79. Opponitur autem *τῷ δήμῳ* in proxime antecedentibus *ἡ βουλή*, qui senatus est Quingentorum Athenis constitutus: hunc vero senatum Solo constituit *προβουλεύειν τοῦ δήμου καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι*, teste Plutarcho in Solonis Vita cap. 19. p. 352. Nihil enim a populo decerni potuit, nisi de quo Senatus consultum antea factum esset: vid. modo C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 125. not. 10 ed. quart. — Ad locutionem *τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο* vid. nott. ad VIII, 49. Mox pro vulg. *ἑάνδανε* et h. l. et IX, 19 reposui *ἥνδανε*, quae imperfecti forma invenitur VII, 172 et VIII, 29; vid. Bredov. pag. 314 et Dindorf. in Comment. de dialect. Herodoti pag. XXXIII. — Ad locutionem *δεινὸν ποιησάμενοι* vid. nott. ad III, 14. — *οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς* dicuntur senatores, qui e senatu egressi, Lycidam circumstantes lapidibus obruerunt; et *οἱ ἔξωθεν* indicant reliquam turbam sive populi multitudinem foris stantem et, co-

ναῖοι δὲ αὐτίκα δεινὸν ποιησάμενοι, οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς καὶ οἱ ἔξωθεν, ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες Λυκίδην κατέλευσαν βάλλοντες, τὸν δὲ Ἑλλησπόντιον Μουρυχίδην ἀπέπεμψαν ἀσινέα. γενομένου δὲ θορύβου ἐν τῇ Σαλαμῖνι περὶ τὸν Λυκίδην πυνθά- 693
νονται τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες τῶν Ἀθηναίων, διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ καὶ παραλαβοῦσα, ἐπὶ τὴν Λυκίδεω οἰκίην ἤϊσαν αὐτοκελέες, καὶ κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν
6 γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. Ἐς δὲ τὴν Σαλαμῖνα διέβησαν οἱ Ἀθηναῖοι ὧδε. ἕως μὲν προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννήσου

gnita Lycidae propositione ad Senatum facta, inde accedentem ad Lycidam lapidibus obruendum: nam verba ὡς ἐπύθοντο ad solos τοὺς ἔξωθεν pertinere patet. Sic Demosthenes Pro coron. §. 196. pag. 293 τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροωμένους dicit, neque aliter Aeschines de falsa legat. §. 5 contr. Ctesiph. §. 56 coll. §. 207: quos locos attulit Kleyn in Mnemosyn. VIII. pag. 97.

κατέλευσαν] Vid. V, 38. IX, 120 et de ipso supplicii genere nott. ad V, 67. Larchero ad haec respicere videtur Lycurg. adv. Leocrat. p. 165 [p. 221 et 222 R.] §. 122, ubi haec leguntur: ἄξιον τοίνυν ἀκοῦσαι καὶ περὶ τοῦ ἐν Σαλαμῖνι τελευτήσαντος γενομένου ψηφίσματος, ὃν ἡ βουλή, ὅτι λόγῳ μόνῳ ἐνεχείρει προδιδόναι τὴν πόλιν, περιελομένη τοὺς στεφάνους αὐτοχειρὶ ἀπέκτεινεν. — Mox cum recentt. edd. dedimus: τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες, ubi vulgo: αἱ γυναῖκες τὸ γινόμενον, quod retinuit post Schaeferum Matthiae. In iis quae sequuntur: διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ καὶ παραλαβοῦσα — ἤϊσαν αὐτοκελέες, noli nominativos quos vocant absolutos statuere, cum hic locus ad eos potius pertineat, in quibus σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, ut grammatici loquuntur, valet, cum et totum et huius partes uno eodemque casu i. e. nominativo significentur. Conf. Geisler in Muetzell.: Zeitschrift f. Gymnas. XII. pag. 388 et vid. nott. ad VII, 157. Ipsa sententia loci haud obscura: „*cum una alteram co-„hortata esset femina eamque assum-„psisset, inde ultro omnes petierunt „Lycidae domum.*“ — De loci argumento bene ita disserit *Valcken.* „Idem si fatum ante decem menses subierat Cyrsilus, mirum est huius exemplo non fuisse Lycidam deterritum. Ignotum Herodoto plures Cyrsilum commemorant, cum Themistoclis iussu statuerent Athenienses, *ut urbe relicta — naves conscenderent, — Cyrsilum quendam, suadentem, ut in urbe manerent Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt;* sic scribit Cicero De off. III, 11 [ubi conf. Canter. et Beier. pag. 266] secutus Demosthenem De coron. pag. 174 [p. 296, 5—16 R.], ex quo Cyrsilus innotuit Harpocrationi, Hermogeni p. 448, aliis. Caute Aristides neque Cyrsilum nominat nec Lycidam, duo tamen diversos, ut puto, designans, qui non simillimo mortis genere perierint, in Panath. I. pag. 243 et T. III. pag. 356 ibique Schol. [p. 250 Frommel.]“ Ad diversa utique tempora utraque pertinet narratio; nisi alteram ex altera fluxisse existimes.

ἤϊσαν] Ita cum recentt. edd. dedi, ubi olim ἤεσαν sive ᾖσαν: conf. modo Bredov. pag. 408—410. Ad vocem αὐτοκελέες (i. e. *sponte, non ab alio iussae*) citant Soph. Trachin. 395 (393), ubi αὐτόκλητος. Ipsum atrox facinus attigit Aristid. II. pag. 217. Tmesin in seq. κατὰ μὲν ἔλευσαν — κατὰ δὲ notat Matth. Gr. Gr. §. 594, 2. Tu vide allata ad VIII, 89. Ipsa Herodoti verba affert Eustath. ad Homer. p. 601, 24 s. 457, 49.

Cap. VI.

προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννή-

στρατὸν ἕξειν τιμωρήσοντά σφι, οἱ δὲ ἔμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ σχολαίτερα ἐποίεον, ὁ δὲ ἐπιὼν καὶ δὴ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ἐλέγετο εἶναι, οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα καὶ αὐτοὶ διέβησαν ἐς Σαλαμῖνα· ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν μεμψομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ὅτι περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικήν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἠντίασαν ἐς τὴν Βοιωτίην, ἅμα δὲ ὑπομνήσοντας, ὅσα σφι ὑπέσχετο ὁ Πέρσης μεταβαλοῦσι δώσειν, προεῖπαί τε, ὅτι εἰ μὴ ἀμυνεῦσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ

σου στρατὸν] Articulum τὸν ante ἐκ vulgo illatum et a Schaefero, quem Matth. sequitur, retentum equidem cum recentt. edd. abieci, cum a Florentino, Sancrofti libro et tribus Parisinis codd. abesset: revocavit articulum ex Wesselingii editione Dietschius; in uno Parisino invenitur: προσεδόκουν τὸν ἐκ τῆς Π. στρατόν. — In seqq. ad verba οἱ δὲ ἔμενον ob particulae δὲ usum conf. Matth. Gr. Gr. §. 616. Tu vide sis quoque nott. ad I, 66 et IX, 60. 70. VIII, 115. In sequentibus οἱ μὲν ad *Peloponnesios* atque *Lacedaemonios* spectant, s. ad exercitum, quem e Peloponneso venturum esse opem ipsis laturum exspectaverant (ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι). — σχολαίτερα retinui cum Bredov. pag. 278, qui merito reiicit, quod in Sancrofti libro legitur σχολαιότερα. — Intactum reliqui ἐν τῇ Βοιωτίῃ, pluribus codd. probatum. Sancrofti liber cum aliis ἐς τὴν Βοιωτίην, quod praeferunt Grashof. in Schulzeit. (II). 1832 pag. 984 et Schaefer in Animadverss. ad Plutarchi Vit. Vol. V. pag. 285. Conf. Herod. I, 21.

οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα] De usu particularum οὕτω δὴ monuit Matth. Gr. Gr. §. 610. Tu vide, si tanti est, Herod. VIII, 40. 118. 132. IX, 18. 23. 34. 35. 49. 63. 70. 86. 103. 108. 118. — Verbum ὑπεκκομίζεσθαι (*clam exportare sua*) attigi ad VIII, 4.

ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον] Schaeferus, quem Matth. et Bekker itemque Dindorf. et Dietsch. sequuntur, ex uno Sancrofti libro dederat ἔπεμψαν. Equidem revocavi, quod reliqui libri ferebant. De ipsa legatione conf. Plut. Aristid. 10, qui solum Aristidem commemorat missum Lacedaemonem et Lacedaemoniis exprobrantem tarditatem; addit tamen Plutarchus in ipso Aristidis decreto, hunc non solum ferri legatum, sed Cimonem, Xanthippum et Myronidem. — Usum particulae τε semel positae attigi ad VII, 188.

προεῖπαι] „In προεῖπαν mutandum suspicabatur Koenius: *praeterea denuntiarunt, ni venirent Atheniensibus auxilio, hos sibi ipsos tutamen quoddam paraturos:* sic redderem Herodotea, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται, id est ἀποστροφὴν ἑτοιμάσονται vel ἐκποριοῦνται. Hoc significatu *sibi parandi* vel *adipiscendi* veteribus frequentatum εὑρέσθαι adhibuit aliquoties Herod. infra bis c. 26 et 28 ἄδειαν εὑρέσθαι vel εἰρήνην vel ἀγαθόν τι [cf. etiam III, 148] locutiones sunt usitatissimae: εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν dixit Isocrat. in Evag. pag. 191 E [cap. 5. §. 14]. vid. Dawes. in Misc. Crit. pag. 258." *Valcken.* Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 297 reddendum censuit: „*aliquod levamentum sibi parabunt, ils sauront trouver quelque soulagement.*" Vox ἀλεωρή, quae mali cuiusdam *effugium* s. *evitationem* proprie significat (conf. Hesychii Gloss. I. pag. 118 ed. M. Schmidt. et Homer. Ili. XXIV, 216), inde quoque *tutamenti* notionem assumpsit: tu vid. eundem Homerum



ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ.

ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

691 ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ δὲ, ὥς οἱ ἀπονοστήσας Ἀλέξανδρος τὰ 1
παρ' Ἀθηναίων ἐσήμηνε, ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης ἦγε τὴν στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. ὅκου δὲ ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε. τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδὲν, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον

Cap. I.

τὰ παρ' Ἀθηναίων] Sic scripsi, ut VIII, 55, ubi vid. plura. Vulgo *τὰ παρὰ Ἀθηναίων*, quibus mente addi potest *λεχθέντα*: tu vid. supra VIII, 143, ubi quae Alexandro Athenienses responderint, leguntur. Infra IX, 5: *ἔλεγε τὰ παρὰ Μαρδονίου*.

ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης] Attigi ad VIII, 133. Incidit hoc in annum 479 a. Chr. n. Ac scribit Diodor. XI, 28. 30, Mardonium praeter copias a Xerxe acceptas habuisse plus ducenties mille viros e Thracia, Macedonia aliisque civitatibus consociatis, ita ut omnium fuerit summa quingenties mille. Quo sane pertinet, quod supra ad VII, 110 coll. I, 171 notavimus, Persas gentes victas vel ultro deditas secum duxisse in exercitu militantes, eoque etiam pertinent, quae mox hic leguntur: *τούτους παρελάμβανε*, i. e. *hos assumpsit*, ubi *τούτους* refertur ad antecedens *ὅκου*, i. e. *ἐν* s. *παρ' οἷς*, de qua synesi nuper disputavit Fr. Grueter: Ueber die Synesis oder Construction etc. (Monaster. 1855) §. 14.

τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι — μετέμελε οὐδέν] Par orationis structura VI, 3, ubi vid. nott. De particulis *οὔτε — τε* dixi ad VI, 1. *οἱ Θεσσαλίης ἡγεόμενοι* iidem sunt, qui mox cap. 2 vocantur *οἱ δυναστεύοντες* s. *οἱ δυνασταί*, V, 66. IX, 41, Thessaliae principes, inter quos potissimum *Aleuadae* (vid. nott. ad VII, 6), qui Larissae imperium tenebant, quorumque unus etiam ille fuit *Thorax*, cuius eiusdem mentio fit IX, 58 coll. Pindar. Pyth. X, 100 seqq. et Ovid. Ib. 325 (ubi *Larissaeus Aleuas*), qui Xerxem scil. e Graecia fugientem est comitatus. Namque Aleuadas Xerxis partes strenue amplexos esse novimus ex Herod. VII, 172. 174 coll. 130; eorumque exemplum reliquos etiam Thessaliae dynastas secutos esse probabile est. Quod sequitur, *πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν Πέρσην*, valet „interprete Aem. Porto, cu„ius etiam nos sententiam in nostra „versione expressimus: *multo magis* „*Persam* (adversus Graecos) *insti-*

τὸν Πέρσην, καὶ συμπροέπεμψέ τε Θώρηξ ὁ Ληρισσαῖος Ξέρ-
ξεα φεύγοντα, καὶ τότε ἐκ τοῦ φανεροῦ παρῆκε Μαρδόνιον ἐπὶ
2 τὴν Ἑλλάδα. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος γίνεται ὁ στρατὸς ἐν Βοι-
ωτοῖσι, οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον καὶ συνεβού-
λευον αὐτῷ, λέγοντες, ὡς οὐκ εἴη χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐν- 602
στρατοπεδεύεσθαι ἐκείνου, οὐδὲ ἔων ἰέναι ἑκαστέρω, ἀλλ' αὐ-
τοῦ ἱζόμενον ποιέειν, ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα κατα-

„*gabant.* Propius fortasse ad aucto„ris mentem Valla accesserat, to„tum locum sic reddens: *quos adeo* „*non poenitebat eorum*, *quae hactenus* „*egerant, ut etiam multo studiosius* „*Persam inducerent;* paulo commo„dius redderes: ut potius *ducerent* „*Persam, viam ei monstrarent*, qua „adversus Athenas pergeret; certe „instigatione aut invitatione opus „non habebat Mardonius, qui ut „paulo ante ait scriptor, ἦγε τὴν „στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθή„νας." Ita Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. I. p. 231 addens, quae pro usu verbi ἐπάγειν afferantur ab Henr. Stephano duo testimonia ex Herod. VI, ea ad Herodianum pertinere VI, 5. 6: quo tamen utroque loco aeque atque aliis locis in Thesauro Ling. Graec. Vol. III. p. 1309 ed. Dindorf. allatis ἐπάγειν significat *adducere* (exercitum adversus hostes); nec minus frequens idem verbum significatione *impellendi*, *instigandi*, quod satis testantur allata in eodem Thesauro l. l. pag. 1368. Quare equidem ad Aem. Porti et Vallae interpretationem redire malim loco convenientem, in quo Thessalorum principes Mardonium contra Athenas procedentem vel magis instigasse dicuntur, hoc ut perficeret. Neque unquam mihi persuaderi patiar, verbo ἐπάγειν significari: *viam monstrare alicui, aliquem viâ ducere.* — Ad locutionem ἐκ τοῦ φανεροῦ vid. nott. ad VIII, 126 et ad verbum παρῆκε nott. ad IV, 146. Pro Ληρισσαῖος unus Florentinus et hoc loco et IX, 58 Ληρισαῖος, quod Bekkerus et cum eo Dindorf. et Dietsch. receperunt, assentiente Bredov. pag. 97, qui hanc vocem aeque atque alias huius generis voces simplici litera σ exarandas censet. Equidem in his vulgatam retinere satius duxi, ut supra I, 149, accedente quoque Stephani Byzantini auctoritate s. v., licet in Scholiis Apollon. Rhod. I, 40 vocabulum hoc unâ literâ σ scriptum reperiatur.

CAP. II.

κατελάμβανον] „*cohibuerunt* pergendique in Atticam *impetum represserunt.*" *Wessel.* Malim equidem: (verbis) *retinere studuerunt*, ut II, 162. III, 36 (ubi vid. nott.). 52. V, 21. Quod sequitur, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ, idem fere est atque συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, quod supra VIII, 103 legitur; hoc autem loco μένειν facile ex ea, quae sequitur, sententia causam manendi declarante suppleri potest. — Ad verba ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι conf. nott. ad V, 23. IX, 7. ἐκείνου, sc. χώρου: negant enim ullum locum ad castra ponenda aptiorem esse *illo*, quem sc. nunc occupat in Thebanorum agris situm. οὐκ ἔων verto: *dissuadebant ulterius progredi.* Conf. V, 36 ibique nott. IX, 77.

ἀλλ' αὐτοῦ ἱζόμενον ποιέειν κ. τ. λ.] De structura cf. nott. ad VII, 104 et Kuehner. Gr. Gr. §. 852, k. Suppl. ἐκέλευον, quod ipsum expresse addit Pausan. IX, 13, 3. — In proxime seqq. sine causa opinor Stegerus et Bekkerus refinxerunt καταστρέψεται pro vulg. καταστρέψηται, quod omnibus libris probatum iure tuetur Censor Lipsiensis 1833. p. 48. Ad vocem ἀμαχητί, qua Homerus iam utitur Ili. XXI, 437, vid. allata ad IV, 11. Suspectam

στρέψηται. Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, οἵ περ καὶ πάρος ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι καὶ ἅπασι ἀνθρώποισι. Εἰ δὲ ποιήσεις, τὰ ἡμεῖς παραινέομεν, ἔφασαν λέγοντες, ἕξεις ἀπόνως ἅπαντα τὰ ἐκείνων βουλεύματα. πέμπε χρήματα ἐς τοὺς δυναστεύοντας ἄνδρας ἐν τῇσι πόλισι. πέμπων δὲ τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις· ἐνθεῦτεν δὲ τοὺς μὴ τὰ σὰ φρονέοντας ῥηϊδίως μετὰ τῶν στασιωτέων καταστρέψεαι. Οἱ μὲν ταῦτα συνεβούλευον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλά οἱ 3

habet Dindorfius in Xenophont. Cyropaed. IV, 2, 28, ubi vid. nott.

Κατὰ — τὸ ἰσχυρὸν] Indicat haec formula, de qua vid. nott. ad III, 65, *vi aperta atque armis*, et pertinet ad *χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι*, neque, ut proposuit Gail, qui accipi vult *valde*, *maxime*, *pro viribus* (Le philolog. IV. p. 337), ad verba Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, quorum loco sane exspectabas Ἑλλήνων ὁμοφρονεόντων, quod ipsum reponi voluit Reiskius, libris scriptis omnibus invitis, qui in vulgata conspirant, quae sana si est, explicari nequit, nisi absolute positos accipias hosce accusativos, ut II, 66: *ταῦτα γινόμενα*, ubi conf. quae in notis allata sunt. Quamquam impeditiorem nostrum locum esse merito dixeris nec prorsus parem iis, quae Fischer ad Weller. III, 1. pag. 387 congessit, ac sane diversum ab ea structura, quam ad V, 103 observavimus. Quare Wannowski (Syntax. anom. Graecc. P. de constructione quae dicitur absoluta etc. pag. 174) accusativos absolutos, quos vocant, hîc statui posse negat; ad synchysin confugiendum esse putat eam, ex qua scriptor, initio sententiae accusativum ubi posuit, in mente habens verbum *νικᾶν* vel simile quoddam, ad quod hunc accusativum referret, mox accusativi prius positi oblitus aliud adhibuit verbum, alium casum atque accusativum flagitans: quale hoc est *χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι κ. τ. λ.* Ipsa loci sententia haud obscura: *etenim* contendunt, *vel summa vi adhibita Graecos superare* (subigere), *concordes cum sint, quales etiam antea fuerunt, vel cunctis hominibus esse difficile.* — *Cr.* laudat Klotz. ad Tyrtaeum p. 18.

χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι κ. τ. λ.] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 443, 1. — Ad *ἔφασαν λέγοντες* vid. V, 36 ibique nott. His verbis interiectis Noster in directam orationem transit, qui antea indirecta usus erat, verba *χαλεπὰ εἶναι κ. τ. λ.* ad antecedens *λέγοντες* referens. *τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις* accipio: *Graeciam distunges, in varias partes Graecos divides.* Intransitivo sensu *διαστήτην* Homerus dixit Ili. I, 6, quod Plutarchus imitatur in Num. 2. *διϊστάναι τὰς πόλεις* eodem quo Herodotus sensu dixit Aristides I. p. 482 s. 718. I. p. 489 s. 727. I. pag. 518 s. 769 Dind. Sed intransitive *διαστῆναι* Herod. IV, 11, ubi vid. nott. — Ad verba *ἐς τοὺς δυναστεύοντας ἄνδρας* conf. de significatione verbi *δυναστεύειν* nott. ad V, 66 et 97. — Ad locutionem *τὰ σὰ φρονέοντας* conf. nott. ad VII, 102.

CAP. III.

ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο] Auctor est Diodorus XI, 28, Mardonium in Boeotia commorantem pecuniam misisse principibus Peloponnesi civitatibus, quas a reliquorum Graecorum societate distraheret. Quo etiam illud videtur pertinere a Demosthene (Phil. III. p. 70 s. p. 121, 27 R.) traditum et a Plutarcho Themist. cap. 6. pag. 114 F, Arthmium Zelitem, qui pecuniam a rege attulerit ad Graecos corrumpendos, infamem declaratum esse ab Atheniensibus hostem Graeciae.

ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμε-

δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλεῖν, ἅμα μὲν ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἅμα δὲ πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν ἐόντι ἐν Σάρδισι, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. ὃς οὐδὲ τότε ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀττικὴν εὗρε τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἔν τε Σαλαμῖνι τοὺς πλείστους ἐπυνθάνετο εἶναι ἔν τε τῇσι νηυσὶ, αἱρέει τε ἐρῆμον τὸ ἄστυ. ἡ δὲ βασιλέος αἵρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην δεκάμηνος ἐγένετο.

4 Ἐπεὶ δὲ ἐν Ἀθήνῃσι ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος, πέμπει ἐς Σαλαμῖνα Μουρυχίδην, ἄνδρα Ἑλλησπόντιον, φέροντα τοὺς

ρος] i. e. *sed vehemens illum cupido incesserat.* Affert Wesseling. Oppian. Cyneg. III, 314: καὶ — βαλίων δὲ πόθος τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν, itemque Sophocl. Trach. 480 (478 Erf.): ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε, ubi plura olim interpretes de usu verbi διέρχεσθαι. Aptiora post attulisse video Apitzium in Adverss. p. 202 ad vs. 464. Ac sane propius huc facit Pausan. IV, 32. §. 4: τὸ μῖσος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους ἐνεστάχθαι, ubi praeter Herodoti locum afferunt Homericum ex Odyss. II, 271 (εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος). Plutarch. Agesil. 12 ὁ τοῦ παιδὸς ἔρως ἐνεσταγμένος. Quomodo quis suos in virtut. (II) p. 84 E.: φιλονεικία δὲ ὅτῳ καὶ φθόνος ἐνέστακται. — Pro vulg. ἑλέειν scripsi ἑλεῖν; vid. allata ad VI, 82.

ὑπ' ἀγνωμοσύνης] i. e. „*arrogantiâ, contumaciâ, stolidâ virium suarum fiduciâ fretus.*“ Ita Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 6. Gail. (Le philol. V. p. 245 seq. 250) Gallice reddi vult *irréflexion.* Tu vid. Herod. VII, 9. §. 2 ibique nott. IX, 4. Mutatam orationis structuram in verbis ἅμα μὲν — ἅμα δὲ — ἐδόκει attigit Matth. Gr. Gr. §. 633.

πυρσοῖσι] i. e. *facibus incensis et per Archipelagi insulas* una fere serie continuatis usque ad Asiae terram continentem Sardesque. Vid. nott. ad VII, 182. Quem ante vocem Ἀθήνας Schaeferus (quem sequitur Matth.) receperat articulum τὰς, eum reliqui edd. merito omiserunt. — De duplici τε in seqq. conf. allata ad VII, 8. §. 1.

ἐς τὴν ὑστεραίην] Ita e Florentino, aliis edidit Schweighaeuserus, quem Gaisf. et Matth. sequuntur. E Mediceo aliisque olim propagatum erat ὑστέρην, quod tenet Bekkerus, probante Schaefero, qui Apparat. Demosth. II. pag. 428 se vereri ait, ut Schweigh. recte dederit τὴν ὑστεραίην, quique bene attendi iubet ad articulum τὴν iteratum nec ullo modo delendum. Infra IX, 8 omnes libri, quantum scio, ἐς τὴν ὑστεραίην, idemque invenitur I, 126. IV, 113. Neque aliter VII, 54. 110 et IX, 15 legitur τῇ ὑστεραίῃ. Conf. etiam Bornemann. ad Xenophont. Cyropaed. IV, 2, 6. Hinc recte in Plutarch. Themistocl. 18 Sintenis (quem conf. pag. 119) reposuit τὴν ὑστεραίαν, ubi vulgo τὴν ὑστέραν. Add. Herodot. I, 126. Quae cum ita sint, retinendum duxi ἐς τὴν ὑστεραίην, licet Dindorf. et Dietsch. ἐς τὴν ὑστέρην, Bekkerum secuti, exhibuerint. Ipsa loci sententia haud dubia, quam sic indicavit Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. p. 350: „Mardonii expeditio adversus Athenas decem mensibus posterior fuit [urbe a Xerxe capta]; decimo mense post urbem a Xerxe captam suscepta est.“

CAP. IV.

Ἐπεὶ δὲ — ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος] Articulum ὁ e Florentino et Sancrofti libro nuper additum omisit Bekkerus, quem sequuntur Dindorf. et Dietsch., itemque ante hos

αὐτοὺς λόγους, τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθη-
ναίοισι διεπόρθμευσε. ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προ-
έχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δέ σφεας
ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δοριαλώτου ἐούσης πάσης τῆς
Ἀττικῆς χώρης, καὶ ἐούσης ἤδη ὑπ' ἑωυτῷ· τούτων μὲν εἵνεκα
ἀπέπεμψε Μουρυχίδην ἐς Σαλαμῖνα. Ὁ δὲ ἀπικόμενος ἐπὶ τὴν 5
βουλὴν ἔλεγε τὰ παρὰ Μαρδονίου. τῶν δὲ βουλευτέων Λυκί-
δης εἶπε γνώμην, ὥς οἱ ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι, δεξαμένους τὸν
λόγον, τόν σφι Μουρυχίδης προφέρει, ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον.
ὁ μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο, εἴ τε δὴ δεδεγμένος
χρήματα παρὰ Μαρδονίου, εἴ τέ οἱ καὶ ταῦτα ἥνδανε. Ἀθη-

Schaefer et Matth., qui iidem etiam vulg. Μουριχίδην retinuerunt, ubi nunc editur Μουρυχίδην, cuius loco quod e Wesselingii editione Dindorfius retinuit Μουρυχίδεα, verum Μουρυχίδην exhibuit Florentinus cum aliis, idemque ego reposui cap. 5, ubi eundem Florentinum secutus dedi quoque Λυκίδην pro vulg. Λυκίδεα: vid. VIII, 131 ibique nott. Verbum διεπόρθμευσε (*attulit*) h. l. non sine insigniori quadam vi adhibitum esse patet de mandatis perferendis; conf. Thesaur. Ling. Graec. II. p. 1284 ed. Dindorf. Aliis Nostri locis valet *transiicere*, *transportare* (copias, etc.), ut IV, 141. VIII, 130 coll. V, 52. In proxime sequentibus ταῦτα pro διὰ ταῦτα (*propterea*) accipi vult censor Ienensis 1828 (Ergänz. Bl. nr. 45. pag. 348) plura alia de hoc usu excitans. Equidem cum Schweighaeusero (Lexic. Herodot. I. p. 91) ταῦτα malim intelligere τούτους τοὺς λόγους, idque referre ad ἀπέστελλε (*haec* s. has conditiones a se propositas *iterum mittere constituit*), quod cur in ἐπέστελλε mutandum velit idem Schweighaeuserus, idoneam causam haud perspicio.

προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας] „προέχων, usu rariore, non aliud ac πρότερον ἔχων, *cum iam antea haberet*, nossetque adeo, *Atheniensium consulta*, *haud sane amica*. φιλίους λόγους ad eum modum VII, 163 et VIII, 106. Conf. Abreschii Animadverss. in Aeschin. II, 32.“ *Wesseling*. — Ad sequens ὑπήσειν vid. supra nott. ad III, 52. Mox scripsi δοριαλώτου pro δορυαλώτου: vid. nott. ad VIII, 74. Ad locutionem: ἐούσης — ὑπ' ἑωυτῷ conf. allata ad III, 45.

Cap. V.

ἄμεινον εἶναι] Vid. nott. ad III, 71. Ad seqq. ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον vid. nott. ad V, 79. Opponitur autem τῷ δήμῳ in proxime antecedentibus ἡ βουλή, qui senatus est Quingentorum Athenis constitutus: hunc vero senatum Solo constituit προβουλεύειν τοῦ δήμου καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι, teste Plutarcho in Solonis Vita cap. 19. p. 352. Nihil enim a populo decerni potuit, nisi de quo Senatus consultum antea factum esset: vid. modo C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 125. not. 10 ed. quart. — Ad locutionem τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο vid. nott. ad VIII, 49. Mox pro vulg. ἑάνδανε et h. l. et IX, 19 reposui ἥνδανε, quae imperfecti forma invenitur VII, 172 et VIII, 29; vid. Bredov. pag. 314 et Dindorf. in Comment. de dialect. Herodoti pag. XXXIII. — Ad locutionem δεινὸν ποιησάμενοι vid. nott. ad III, 14. — οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς dicuntur senatores, qui e senatu egressi, Lycidam circumstantes lapidibus obruerunt; et οἱ ἔξωθεν indicant reliquam turbam sive populi multitudinem foris stantem et, co-

ναῖοι δὲ αὐτίκα δεινὸν ποιησάμενοι, οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς καὶ οἱ ἔξωθεν, ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες Λυκίδην κατέλευσαν βάλλοντες, τὸν δὲ Ἑλλησπόντιον Μουρυχίδην ἀπέπεμψαν ἀσινέα. γενομένου δὲ θορύβου ἐν τῇ Σαλαμῖνι περὶ τὸν Λυκίδην πυνθά- 693
νονται τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες τῶν Ἀθηναίων, διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ καὶ παραλαβοῦσα, ἐπὶ τὴν Λυκίδεω οἰκίην ἤϊσαν αὐτοκελέες, καὶ κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα.
6 Ἐς δὲ τὴν Σαλαμῖνα διέβησαν οἱ Ἀθηναῖοι ὧδε. ἕως μὲν προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννήσου

gnita Lycidae propositione ad Senatum facta, inde accedentem ad Lycidam lapidibus obruendum: nam verba ὡς ἐπύθοντο ad solos τοὺς ἔξωθεν pertinere patet. Sic Demosthenes Pro coron. §. 196. pag. 293 τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροωμένους dicit, neque aliter Aeschines de falsa legat. §. 5 contr. Ctesiph. §. 56 coll. §. 207: quos locos attulit Kleyn in Mnemosyn. VIII. pag. 97.

κατέλευσαν] Vid. V, 38. IX, 120 et de ipso supplicii genere nott. ad V, 67. Larchero ad haec respicere videtur Lycurg. adv. Leocrat. p. 165 [p. 221 et 222 R.] §. 122, ubi haec leguntur: ἄξιον τοίνυν ἀκοῦσαι καὶ περὶ τοῦ ἐν Σαλαμῖνι τελευτήσαντος γενομένου ψηφίσματος, ὃν ἡ βουλή, ὅτι λόγῳ μόνῳ ἐνεχείρει προδιδόναι τὴν πόλιν, περιελομένη τοὺς στεφάνους αὐτοχειρὶ ἀπέκτεινεν. — Mox cum recentt. edd. dedimus: τὸ γινόμενον αἱ γυναῖκες, ubi vulgo: αἱ γυναῖκες τὸ γινόμενον, quod retinuit post Schaeferum Matthiae. In iis quae sequuntur: διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ καὶ παραλαβοῦσα — ἤϊσαν αὐτοκελέες, noli nominativos quos vocant absolutos statuere, cum hic locus ad eos potius pertineat, in quibus σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, ut grammatici loquuntur, valet, cum et totum et huius partes uno eodemque casu i. e. nominativo significentur. Conf. Geisler in Muetzell.: Zeitschrift f. Gymnas. XII. pag. 388 et vid. nott. ad VII, 157. Ipsa sententia loci haud obscura: „*cum una alteram co-* „*hortata esset femina eamque assumpsisset, inde ultro omnes petierunt* „*Lycidae domum.*" — De loci argumento bene ita disserit *Valcken.* „Idem si fatum ante decem menses subierat Cyrsilus, mirum est huius exemplo non fuisse Lycidam deterritum. Ignotum Herodoto plures Cyrsilum commemorant, cum Themistoclis iussu statuerent Athenienses, *ut urbe relicta — naves conscenderent, — Cyrsilum quendam, suadentem, ut in urbe manerent Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt;* sic scribit Cicero De off. III, 11 [ubi conf. Canter. et Beier. pag. 266] secutus Demosthenem De coron. pag. 174 [p. 296, 5—16 R.], ex quo Cyrsilus innotuit Harpocrationi, Hermogeni p. 448, aliis. Caute Aristides neque Cyrsilum nominat nec Lycidam, duo tamen diversos, ut puto, designans, qui non simillimo mortis genere perierint, in Panath. I. pag. 243 et T. III. pag. 356 ibique Schol. [p. 250 Frommel.]" Ad diversa utique tempora utraque pertinet narratio; nisi alteram ex altera fluxisse existimes.

ἤϊσαν] Ita cum recentt. edd. dedi, ubi olim ἤεσαν sive ᾖσαν: conf. modo Bredov. pag. 408—410. Ad vocem αὐτοκελέες (i. e. *sponte, non ab alio iussae*) citant Soph. Trachin. 395 (393), ubi αὐτόκλητος. Ipsum atrox facinus attigit Aristid. II. pag. 217. Tmesin in seq. κατὰ μὲν ἔλευσαν — κατὰ δὲ notat Matth. Gr. Gr. §. 594, 2. Tu vide allata ad VIII, 89. Ipsa Herodoti verba affert Eustath. ad Homer. p. 601, 24 s. 457, 49.

Cap. VI.

προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννή-

στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι, οἱ δὲ ἔμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ σχολαίτερα ἐποίεον, ὁ δὲ ἐπιὼν καὶ δὴ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ἐλέγετο εἶναι, οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα καὶ αὐτοὶ διέβησαν ἐς Σαλαμῖνα· ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν μεμψομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ὅτι περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἠντίασαν ἐς τὴν Βοιωτίην, ἅμα δὲ ὑπομνήσοντας, ὅσα σφι ὑπέσχετο ὁ Πέρσης μεταβαλοῦσι δώσειν, προεῖπαί τε, ὅτι εἰ μὴ ἀμυνεῦσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ

σου στρατὸν] Articulum τὸν ante ἐκ vulgo illatum et a Schaefero, quem Matth. sequitur, retentum equidem cum recentt. edd. abieci, cum a Florentino, Sancrofti libro et tribus Parisinis codd. abesset: revocavit articulum ex Wesselingii editione Dietschius; in uno Parisino invenitur: προσεδόκουν τὸν ἐκ τῆς Π. στρατόν. — In seqq. ad verba οἱ δὲ ἔμενον ob particulae δὲ usum conf. Matth. Gr. Gr. §. 616. Tu vide sis quoque nott. ad I, 66 et IX, 60. 70. VIII, 115. In sequentibus οἱ μὲν ad *Peloponnesios* atque *Lacedaemonios* spectant, s. ad exercitum, quem e Peloponneso venturum esse opem ipsis laturum exspectaverant (ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι). — σχολαίτερα retinui cum Bredov. pag. 278, qui merito reiicit, quod in Sancrofti libro legitur σχολαιότερα. — Intactum reliqui ἐν τῇ Βοιωτίῃ, pluribus codd. probatum. Sancrofti liber cum aliis ἐς τὴν Βοιωτίην, quod praeferunt Grashof. in Schulzeit. (II). 1832 pag. 984 et Schaefer in Animadverss. ad Plutarchi Vit. Vol. V. pag. 285. Conf. Herod. I, 21.

οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα] De usu particularum οὕτω δὴ monuit Matth. Gr. Gr. §. 610. Tu vide, si tanti est, Herod. VIII, 40. 118. 132. IX, 18. 23. 34. 35. 49. 63. 70. 86. 103. 108. 118. — Verbum ὑπεκκομίζεσθαι (*clam exportare sua*) attigi ad VIII, 4.

ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον] Schaeferus, quem Matth. et Bekker itemque Dindorf. et Dietsch. sequuntur, ex uno Sancrofti libro dederat ἔπεμψαν. Equidem revocavi, quod reliqui libri ferebant. De ipsa legatione conf. Plut. Aristid. 10, qui solum Aristidem commemorat missum Lacedaemonem et Lacedaemoniis exprobrantem tarditatem; addit tamen Plutarchus in ipso Aristidis decreto, hunc non solum ferri legatum, sed Cimonem, Xanthippum et Myronidem. — Usum particulae τε semel positae attigi ad VII, 188.

προεῖπαι] „In προεῖπαν mutandum suspicabatur Koenius: *praeterea denuntiarunt, ni venirent Atheniensibus auxilio, hos sibi ipsos tutamen quoddam paraturos:* sic redderem Herodotea, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται, id est ἀποστροφὴν ἑτοιμάσονται vel ἐκποριοῦνται. Hoc significatu *sibi parandi* vel *adipiscendi* veteribus frequentatum εὑρέσθαι adhibuit aliquoties Herod. infra bis c. 26 et 28 ἄδειαν εὑρέσθαι vel εἰρήνην vel ἀγαθόν τι [cf. etiam III, 148] locutiones sunt usitatissimae: εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν dixit Isocrat. in Evag. pag. 191 E [cap. 5. §. 14]. vid. Dawes. in Misc. Crit. pag. 258.“ *Valcken.* Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 297 reddendum censuit: „*aliquod levamentum sibi parabunt, ils sauront trouver quelque soulagement.*“ Vox ἀλεωρή, quae mali cuiusdam *effugium* s. *evitationem* proprie significat (conf. Hesychii Gloss. I. pag. 118 ed. M. Schmidt. et Homer. Ili. XXIV, 216), inde quoque *tutamenti* notionem assumpsit: tu vid. eundem Homerum

7 αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται. Οἱ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὅρταζόν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καί σφι ἦν Ὑακίνθια· περὶ πλείστου δ' ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν· ἅμα δὲ τὸ τεῖχός σφι τὸ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐτείχεον, καὶ ἤδη ἐπάλξις ἐλάμβανε.

Ὡς δὲ ἀπίκοντο ἐς τὴν Λακεδαίμονα οἱ ἄγγελοι οἱ ἀπ' Ἀθηναίων, ἅμα ἀγόμενοι ἔκ τε Μεγάρων ἀγγέλους καὶ ἐκ
1 Πλαταιέων, ἔλεγον τάδε ἐπελθόντες ἐπὶ τοὺς ἐφόρους· Ἔπεμψαν ἡμέας Ἀθηναῖοι λέγοντες, ὅτι ἡμῖν βασιλεὺς ὁ Μήδων τοῦτο μὲν τὴν χώρην ἀποδιδοῖ, τοῦτο δὲ συμμάχους ἐθέλει ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ ἡμετέρῃ διδόναι, τὴν ἂν

in Iliad. XII, 57. XV, 333. Hesiod. Opp. et D. 402. Aristoph. Vesp. 613 et conf. Doederlein: Hom. Glossar. I. pag. 68. Sed cum Koenio ut reponas **προεῖπαν**, id minime opus, cum subitus h. l. sit orationis transitus, qualem alibi quoque in his libris reperimus. Qui enim supra dixerat **ἔπεμπον ἀγγέλους**, iam dixit **προεῖπαι**, ac si praecessisset **ἐκέλευον τοὺς ἀγγέλους**. — In verbis **εἰ μὴ ἀμυνεῦσι** ausus non sum scribere **ἀμυνέουσι** (conf. Bredov. p. 340. 376 et Abicht: Quaest. de dialect. Herodot. Spec. I. p. 34), cum Noster VIII, 143 habeat **ἀμυνεύμεθα** et VII, 134 **ἀποθανευμένους**. Ad particulas **ὅτι** — **ὡς**, quarum altera abundat, vid. Matth. Gr. Gr. §. 628, 3. Idem iam supra notavimus ad III, 71. Alia dabit Strange in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. III. pag. 591.

Cap. VII.

Ὑακίνθια] Attigit Plutarch. II. pag. 873 E et in Vit. Aristid. 10, priore loco Herodotum pro more cavillans sine ulla causa; vid. Lahmeyer: De libelli Plutarchei, qui de malignit. Herod. inscrib. pag. 76. Quod antecedit **ὅρταζον**, recte se habet neque mutandum in **ὥρταζον**, quod Sancrofti liber praebet; vid. Bredov. pag. 306. De ipso festo vid. nott. ad VII, 206 et IX, 11. Quae sequuntur: **πλείστου δ' ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν** (i. e. *maximi faciebant rem divinam curare* s. *administrare*), attuli ad V, 63, ubi vid. nott.

καὶ ἤδη ἐπάλξις ἐλάμβανε] Pro vulg. **ἐπάλξεις** scripsi **ἐπάλξις**, monente Bredovio pag. 265. Pro **καὶ δὴ**, quod cum Schaefero tenent Matth., Bekker et recc. edd., equidem cum reliquis dedi **καὶ ἤδη**, quod etiam h. l. citans ad Aelian. N. A. I, 24 affert Iacobs, exponens *statim* et subitam subiecti, quod dicitur, mutationem bene notans. De ipso muro vid. nott. ad VIII, 71. — De *ephoris* diximus ad VI, 63. 82 coll. ad V, 39. Etenim exterarum civitatum legati ad Spartanos missi ab Ephoris publice recipiebantur, qui illos vel statim dimitterent vel, si digna videretur res, de qua Spartani deliberarent, ad populi concionem producerent verba facturos; conf. quae attulit Lachmann: Spartan. Staatsverfass. pag. 213 et vid. ad Herod. VI, 106 allata.

§. 1.

ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ] i. e. *aequa conditione*. Sic plane Thucydid. I, 26, cuius locum affert Viger. p. 96. Neque aliter Xenophon in Hellen. VII, 1, 1: **ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις τὴν συμμαχίαν εἶναι**. Plura vid. nott. ad IX, 26. Quod sequitur: **ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης**, frequenter sic iunctum reperiri monuit Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 222 (244 ed. Lips.) coll. Dorvill.

694 αὐτοὶ ἑλώμεθα. ἡμεῖς δὲ, Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες, καὶ τὴν
— Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ καταινέσαμεν, ἀλλὰ ἀπ-
ειπάμεθα, καί περ ἀδικεόμενοι ὑπ' Ἑλλήνων καὶ καταπροδιδόμε-
νοι, ἐπιστάμενοί τε ὅτι κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ
μᾶλλον ἤπερ πολεμέειν· οὐ μὲν οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες εἶναι 2
καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλλη-
νας. Ὑμεῖς δὲ ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι, μὴ ὁμολογή-
σωμεν τῷ Πέρσῃ, ἐπεί τε ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σα-
φέως, ὅτι οὐδαμὰ προδώσομεν τὴν Ἑλλάδα, καὶ διότι τεῖχος ὑμῖν
διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐλαυνόμενον ἐν τέλεϊ ἐστι, καὶ δὴ λόγον οὐδένα
τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε, συνθέμενοί τε ἡμῖν τὸν Πέρσην

ad Chariton. pag. 392. Ac Livium afferunt, qui I, 53 hunc prorsus in modum coniunxit: „*fraude ac dolo*."

Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες] *Iovem Graecis communem reveriti* interpretatur Valcken. citans Aristoph. Eqq. 1250 Pind. Nem. V, 19, ubi ab Aeaco cognominis originem repetunt scholiastae. Nam in Aegina insula Iovis Panhellenii templum, ubi Aeacus sacra fecisse fertur; de quo vid. Pausan. I, 44. §. 13. II, 29. §. 6 coll. II, 30. §. 3. 4. Isocrat. Euagor. pag. 191 E. [cap. 5. §. 14]: tu conf. etiam supra allata ad III, 59. Sed aliis quoque Graecorum in civitatibus cultus est Iuppiter Ἑλλήνιος, quem Syracusarum numi ostendunt, de quibus vid. Burmann. ad Dorvill. Sicull. pag. 345 seq., qui p. 346 plura de hoc Iove excitavit, de quo recentiore aetate disputarunt Eméric David: Iupiter II. pag. 553, Creuzer. Symbol. III. p. 139 ed. tert. et Welcker: Griech. Götterlehre II, 1. pag. 210. De Syracusarum numis Iovem Ἑλλήνιον praebentibus etiam consuli potest Eckhel. Doctr. N. I. pag. 244. — Ad δεινὸν ποιεύμενοι conf. nott. ad III, 14; de voce μᾶλλον post comparativum κερδαλεώτερον inserta vid. I, 31 ibique nott. — Particulas οὐ μὲν οὐδὲ notavi ad VIII, 130 et VI, 45. Locutionem ἑκόντες εἶναι attigi ad VII, 164.

§. 2.

καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων — ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας] Ad voces τὸ ἀπ' ἡμέων vid. nott. ad I, 159 et VII, 101. Quod sequitur ἀκίβδηλον, cum proprie ad numos spectet haud corruptos, ad alia quaevis mox transfertur, ut κίβδηλος, de quo vid. I, 66. Verbum νέμεται Portus reddiderat: in Graecis *inpenditur* s. *distribuitur*. Schweighaeuserus in Lex. Her. II. p. 122 reddi maluit: *quod a nobis in Graecos proficisci debet, id sincero animo eis tribuimus.*

ἐπεί τε ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα] Vid. nott. ad VIII, 144. Apodosis, ad quam verba pertinent initio periodi posita ὑμεῖς — ἀπικόμενοι, incipit a verbis καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε. In seqq. ad usum verbi ἐλαύνειν vid. nott ad VII, 139. De ipso muro conf. VIII, 71 ibique nott. Mox optimi quique codd. ἐν τέλεϊ, quod etiam habet Matth. Gr. Gr. §. 577, qui idem §. 295, 1 affert, quod IX, 8 legitur πρὸς τέλεϊ, ut apud Dion. Chrysost. Or. LXI. pag. 583 D. et Plat. Menex. init., ubi ἐπὶ τέλεϊ.

ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι] Schaeferus libris invitis dederat τῷ Πέρσῃ, quod idem in mentem venerat Valckenario; equidem cum reliquis edd. revocavi accusativum, quem verbo ἀντιάζειν addi posse, plures loci commonstrant: II, 141. IV, 80. 118. 121 ibique citt. Hom. Ili. I, 31. Ac praeterea duo tum concurrent dativi, quamquam ἡμῖν ad συνθέμενοι (de cuius verbi usu vid. supra allata ad VIII, 120. 140.

ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην προδεδώκατε, περιείδετέ τε ἐσβαλόντα ἐς τὴν Ἀττικὴν τὸν βάρβαρον. Ἐς μέν νυν τὸ παρεὸν Ἀθηναῖοι ὑμῖν μηνίουσι· οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως· νῦν δὲ ὅτι τάχος στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκέλευσαν ὑμέας ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκώμεθα ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίης, τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδεώτατόν ἐστι
8 *ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον. Ὡς δὲ ἄρα ἤκουσαν οἱ ἔφοροι ταῦτα, ἀνεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι, τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐς τὴν ἑτέρην. τοῦτο καὶ ἐπὶ δέκα ἡμέρας ἐποίεον, ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον, σπουδὴν ἔχοντες πολλὴν πάντες Πελοποννήσιοι· καί σφι ἦν πρὸς τέλεϊ. οὐδ' ἔχω εἶπαι τὸ αἴτιον, διότι ἀπικομένου μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνας σπουδὴν μεγάλην*

§. 1) spectare satis apparet. Quod vero Gail. Le philol. IV. p. 245 h. l. ita interpretatur: *Persam coacturos, ut nobis occurrat*, malim equidem reddere: *Persae obviam ire ad pugnam.* — Sequens *ἐς τὸ παρεὸν* attigi ad VII, 29 fin., verbum *μηνίειν* ad VII, 169. Verba: *οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως* (i. e. *neque enim commode, recte fecistis*) leniter dicta, monente Schweighaeusero in Lexic. Herod. I. p. 269, accipiantur pro: *male fecistis.* Tu vid. de adverbio *ἐπιτηδέως* IV. 139 ibique nott. — Ad formulam *ὅτι τάχος* conf. Matth. Gr. Gr. §. 624. De particulis *ὡς ἂν*, quas coniunctivus excipit, vid. modo I, 5 ibique allata, I, 11. 36.

ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον] Duo codd. *ἐπιτηδέστατον*, merito illud quidem reiectum a Valckenario, qui laudat Suidam s. v. *εὐήλατον* I. p. 888 et geminos locos Herodoti IX, 25. Thucyd. II, 20. Sed pro olim vulg. *μαχέσασθαι* merito nunc iisdem e libris receptum *ἐμμαχέσασθαι*, ut IX, 2 *ἐνστρατοπεδεύεσθαι*, de quo vid. nott. ad VII, 59 Matth. Gr. Gr. §. 533. not. 2 et Kuehner. Gr. Gr. §. 650. not., qui Herodotea verba sic explicavit: *ἐπιτηδεώτατον ἦν μαχέσασθαι ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ*: dicunt enim Atheniensium legati: *nostrae quidem terrae maxime opportunus ad pugnandum locus est campus Thriasius.* Similia ad h. l. excitavit Wesseling. Appiani B. Civ. IV, 106. Philon. Vit. Mos. II. p. 659 B. De Numer. Septen. p. 1187 A. — De *Thriasio* campo vid. nott. ad VIII, 65.

Cap. VIII.

ἤκουσαν] Schaeferus, quem Bekk. sequitur, *ἄκουσαν*. Equidem cum reliqq. edd. scriptos libros eo magis sequi malui, quod Noster constanter in hoc verbo augmento utitur: vid. locos a Bredovio congestos pag. 297. — Quod sequitur *ἀναβάλλεσθαι*, est *differre*, ut V, 49. VI, 86. Ad *τῇ ὑστεραίῃ* vid. notata ad IX, 3. — Mox pro *τοῦτο δὲ*, quod habent Schaeferus et Matthiae, dedi cum recentt. edd. unum *τοῦτο*, abiectâ particulâ *δέ*. Ad locutionem *ἐπὶ δέκα ἡμέρας* (*per decem dies*) conf. allata ad I, 166. III, 59. V, 28. Quod sequitur *ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι* (*de die in diem differentes* s. *moras nectentes*), attulit Kuehner Gr. Gr. §. 599, 2. Sponte in mentem venit Livii illud XXV, 25: „cum is *diem de die* differret“ et V, 48: „*diem de die* prospectans“. Nos: „*von einem Tag zum andern, von Tag zu Tag.*“ — Ad verba *καί σφι ἦν πρὸς τέλεϊ* ex antecedente *ἐτείχεον* mente repetendum *τὸ τεῖχος*, ut recte monuit Kuehner Gr. Gr. §. 414, 4, qui plura similia profert. Ad verba

ἐποιήσαντο μὴ μηδίσαι Ἀθηναίους, τότε δὲ ὤρην ἐποιήσαντο οὐδεμίαν, ἄλλο γε ἢ ὅτι ὁ Ἰσθμός σφι ἐτετείχιστο, καὶ ἐδόκεον Ἀθηναίων ἔτι δέεσθαι οὐδέν· ὅτε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀττικήν, οὔ κω ἀπετετείχιστο, ἐργάζοντο δὲ μεγάλως καταρρωδηκότες τοὺς Πέρσας.

Τέλος δὲ τῆς τε ὑποκρίσιος καὶ ἐξόδου τῶν Σπαρτιητέων 9 ἐγένετο τρόπος τοιόσδε. τῇ προτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταστάσιος μελλούσης ἔσεσθαι, Χίλεος, ἀνὴρ Τεγεήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστα ξείνων, τῶν ἐφόρων ἐπύθετο πάντα λόγον, τὸν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον. ἀκούσας δὲ ὁ Χίλεος ἔλεγε ἄρα σφι τάδε· Οὕτω ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι· Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων, καί περ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. ἀλλ' ἐσακούσατε,

ὤρην ἐποιήσαντο οὐδεμίαν vid. nott. ad III, 155 et de verbo ἀποτειχίζειν nott. ad VI, 36. — Ad usum formulae ἄλλο γε ἤ, quae respicit ad priora οὐδ' ἔχω εἶπαι τὸ αἴτιον, faciunt, quae ad Xenophont. Memorab. II, 1, 17 Schneider et ad Platon. Phaedon. pag. 32 Heindorf. disputaverunt.

CAP. IX.

καταστάσιος] i. e. *pridie eius diei, quo ultimum ad ephoros accessuri* et cum iis *acturi erant*, sive, ut Schweighaeuserus reddit: *pridie eius diei, quo ultimam apud ephoros audientiam habituri legati erant.* Vid. nott. ad III, 46 et VIII, 141. — In seqq. pro Χίλεος apud Plutarch. Themist. 6 fin. invenitur Χείλεως, *Arcas.* Nec aliter apud eundem II. pag. 871 F. 872 A. Magis ad Herodotum, notante Valckenar., accedit Polyaenus V, 30, qui eandem rem ex Herodoto referens habet Χίλιος Ἀρκὰς ἐν Λακεδαίμονι διατρίβων, ubi haud scio an Χίλεος refingendum sit. De ipso argumento conf. etiam Mueller: Die Dorer I. pag. 182. Ad locutionem δυνάμενος — μέγιστα conf. nott. ad V, 66. Ad usum particulae ἄρα in verbis ἔλεγε ἄ ρ α σφι conf. supra allata ad VIII, 8. Attulit hunc quoque locum I. C. Heller in: Philolog. XIII. p. 80, ubi de particula ἄρα pluribus disputat eamque h. l. reddi vult: *in Folge dessen, inde s. ex pacto, composito.*

ἀρθμίων] De hac voce vid. VI, 83 ibiq. citt. — Usum verbi ἐλαύνειν in seqq. attigi ad VII, 139. Quod sequitur καρτεροῦ, e melioribus libris revocavi cum recentt. edd. pro κρατεροῦ, quod Schaeferus tenuit, eumque secutus Dietsch., licet Bekker et Dindorf. exhibuerint καρτεροῦ. Tu vid. VIII, 12 ibique nott.

μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται] i. e. *magnae portae apertae sunt*, sive, ut ait Polyaenus l. l., πολλὰς διαβάσεις ἔξουσιν εἰς τὴν Πελοπόννησον οἱ βάρβαροι. Citat Herodotea Eustath. ad Ili. p. 78 in. s. 58, 40, ubi ἀναπέπτανται. De perfecti forma ἀναπεπτέαται, quae ab ἀναπέπταμαι deducenda est, conf. Bredov. pag. 331. In Luciani Ἀλεκτρ. §. 29 (ἤδη ἀ ν α π έ π τ α τ α ι ὥσπερ κλειδὶ ἡ θύρα) formam Atticam ἀναπέπταται nuper revocavit Fritzschius aliosque Luciani locos, ubi idem obvium, indicavit p. 147. Ad usum vocis κλισιάδες Wesseling. attulerat Plutarch. II. pag. 360 A. et Wetsten. ad Corinth. I. cap. 16, 9. Tu vide, quae ipsi attulimus ad Plutarch. Alcibiad. p. 110. 111.

10 πρίν τι ἄλλο Ἀθηναίοισι δόξαι, σφάλμα φέρον τῇ Ἑλλάδι. Ὁ μέν σφι ταῦτα συνεβούλευε. οἱ δὲ φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον, αὐτίκα φράσαντες οὐδὲν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι ἀπιγμένοισι ἀπὸ τῶν πολίων, νυκτὸς ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων, καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλωτέων, Πανσα-

σφάλμα φέρον τῇ Ἑλλάδι] Ita e Florentino et Sancrofti libro editum pro vulg. *τῇ Ἑλλάδι φέρον*, quod cum Schaefero ex Matthiaeo tenent recentt. edd. inde a Bekkero. Ipsa locutio obvia Herod. VII, 6, ubi vid. nott. De verbo *ἐσακούειν* dixi ad IX, 60. Inde totius loci haec est sententia: *at audiatis Athenienses s. morem geratis Atheniensibus, antequam aliud quid his placuerit* (aliud consilium hi ceperint), *quod Graeciae* (toti) *malum* (calamitatem) *afferat.*

Cap. X.

φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον] Vid. nott. ad III, 41.

καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλωτέων] „Vereor una cum Cl. de Pauv, ut haec Herodotus scripserit. Valla tresque scripti libri [Sancrofti liber, Vindobon., Eton.] omittunt habentque cap. 28 [ubi haec exstant: *τούτων* (scil. *Λακεδαιμονίων*) *δὲ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐόντας Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἱλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, περὶ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι*] sedem magis opportunam. Et cui bono *τάξαντες* post *ἐκπέμπουσι*? Non nego, quod Galeus ursit, esse ea in Plutarchi Malign. pag. 871 E.: sed hinc derivata unde confit? Tolle omnia et orationi ad culturam nihil deerit, modo *ἐπιτρέψαντες* probetur. Id sane cum exercitus imperium traditur, multo commodius et lenius. Vide III, 155. VII, 52 etc." *Wesseling.* Haud accessit Valckenarius, qui ad Plutarchi l. l. [ubi legitur: *ἐξῆλθον ἐς Πλαταιὰς πεντακισχίλιοι Σπαρτιᾶται, περὶ αὐτὸν ἔχων ἀνὴρ ἕκαστος ἑπτὰ εἵλωτας*] et in Vit. Aristid. cap. 10 [ubi in eadem re enarranda scribit Plutarchus: *νυκτὸς δὲ πεντακισχιλίους Σπαρτιατῶν ἐπιλέξαντες, ὧν ἕκαστος ἑπτὰ περὶ αὑτὸν εἵλωτας εἶχεν, ἐξέπεμψαν κ. τ. λ.*] respiciens, perperam haec verba in illis codicibus omitti statuit: „Tuentur vero eadem," ait Schweighaeuserus, „reliqui libri omnes: nec video, cur non et hoc loco percommode adiicere potuerit Herodotus et eadem, paulisper quidem mutata oratione, infra repetere." Quod idem mihi videtur (cf. nott. ad IX, 55), nec offendor structura minus commode procedente, quae, ut recte monuerunt Schulzius et Schweighaeuserus, requirebat *ἐπέτρεψαν*, quo tamen vix opus videtur, cum aliis quoque locis plura participia sic iuxta posita reperiantur. Id vero lubens concedam Schweighaeusero, scriptum olim fuisse *εἱλωτέων* a voce *εἱλώτης* (IX, 28. VI, 58. 75. 80), quamquam altera etiam forma *ὁ εἵλως* invenitur VII, 229. VI, 81. IX, 80, ubi utrâque formâ Noster utitur. Add. Bredov. pag. 233. Edd. recentt. inde a Schaefero haec verba tanquam spuria uncis incluserunt, probante Bredovio l. l. De ipsis Helotis Spartanos ad bellum proficiscentes comitantibus cf. nott. ad VII, 202: quam in rem Valckenarius quoque affert Thucydid. IV, 80. V, 57. 64. VII, 19. Cum Herodoto in his, ut diximus, convenit Plut. Aristid. 10. I. p. 325 coll. II. p. 871 E. Vera autem in his tradidisse videri Herodotum statuit quoque Grote: History of Greece V. pag. 209 seq. Nec sane ulla videtur causa, cur hocce Helotarum numero, qui ad triginta quinque milia ascendit, simul *νεοδαμώδεις* qui vocantur (cf. C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 47. not. 7) comprehendi putemus, quae Lachmanni opinio est (Spartan. Staats-

νίῃ τῷ Κλεομβρότου ἐπιτρέψαντες ἐξάγειν. Ἐγένετο μέν νυν ἡ ἡγεμονίη Πλειστάρχου τοῦ Λεωνίδεω· ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ἔτι παῖς, ὁ δὲ τούτου ἐπίτροπός τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμβροτος γὰρ, ὁ Παυσανίεω μὲν πατὴρ, Ἀναξανδρίδεω δὲ παῖς, οὐκέτι περιῆν· ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τὴν στρατιὴν τὴν τὸ τεῖχος δείμασαν, μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιοὺς ἀπέθανε. ἀπῆγε δὲ τὴν στρατιὴν ὁ Κλεόμβροτος ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ διὰ τόδε· θυομένῳ οἱ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. προσαιρέεται δὲ ἑωυτῷ Παυσανίης Εὐρυάνακτα, τὸν

verfass. p. 127. not.) hos *νεοδαμώδεις* cum Helotis crebro confundi dicentis; neque enim ulla mentio neodamodum apud eos scriptores, qui res belli Peloponnesiaci priores narrarunt, ut recte observat Schoemannus de hoc novorum civium genere pluribus disputans in Recognitione quaestionis de Spartanis Homoeis (Gryphisvald. 1855) p. 19. Nec magis mihi persuasit C. Fr. Hermannus (l. l. §. 28. not. 7), qui ex eo, quod Spartani septenis singuli Helotis stipati exierunt, in singulis fundis septenas Helotarum familias habitasse colligit, idque omnino ad eam sententiam, quam de fundorum Spartanorum stabilitate et aequalitate proposuit, referri vult: cf. Antiquitt. Laconn. pag. 201.

ἐπιτρέψαντες] Ita e duobus codd. edidit Wesseling. conferens III, 155. VII, 52. In Florentino aliisque exstat *ἐπιτάξαντες*. Pro vulgata *ἐγίνετο*, quam post Schaeferum tuentur Matth., Bekker, Dindorf. et Dietsch., equidem cum reliquis dedi *ἐγένετο*, a Florentino, Sancrofti libro, aliis allatum.

ἐπίτροπός τε καὶ ἀνεψιός] Quod idem olim in Lycurgo obtinuisse discimus ex Herod. I, 65. Successerat nimirum Plistoanax Plistarcho, qui regni initio abierat. Vid. Pausan. III, 5. §. 1 coll. III, 4. §. 7. — De *Cleombroto* vid. VIII, 71, ubi de *muro* quoque in notis exposuimus. De usu participii *θυομένῳ* exposuit Kuehner Gr. Gr. §. 581, b, itemque Matth. Gr. Gr. §. 388, c. §. 562, 2, qui idem §. 585 fin. consulatur de usu praepositionis *ἐπὶ* in verbis *ἐπὶ τῷ Πέρσῃ*, quibuscum conf. V, 44, ubi: *θυομένῳ ἐπὶ Κρότωνα*. Tu vid. allata ad VI, 74.

ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ] Refert Petavius (Doctr. tempp. X, 25), hunc solis defectum ad alterum mensis Octobr. diem anni 480, quo die ad Salamina pugnatum esse accepimus, et quidem horâ unâ et alterius dimidio post horam decimam praeterlapsis. Idem annus ponitur in: l'Art de verifier les dates P. I. T. I. pag. 254. Quem vero Larcherus consuluit, Pingré Paris. Academiae adscriptum, is defectionem refert ad alterum mensis Octobr. diem anni 479: quod idem alteri Gallo interpreti, Miot, placuisse video. Seyffarth (in Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. XIV. p. 602) in primum diem Augusti anni 477 ante Chr. n. hanc eclipsin cadere vult: quae coniuncta sunt cum ea sententia, quam de altera solis defectione ab eodem viro docto prolatam vidimus ad VII, 37. Nullam prorsus solis defectionem hîc indicari statuit Zech (Preisschrift d. Iablonsk. Gesellsch. IV. pag. 43 et: Correspondenzbl. für d. Schulen Würtembergs. 1854. pag. 43), cum vera defectio solis verbis *ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη* minime significari potuerit a Nostro, aliter id exprimente (cf. nott. ad I, 74), et hoc loco *obscuratum* aliquo modo solem declarante, sive fumo, sive nubibus, sive alio quo modo id subito factum fuerit, quod terrore homines impleverit, tanquam prodigium aut portentum. Sed propter id ipsum existimo, de vera solis defectione aut simili quadam re, quae solem

Δωριέος, ἄνδρα οἰκίης ἐόντα τῆς αὐτῆς. Οἱ μὲν δὴ σὺν Παυ-
11 σανίῃ ἐξεληλύθεσαν ἔξω Σπάρτης. Οἱ δὲ ἄγγελοι, ὡς ἡμέρη
ἐγεγόνεε, οὐδὲν εἰδότες περὶ τῆς ἐξόδου, ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς
ἐφόρους, ἐν νόῳ δὴ ἔχοντες ἀπαλλάσσεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς
ἑωυτοῦ ἕκαστος. ἐπελθόντες δὲ ἔλεγον τάδε· Ὑμεῖς μὲν, ὦ
Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μένοντες, Ὑακίνθιά τε ἄγετε καὶ
παίζετε, καταπροδόντες τοὺς συμμάχους. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀδι-

ita obscuravit, ut defecisse ille videretur, hoc loco cogitandum esse; agitur enim profecto de re insolita et singulari, quae inde Lacedaemoniorum animos ac potissimum regem ita affecit, ut mali quid portendi putarent. Atque ipsum verbum *ἀμαυροῦν* pleniore sensu de iis adhibitum videmus, quae plane sic *obscurantur*, ut cerni prorsus nequeant. Apud Aeschyli Pers. 228 chorus Atossam alloquitur, ut Darium roget: *ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν εἰς φάος, τἄμπαλιν δὲ τῶνδε γαίας κάτοχ' ἀμαυροῦσθαι σκότῳ.* Leonidas Tarent. in Antholog. Palat. IX, 24, 1: *ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος.* Sed hoc mittamus licet; illud vero iure miramur, quî Schweighaeusero in mentem venire potuerit, Cleombrotum hoc solis defectu minime fuisse perterritum, sed fausto illum potius pro omine accepisse indeque etiam, re scilicet peracta, cum nihil a Persis ipsi amplius esset timendum, regressum esse cum copiis. Nam hoc inter omnes constat, defectiones apud veteres non pro faustis ominibus esse habitas, sed malorum imminentium nuncios. Rex sacra fecerat, pro more exploraturus, num ipsi conduceret copias ex Isthmo ducere adversus Persas in pugnam. Sed mala ipsi portendi sole scil. deficiente cum intellexisset, nefas habuit egredi copiasque inde domum reducere maluit, perterritus sane hoc omine, quo, male cessura esse quae moliretur, indicatum erat. Sic supra I, 74 Lydos ac Medos ad pugnandum congressos dirimit solis defectus, adeo ut pacem ineant eamque foedere et mutuo regum connubio confirment. Ad verbum *προσαιρέεται* (*sibi adscivit*) cf. VIII, 130. Ad plusquamperfectum *ἐξεληλύθεσαν* vid. Matth. Gr. Gr. §. 505, IV. De voce *ἔξω* adiecta conf. allata ad III, 16.

Cap. XI.

καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος] Pro *αὐτοὶ* quod Stegerus coniicit *οὕτω*, merito reprobat censor Lipsiensis 1833. pag. 49. Tu vide Matth. Gr. Gr. §. 302. not. Pro *ἐπὶ τῆς* plures codd. *ἐπὶ τήν*. Sed praestat *ἐπὶ τῆς*, i. e. *patriam suam versus.* — In seqq. ad *αὐτοῦ τῇδε* vid. allata ad IV, 135 et conf. eundem Matth. Gr. Gr. §. 470, 8.

Ὑακίνθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε] Quod articulus ante *Ὑακίνθια* omittitur, id creberrimo usu, quo ante huiusmodi nomina festorum articulus negligitur, fieri observat Sintenis ad Plut. Themistocl. Praef. pag. XXII. Sic supra quoque apud Herodot. VII, 26. 206. VIII, 72 fin. De ipsis *Hyacinthiis* dixi ad VII, 206. Quae eadem supra IX, 7 commemorantur. Incidunt autem in medium fere mensem Iunium, a quo inde usque ad id tempus, quo in Plataeensem planitiem post descenderunt cum Persis congressuri medio fere mense Augusto (cf. nott. ad IX, 101), satis iustum spatium relinquitur temporis, quo ad expeditionem parandam iterque faciundum uti poterant. — Verbum *παίζειν* ut omnino *ludere*, *res ludicras agere* significat, ita singillatim indicat *choreis se oblectare*, *saltare:* quae quidem significatio ab hoc loco non prorsus aliena videtur. Conf. Aristoph. Thesmophor. 904 Both. ibique Ku-

κεόμενοι ὑπὸ ὑμέων, χήτι τε συμμάχων, καταλύσονται τῷ 696 Πέρσῃ οὕτω, ὅκως ἂν δύνωνται. καταλυσάμενοι δὲ, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι σύμμαχοι βασιλέος γινόμεθα, συστρατευσόμεθα, ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται. ὑμεῖς δὲ τὸ ἐνθεῦτεν μαθήσεσθε, ὁκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαίνῃ. Ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκου, καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ, ὡς οὐκ εἰδότες, ἐπειρώτεον τὸ λεγόμε-

ster. 932. Ran. 311. 413. 421 Both. Plutarch. Mor. II. pag. 397 F. Hinc quoque *canere* apud Theognid. 955 (567), ubi conf. Welcker. pag. 127. Nam utrumque, et saltatio et cantatio, ad festum rite peragendum pertinet.

χήτι τε συμμάχων] i. e. *inopiâ sociorum*. Vulgo χήτεϊ τε συμ., quod post Schaeferum tenuit Matth. Equidem dedi, quod in Florentino ac Parisino uno legitur, quodque a Bekkero, quem sequuntur Dindorf. et Dietsch., recte repositum vidi; ac probavit quoque Bredov. pag. 268. Gaisfordius abiecerat τε, Sancrofti atque alterius libri ex auctoritate. Ipsa locutio Homerica: cf. Ili. VI, 463: χήτεϊ τοιοῦδ' ἀνδρός. cf. Ili. XIX, 324. Odyss. XVI, 35. Hymn. in Apoll. 78. Apollon. Rhod. I, 887. IV, 91 coll. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Agamemn. 408. Inde ad alios transiit scriptores, ut testantur a Ruhnkenio allata ad Timaei Lexic. Platon. s. v. pag. 275 et a Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I. p. 435. Ad proximum verbum καταλύσονται (*inimicitiis depositis paciscentur cum Persa*) conf. citt. ad VII, 6 et allata ad Plutarch. Philopoem. 15. p. 55 seq. et Flamin. 9. pag. 102. Conf. etiam Herod. VIII, 140. §. 1. In verbis sequentibus δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι σύμμαχοι βασιλέος γινόμεθα abest vocula δὴ a plerisque codicibus ac vix recte retineri posse videtur Dietschio, qui inde uncis eam inclusit tanquam spuriam. Reliqui editores retinuerunt.

ὁκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαίνῃ] Ad verbum reddas licet: *Vos vero quid inde fiat cognoscetis, qualecunque fere id sit, quod inde vobis eveniat.* Vid. Matth. Gr. Gr. §. 633, qui idem §. 584 consulatur ad verba ἐπ' ὅρκου (i. e. *iuramento interposito*). Kuehner Gr. Gr. §. 611, I, a. explicat: *quasi substrato* vel *supposito iuramento.* Apte Gail. (Le philolog. IV. pag. 341) meminit similis formulae ἐπὶ τῶν ἱερῶν ὀμόσαι apud Dion. Halicc. Antiqq. III. p. 154, al. Equidem haud scio an ad eundem usum praepositionis ἐπὶ cum genitivo referri debeat, quod Plutarchus dixit in Alexandr. 23 init.: ἐφ' ἑκάστης κύλικος ἀεὶ μακρόν τινα λόγον διατιθέμενος, et cap. 53: ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου, quod Wyttenbach. (Plutarch. Opp. VIII, 1. pag. 626) recte accipit *ad poculum, inter bibendum.* Conf. etiam G. Wolff ad Sophocl. Aiac. 1268.

ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας] Male Sancrofti liber στίχοντας. Conf. III, 76. Intelligitur h. l. procul dubio *Oresteum* s. Orestis templum, Tegeatarum finibus vicinum et situm ad eam viam, quae a Megalopoli Pallantium atque Tegeam ducit. Vid. Pausan. VIII, 3 et 44. §. 1. 2. Euripid. Orest. 1646. Plut. Aristid. 10 fin. Thucydid. V, 64 ibique Duker. et Wasse, Curtius: Peloponnes. I. pag. 316 seq. Et confer quoque Stephan. Byz. s. v. Ὀρέσται et nott. ad Herod. I, 68.

ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους] Repetuntur haec infra IX, 55. Nostrum locum respexit Eustath. ad Iliad. pag. 423, 26 s. 321, 25, eodemque pertinent glossae Hesychii (II. pag. 702.) et Servii ad Virgilii Aeneid. IV, 424, quas cum aliis excitat Ullrich De proxen. pag. 27 coll. Plut. Aristid. 10. pag. 325 A. Nec

νον· ἐπειρόμενοι δὲ ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐόν, ὥστε ἐν θωύματι γενόμενοι ἐπορεύοντο τὴν ταχίστην διώκοντες· σὺν δέ σφι τῶν περιοίκων Λακεδαιμονίων λογάδες πεντακισχίλιοι ὁπλῖται τὠυτὸ
12 *τοῦτο ἐποίεον. Οἱ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἠπείγοντο. Ἀργεῖοι δέ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντο τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐξεληλυθότας ἐκ Σπάρτης, πέμπουσι κήρυκα, τῶν ἡμεροδρόμων ἀνευρόντες τὸν ἄριστον, ἐς τὴν Ἀττικήν, πρότερον αὐτοὶ Μαρδονίῳ ὑποδεξάμενοι σχήσειν τὸν Σπαρτιήτην μὴ ἐξιέναι. ὃς ἐπεί*

sane quemquam fugit, apud Romanos quoque *hostem* fuisse *peregrinum* teste Festo s. v. et Cicer. De officc. I, 12. §. 37 ibique Beieri Excurs. XIII. p. 346. Add. Sell: Die Recuperatio der Römer p. 3 seqq., Osenbrueggen: De iure belli ac pacis Romann. pag. 1 seqq. — In seqq. *πᾶν τὸ ἐὸν* est *omne quod erat*, i. e. *verum*. Conf. I, 30 ibiq. nott. et V, 50. Mox pro *θώματι* reposui *θωύματι*.

τῶν περιοίκων] De his iam notavimus ad VI, 58 et VII, 234. Exstat autem h. l. uberior Valckenarii disputatio eos refutantis, qui helotas atque perioecos diversi sane esse generis nondum perspexerunt; de quo cum hodie sic satis inter omnes constet, potiora tantum hîc adscribamus ex illius viri annotatione: „Erant Lacedaemonii *οἱ περίοικοι*, non *εἵλωτες*, hi servitutem serviebant; liberi erant *οἱ περίοικοι*. *Εἵλωτες* si bello heris operam suam adprobassent, libertate donati *νεοδαμώδεις* dicebantur: ab his etiam distinguuntur *οἱ περίοικοι*. Xenoph. Hell. [I. 3, 10.]. Ubicunque in historia Graeca *περίοικοι* vel iunguntur vel opponuntur Spartiatis, Lacedaemonii sunt intelligendi, cuiuscunque fuerint urbis Laconicae cives, exceptâ Spartâ, Spartiatarum imperio parentes. Scholiastae Aristidis MS. *οἱ περίοικοι* esse dicuntur *οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν*. *Τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων* dixit Xenoph. Hell. III, 1, 3. *τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα* Pausan. VII. pag. 555. [VII, 13. §. 4.]. Hae civitates, ut olim erant Spartiatarum *ὑπήκοοι*, sic aevo quoque fuerunt recentiori *εἰς Σπάρτην συντελοῦσαι*, nisi quod ex istis decem et octo Augustus iusserit esse *αὐτονόμους* Pausan. III. [21. §. 6] pag. 265. Qui *περίοικοι*, iidem dicebantur et *Λακεδαιμόνιοι* et *Λακωνικοί*, ut apud Thucydid. IV, 8 coll. Xenoph. Hellen. VI. p. 449, 7. [VI, 4, 15]. Maxim. Tyr. pag. 347 et ipso Thucydid. VIII, 22.“ Quod hoc Herodoti loco *λογάδες* (i. e. *delecti*) *τῶν περιοίκων* commemorantur, qui et ipsi gravis armaturae milites Spartanos in bellum proficiscentes secuti sunt, id ad nobiles s. optimates referri vult Lachmann (Spartan. Staatsverfass. pag. 183), qui in singulis *τῶν περιοίκων* pagis nobilitatem quandam constituerint. Equidem tamen, quod cap. 12 Argivorum nuntius Mardonio dicit: *ἐκ Λακεδαίμονος ἐξελήλυθε ἡ νεότης*, *λογάδας* intelligere malim *selectos* e caeteris ob iuventutem, *iuniores* igitur, qui bene arma gererent, cum reliquos, aetate provectiores qui essent, domi ad fines contra Argivos tutandos mansisse consentaneum sit.

Cap. XII.

τῶν ἡμεροδρόμων] Vid. nott. ad VI, 105.

μὴ ἐξιέναι] Attigit Hermann. ad Viger. pag. 811 ob particulae negativae usum praegresso verbo *ἔχειν* *arcendi* notione. Paulo infra *μὴ οὐκ ἐξιέναι*, de quo vid. Matth. Gr. Gr. §. 609, Hartung: Lehre v. d. Partikeln der Gr. Spr. II. p. 172. Verbum *ἴσχειν* retinui, quamquam Florentinus cum aliis *ἔχειν*. Tu vid. III, 77 et IX, 13. Ad argumentum loci bene *Wesseling*. „Hîc Argis

τε ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεγε τάδε· Μαρδόνιε, ἔπεμψάν με Ἀργεῖοι φράσοντά τοι, ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος ἐξελήλυθε ἡ νεότης, καὶ ὡς οὐ δυνατοὶ αὐτὴν ἴσχειν εἰσὶ Ἀργεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι. πρὸς ταῦτα τύγχανε εὖ βουλευόμενος. Ὁ μὲν δὴ εἴπας ταῦτα ἀπαλλάσσετο ὀπίσω.

Μαρδόνιος δὲ οὐδαμῶς ἔτι πρόθυμος ἦν μένειν ἐν τῇ 13
Ἀττικῇ, ὡς ἤκουσε ταῦτα. πρὶν μέν νυν ἢ πυθέσθαι, ἀνεκώ-
χευε θέλων εἰδέναι τὸ παρ' Ἀθηναίων, ὁκοῖόν τι ποιήσουσι·
καὶ οὔτε ἐπήμαινε οὔτε ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικήν, ἐλπίζων διὰ
παντὸς τοῦ χρόνου ὁμολογήσειν σφέας. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθε,
697 *πυθόμενος τὸν πάντα λόγον, πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς*
τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν, ὑπεξεχώρεε, ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ εἴ κού τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας. Ἐξήλαυνε δὲ τῶνδε

missus ad Mardonium nuncius adfirmat VII, 150 commemorata."

CAP. XIII.

πρὶν μέν νυν ἢ πυθέσθαι] i. e. *priusquam igitur haec accepit*. *πρὶν ἢ* sequente infinitivo iam supra V, 118 invenimus, ubi nonnulla in nott. attulimus, quibus add. locos nott. ad VI, 108 et IX, 68; de *πρότερον ἤ*, quod simili modo positum, vid. nott. ad VII, 2. Ac vide sis quoque Baeumlein: Griech. Modi pag. 346, qui apud Xenophontem, alios in hac structura plerumque *πρὶν* poni non additâ voculâ *ἤ*, recte id quidem in universum monuit, nec tamen inde illud *πρὶν ἤ* ab antiquioribus Atticis scriptoribus prorsus alienum iudicari posse recte notare videtur Franke in Praefatione ad Aeschinis Orationes nuper (Lipsiae apud Teubnerum 1860) a se editas pag. XV ad orat. de fals. legat. §. 132. Atque vel apud Herodotum invenitur *πρὶν* sine *ἤ* positum VIII, 144. IX, 101.

ἀνεκώχευε] i. e. *se retinuit*, *cohibuit*, nullum itineris s. pugnae consilium cepit, sed quietum se tenuit observans, quid Athenienses facerent. Verbum *ἀνακωχεύειν* de navibus, quarum cursus inhibetur, exstat VI, 116, ubi vid. nott. Inde apud Diodor. XI, 18 in describenda pugna Salaminia *ἀνακωχεύοντες ἀνεχώρουν*, ubi vid. Wesselingii not. Alia dedimus ad Herodot. VII, 36. — Mox *ἐπήμαινε* (*laesit*) Noster dixit Homerum secutus, qui id verbum adhibuit Ili. XV, 42 coll. III, 299 et XXIV, 781, quamquam et Platonem et alios idem verbum adhibuisse apparet ex iis, quae afferuntur in Thesauro Ling. Graec. Vol. VI. pag. 1050 ed. Dindorf. Pro *ἐσινέετο*, quod Schweighaeuserus et Gaisfordius dederant e Sancrofti libro, revocavi cum Schaefero et recentt. edd. *ἐσίνετο*, quod unum recte poni ostendit Bredov. pag. 363. Tu vid. Herod. IV, 123 ibique nott. Idem feci infra IX, 49. 73. 87 coll. 120.

διὰ παντὸς τοῦ χρόνου] „*Omni illo tempore*, quo in Attica armatus consederat. Necessum enim non puto, *διὰ παντὸς* cum Reiskio in *διάγοντος* aut *προϊόντος* converti. Immo, si Sancrofti liber consentaneos nancisceretur, *διὰ παντὸς* sufficeret. [Desunt sc. in illo codice voces *τοῦ χρόνου*]. Aeschylus Prometh. 283 *τοὺς σοὺς δὲ πόνους χρῄζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι*, quod in scholiis *δι' ὅλου*, sed idem atque *omni modo*." *Wesseling.*

συγχώσας] Conf. VIII, 144 ibique nott. De ipsa re conf. Excurs. ad

εἵνεκεν, ὅτι οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττική, εἴ τε νικῷτο συμβαλών, ἀπάλλαξις οὐκ ἦν, ὅτι μὴ κατὰ στεινόν, ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν ἐβουλεύετο ὦν, ἐπαναχωρήσας ἐς τὰς Θήβας, συμβαλεῖν πρὸς πόλι τε φιλίῃ καὶ χώρῃ
14 ἱππασίμῳ. Μαρδόνιος μὲν δὴ ὑπεξεχώρεε. ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐτῷ ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος, ἄλλην στρατιὴν ἥκειν ἐς Μέγαρα, Λακεδαιμονίων χιλίους. πυθόμενος δὲ ταῦτα ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ κως τούτους πρῶτον ἕλοι. ὑποστρέψας δὲ τὴν

VIII, 55. Ad significationem vocis **ὀρθὸν** conferri potest, quod dicit Thucydides V, 42, ubi Athenienses aeque tulisse dicuntur Panactum eversum, **ὃ ἔδει ὀρθὸν παραδοῦναι** (**τοὺς Λακεδαιμονίους**); cuius ipsius loco Plutarchus eadem referens in Vit. Alcib. 14 dixit **οὐχ' ἑστώς**. — Quod sequitur **ἐξήλαυνε**, retinui cum Schweigh., Gaisford. et Dietsch. assentiente Matthiaeo. Nam Schaeferus, quem sequuntur Schweighaeus. et Bekker, scripserat libris invitis **ἐξήλαυνε**, quamquam, ut docuit Bredov. p. 299, nunquam in hoc verbo Noster neglexit augmentum. Mox omnes libri scripti **ἱππασίμη ἡ χώρη**, ut II, 108, qui infra conspirant in lectione **χώρῃ ἱππασίμῳ**, quod Schaeferus, Schweighaeuserus et Gaisford. mutarunt in **ἱππασίμῃ**; equidem cum recentt. edd. revocavi **ἱππασίμῳ**, si quidem variare in his Herodotus videtur (cf. Bredov. pag. 275 seq.), modo communia flectens haec adiectiva, modo per singula genera.

εἴ τε νικῷτο συμβαλών] Attigit h. l. Voemel. ad Demosthen. Philipp. II. pag. 28 de optativo disserens, qui h. l. ponendus erat: pendent autem haec verba a sequentibus **ἀπάλλαξις οὐκ ἦν**, quae ipsa per particulam **τε** iunguntur prioribus **οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν** eo ex usu, quem ad VI, 1 indicavimus: *et si proelio victus esset, receptui non erat locus.* Ad particulas **ὅτι μὴ** vid. allata ad I, 18. 143. 181. 183. II, 13. 50. III, 26. 125. 155. 160: monuit quoque de his Fritsch. in: Jahrbb. d. Philol. LXXX. pag. 50. — Ad pronomen **σφέας** in verbis **ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν** cf. nott. ad VIII, 131.

CAP. XIV.

ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος] Quod olim quis coniecerat: **πρόδρομος ἄλλη, στρατιήν**, id merito improbavit Wesselingius. Schweighaeusero melius videbatur refingere **πρόδρομον** (quod ipsum in textu exhibuit Bekkerus, quem recentt. edd. secuti sunt), **ἄλλην στρατιήν**, distinctione posita ante vocem **ἀγγελίῃ**, cum Noster pluries vocem **πρόδρομον**, i. e. *praecursorem*, *praemissum*, *praevium* alii addiderit nomini, ut IV, 121. 122. VII, 203 et potissimum I, 60, ubi legimus **προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες**. Quo tamen haud scio an ipsum istud **ἀγγελίη πρόδρομος**, in quo codd. conveniunt, tueri possis: si quidem **ἀγγελίη πρόδρομος** idem fere erit atque **ἄγγελος πρόδρομος**, nec aliter **ἀγγελίην** a Nostro poni videmus III, 69. II, 114. Quare nihil mutandum censui.

ἐβουλεύετο θέλων] Participium **θέλων**, quod a tribus abest codd., eiecerunt Borheck., Schaeferus, Schweighaeuserus, probante Schulzio ac dudum antea Reiskio, cui illud suspectum videbatur, quod tueri studet Wesselingius loco Epist. ad Coloss. II, 18 (ubi **θέλων** reddit *cupide, libenter*) et Aeschyli Choëph. 791 coll. Abresch. Animadverss. II, 14. Unde apud Herodotum **ἐβουλεύετο θέλων** esse vult: *cupide consultabat.* Neque aliter fere Boehmer in Commentar. ad Epist. ad Coloss. pag. 221, obloquente Huthero

στρατιὴν ἦγε ἐπὶ τὰ Μέγαρα, ἡ δὲ ἵππος προελθοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ἐς ταύτην δὴ ἑκαστάτω τῆς Εὐρώπης τὸ πρὸς ἡλίου δύνοντος ἡ Περσικὴ αὕτη στρατιὴ ἀπίκετο. Μετὰ δὲ ταῦτα Μαρδονίῳ ἦλθε ἀγγελίη, ὡς ἁλέες εἴησαν οἱ Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ· οὕτω δὴ ὀπίσω ἐπορεύετο διὰ Δε-

in Commentt. ad eandem Epistolam p. 275 et De Wette in: Handbuch etc. II. p. 41. Sed verbi θέλων in illo Sacrae Scripturae loco aliam prorsus esse notionem (scil. *delectari aliqua re, sibi in aliqua re placere*), edocuit frater meus, Carolus Baehr, in Commentt. ad illum locum pag. 207 itemque Ohlshausen in Commentt. in N. T. IV. p. 886; Herodoteique loci sensum iam dudum perspexerat H. Stephanus, verbum θέλων commate utrinque adposito a reliquis verbis seiungens; quod idem postea placuit Schweighaeusero (cf. Lexic. Herod. I. pag. 182), bene monenti participium θέλων minime iungi posse cum verbo ἐβουλεύετο idemque valere ac si Noster dixisset θέλων τούτους πρῶτον ἑλεῖν, ἐβουλεύετο εἴ κως etc., *cupiens hos primum capere deliberavit, quo pacto id efficeret.* Nec aliter fere Matth. Gr. Gr. §. 531. not. 2 explicat θέλων τούτους ἑλεῖν ἐβουλεύετο ὅκως ἕλοι. Quod cum unum verum habeam, retinui cum recentt. edd. participium θέλων; non aliter βουλόμενοι positum vidimus VI, 139, ubi cf. nott. Ad verba εἴ κως — ἕλοι conf. supra VI, 52 ibique nott. — Quod attinet ad loci argumentum, Megarenses procul dubio primos ille eam ob causam tentare voluit, quod non magni inter Graecos aestimati nullo fere loco habebantur: de quo vid. Suidam s. v. ὑμεῖς T. III. p. 529. Schol. Theocr. XIV, 48. Tzetz. Chil. IX, 291 vs. 890 seq. Callimach. Epigr. 26, 5. 6. Quae attulit Larcherus.

κατιππάσατο] Schweighaeuserus interpretatur: *perequitare, equis incursare regionem.* Mihi praepositio κατὰ in hoc verbo eam fere vim habere videtur, quam in aliis eiusmodi compositis, ut καταστασιάζειν, καταπολεμεῖν, notavi ad Plut. Pyrrh. cap. 13. pag. 50. cap. 14. pag. 52.

ἐς ταύτην δὴ ἑκαστάτω — ἀπίκετο] i. e. *in hanc sane terram, Europae remotissimam occasum versus, venit hic Persarum exercitus;* non ultra Megaricam occidentem versus in Europam progressos esse Persas sententia est Herodoti. Ad verba ἑκαστάτω τῆς Εὐρώπης cf. Matth. Gr. Gr. §. 340.

Cap. XV.

ἦλθε ἀγγελίη] ἦλθε omnes fere codd. (ut IX, 14 et I, 83), quos cum recentt. edd. secutus sum. Ex Aldina Schaeferus, Matth. et Dietsch. retinuerunt ἧκε, ut VIII, 140. — Ad vocem ἁλέες cf. VIII, 23 et I, 133 ibique nott.

διὰ Δεκελείης] Nimirum ex Attica in Boeotiam proficiscentes per Oenoën et Eleutheras tendebant Plataeas, viâ minus utique aptâ equitibus magnaeque hominum turbae, cum fauces montiùmque cacumina essent permeanda, ita ut Persas alterâ viâ regressos esse sit probabile, quae scil. ab Acharnis ducebat per Deceleam atque Parnethem ad Tanagram indeque ad Boeotiam vicinam; quaeque minus negotii ac molestiae exhibebat. Ipsa *Decelea* centum viginti fere stadia Athenis remota fuisse narratur, sita loco perquam opportuno montis Parnethis, qui satis editus longum dabat prospectum; ubi cum consedissent Lacones bello Peloponnesiaco, multum inde damnum Atheniensibus illatum fuisse constat, viâ praeclusâ omnique commeatu intercepto. Vid. modo Schol. ad Aristoph. Ran. 1469. Cornel. Nep. Alcibiad. 4 fin., ad quem locum reliqua veterum testimonia suppeditant interpretes. Add. Forbiger: Handb. d. alt. Geograph.

κελείης. οἱ γὰρ βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους

III. pag. 951 seq. et vid. Poppo ad Thucydid. I, 2. pag. 262 coll. Siebel. ad Pausan. III, 8. §. 3. p. 21. Hanc Deceleam in monte sitam, ad cuius radices nunc vicus *Tatoi* invenitur, plures viri docti recte posuerunt, satisque id patet ex iis, quae disseruit Leake: Die Demen Attica's pag. 13 seq. 128 ed. Westermann.; vid. quoque Finlay ap. Hoffmann.: Alt. Geograph. II. pag. 66. Eodem ferme loco, quo Tatoi nunc cernitur, Decelea quoque ponitur in mappa, quam Kruse addidit: sed adscriptum ibi legitur nomen *Koriokleides*. Ac sane qui ex Attica Boeotiam tendunt hac via, quae per Deceleam ducit, inde adscendunt orientalem tractum Parnethis montis, cuius cacumina altiora ad laevam relinquunt: deinde fanum Sancti Mercurii transgressi in Boeotiae planitiem descendunt prope vicum *Μπουγιάτι* (*Bugáti*), qui non longe abest a vetere *Tanagra* sive *Grimadha*, ut nunc iste locus vocatur, ad ipsum fluvium Asopum. — Pro vulg. *Δεκελέης* e Florentino, aliis cum Dietschio reposui *Δεκελείης*, probante Bredovio pag. 188; idem feci cap. 73 huius libri.

οἱ γὰρ βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων] i. e. *Asopiorum accolas ac finitimos arcessiverunt boeotarchae*, qui sunt magistratus civitatum Boeoticarum foedere iunctarum, undecim numero, illa certe aetate, singuli e singulis decem civitatibus electi, cum undecimum adderet Thebanorum civitas: de quorum boeotarcharum munere vid. K. W. Mueller. in: Pauly Realencyclopaed. I. p. 1135, Schoemann: Griech. Alterth. II. pag. 73, C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 179 ed. quart. Asopios dico eos, qui Asopi fluvii ad ripas habitant. Qui fluvius prope Plataeas orsus indeque auctus aliquot rivulis et Tanagraeorum ad campos delatus prope Oropum ac Delphinium mari miscetur; nunc exiguo alveo fluere fertur et exsiccatus fere: quamquam istam regionem omnem, quae inter Plataeas ac Tanagram sita Asopo irrigatur, minus adhuc cognitam ac perlustratam esse merito dolemus. Conf. Kruse: Hellas II, 1. pag. 489 seq. Vetus nomen fluvio remansisse videtur, si quidem revera nunc eum appellant *Asopo*, ut statuit Kruse; *Vuriemi* s. *Vuriendi* nunc eum vocari plerique testantur recentioris aetatis peregrinatores, quorum testimonia una cum veterum locis attulit Forbiger l. l. III. p. 918. *Sphendalensis* pagus, qui ad Hippothoontidem tribum pertinuit, a nullo alio commemoratur scriptore: id unum patet, intra Deceleam ac Tanagram in Attici atque Tanagraei agri confiniis pagum fuisse situm: Krusius illum in mappa geographica indicavit septentrionem versus a Decelea (s. Koriokleides): Leake l. l. haud scio an rectius illum eo fere loco fuisse suspicetur, ubi *Sancti Mercurii* fanum nunc exstat. Finlay l. l. in mappa adiecta hunc pagum ad fontem rivulumque prope Malakasa situm indicat. Conf. etiam Ross: Die Demen von Attica pag. 36. nr. 138. *Tanagra* urbs, prisco aevo condita (cf. Herod. V, 57), vel seriori aetate inter Boeotiae urbes eminuit. Iacuit in regione laetissima vinique feracissima, quae Euboico mari opposita occasum versus terminabatur agro Thebaico sive Plataeensi, meridiem versus Oropico. Tu vid. quae plura afferuntur de hac urbe apud Forbigerum: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 924 et in Tanagraearum Antiquitt. Specimine, auctore Aemil. Scholderero (Berolin. 1855) p. 5 et seqq. Atque statuerat Kruse (Hell. II, 1. p. 619 seqq. 624 seq.), quae adhuc prope *Skimitari* s. *Skimati* [vel potius *Skimatori*, ut alibi hoc nomen vici scriptum inveni] reperiuntur ruinae, sex horarum spatio a Thebis ipsis remotae, eas ad veterem Tanagram pertinuisse; unde quadraginta stadia abfuit *Delium* portus, cui nunc nomen *Dramisi* (vid. nott. ad Herodot. VI, 118), triginta stadiis distat Oropus. Nos

τῶν Ἀσωπίων· οὗτοι δὲ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας, ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Τανάγρην. ἐν Τανάγρῃ δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος καὶ τραπόμενος τῇ ὑστεραίῃ ἐς Σκῶλον ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων, καί περ μηδιζόντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, οὔ τι κατὰ ἔχθος αὐτῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος, βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατῷ ποιήσασθαι, καὶ, ἢν συμβαλόντι οἱ μὴ ἐκβαίνῃ ὁκοῖόν τι ἐθέλοι, κρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων παρὰ Ὑσιὰς, κατέτεινε δὲ

supra iam monuimus (in nott. ad V, 57), ad vicum, cui nomen *Grimadha*, reperiri ruinas Tanagrae: vid. potissimum Scholderer l. l. et cf. Siebelis ad Pausan. IX, 20. §. 2, Forbiger l. l. His add. quae leguntur in: Berichtt. d. Verhandll. d. Gesellschaft d. Wiss. zu Leipzig, phil. hist. Cl. 1859. III. IV. p. 113, ubi retulit de situ huius urbis Bursian, qui ipse has regiones perlustravit atque Tanagrae ruinas se reperisse dicit eo fere loco, quo iam Leake (Trav. in North. Greece II. p. 464) eas erat suspicatus, unius horae itinere, meridiem versus a vico Σχηματάρι remotas, haud procul ab Asopo, in quem hic rivulus quidam praeter hiemis tempus exsiccatus fere (vocatur nunc ὁ Λάρης i. q. Θερμώδων apud Nostrum IX, 43) aquas infundit. Ab hac igitur Tanagra Mardonius ad occidentem solem conversus Asopumque rivum legens, ad quem regio utrinque plana equisque pascendis perquam accommodata teste Krusio l. l. pag. 622, devenit *Scolum*, qui locus δυσοίκητος καὶ τραχὺς, ut ait Strabo IX. p. 408 C. s. 626 B. Ad Cithaeronis declivitates sita fuit prope viam, quae Tanagrâ ducebat Erythras atque Plataeas. Vid. Kruse l. l. pag. 598, Forbiger l. l. III. pag. 927 et confer potissimum Xenoph. H. Gr. V, 4, 49 coll. Polyaen. II, 1, 11. In mappa Krusii invenitur nomen vici, qui nunc *Scoli* locum occupat, *Sialesi*.

αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο] Vid. nott. ad VII, 215. Inde in Timaei glossa Platonica recte C. Fr. Hermannus scripsit: ξεναγοί, οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδὸν, ubi alii ὁδοῦ. *Cr.* h. l. laudat Heindorf. ad Platon. Euthyd. §. 25. pag. 330 seq., qui tamen Platonis locum non recte acceperit. — In seqq. verba ἔκειρε τοὺς χώρους citat Eustath. ad Ili. pag. 364, 25 s. 476, 3. — Mox οὔ τι, quod Valcken. mutandum censuit in οὐχὶ, equidem cum Schweigh. retinui, qui bene confert II, 46. III, 36. IV, 148. Valet autem οὔ τι *minime, haud quidem*. κατὰ ἔχθος accipio *ob inimicitias*. Cf. VIII, 30 ibique nott. Ad locutionem ὑπ' ἀναγκαίης — ἐχόμενος (i. e. *magna necessitate coactus, pressus*) conf. VII, 233 et infra IX, 37.

βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατῷ ποιήσασθαι] Vulgo τῷ στρατοπέδῳ, quod, si a Schweigh. et Gaisf. discesseris, qui e Florentino aliisque dederunt τῷ στρατῷ, tenent reliqui. Quod hic dicitur ἔρυμα, id paulo post dicit τεῖχος, munimentum s. castellum rebus pretiosioribus servandis exstructum. Infra IX, 65 et 70 vocatur τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον. Itaque non cogitandum de castello lapidibus exstructo moenibusque ac turribus munito; sed potius de castris vallo et ligneo quasi muro circumdatis, quare Goettling: „Gesammelte Abhandll." p. 72 intelligit: *ein Pallisadenwerk;* malim: *eine Verschanzung mit Pallisaden und Graben.* Ad vocem κρησφύγετον cf. nott. ad V, 24.

παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον κ. τ. λ.] Sensus loci hic fere est: *Castra ab Erythris exorsa et Hysias praetereuntia* (s. *iuxta Hysias porrecta*) *ad Plataeensem usque agrum per-*

ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν τεταγμένον. οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτο ἐποιέετο, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δέκα σταδίους μάλιστά κῃ μέτωπον ἕκαστον. 698

tinuerunt, iuxta Asopi ripas posita. Ad verbum παρήκειν (*porrigi, extendi* iuxta aliquid) conf. similes Nostri locos II, 32. III, 114. IV, 42; de verbo κατατείνειν (*extendi* in locum quendam, *pertinere*) conf. VII, 113. VIII, 31. Nec vacat praepositio ἀπὸ in verbis: ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, de quo usu monuit Matthiae Gr. Gr. §. 577; tu conf. Herodot. III, 91. V, 49. De significatione praepositionis παρὰ in verbis παρὰ Ὑσιάς, παρὰ τὸν Ἀσωπὸν vid. nott. ad V, 45. Quod vero τεταγμένον Reiskius mutatum vult in τεταμένον, ipso probante Wesselingio, mihi quidem nulla comparet mutandi necessitas. Quibus addere iuvat Gailii interpretationem (Le philol. IV. pag. 283): „l'armée avoit sa gauche à la hauteur d' Erythres i. e. à partir d'une ligne placée sur le prolongement perpendiculaire d' Erythres, donc à la hauteur d' Erythres. La ligne des Perses s'etendant vers le territoire de Platée et bordant l' Asope, on en conclura, que la droite étoit vers Platée et que la gauche, appuyée à Erythres longeoit Hysies.“ Qui idem Gail. p. 285 verba ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν negat reddi posse: *iusqu' au territoire de Platée*, cum potius valeant: „les Perses campés *à la vue de* ou *vers la* Platéide.“ Quod mihi ille haud persuasit. Caeterum apte cum Herodoteis conferas Eripidea in Bacchis 643 seqq. Both. (748 Nauck.), ubi Bacchae:

χωροῦσι δ' ὥστ' ὄρνιθες ἀρθεῖσαι δρόμῳ
πεδίων ὑποτάσεις, αἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς
εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν
Ὑσιάς τ' Ἐρυθράς τ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας
νέρθεν κατῳκήκασιν κ. τ. λ.

Erythrae ad viam, quae Scolum Plataeas ducebat, haud dubie sitae fuerunt vel in ipso monte vel certe in eius declivitatibus eoque etiam hinc referunt ruinas quasdam a docto Anglo ibi inventas. Sed accuratiora de situ urbis adhuc desunt. Vid. Kruse: Hell. II, 1. pag. 597. De ipsa nominis scriptura, quae Nostro semper Ἐρυθραί, ut Thucydidi III, 24 (ubi conf. interpretes), vid. nott. ad I, 142. Proximae Erythris fuere *Hysiae*, cuius adhuc quaedam ruinae exstare dicuntur eo loco, quem nunc vocant *Calivia* s., ut aliis placet, *Platana:* ita Kruse l. l. pag. 596 seq.; tu vid. nott. ad Herod. V, 74 et add. Unger. Thebb. Paradox. p. 287 seqq., quo monente „Hysiae Erythraeque in Parasopia sitae Plataeas Eleutheris iter facienti sunt paululum a recta digresso positae ad dextram (Pausan. IX, 2, 1) modicoque quodam intervallo a Plataeensium urbe distant. Quod vel inde iudicatur, quod qui apud Hysias constituitur Graecorum exercitus, subest fano Androcratis, quod dictum est Thebis Plataeas accedenti ad laevam esse. Herodot. IX, 25“ (ubi vid. nott.). Atque, eodem viro docto adiiciente, ex Attica venienti haud procul ab Eleutheris bivium erat (de quo scripsit Pausanias l. l.), unde aut Hysias et Erythras (leg. Eleutheras) pergebatur aut Plataeas.“

οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτο ἐποιέετο κ. τ. λ.] Sententia Herodoti haec est: *hanc munitionem minime in tantam magnitudinem* (quantam castra obtinebant antea indicatam) *esse factam*, *sed ita tantum, ut quodque latus* (munitionis huius) *decem fere oblineret stadia.* Supra II, 124 τῆς πυραμίδος μέτωπον ἕκαστον. Pro vulg. τοσοῦτον scripsi τοσοῦτο Bredovium secutus p. 105, qui hac una forma Herodotum usum esse monstravit.

Ἐχόντων δὲ τὸν πόνον τοῦτον τῶν βαρβάρων Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, παρασκευασάμενος μεγάλως, ἐκάλεε ἐπὶ ξείνια αὐτόν τε Μαρδόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους· κληθέντες δὲ οὗτοι εἵποντο. ἦν δὲ τὸ δεῖπνον ποιεύμενον ἐν Θήβῃσι. Τάδε δὲ ἤδη τὰ ἐπίλοιπα ἤκουον 16 Θερσάνδρου, ἀνδρὸς μὲν Ὀρχομενίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα ἐν Ὀρχομενῷ. ἔφη δὲ ὁ Θέρσανδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀτταγίνου ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦτο· κληθῆναι δὲ καὶ Θηβαίων ἄνδρας πεντήκοντα· καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι, ἀλλὰ Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, διαπινόντων, τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἑλλάδα

Ἀτταγῖνος] Idem memoratur IX, 86 et apud Pausan. VII, 10. §. 1 inter Graeciae proditores; idemque nomen etiam Athenaeo restituit Casaubonus IV, 30. pag. 148E. p. 81 Schweigh., ubi ad Herodoti locum respicitur, coll. Muellero: Orchomen. pag. 27, quem laudat *Cr.*, qui de Phrynone citat Thiersch.: Epoch. d. bild. Kunst p. 80 ed. prior. p. 276 not. ed. alterius. — Ad locutionem ἐπὶ ξείνια conf. V, 18 ibique allata. In seqq. pro vulg. ἕποντο revocavi e Florentino aliisque libris compluribus εἵποντο, quod idem revocarunt Dindorf. et Dietsch., si quidem Noster in hoc verbo augmentum omittere non solet, observante Bredov. pag. 303. Idem feci supra VIII, 103.

CAP. XVI.

λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα] Virum intelligit *maxime* s. *inter primos spectatum.* Sic VI, 100: ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα et IX, 78. Quo eodem haud scio an pertineat quoque ἀνήκειν ἐς τὰ πρῶτα, de quo cf. nott. ad V, 49. VII, 134. — In antecedentibus ad verba τάδε δὲ vid. nott. ad VII, 5; quod enim a vett. edd. aberat δὲ, id Schweighaeuserum secutus e compluribus codd. cum recentt. edd. reposui. De loci argumento consul. C. O. Mueller: Orchomen. pag. 415, a *Cr.* laudatus.

καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι] Unus codex σφέας. Valla haec sic accepit: *atque seorsim utrosque discubuisse.* Malim equidem cum Schweigh. transitivo sensu accipere verbum κλίνειν (quod intransitive poni equidem probare nequeo), ita ut Attaginus hospes dicatur κλῖναι, i. e. *collocasse seorsim utrosque in lectis.* Quare haud opus scribere κλινῆναι, quod G. Dindorf. proposuit in Thesauro Ling. Graec. IV. pag. 1650, recte negans κλῖναι h. l. intransitive accipi posse. Supra I, 126: τοὺς Πέρσας κατακλίνας (sc. ὁ Κῦρος) ἐς λειμῶνα εὐώχεε. Ad usum vocis ἑκατέρους pertinent, quae ad III, 8 notavi. Add. VIII, 16: οὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι διέστησαν χωρὶς ἑκάτεροι. — Quod Attaginus h. l. Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ collocavit indeque etiam Thersandrum Orchomenium, ac si Thebanus esset, cum Persa in uno eodemque lecto posuit, id profecto haud mirum, sed rei ipsi satis consentaneum videtur: neque ex mea quidem sententia testimonium haberi poterit intimae coniunctionis, quae inter Thebas et Orchomenum olim intercesserit atque a Pindaro Isthm. I, 51 illustrata sit: id enim statuit Grote: History of Greece V. pag. 213.

ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν] Vid. nott. ad VI, 129 et V, 18, ubi etiam de verbo διαπίνειν, de quo *Cr.* etiam conferri vult Platonis Rempubl. IV, 1. pag. 421 pag. 167 Bekk. Ad sequens διαπινόντων suppl. αὐτῶν. Sensus est: *cum coenâ peractâ*

γλῶσσαν ἱέντα, εἴρεσθαι αὐτὸν, ὁποδαπός ἐστι, αὐτὸς δὲ ὑποκρίνασθαι, ὡς εἴη Ὀρχομένιος. τὸν δὲ εἰπεῖν· Ἐπεὶ νῦν ὁμοτράπεζός τε μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο, μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω, ἵνα καὶ προειδὼς αὐτὸς περὶ σεωυτοῦ βουλεύεσθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. Ὁρᾷς τούτους τοὺς δαινυμένους Πέρσας καὶ τὸν στρατὸν, τὸν ἐλίπομεν ἐπὶ τῷ ποταμῷ στρατοπεδευόμενον; τούτων πάντων ὄψεαι, ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος, ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους. Ταῦτά τε ἅμα τὸν Πέρσην λέγειν, καὶ μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύων. αὐτὸς δὲ θωυμάσας τὸν λόγον εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεών ἐστι λέγειν, καὶ τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἴνῃ ἐοῦσι Περσέων. Τὸν δὲ μετὰ ταῦτα εἰπεῖν· Ξεῖνε, ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι

hospites certatim bibere inciperent: unde satis patet, quantum illa aetate a prisca eaque severiori disciplina, qua non nisi aquam bibere iubebantur, teste Herodoto I, 71, Persae desciverint. — Ad verba **γλῶσσαν ἱέναι** conf. nott. ad IV, 135. Dixit autem Noster **Ἑλλάδα γλῶσσαν**, quemadmodum VI, 98 coll. V, 93. Thucydid. II, 36 (ubi vid. interprett.). VI, 62; alia quoque dabit Sauppe ad Xenophont. De venat. II, 3. pag. 354. Attulit *Cr.* **Βαβυλῶνα γλῶσσαν** ap. Phot. Bibl. Gr. pag. 937. Qui idem *Cr.* conferri vult Chardon. de la Rochette Melanges Vol. I. pag. 19, Schaefer. Melett. critt. p. 39. 41 et Herod. I, 60.

ὁποδαπός ἐστι] Tres codd. **ποδαπὸς**, ut VII, 218: quo tamen utroque loco scribendum **ὁποδαπὸς**, auctore Schaefero Appar. Demosth. T. V. p. 308. Tu vid. nott. ad V, 13. Indicativum (*ἐστὶ*) necessario hîc poni tradit G. Hermann. Opuscc. IV. p. 92, ut omnibus locis, ubi, an sit aliquid, quaeratur. — Mox cum recc. edd. restitui *εἰπεῖν* librorum scriptorum iussu. Conf. nott. ad VIII, 65 et de locutione **μνημόσυνα καταλιπέσθαι** nott. ad IV, 166. Usum particularum in verbis **ἅμα τε λέγειν — καὶ μετιέναι** attigi ad IV, 150. Dicitur autem *μετιέναι* (*emittere, edere*) pari modo, quo VI, 29: *Περσίδα* **γλῶσσαν μετεὶς**, ubi vid. nott.

τούτων πάντων ὄψεαι — ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους] Quae Persam hîc de interitu exercitus futuro dicentem facit Noster, conveniunt quodammodo haec cum iis, quae Mardonium ipsum Noster IX, 42 eloquentem inducit: **ἔστι λόγιον, ὡς χρεών ἐστι, Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν ἀπολέσθαι πάντας**: quamquam ipse Noster mox addit (cap. 43), hoc oraculum non ad Persas, sed ad Illyrios spectare. Alia et Bacidis et Musaei oracula ad Persarum cladem spectantia sibi nota esse subiungit: ac de talibus oraculis quae ferebantur hoc quoque loco cogitari posse consentaneum videtur.

Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα κ. τ. λ.] i. e. *Mardonio igitur haec te dicere oportet, iisque, qui post illum honore atque auctoritate inter Persas eminent.* Mox revocavi **χρεὼν** pro vulg. **χρεὸν**, vid. nott. ad V, 49. VIII, 3; neque vero mutavi **δεῖ** in **δέει**, ut fecit Dietschius et hoc loco et IX, 65, Bredovium secutus pag. 373. Tu vid. supra VIII, 6 et nott. ad VII, 23. De locutione **ἐν αἴνῃ εἶναι** vid. allata ad III, 74.

ὅ τι δεῖ γενέσθαι — ἀνθρώπῳ] „Hinc ista Stobaeus retulit in tit. CV [107] p. 567 s. 372 seq. T. III. ed. Gaisf. Homericam Persae tribuit

ἀνθρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη,
699 πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. Ταῦτα μὲν τοῦ Ὀρχομενίου Θερσάνδρου ἤκουον, καὶ τάδε πρὸς τούτοισι, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην.

Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομένου οἱ μὲν 17
ἄλλοι παρείχοντο ἅπαντες στρατιὴν, καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας, ὅσοι περ ἐμήδιζον Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ οἰκημένων. μοῦνοι

Herodotus sententiam, cuius auctor fertur Apollo Pythius Aeliano περὶ Προνοίας apud Eustath. in Ili. ζ'. pag. 522, 53. Hanc suo quisque more saepius expresserunt poëtae. Velut vulgare dictum mulieribus ubi tribuit M. Antonin. VII, 46: ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι: multa notat Gataker." *Valckenar.* Wesselingius attulerat Nostri locum III, 65, Ioseph. B. Iud. VI, 5, 4. Aeschyl. Suppl. 1055 et Rittershus. ad Phaedri fab. lib. II. sub finem. Tu vide potissimum Herod. I, 91, ubi plura notavimus, III, 43. 64. 65 et quae alia collegi ad Plutarch. Pyrrh. 30. pag. 236 seq. Nam per Graeciam propagata multisque recepta videtur esse sententia. Persam autem hoc loco induci Graecorum more loquentem et Graecam sententiam enunciantem, vix opus monere, cum saepius de ea re monuerimus in nott. ad librum primum, ubi pluribus locis Persae proferuntur loquentes et agentes Graecorum more; cf. nott. ad I, 95. 118. 120. 124. 204. III, 80, ne plura. Eodemque refero sententiam gravem illam, quae mox subiicitur: ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ κ. τ. λ., dignam Graeco potius homine atque ipso Herodoto, qui Persam tale quid enuntiantem profert. In iis quae sequuntur: οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδεὶς (i. e. *neque enim ea, quibus confidere possis, dicentibus quisquam fidem habere* s. *parere solet*) verbum ἐθέλει haud alio sensu ponitur atque I, 74. VII, 50. §. 1, ad quos locos vid. nott. Ad locutionem ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι conf. I, 11 ibique nott. coll. VIII, 22. Atque observat Creuzerus in Dionys. pag. 74, verbum δέω et inde composita lubenter iungi voci ἀνάγκῃ, ubi id *fati* significationem habeat. Pertinent quoque huc Homerica Ili. IX, 18 (Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ), alia, quae attulit Mitscherlich. ad Horat. Od. III, 24, 5. 6.

ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ κ. τ. λ.] Acerrimum adeoque infestissimum ait dolorem inter homines esse eum, si quis multa (bene) cogitet neque vero quidquam consequi s. efficere queat. Bene Langius: *der bitterste Kummer aber auf der ganzen Welt ist der, wenn man bey aller Einsicht keine Gewalt in Händen hat.*

ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους] Offendit Valckenarium vox ἀνθρώπους, in cuius locum substitui vult ἄλλους: *ut aliis* scil. *ista narrasse dicatur Thersander antequam ad Plataeas proelium committeretur.* Sed libros scriptos omnes obstare video: neque opus sane videtur hac emendatione, modo πρὸς ἀνθρώπους accipias: *ad* s. *inter quosvis homines, publice.* Ad optativum λέγοι *Cr.* conferri vult Heindorf. ad Platon. Phaed. pag. 21, 27 et Ast. ad Platon. Rempubl. pag. 478 seq.

Cap. XVII.

καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας] i. e. *una cum Mardonio* eiusque copiis *ingressi sunt Athenas,* ubi Schweig-

δὲ Φωκέες οὐ συνεσέβαλον· ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι οὐκ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης. ἡμέρῃσι δὲ οὐ πολλῇσι μετὰ τὴν ἄπιξιν τὴν ἐς Θήβας ὕστερον ἦλθον αὐτῶν ὁπλῖται χίλιοι· ἦγε δὲ αὐτοὺς Ἁρμοκύδης, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος. ἐπεὶ δὲ ἀπίκατο καὶ οὗτοι ἐς Θήβας, πέμψας ὁ Μαρδόνιος ἱππέας ἐκέλευσέ σφεας ἐπ' ἑωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐποίησαν ταῦτα, αὐτίκα παρῆν ἡ ἵππος ἅπασα. μετὰ δὲ ταῦτα διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ μετὰ Μήδων ἐόντος φήμη, ὡς κατακοντιεῖ σφέας· διεξῆλθε δὲ δι' αὐτῶν Φωκέων τὠυτὸ τοῦτο. Ἔνθα δή σφι ὁ στρατηγὸς Ἁρμοκύδης παραίνεε, λέγων τοιάδε· Ὦ Φωκέες, πρόδηλα γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ δώσειν, διαβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰκάζω· νῦν ὦν ἄνδρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεών ἐστι γενέσθαι ἀγαθόν· κρέσσον γάρ,

haeusero monente (Lexic. Herod. II. p. 303) *ἐς Ἀθήνας* idem valet atque *ἐς τὴν Ἀττικήν*.

ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι] *σφόδρα* dant omnes codd.; una Aldina eius loco habet *μεγάλως*, quod, probante Wesseling. et Valckenar., ob IX, 40 tenuerunt Schaefer et Matth., reiecit Bekkerus cum reliquis. Ac Schweighaeusero in tota sententia haerenti, utrumque sive *σφόδρα* sive *μεγάλως* si abesset, nulla superesse videbatur difficultas. Equidem invitis libris quidquam eiicere nolui; haec enim videtur loci sententia: *Solos Phocenses non una copias misisse* (ad Mardonii castra), *licet et ipsi strenue Persarum partes amplexi essent, non tam ultro quam necessitate coacti;* cum scil. ipsorum terra a Persis ita esset circumdata, ut Persarum societatem, modo periculum imminens effugere vellent, detrectare haud possent. Stegerus voculam *σφόδρα* post *ὅσοιπερ* transponi vult, quod merito reiicit censor Lipsiensis 1833. pag. 49. — In seqq. dedi e melioribus codd. *ἀπίκατο* pro *ἀπικέατο* (qui aoristus est), quod retinuerunt Schaefer, Bekker et Dindorf. itemque Bredov. pag. 331.

σφεας ἐπ' ἑωυτῶν] Vid. nott. ad I, 142 et IV, 114. Ad verba *διεξῆλθε μὲν — φήμη* conf. infra nott. ad IX, 100 et ad ea, quae sequuntur verba *ὡς κατακοντιεῖ σφέας*, mente opinor ex antecedentibus repetendum: *ἡ ἵππος ἅπασα*, i. e. fama erat sparsa, *fore* ut *ipsi* (Phocenses) *ab equitatu* (Persarum) *telis conficerentur*. Haud aliter in Polyaen. V, 2, 1: *Διονύσιος — περιστήσας αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἅπαντας κατηκόντισεν*, atque in Thucydid. VIII, 109, Arsaces Persarum satrapa Delios *περιστήσας τοὺς ἑαυτοῦ κατηκόντισε*. De ipsa Attica quae dicitur futuri forma *κατακοντιεῖ* vid. allata a Bredov. pag. 378. — Paulo inferius verba *προόπτῳ θανάτῳ* (i. e. *manifestae* s. *certae morti*) hinc habet Suidas s. v. *προόπτῳ* III. pag. 191. Hesychius II. pag. 1061 *προὔπτον· πρόδηλον· φανερόν* coll. II. pag. 1037 *πρόοπτον· προφανές*. Plura Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli S. c. Th. 848. — Ad verbum *διαβεβλημένους* conf. IV, 46 ibiq. citt. In verbis sequentibus *νῦν ὦν ἄνδρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεών ἐστι κ. τ. λ.* retinui voculam *ὦν*, quae cum a pluribus codd. absit, a Bekkero et Dindorfio eiecta est, retenta, sed uncis inclusa a Dietschio: mihi haec vox adeo necessaria videtur et Herodoti consuetudini apta.

κρέσσον γάρ, ποιεῦντας κ. τ. λ.] Haec Suidas affert III. pag. 47 sub

ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτῶν, ὅτι ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησι ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν.
Ὁ μὲν ὦν ταῦτα παραίνεε. οἱ δὲ ἱππέες, ἐπεί τέ σφεας ἐκυκλώ- 18
σαντο, ἐπήλαυνον ὡς ἀπολέοντες, καὶ δὴ διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπήσοντες· καί κού τις καὶ ἀπῆκε. καὶ οἱ ἀντίοι ἔστασαν, πάντη συστρέψαντες ἑωυτοὺς καὶ πυκνώσαντες ὡς μάλιστα. ἐνθαῦτα οἱ ἱππόται ὑπέστρεφον καὶ ἀπήλαυνον ὀπίσω. Οὐκ ἔχω δ' ἀτρεκέως εἰπεῖν, οὔτε εἰ ἦλθον μὲν ἀπολέοντες τοὺς Φωκέας, δεηθέντων Θεσσαλῶν· ἐπεὶ δὲ ὥρων πρὸς ἀλέξησιν τραπομένους, δείσαντες μὴ καὶ σφίσι γένηται τρώματα, οὕτω δὴ ἀπήλαυνον ὀπίσω (ὥς γάρ σφι ἐνετείλατο Μαρδόνιος), οὔτ' εἰ αὐτῶν πειρηθῆναι ἠθέλησε, εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι. Ὡς

voc. **παρέχοντας**, ad quod participium mente adiici potest **ἑωυτόν**. Ita Aristophan. Nubb. 421 (ed. Herm.) **ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν**, ubi cf. interprett. Satius est mori, ait, quam ut nosmet praebeamus ipsos turpissima morte s. fato interimendos. Ad locutionem **διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ** conf. quae similia affert Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 1058. pag. 434. Noster V, 21: **τούτῳ τῷ μόρῳ διεφθάρησαν**. Ad pronomen **τις** (*unusquisque*) cf. nott. ad VIII, 109; de vi praepositionis **ἐπὶ** in verbis **ἐπ' Ἕλλησι** monuimus ad IV, 80 et 154; attigit hunc locum quoque Strange in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. III. p. 448. **φόνον ῥάπτειν** accipio *caedem machinari, struere*, ut alibi **δόλον ῥάπτειν**, et **φόνον ῥάπτειν** apud Euripid. in Andromach. 836. 912. Conf. Stephan. Thes. L. Gr. pag. 8129 B. s. VI. p. 2342 ed. Dindorf., ubi locutio repetitur ex eo, quod VI, 1 legitur: **τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας κ. τ. λ.**, ubi vid. nott. Alia dabit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Agamemn. 1594.

CAP. XVIII.

διετείνοντο τὰ βέλεα] i. e. *suos quique intendebant arcus*, *tela* s. *iacula emissuri*. Ubi **βέλος** de iaculo accipiendum. Plut. Sull. 29 **διετείνοντο τὰς λόγχας**. — Quod antecedit **ἀπολεῦντες**, mutavi Florentini codicis auctoritate in **ἀπολέοντες**, quod ipsum paulo post sine ulla lectionis varietate legitur, quodque supra VIII, 138 itidem omnes praebent libri scripti. Pro **ἔστασαν** (cuius loco Florentinus **ἔστασαν**) quattuor codd. **ἔστησαν**, quod Valckenario arridet. At vid. VIII, 137 et cf. Eurip. Orest. 1460.

πάντη συστρέψαντες ἑωυτοὺς] „*Conglobarunt* se Phocenses impetum irruentium excepturi.“ *Wesseling.* citans Diodor. III, 36. 61. Tu vid. nott. ad Herod. VI, 6. Hinc Livius VIII, 11: „*cum se in unum conglobassent.*“ Mox pro **εἶπαι** e codd. revocavi **εἰπεῖν**, de quo dixi ad VIII, 65. Ipsa autem haec Herodoti verba (**οὐκ ἔχω δ' ἀτρεκέως εἰπεῖν κ. τ. λ.**), ut recte monuit Grote (History of Greece V. p. 216), satis declarant, quam accurate Noster in omnia inquisiverit rerumque fidem in omnibus servare studuerit. In proxime sequentibus quod Phocenses dicit Noster **πρὸς ἀλέξησιν τραπομένους**, i. e. *ad vim propulsandam conversos* s. *conversos ad se defendendos hostesque arcendos*, sponte in mentem venit **πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι**, quod eandem habet significationem et praeter alios a Nostro quoque pluribus locis adhibetur, ut ad II, 45 adnotavimus. Add. IX,

δὲ ὀπίσω ἀπήλασαν οἱ ἱππόται, πέμψας Μαρδόνιος κήρυκα ἔλεγε τάδε· Θαρσέετε, ὦ Φωκέες· ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην. καὶ νῦν προθύμως φέρετε τὸν πόλεμον τοῦτον· εὐεργεσίῃσι γὰρ οὐ νικήσετε οὔτε ὦν ἐμὲ οὔτε βασιλέα. Τὰ περὶ Φωκέων μὲν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

19 Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἦλθον, ἐν τούτῳ ἐστρατοπεδεύοντο. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ Πελοποννήσιοι, τοῖσι τὰ ἀμείνω ἥνδανε, οἱ δὲ καὶ ὁρέοντες ἐξιόντας Σπαρτιήτας, οὐκ ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων. Ἐκ δὴ ὦν τοῦ Ἰσθμοῦ, καλλιρησάντων τῶν ἱρῶν, ἐπορεύοντο πάντες, καὶ ἀπικνέονται ἐς Ἐλευσῖνα. ποιήσαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ὥς σφι ἐκαλλιρέετο, πρόσω ἐπορεύοντο, Ἀθηναῖοι δὲ ἅμα αὐτοῖσι, διαβάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευσῖνι. Ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς

102. Rarior vox ἀλέξησις apud Hippocratem et Iulianum aliquot locis est obvia, quos praebet Thesaurus Ling. Graec. I. p. 1432 ed. Dindorf. Ad verbum πειρηθῆναι conf. citt. ad VIII, 100. Quod sequitur μετέχουσι, intactum reliqui, quamquam duo codd. ἔχουσι, quod Valckenario probari video. Tu conf. Iacobs. ad Philostrat. Imagg. pag. 235.

προθύμως φέρετε] i. e. *sedulo, gnaviter sustinete hocce bellum*, ut IX, 40. Quae continuo sequuntur verba, εὐεργεσίῃσι γὰρ οὐ νικήσετε οὔτε ὦν ἐμὲ οὔτε βασιλέα, eo pertinent, quod in maximis habebatur regum Persarum officiis beneficia accepta remunerari. De quo vid. Herod. III, 140. 160. V, 11. VI, 30. VII, 194. Vim voculae ὦν, quae negationis vim auget, notavit Wentzel. De praepos. tmesi ap. Herod. p. 30, ubi etiam citat I, 46. VII, 140.

Cap. XIX.

οὐκ ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων] i. e. *haud aequum esse iudicabant, Lacedaemoniis ad bellum proficiscentibus, relinqui* s. *domi manere*. De verbi λείπεσθαι structura conf. nott. ad IV, 9; de verbo ἐδικαίευν dixi ad VIII, 126. In proxime antecedentibus scripsi ἥνδανε pro ἑάνδανε, ut IX, 5, ubi vid. nott.; in sequentibus dedi καλλιρησάντων et ἐκαλλιρέετο pro καλλιερησάντων et ἐκαλλιερέετο; vid. nott. ad VII, 134. Unde satis perspicitur, male h. l. corrigi ἱρέων pro ἱρῶν, ut *sacerdotes* intelligantur, non *victimae*, quibus solis hic est locus. Haud aliter mox dixit ἱρὰ s. ἱερὰ ποιεῖν, *sacra facere, sacrificare:* de quo vid. nott. ad VI, 57 et Lambert. Bos. Ellips. L. Gr. pag. 200. Sic σπονδὰς ποιεῖν Xenophon quoque dixit in Cyropaed. II, 3, 1, ubi vid. Hertlein. Quod vero Bekkerus, quem sequuntur Dindorf. et Dietschius, dedit, ὥς σφι ἐκαλλίρεε, τὸ πρόσω ἐπορεύοντο, id e scita Süvernii fluxit coniectura; nec vero scripti libri addicunt, quibus invitis quidquam mutare h. l. ausus non sum, cum ad ἐκαλλιρέετο commode ex proxime antecedentibus repeti possit τὰ ἱρά. Nec sane intelligo, cur non minus bene passivum adhiberi queat in hac formula atque activum καλλιρεῖν sensu intransitivo, ut paulo antea (καλλιρησάντων τῶν ἱρῶν) et VII, 134. VI, 76. Unde discernendum, si quis ipse καλλιρεῖσθαι (verbo medio) τὰ ἱρὰ dicitur, ut VI, 82. VII, 113. 167. Xenoph. Anab. V, 4, 22. Hist. Graec. III, 1, 17.

Ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο — ἐς Ἐρυθράς] Pro ὡς δὲ cum in Sancrofti

Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρα-
τοπεδευομένους, φρασθέντες δὲ τοῦτο ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς
ὑπωρέης τοῦ Κιθαιρῶνος. Μαρδόνιος δὲ, ὡς οὐ κατέβαινον 20
οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδίον, πέμπει ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον,
τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσῃσι (τὸν Ἕλ-
ληνες Μακίστιον καλέουσι), ἵππον ἔχων Νισαῖον, χρυσοχάλι-
νόν τε καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. ἐνθαῦτα ὡς προσήλα-
σαν οἱ ἱππόται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, προσέβαλλον κατὰ τέλεα,
προσβαλόντες δὲ κακὰ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναῖκάς σφεας
ἀπεκάλεον. Κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες, 21

codice exstet *ἐκ δὲ*, Schweighaeuserus suspicatur scriptum fuisse *ἐκεῖ*, conferens IX, 17, ubi similis librorum scriptorum confusio. De *Erythris* dixi ad IX, 17. „Huc (ait *Valcken.*) antequam cum caeteris Graecis venirent Athenienses, in Isthmo iusiurandum iurasse perhibentur libertatis defensores, cuius formulam exhibet Diodor. Sicul. XI, 29. Sed ab Atheniensibus illam fuisse confictam, non immerito credidisse videtur Theopompus; vid. Wesseling. ad Diodor. l. l. et nott. ad Herodot. V, 102.“ Theopompo opponas licet Lycurg. contra Leocrat. p. 158 [p. 193 seq. R.] de hoc iuramento paulo aliter referentem.

φρασθέντες δὲ τοῦτο] *δὲ* pro *τε* (quod post Schaeferum retinuerunt Bekker et Dindorf.) e Florentino et Sancrofti libro dedi cum reliquis editoribus, cum particulae *τε* nullus hic videatur esse locus, vocula *δὲ* autem commode ad prius illud *δὲ* (*ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο κ. τ. λ.*) initio sententiae positum referri possit. Sensus est: *id igitur animo cum considerassent* s. *observassent.* Tu conf. V, 92. §. 3 et IX, 107 de significatione verbi *φρασθέντες*. Mox pro *ὑπωρείης* cum Bekkero, Dindorf. et Dietsch. scripsi *ὑπωρέης*, idemque feci IX, 25 et 56; tu vid. nott. ad I, 110; de montis *radicibus* ac *declivitatibus* vox intelligenda; *la pente* Gallice eam reddi vult Gail. Le philolog. IV. pag. 281 seq. coll. V. pag. 227. Nam in ipsis Cithaeronis declivitatibus Graecos castra posuisse apparet quoque ex Plutarch. Vit. Aristid. 14, ubi scribit Graecos, exceptis Megarensibus, qui consederant in locis magis planis, consedisse *ὑπὸ τὸν πρόποδα τοῦ Κιθαιρῶνος, ἐν χωρίοις ὀχυροῖς καὶ πετρώδεσι*, quibuscum etiam confer Diodor. XI, 30.

CAP. XX.

Μασίστιος] „Memorant hominem Pausanias, Plutarchus, alii, *Μασίστιον* adpellantes, Tzetzes quoque Chiliad. I, 993, turpiter tamen eundem ac Xerxis fratrem Masistam, quo de cap. 110 [109. VII, 82], arbitratus.“ *Wesseling.* — Tu conf. de nomine ipso nott. ad IX, 107 et de toto loci argumento inprimis Plutarch. Vit. Aristid. cap. 13. pag. 326 C. De equis *Nisaeis* diximus ad VII, 40. Ad locutionem *κατὰ τέλεα* (i. e. *turmatim*, secundum singulos ordines dispositi) conf. IX, 33. VII, 81. 87. 211. Mox recepit Schweighaeus. ex uno cod. *προσβάλλοντες* pro *προσβαλόντες*, quod cum Schaefero tenent recentt. edd., quos secutus sum.

καὶ γυναῖκάς σφεας ἀπεκάλεον] Verbum *ἀποκαλεῖν* malam in partem plerumque dici, multis locis allatis nec nostro loco omisso ostendit Strange in: Jahrbb. f. Philol. Suppl. Vol. III. p. 585. Uno defungar exemplo e Plutarch. Lycurg. 20: *ῥήτορος Ἀθηναίου τοὺς Λακεδαιμονίους ἀμαθεῖς ἀποκαλοῦντος*, alteroque e Luciani Diall. mortt. 2, 2: *ἐπιγελᾷ καὶ ἐξονειδίζει ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀπο-*

τῇ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός· καὶ πρόσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. προσβαλλούσης ὦν τῆς ἵππου οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι ἔπεμπον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων κήρυκα. ἀπικόμενος δὲ ὁ κῆρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε· Μεγαρέες λέγουσι, Ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι, οὐ δυνατοί εἰμεν τὴν Περσέων ἵππον δέκεσθαι μοῦνοι, ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔστημεν ἀρχήν. ἀλλὰ καὶ ἐς τόδε λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν, καί περ πιεζόμενοι. νῦν τε, εἰ μή τινας ἄλλους πέμψετε διαδόχους τῆς τάξιος, ἴστε ἡμέας ἐκλείψοντας τὴν τάξιν. ὁ μὲν δή σφι ταῦτα ἀπήγγειλε. Παυσανίης δὲ ἀπεπειρᾶτο τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθελονταὶ ἰέναι τε ἐς 701
τὸν χῶρον τοῦτον καὶ τάσσεσθαι διάδοχοι Μεγαρεῦσι. οὐ βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο, καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες, τῶν ἐλοχήγεε Οὐλυμπιόδωρος ὁ Λάμ-
22 *πωνος. Οὗτοι ἦσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι καὶ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων τῶν παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τοὺς τοξότας προσελόμενοι. μαχομένων δέ σφεων ἐπὶ χρόνον τέλος τοιόνδε*

καλῶν. De ipso opprobrio conf. nott. ad IX, 107.

Cap. XXI.

τῇ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν κ. τ. λ.] Pro vulg. ᾗ scripsi τῇ, vid. nott. ad VII, 163; idemque feci infra IX, 67; τῇ τε nostro loco ex duobus codd. recepit Bekkerus, quem Dindorf. et Dietsch. secuti sunt. Mihi hic nullus locus voculae τε esse videtur. Sensum loci hunc esse puto: *forte autem accidit, ut, qui maxime hostibus erat expositus locus* (maxime scil. aptus equitum incursionibus), *eo collocati essent.* De voce ἐπίμαχος conf. I, 84. VI, 133 ibique nott. — In seqq. ad ταύτῃ conf. Matth. Gr. Gr. §. 472, 3. Paulo inferius omnes codd. dant πιεζόμενοι, tum vero duo πιεζεύμενοι, quod vulgo receptum erat. Vid. allata ad VIII, 142.

ἔχοντες στάσιν] Quod proxime antecedit μοῦνοι, diligenter seiungendum, cum ad praegressum δέκεσθαι pertineat. *Se enim solos Persarum equitum impetum sustinere posse* negant Megarenses. Quam h. l. στάσιν dicit *stationem*, scil. quam in acie tenere iussi erant, mox vocat τὴν τάξιν (quod idem libris iubentibus repositum IX, 26. 48) et τὸν χῶρον τοῦτον. — Voces λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ (*perseverantia et virtute*) eodem pacto iunctae leguntur IX, 70. Ad verbum ἀπεπειρᾶτο conf. IX, 18. Pro Ὀλυμπιόδωρος, quod omnes codd. exhibent, scripsi ex constanti Nostri usu Οὐλυμπιόδωρος iubentibus Bredov. pag. 166 et Dindorf. in Commentat. de dialect. Herodot. p. XLI. Ad verbum λοχηγεῖν genitivo iunctum vid. IX, 53 ibique nott.

Cap. XXII.

Οὗτοι ἦσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι] Haec quoque talia sunt, quae a scriptore Atheniensibus benevolo istorum ipsorum in gratiam dicta videri possint. De quo vid. nott. ad VII, 139. VIII, 3. — Ad ipsum argumentum conferatur Plutarch. Vit. Aristid. 14.

τοὺς τοξότας προσελόμενοι] i. e. *assumptis sagittariis*, qui scil. in Persarum equites iacula eminus mitterent. Trecenti enim illi Athenien-

ἐγένετο τῆς μάχης. Προσβαλλούσης τῆς ἵππου κατὰ τέλεα ὁ Μασιστίου προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλγήσας δὲ ἵσταταί τε ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέατο· τόν τε δὴ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δυνάμενοι. ἐνεσκεύαστο γὰρ οὕτω· ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτὸν, κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κιθῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα ἐποίευν οὐδὲν, πρίν γε δὴ μαθών τις τὸ ποιεύμενον παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν. οὕτω δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε. Ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς ἄλλους ἱππέας· οὔτε γὰρ πεσόντα μιν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου οὔτε ἀποθνήσκοντα· ἀναχωρήσιός τε γινομένης καὶ ὑποστροφῆς οὐκ ἔμαθον τὸ γενόμενον. ἐπεί τε δὴ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθησαν, ὥς σφεας οὐδεὶς ἦν ὁ τάσσων. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς διακελευσάμενοι ἤλαυνον τοὺς ἵππους

ses gravem armaturam cum haberent, minus erant apti ad impetum eminus arcendum. — ἐπὶ χρόνον valet *aliquamdiu*, ut IX, 70 et 119 χρόνον ἐπὶ πολλόν. Add. VIII, 52. 129. IX, 62. 67, ne plura; et conf. Fischer. ad Weller. III. p. 244 a. p. 385, Ameis ad Homeri Odyss. XII, 407.

Προσβαλλούσης τῆς ἵππου] Ita e Florentino et Sancrofti libro dedi pro vulg. προσβαλούσης (quam Bekkerus, Dindorf. et Dietsch. retinuerunt), cum, notante Matthiaeo, sensus sit: „*cum equitatus identidem irrueret* (προσέβαλλε), non: *cum irruisset*. — Quae sequuntur προέχων τῶν ἄλλων (i. e. *prae aliis longius provectus*), iam attigi ad IV, 120. Bene Negris participium προέχων exponit προελαύνων· ὑπάγων πρὸ τῶν ἄλλων.

ἵσταταί τε ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον] Eadem locutio VII, 88, ubi vid. nott. Verbum ἀποσείεσθαι in talibus proprie adhiberi a Xenophonte [cuius vid. Cyropaed. VII, 1, 18.] et Clement. Alexandrino observat Valckenar., citans praeterea Platon. Gorg. p. 484 A, ubi respici volunt Iliad. VI, 507. Ad verbum ἐπικεῖσθαι in seqq. cf. VI, 49. VIII, 84 et ad κατ' ἀρχὰς nott. ad VIII, 3. V, 62. I, 135. — Ad verba θώρηκα λεπιδωτὸν vid. nott. ad VII, 61 et cf. Mongez. in Mémoir. de l'Institut. T. IV. pag. 49. De voce φοινίκεος (*purpureus*) dixi ad IV, 43.

ἐς τὸν ὀφθαλμὸν] Plutarchus, observante Wesselingio, Vit. Arist. 14. pag. 327 B. τοῦτον μὲν ἡ τὸ κράνος ὑπέφαινε ἀκοντίου στύρακι παίων τις ἀνεῖλεν. In seqq. omnes libri ἐπόθεσαν (*absentis desiderio tacti sunt*), quamquam III, 36 ἐπόθησε, et V, 93 ἐπιποθήσειν, quae ipsa genuina apud Nostrum forma esse videtur, quam cum Dindorfio et Dietschio inde reposui. Atque Bredovius pag. 339 monet, quamquam apud Homerum constanter hoc futurum per ε scribatur, tamen iam Xenophontem, alios mature inde descivisse. Tu conf. etiam Matth. Gr. Gr. §. 179. Buttmann. Gr. Gr. I. pag. 398 ibique laud. Fischer. ad Weller. II. pag. 324, qui affert Eustath. ad Odyss. II. pag. 375 s. 102 Basil. *Cr.* addit Heindorf. ad Platon. Phaedon. pag. 180 seq. Idem Matthiae §. 520. not. 2 ad verba ὡς ἂν - ἀνελοίατο conferendus; cf. infra IX, 51 et supra I, 152. V, 37. Nec aliter apud Nostrum ὅκως ἂν poni sequente optativo vidimus I,

23 πάντες, ὡς ἂν τόν γε νεκρὸν ἀνελοίατο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθη-
ναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας, ἀλλ' ἅμα
πάντας, τὴν ἄλλην στρατιὴν ἐπεβώσαντο. ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἅπας
ἐβώθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. ἕως 702
μέν νυν μοῦνοι ἦσαν οἱ τριηκόσιοι, ἑσσοῦντό τε πολλὸν καὶ
τὸν νεκρὸν ἀπέλειπον· ὡς δέ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησε, οὕτω
δὲ οὐκέτι οἱ ἱππόται ὑπέμενον, οὐδέ σφι ἐξεγένετο τὸν νεκρὸν
ἀνελέσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνῳ ἄλλους προσαπόλεσαν τῶν ἱππέ-
ων. ἀποστήσαντες ὦν ὅσον τε δύο στάδια ἐβουλεύοντο ὅ τι
χρεὼν εἴη ποιέειν· ἐδόκεε δέ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν
24 παρὰ Μαρδόνιον. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον
πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδό-
νιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ
τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ· ἅπασαν γὰρ τὴν
Βοιωτίην κατεῖχε ἠχώ, ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετά γε Μαρδό-

75, ubi cf. nott. De verbo *ἀναιρεῖσθαι* afferemus quaedam ad IX, 27.

CAP. XXIII.

ἐπεβώσαντο] i. e. *sibi auxilio advocarunt*. Vid. nott. ad I, 11 et ad proximum *ἐβώθεε*, cuius loco Florentinus liber cum aliis *ἐπεβοήθεε*, nott. ad VIII, 1. — Pro vulg. *ἀπέλιπον*, quod post Schaeferum dedit quoque Bekkerus, quem Dindorf. et Dietsch. sequuntur, equidem cum reliquis e Florentino aliisque recepi *ἀπέλειπον*. Mox reposui cum recentt. edd. *ἐπεβοήθησε*, cuius loco Schaeferus, Schweighaeuserus et Gaisford. e Sancrofti libro receperant *ἐπεβοήθησαν*. Ad verbum *ἐξεγένετο* conf. nott. ad III, 142. Ad locutionem *τὸν νεκρὸν ἀνελέσθαι* vid. nott. ad IX, 27.

ἀποστήσαντες] i. e. *cum duo ferme stadia regressi essent*. Cum aoristi primi activa plerumque sit notio, Reiskius scribi mavult *ἀποστάντες* aut *ἀπονοστήσαντες*. Wesselingio et Abreschio ad *ἀποστήσαντες* supplere placet *ἑωυτοὺς* (ut sane idem sit atque *ἀποστάντες*), assentiente Schweighaeusero, qui antea supplere *τοὺς ἵππους* maluerat. Hoeger in Actt. phill. Monacc. III, 4. pag. 526 coniicit *ὑποστρέψαντες*. Equidem cum recentt. edd. malui a librorum scriptorum auctoritate stare quam coniecturas incertas in textum recipere. Et vid. quoque Matth. Gr. Gr. §. 496, 1. Similis apud Pausaniam confusio III, 11. §. 6, ubi tamen Siebelis (pag. 31) revocavit *ἀποστάντες*. — Pro vulg. *χρεὸν* dedi *χρεών*; vid. nott. ad VIII, 3.

CAP. XXIV.

κείροντες] i. e. *caput tondentes*, quod luctus erat indicium, ut II, 36. Attigit Herodotea Eustath. ad Ili. XXIII. p. 1402, 24. Ad verba sequentia *οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ* conf. V, 99. VII, 211 ibique nott. Et luctum illum iisdem fere verbis atque Herodotus enarrat Plutarch. Vit. Aristid. 14 fin. De barbarorum luctu Wesseling. conferri voluerat Brisson. De reg. Perss. princip. II, 206, Perizon. ad Aelian. V. H. VII, 8; qui luctus barbarorum quam vehemens quamque ingens fuerit, vel ea quemque docere poterunt, quae Xerxem et senes Persarum ob cladem acceptam conquerentes facit Aeschylus in Persis 909 seqq. Morem autem illum equis capillos ab-

νιον λογιμωτάτου παρά τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ. οἱ μέν νυν βάρβαροι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν 25
καὶ δεξάμενοι ὤσαντο, ἐθάρσησαν πολλῷ μᾶλλον, καὶ πρῶτα
μὲν ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον·
ὁ δὲ νεκρὸς ἦν θέης ἄξιος μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος. τῶν
δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν· ἐκλείποντες τὰς τάξις ἐφοίτεον
θεησόμενοι Μασίστιον. Μετὰ δὲ ἔδοξέ σφι ἐπικαταβῆναι ἐς
Πλαταιάς· ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδεώτερός
σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου τά τε

radendi apud Graecos quoque antiquissimo reperiri aevo observat Larcher. ex Euripid. Alcest. 429 et Plut. Vit. Pelopid. 34 init. p. 296 F. Add. cap. 33 ibid. et Vit. Alexandr. 72. pag. 704 E. Etenim Alexander quoque Hephaestione mortuo *τοὺς ἵππους κεῖραι* dicitur.

CAP. XXV.

ἐθάρσησαν] Ita unus codex pro vulg. *ἐθάρρησαν*. Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. De dialect. Attic. §. 82. pag. 153. Quae vulgo post *ἐθάρσησαν* ponitur vocula *τε*, cum absit a duobus codd., abiecta est a Schaefero, quem ego cum Bekkero et reliquis edd. recentt. secutus sum: retinuerunt eandem Schweighaeuser et Gaisford.

ὁ δὲ νεκρὸς ἦν κ. τ. λ.] Citat Eustath. ad Homer. Ili. p. 626, 52 s. 481, 5, ubi recte dat *ἦν*, quod etiam nunc e melioribus Herodoti libris revocatum esse video. Schaeferus tenuit *ἔην*. — Ad voces *μέγαθος* et *κάλλος* plerumque iunctas cf. nott. ad V, 12.

τῶν δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν] Conf. III, 43, ubi similem in modum loquitur Noster. — „*τῶν δὲ* id est *μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος: ταῦτα ἐποίεον*, nempe *τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον*. In Homeri Ili. XXII, 369 Hectoris cadaver *περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος*.“ *Valcken. Ideo vero* (i. e. ob pulcritudinem corporis et magnitudinem) *haec faciebant* (ut scil. cadaver plaustris impositum ducerent praeter aciem ac singulos ordines) *cunctique relictis stationibus accedebant intuituri Masistium.* Ubi quae ante *ἐφοίτεον* olim inserta erat vocula *καὶ*, ea nunc eiecta est, melioribus codd. ita iubentibus. In proxime seqq. ad verbum *ἐπικαταβῆναι* vid. VIII, 38 ibique nott.

ὁ γὰρ χῶρος κ. τ. λ.] De structura loci conf. Matth. Gr. Gr. §. 615. Ad seqq. *ἐπιτηδεώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι* vid. nott. ad IX, 2. 7 et ob usum locutionis *τά τε ἄλλα* Hermann. ad Viger. pag. 722, ubi nostrum locum ita Latine reddit: „*regio Plataeensis cum aliis rebus aptior videbatur ad castrametandum Erythraeo, tum aquâ abundantior.*“ Inde in Plutarchi Vit. Aristid. cap. 16 fin.: *καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις ἔδοξε πορρωτέρω μεταστρατοπεδεῦσαι καὶ καταλαβεῖν εὔυδρον χωρίον, ἐπεὶ τὰ πλησίον νάματα καθύβριστο καὶ διέφθαρτο, τῶν βαρβάρων ἱπποκρατούντων* Sintenis, qui olim tenuit *ἔνυδρον*, quae sane est plurimorum codd. lectio, nunc revocavit *εὔυδρον*, quod unum verum esse hic Herodoti locus satis declarat. Eadem confusio in Herod. IV, 47, ubi vid. nott. Ac praeter Gargaphiae fontem, cuius continuo fit mentio, *Βουκεραΐς* fons quoque commemoratur *ἐν Πλαταιαῖς* apud Etymol. M. pag. 207, 41, ubi de nomine fontis plura afferuntur e Theonis Commentariis in Callimachi *Αἴτια*.

ἄλλα καὶ εὐϋδρότερος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον καὶ ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην, τὴν ἐς τῷ χώρῳ τούτῳ ἐοῦσαν, ἔδοξέ σφι χρεὼν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. Ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα ἤϊσαν διὰ τῆς ὑπορέης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ ὄχθων τε

ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην] Fons iste, cuius mentio quoque IX, 49. 50. 52 occasum versus ab Erythris prosiliebat; unde aqua Plataeas versus fuit deducta teste Pausan. IX, 4. §. 3, ubi vid. Siebelis. Add. C. O. Mueller: Orchomen. p. 489 coll. Gail. Le philol. V. p. 309 seq., Unger: Paradox. Thebb. pag. 379, Muenscher: De rebb. Plataeenss. pag. 7. Hicce fons, qui Herodoto teste (IX, 51) decem stadiis aberat ab Oëroë ac viginti stadiis (IX, 52) ab Heraeo urbis Plataeensis, ubi situs fuerit, si quaeras, prope Androcratis fanum illum prosiluisse, eadem Nostri verba declarare videntur: Androcratis autem fanum teste Thucydide III, 24 ad dextram viae ab urbe Plataeensi Thebas ducentis quaerendum, unum fere milliarium ab urbe remotum. Huc autem pervenerunt Graeci, postquam per Cythaeronis declivitates (i. e. per vicos Katzula et Bubuka), Hysias deinde praetereuntes in agrum Plataeensem intraverant: itaque in planitie Asopum versus extensa fontem huncce quaeras necesse est, neque ille fons, cui nunc nomen *Verguliani* s. *Vergentiari*, pro Gargaphia vetere haberi poterit, ut olim proposuerunt Squire (apud Walpole: Memoirs pag. 338 seq.) et Clarke (Travels II, 3. p. 83), quoniam meridiem versus ab urbe exoritur ad viam Megaris Plataeas ducentem. Prope fanum Androcratis Gargaphia quaerenda erit, quam mediam inter vicos Platana atque Kriakuki sitam fuisse eo loco statuit Leake (Travels in North. Greece II. p. 332. 343), quo adhuc lapides vetusti operis fontem quendam includunt: idemque asserit Vischer: Erinnerungg. aus Griechenl. p. 549. Alium fontem, qui copiosam emittat aquam, magis occasum versus et urbem propius situm pro Gargaphia haberi vult Goettling: Gesammelt. Abhandll. pag. 136. Ac denique Grote: History of Greece Vol. V. p. 222 eo inclinat, ut fontem olim fluentem nunc defecisse nec amplius hodie inveniri posse arbitretur; cui add. Wheeler: Geography of Herodot. pag. 71.

παρὰ Ὑσιὰς] i. e. *praeter Hysias*, ut V, 74. VI, 108. De ipsa urbe dixi ad IX, 15. Quae continuo sequuntur ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν (i. e. *in agrum Plataeensem*), Gail Le philol. IV. p. 284 ob sequens ἀπικόμενοι intelligi vult: *marchant vers le territoire de Platée*, quemadmodum paulo ante ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιὰς *descendre vers Platée*. Equidem cur a vulgata interpretatione recedam, haud intelligo.

τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος] *Androcratis* fanum propius abest ab ipsa Plataeensium urbe, haud multum a Cereris templo situm prope viam Thebas ducentem (cf. Unger Paradox. Thebb. pag. 275), loco minus apto tam peditibus quam equitibus. Vid. Gail. l. l. V. p. 300–306, Kruse: Hell. II, 1. p. 596, Leake l. l., alios (conf. nott. ad IX, 51) et tabulas adiectas, quae totius regionis continent delineationem. De ipso heroë antiquo conf. Wasse ad Thucydid. III, 24 et potissimum Plutarch. Vit. Aristid. 11. pag. 325. — Ad voces διὰ ὄχθων (*per colles*) conf. IX, 56. 59 et allata ad IV, 201. Pro χωρίον tres codd. χῶρον. Atque alibi quoque χωρίον de loco spatioso adhiberi, ut II, 29 observat Schweighaeuserus. Intel-

οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου. Ἐνθαῦτα ἐν τῇ διατάξι ἐγέ- 26
703 νετο λόγων πολλὸς ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν γὰρ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα. τοῦτο μὲν οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε· Ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος ἐκ τῶν συμμάχων ἁπάντων, ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοισι καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νεόν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε εὑρόμεθα τοῦτο διὰ πρῆγμα

ligitur autem regio *plana*, ut I, 110: ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ πᾶσα ἄπεδος, et IX, 102 ἄπεδος χῶρος. Quae iam attulimus ad IV, 62, ubi vid. nott.

CAP. XXVI.

λόγων πολλὸς ὠθισμὸς] Vid. nott. ad VII, 225; μεγάλη λογοτριβή explicatur in Neograecorum sermone, ut profert Theocharopulos in Vocabular. pag. 233. Quod olim legebatur πολλῶν in Florent. quoque libro conspicuum, dudum correxit Wesseling. Diss. Herod. XI. pag. 205 reponens πολλὸς, ut VIII, 78 et recte interpretans: *vehemens verborum altercatio*. Ad verbum ἐδικαίευν conf. nott. ad VIII, 126 et ad pronomina αὐτοὶ (ubi olim male αὐτέων) ἑκάτεροι Matth. Gr. Gr. §. 468 fin. Conferunt III, 82, ubi αὐτὸς ἕκαστος et V, 13 αὐτὰ ἕκαστα. Quod vero Valcken. τὸ ἕτερον κέρας per euphemismum dici putat *sinistrum cornu*, ob Plutarch. Vit. Aristid. 12, ubi de eadem disceptatione inter Athenienses et Tegeatas refertur, merito obloqnitur Schweighaeuser, cum ἕτερον κέρας utrumlibet intelligatur cornu sive sinistrum sive dextrum. Ad proximum τοῦτο μὲν non sequitur τοῦτο δὲ, sed eius loco cap. 27 initio legitur: οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον· Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε. — In verbis καὶ καινὰ καὶ παλαιὰ aeque atque mox καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νέον vim quandam esse duplicatae voculae καὶ nemo non sentit; sic VI, 96: ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν; VI, 98: καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα; I, 61: κομίσας καὶ χρήματα καὶ ἄνδρας. Add. I, 73 et conf. Hartung: Lehre v. d. Partik. I. p. 144 seq.

ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος] „Sic Tegeatae postea ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν: et Athenienses cap. 27 ἆρ' οὐ δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν. Hinc in Plutarchi Vit. Aristid. 12. pag. 326 A. Ἀθηναῖοι Τεγεάταις περὶ τάξεως ἐρίσαντες. Lis erat non adeo de loco, quem obtinerent, sed *utri cornu alterum in hostem ducerent*." *Wesseling*. Pro τῆς τάξιος una Aldina τῆς στάσιος. Vid. IX, 21. — In seqq. ὅσαι ἤδη ἔξοδοι breviter dictum pro ἐν ταῖς κοιναῖς ἐξόδοις, ὅσαι statuit Matth. Gr. Gr. §. 474, E. — Pro τὸ παλαιὸν duo codd. τὸ πάλαι, ut IV, 180. VII, 142. IX, 72. Sed τὸ παλαιὸν invenitur quoque VII, 129, idque huic loco eo magis aptum, ubi sequitur τὸ νεόν. *Cr.* addit Heindorf. ad Platon. Euthydem. §. 40. pag. 355.

ἐπειρῶντο — κατιόντες] Eadem structura IX, 33 et I, 77, ubi vid. nott. κατιέναι de iis dici, qui patriâ pulsi in patriam redeunt, satis notum; conf. III, 45. V, 62, ne plura. Ad verbum εὑρόμεθα (i. e. *adepti, consecuti sumus*) vid. nott. ad IX, 6. De Heraclidis, Eurystheo victo Peloponnesum invadentibus duce Hyllo, tradit Diodorus IV, 58, quo auctore Heraclidis occurrit Atreus, qui post Eurysthei mortem Mycenarum regnum occuparat, προσλαβόμενος συμμάχους Τεγεάτας καί τινας ἄλλους, κατὰ δὲ τὸν

τοιόνδε· Ἐπεὶ μετὰ Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ, ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἱζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι, τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς χρεὼν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν σφέων αὐτῶν κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι ποιητέα, καὶ

Ἰσθμὸν, ita pergit Diodorus, τῶν στρατοπέδων ἀθροισθέντων Ὕλλος μὲν ὁ Ἡρακλέους εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο τῶν πολεμίων τὸν βουλόμενον, ὁμολογίας θέμενος τοιαύτας· εἰ μὲν Ὕλλος νικήσει τὸν ἀντιταχθέντα, παραλαβεῖν Ἡρακλείδας τὴν Εὐρυσθέως βασιλείαν· εἰ δὲ Ὕλλος λειφθείη, μὴ κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας εἰς Πελοπόννησον ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα· καταβάντος δ' εἰς τὴν πρόκλησιν Ἐχέμου τοῦ βασιλέως τῶν Τεγεατῶν καὶ τῆς μονομαχίας γενομένης ὁ μὲν Ὕλλος ἀνῃρέθη, οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀπέστησαν τῆς καθόδου κ. τ. λ. De Achaeorum atque Ionum sedibus priscis in Peloponneso vid. Herodot. I, 145 seq. ibique nott. Ad verbum ἐκβοηθήσαντες vid. nott. ad VI, 16 et ad locutionem ἱζόμενοι ἀντίοι Herod. V, 18 ibique nott. IX, 18. Quae sequuntur verba τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, reddenda videntur: *fama est Hyllum edixisse*, vel etiam, quod eodem fere redit, *edicendum curasse*. Quo eodem sensu activum προηγόρευε IX, 98. VII, 10. §. 4 coll. IX, 92 et VIII, 5, ubi ἠγόρευε et potissimum VI, 97. I, 60. III, 75 et 156. Grashof (Zeitschrift f. Alterthumswissensch. 1834. nr. 3. p. 248) coniicit pro ἀγορεύσασθαι refingendum esse ἀγορήσασθαι, ea notione [*concionandi, publice* s. *pro concione dicendi*], qua VI, 11 verbum ἠγορόωντο. Mihi ad Herodoti locos laudatos respicienti haud opus videtur tali mutatione, libris scriptis praesertim invitis. De vocula ὦν monuit Matth. Gr. Gr. §. 625.

ἐπὶ διακειμένοισι] i. e. *certis quibusdam propositis legibus* s. *conditionibus*, de quibus inter utrosque convenerat. Citat Herodotea Eustath. ad Ili. p. 233, 33 s. 177, 5. Haud aliter Plutarch. Vit. Thes. 17 ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν. Mor. II. p. 808 A ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Atque ipse Herodotus mox scripsit ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε (i. e. *in haec verba* s. *in has conditiones* iusiurandum ediderunt), et supra IX, 7. §. 1 ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις (ubi vid. nott.); neque aliter ἐπὶ ῥητοῖσι I, 59. V, 57, ubi vid. nott. ἐπὶ τῷ λόγῳ VIII, 5, ubi vid. nott. Infra IX, 33: ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι κ. τ. λ. IX, 88: ὡμολόγησαν ἐπὶ τούτοισι. Ad argumentum loci sic *Valcken*. „Quae de Hyllo narrantur Heraclida certis sub conditionibus ad singulare certamen Peloponnesiorum praestantissimum provocante, comparari poterunt cum Diodor. Sic. IV, 58. [Tu vid. supra allata]. Sed iuxta Diodorum, Hyllo cadente, intra annos quinquaginta non reverterentur in Peloponnesum Heraclidae: verius ille scripsisset cum Herodoto ἐντὸς ἐτῶν ἑκατὸν, iudice viro summo ad Diodor. Conf. Meurs. De regn. Laced. cap. 7." Quibus addam, quae *Wesselingius* ad illum Diodori locum adscripsit: „Frequentis olim usus inter dissidentes reges singularia erant certamina, longe profecto honestiora et magis e re civium, quam quae vulgo levi saepe ex causa inter privatos sumuntur. Exempla principum, ut popularium sanguini parceretur, inter se congredientium non addo: sunt enim in his libris haud rara et ab incomparabili Is. Casaubon. ad Athen. IV, 13 diligenter collecta." Scripsit nimirum Athenaeus IV, 41. pag. 155 A. haec: ὅτι δὲ καὶ οἱ ἐν-

ἔταμον ὅρκια ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρώϊα· ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιὴν, ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. προεκρίθη τε δὴ ἐκ πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος, ὁ Ἠερόπου, τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέτερος, καὶ ἐμουνομάχησέ τε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον. Ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὑρόμεθα ἐν τοῖσι Πελοποννησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ διατελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου αἰεὶ ἡγεμονεύειν, κοινῆς ἐξόδου γινομένης. Ὑμῖν μέν νυν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιεύμεθα, ἀλλὰ διδόντες αἵρεσιν, ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἄρχειν, παρίεμεν· τοῦ

δοξοι καὶ οἱ ἡγεμόνες ἐμονομάχουν καὶ ἐκ προκλήσεως τοῦτ' ἐποίουν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν: ad quem locum plura sane adscripsit Is. Casaubonus, unum tantum huius pugnae singularis exemplum afferens ex Diodor. Siculo XVII, 100 de Coragi ducis Macedonis pugna cum Dioxippo Atheniensi atque ex Athenaei verbis ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν colligens, Athenaei peculiare opus olim exstitisse, quo exempla ducum collegisset, qui singulari certamine salutem exercituum suorum aut reipublicae redemissent. Sed recte monuit Schweighaeuserus (in Commentt. ad h. l. Tom. II. p. 513), haec Athenaei verba nihil aliud significare nisi: *alibi*, i. e. in alia operis parte, *diximus*, ac respici locum primi libri, quo de his satis commode dici poterat. Prisci moris fuisse hoc pugnae singularis genus vel ex Homeri Ili. III, 98 colligi potest, itemque a Strabone VIII. p. 357, qui huiusmodi certamen commemorans id fieri scribit κατὰ ἔθος τι παλαιόν. Neque cuiquam in mentem non venit Horatiorum et Curiatiorum certamen apud Livium I, 23; ex Herodoto conferri quoque possunt hi loci I, 82. V, 95. Neque nostra aetas talibus caret exemplis. Anno 1794 duo Gallorum duces (Duphot et Lannes) cum duobus Hispanorum ducibus ante arcem Figueros in Catalonia eum in modum committuntur atque in ipsius exercitus utriusque conspectu ita pugnasse narrantur, ut uterque Hispanorum dux caesus ac prostratus iaceret; unde Gallis victoria obtigit. Vid. Heymann in Erschii et Gruberi Encyclopaed. Sect. I. Vol. XXVIII. p. 324. Ad verba ἔταμον ὅρκια conf. IV, 70. VII, 132 ibique nott.

ἑκατόν τε ἐτέων] i. e. *intra centum annos*. Nec aliter simplex genitivus II, 115. VI, 58, vel usitatus in publicis documentis; vid. Boeckh: Monatsberichtt. d. Berlin. Acad. d. Wissensch. 1853. pag. 162. In annorum *centum* numero congruit cum Herodoto Schol. Thucyd. I, 12; qui hac de re egerint, plures laudat Wesseling. ad Diodor. l. l.

Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος] Omnes libri scripti Φηγέος, quod inde retinendum duxi. Nam e Pausania VIII, 4. §. 7, ubi ille vocatur Κηφεὺς, apud Herodotum corrigere volunt Κηφέος, suadente quoque Siebelisio (qui hunc *Echemum* luctae praemium tulisse in Olympico certamine observat e Pindar. Ol. X, 79 seqq.) et Larchero, qui hoc de Cepheo praeter Pausaniae l. l. excitat Apollodor. I, 8. §. 2. pag. 30 et §. 16. pag. 49. Hinc Negris recepit Κηφέος: reliqui editores in vulgata acquieverunt. Ad significationem vocis γέρεα (*honores*, *privilegia*) in sequentibus conf. III, 142 ibique allata. IV, 143. VII, 134.

δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν, κατά περ ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ. Χωρίς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν, ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους. οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους. οὐ γάρ σφί ἐστι ἔργα οἷά περ ἡμῖν κατεργασμένα, οὔτ' ὦν καινὰ οὔτε
27*παλαιά. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπε-* 704
κρίναντο τάδε· Ἐπιστάμεθα μὲν σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα

φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν] Borheck., praeeuntibus Koenio ad Gregor. Cor. De dial. Ion. §. 56. p. 548 et Larchero, rescribi vult *ἐς ἡμέας*, quibus Schweigh. recte opponit ipsum Herodotum II, 36, quamquam praepositio et ipsa reperitur addita VI, 57. Itaque nihil mutandum duxi: de accasativi ratione vid. Kuehner Gr. Gr. §. 545. Nam haec fere loci sententia: „*ad nos pertinere dicimus imperium* s. *ductum alterius cornu*", quod convenit cum iis, quae continuo subiiciuntur: *ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον*, ubi scil. *iure hoc sibi deberi contendunt.* Pro *ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ* Naber in Mnemosyn. IV. p. 13 scribi vult: *ἐν τῷ πρόσθε αἰεὶ χρόνῳ*, quod sic legitur VIII, 41, neque vero hoc loco necessarium videtur.

τοῦ ἀπηγημένου] Passivo sensu accipiendum esse observat Matth. Gr. Gr. §. 495 E. Idem eadem in locutione reperitur supra I, 207. Ad sequens *ἀξιονικότεροι* cf. VII, 187 ibique allata.

ἀγῶνες ἀγωνίδαται] Verbum *ἀγωνίδαται* affert Eustath. ad Ili. pag. 234, 20 s. 177, 23. Tu vid. de hac perfecti passivi forma allata a Bredov. pag. 328. De certaminibus Tegeatarum ac Spartanorum vid. supra I, 65 seqq. Spartani enim cum prius infeliciter pugnassent cum Tegeatis, postea, Orestis ossa Spartam cum relata essent, bello superiores facti sunt, s. ut Noster scribit I, 68, *ὅκως πειρῴατο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Inde victi Tegeatae foedus iniisse cum Lacedaemoniis eosdemque in bellum proficiscentes secuti et comitati esse videntur (*Λακεδαιμόνιοι*, ait Plutarchus Quaest. Graec. 5, *Τεγεάταις διαλλαγέντες ἐποιήσαντο συνθήκας καὶ στήλην ἐν Ἀλφειῷ κοινὴν ἀνέστησαν κ. τ. λ.*), valde aestimati et honorati a Lacedaemoniis, qui inde in acie Plataeensi, *καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς*, ut Noster tradit cap. 28, Tegeatis locum ipsis proximum assignant. Ac vel antea Tegeatas cum Lacedaemoniis Thermopylas profectos legimus VII, 202. Conf. etiam Curtius: Peloponnes. I. p. 252. Neque aliter posteris temporibus Tegeatas Lacedaemoniis adiunctos videmus: vid. modo Xenoph. Hist. Graec. IV, 2, 13. VI, 4, 18. — In seqq. retinui *δίκαιον*, quoniam *δικαιότερον*, quod Pavius reponi voluit, ac nuper quoque Naber l. l. pag. 11, et libri scripti respuunt et usus linguae; sed positivum subinde ita poni invenimus, ubi mente addere licet *μᾶλλον* e verbis praegressis atque ex tota sententia, quae antecedit, repetendum; de quo usu bene monuit Stallbaum ad Platon. De legg. IX. p. 859 A. (p. 36 seq.), nec nostro loco omisso, quem etiam attulerunt Matthiae Gr. Gr. §. 457, 1 et Bredov. pag. 66 seq.; vid. quoque Lambert. Bos. de Ellipss. Ling. Graec. pag. 769 ed. Schaef. — In verbis sequentibus *οὔτ' ὦν καινὰ οὔτε παλαιὰ* usum voculae *ὦν* notavit idem Stallbaum ibid. VII. p. 792 D, ubi vid.

Cap. XXVII.

σύνοδον τήνδε — συλλεγῆναι] i. e.

συλλεγῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων. ἐπεὶ δὲ ὁ Τεγεήτης προέθηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν, τὰ ἑκατέροισι ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται χρηστὰ, ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅθεν ἡμῖν πατρώϊόν ἐστι, ἐοῦσι χρηστοῖσι αἰεὶ, πρώτοισι εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. Ἡρακλείδας, τῶν οὗτοί φασι ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μὲν τούτους πρότερον, ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, σὺν ἐκείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ

bene novimus, *convenisse nos huc pugnandi, non altercandi causa*, sive, ut exponit Schweigh. in Lex. Herod. (II. pag. 75): „*novimus pugnandi causa cum hoste hic nos convenisse, non sermonum faciendorum causa*, i. e. *non ut longis orationibus tempus teramus.*“ Quare haud opus cum Nabero in Mnemosyn. IV. pag. 29 scribere σύλλογον τόνδε, quamquam σύλλογον ποιεῖσθαι s. γίγνεσθαι Nostro haud infrequens; conf. VII, 8. 10. VIII, 24. 74. 83. Plutarchus in Vit. Aristid. 12 haec hunc in modum profert: ἥκομεν, inquit Aristides, οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντες, ἀλλὰ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις. Similia quaedam dicta affert Valckenar. e Liv. XXXII, 34. Diodor. II. p. 638. Euripid. Phoeniss. 591.

προέθηκε — λέγειν] Schweigh., qui prius intellexerat: *instituit dicere* s. *proposuit, ut diceremus*, postea (Lex. Her. II. p. 257) hunc huic loco convenire sensum statuit: *praetulit commemorare* vel *ut commemoraremus antiqua et nova.* De qua interpretatione merito dubitans Stegerus scribi voluit λέγων, quo sane haud opus videtur, modo locum sic accipias: quando Tegeata *proposuit antiqua et nova dicenda, praeclare facta ab utroque populo omni tempore.*

ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας] „Laudabilia, quae multis hic enarrant Athenienses, maiorum suorum facinora hinc paucis commemorat Pseudo-Plut. De Herod. malign. pag. 872 A. Eadem illa magna cum laude celebrantur ab oratoribus; ab Isocrate in Panegyr. p 51 [§. 27 seq.] seqq. in Aristid. Panathen. p. 201 etc. in Ἐπιταφίοις etiam λόγοις, quibus nomina praefiguntur Demosthenis et Lysiae.“ *Valcken.* In verbis sequentibus πρωτοῖσι εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι vocula μᾶλλον, quae ab uno Sancrofti libro abest, deleta est a Schaefero, Schweighaeusero et Gaisfordio; equidem cum recentt. edd. revocandam duxi voculam probante Bredov. pag. 66, qui recte mihi monere videtur, eos falli, si qui omissâ voculâ μᾶλλον inde concludant, superlativum cum ἢ h. l. pro comparativo esse adhibitum. Pro ἢ Naber l. l. scribi vult ἤπερ. Ipsam sententiam Schweighaeuserus recte eum in modum reddidit: *necesse est vobis exponamus, unde nobis, qui semper fortes fuimus, magis patrium sit quam Arcadibus, ut primi simus.* — Mox e Florentino aliisque dedi οὗτοί φασι, ubi Schaeferus cum Matth. φασὶ οὗτοι. Ac paulo post voces τοῦτο μὲν ante τούτους immerito ex uno Sancrofti codice omisit Schaeferus, quem Matth., Bekker, Dindorf. et Dietsch. sequuntur. Mihi caeterorum librorum auctoritas praestare videbatur; itaque retinui. Repetitur quoque cum vi quadam τούτους, licet antecedat Ἡρακλείδας, quod idem fieri videmus apud Nostrum VII, 221. III, 85, ubi vid. nott.

τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν] „*Eurysthei iniurias sustulimus, finem illarum fecimus.*“ *Schweighaeuser.* in Lexic. Herodot. II.

Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντες τὸν αἰῶνα καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς

p. 15. Tu cf. de verbo καθαιρεῖν eiusque significatione allata ad II, 172 et VII, 50. §. 2.

Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος κ. τ. λ.] Hosce accusativos non prorsus convenire cum iis, quae deinceps leguntur: ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς καὶ θάψαι, nemo non videt: quos accusativos pro genitivis poni ex ea structura, qua et totum et partes saepenumero uno eodemque casu exprimuntur, si quis statuat indeque explicet: Ἀργείων τῶν — ἐλασάντων — ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν καὶ θάψαι (de quo structurae genere diximus ad VI, 111 et VII, 157), non intercedam, nisi quis, quod non admodum differt, accusativis τοὺς νεκροὺς accusativos priores (Ἀργείους τοὺς ἐλάσαντας, τελευτήσαντας) quodammodo repeti, praesertim pluribus verbis interiectis, existimet. De ipso argumento loci vid. V, 67 ibique nott. Larcherus excitaverat Apollodor. III, 6. §. 1. 3. 6. 8. III, 7. §. 1. Plutarch. Thes. cap. 29. p. 14 A. — Ad locutionem τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα vid. I, 32, ubi idem invenitur; τοὺς Καδμείους dicit *Thebanos:* vid. quae plurima affert Unger Theban. Paradox. pag. 17 seq. et cf. ipsum Herodotum I, 56. V, 57. 61; de scriptura nominis monuit Bredov. pag. 179. Verbum ἀνελέσθαι in cadaveribus ad sepulturam tollendis adhibitum illustrat Wesselingius Isocratis locc. Panegyr. 15. §. 55. p. 52 A. Plat. [cap. 21. §. 53] p. 306 D. — Panath. [cap. 70. §. 171] p. 269 A. Lys. Epitaph. [pag. 60 seq.] p. 33, ubi cf. Taylor. Tu add. Herod. IX, 23 et Boissonad. ad Philostrat. Heroicc. p. 431. 542. Lex. Xenoph. I. p. 195.

καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 321, 6. De verbo θάπτειν dixi ad V, 8. Eleusine (i. e. in agro Eleusinio, non in templo Eleusinio) illos sepultos esse testantur quoque Pausan. I, 39. §. 2 et Lysias Epitaph. §. 10. cap. 191. 25 s. p. 65 Reisk.

ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας κ. τ. λ.] Ita scripti libri quantum scio omnes, quos hic deserere nolui, probante Wesselingio Diss. Herod. IX. p. 132, ubi de hoc loco uberius egit. Cum enim in Aldina post verba τὰς Ἀμαζονίδας invenirentur inserta verba τὰς ἀποθήκας, Gronovius reponi voluerat τὰς ἀπαθέας, probante Larchero, qui reddit *redoutables guerrières*, et Toupio in Epist. crit. p. 82 s. p. 66 (T. II. p. 500. IV. p. 489); Coraës scribi maluit: ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θρηΐκης τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ob Virg. Aen. XI, 659, quod merito displicuit Larchero, qui Taylori quoque in medium profert emendationem in Lectt. Lysiacc. cap. 4 init. pag. 687 s. p. 243 Reisk. ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θεμισκύρας τῆς ἐπὶ Θερμώδοντος ποταμοῦ. Quibus omnibus facile carebimus, cum vulgata lectio, libris scriptis probata, nihil habeat, quo offendamur. Importune autem illata verba illa τὰς ἀποθήκας inde orta esse probabiliter coniicit Bredov. pag. 64. 65, „quod proxime sequentia vocabula τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος, duobus postremis male connexis ac compendiose scriptis, negligenter repeterentur." De *Thermodonte* fluvio vid. II, 104. IV, 86 ibique nott., quibus nunc addi poterit C. Ritter: Erdkunde XVIII. pag. 95 seqq. De Amazonibus, quarum sedes ad Thermodontem fluvium, vid. nott. ad IV, 110 et Ephori fragmentt. pag. 209 Marx. a *Cr.* ad h. l. laudat., Homer. Ili. III, 189 coll. VI, 186. De incursione earum in Atticam vid. Plutarch. Thes. 26 seq. p. 12 E. Paus. I, 41. §. 7. Lysias l. l.

ὑπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα. Ἀλλʼ οὐ γάρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι· καὶ γὰρ ἂν χρηστοὶ τότε ἐόντες ὡυτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρότεροι, καὶ τότε ἐόντες φλαῦροι νῦν ἂν εἶεν ἀμείνονες. Παλαιῶν μέν νυν ἔργων ἅλις ἔστω. ἡμῖν δὲ εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀποδεδεγμένον, ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ ἔχοντα, εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵτινες μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ καὶ ἔργῳ τοσούτῳ ἐπιχειρήσαντες περιεγενόμεθα καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρʼ οὐ

καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι] Male duo codd. Ἡρωϊκοῖσι, quamquam, notante Wesselingio, id ipsum reperitur apud Diodor. XV, 79 coll. Cicer. De N. D. III, 21. Additur h. l. nomen *πόνοισι*, cum alias nullum eiusmodi nomen reperiamus adiectum, ut VII, 20. 171 *τὰ Τρωϊκά*. At vide sis Lambert. Bos. De ellipss. pag. 395. 396 et conf. Lehrs De Aristarchi studiis pag. 86, qui Homericam dicit hanc locutionem, si quidem apud Homerum crebro invenitur *πόνος* de *belli labore* adeoque de ipsa *pugna:* vid. Ili. VI, 77. XII, 348 etc. Nec aliter apud Herodotum *πόνον* de ipsa pugna dici notavimus ad VI, 114. Caeterum testis est Homerus Ilí. II, 546. 556 seqq., ad Troicam expeditionem quinquaginta naves Athenienses praebuisse. Eorundem Atheniensium poëta meminit Ili. IV, 328 (ubi *Ἀθηναῖοι μήστωρες ἀϋτῆς*) XIII, 196. 689. XV, 337.

ἀλλʼ οὐ γάρ τι προέχει] *nihil admodum proficit mentionem harum rerum fecisse*, interpretatur Schweigh. in Lex. Herod. II. pag. 235. Usum particulae *γὰρ* attigit Matth. Gr. Gr. §. 615, cui add. Hartung: Lehre v. d. Gr. Partt. I. p. 470. Tu conf. I, 14 ibique nott. VII, 158. IX, 109. — *φλαυρότεροι* valet *deteriores*, *minus fortes imbellesque indeque inutiles*, ut I, 207, ubi *τῆς στρατιῆς τὸ φλαυρότατον* idem est atque *τὸ ἀχρήϊον*.

εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀποδεδεγμένον] i. e. *si nullum aliud* (facinus) *a nobis exhibitum esset* s. *si nullum aliud edidissemus facinus* (at multa sane praestitimus, si qui alii Graecorum), *ob unam certe pugnam Marathoniam digni sumus*, *qui hunc obtineamus honorem.* Pro *ὥσπερ* in proxime antecedentibus haud opus scribere *οἷσπέρ ἐστι*, ut Abreschio venerat in mentem (vid. Matthiae Gr. Gr. §. 629), nam *ὥσπερ* h. l. affirmandi significationem habet: *ut quidem* s. *ut sane multa eaque praeclare facta exstant*, *quae nos*, *si qui alii Graeci*, *exhibuimus.* Ad verba *εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων* vid. eundem Matth. §. 617 et Kuehner. Gr. Gr. §. 855, 2. Ad ipsam sententiam ab scriptore hîc prolatam faciunt, quae adscripsit *Valckenarius:* „Campus Marathonius praecipua semper fuit Atheniensibus gloriandi materies, quia hanc de Persis victoriam soli reportaverant. Ea de re loquenti Lycurgo c. Leocr. p. 162, 13 (p. 210 seq. R.) dicuntur *οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλʼ ἐπὶ τῷ ταύτης ἄξια πράττειν.*" Qui idem vir dein excitat testimonia Aristophanis Eqq. 1331. Thucydidis I, 73, ubi Athenienses se solos dicunt Marathone *προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ*, Critiae apud Athen. I. p. 28 C., eoque etiam spectat *Μαραθωνομάχων* nomen Atticis auribus iucundissimum apud Aristoph. Nub. 982. Athen. VI. p. 253 F.

ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα] „Satis gloriose. Annumerantur nobis nationes Dario ve-

δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μούνου τοῦ ἔργου; Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι καὶ κατ' οὕστινας. πάντῃ γὰρ τεταγμένοι πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί. ἐξηγέεσθε

28 δὲ ὡς πεισομένων. Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο. Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον, Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἤπερ Ἀρκάδας. οὕτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὑπερεβάλοντο τοὺς Τεγεήτας.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐτάσσοντο ὧδε οἱ ἐπιφοιτῶντές τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων· τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι· τούτων δὲ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐόντας Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἱλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, περὶ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσεχέας δέ σφι εἵλοντο ἑστάναι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα

ctigales III, 90 seqq. isto numero plures. Illaene vero Marathonium in campum contra Athenienses et navibus quidem sexcentis (VI, 95) venerunt? Iustius adiungitur, non profecto decere *τάξιος εἵνεκα στασιάζειν*: adesse enim, *οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντας, ἀλλὰ μαχουμένους τοῖς πολεμίοις*, uti Plutarch. Aristid. [cap. 12] p. 326 B." *Wesseling.*

ἀρ' οὐ δίκαιοί εἰμεν] i. e. *nonne iustum est, nos eum obtinere locum ob hoc unum facinus.* De usu vocis *δίκαιος* conf. nott. ad VIII, 137. Ad seq. *ἄρτιοί εἰμεν* (*parati sumus ad vob's parendum*) conf. IX, 48. 53. Gail. Le philolog. V. p. 217 hunc in modum haec intelligi vult: „*nos prétentions ne nous rendront pas imprudens: nous serons et nous sommes assez sages pour vous obéir.*"

ἵνα δοκέει] Ita recte nunc editur pro *δοκέῃ*, dudum iubente Valckenario, qui etiam *ἵν' ἂν δοκέῃ* scribi posse coniiciebat. Ad ipsam sententiam ille laudat Plutarch. V. Aristid. l. l. et II. p. 208. — Ad sequens *κατ' οὕστινας* conf. VIII, 85 ibique allata.

CAP. XXVIII.

ἀνέβωσε] Conf. nott. ad I, 11. De voce *ἀξιονικότερος* cf. nott. ad VII, 187 et de verbo *ὑπερβάλλεσθαι* nott. ad VIII, 140. §. 1. Mox *οἱ ἐπιφοιτῶντες* (qui post veniunt s. accedunt) opponuntur iis, qui *ἀρχὴν*, i. e. ab initio s. principio, iam accurrerant. Verbum *ἐπιφοιτᾶν* invenimus I, 97.

ἐφύλασσον] *custodiebant*, i. e. custodiendi et curandi causa eos comitabantur, ut simul essent armigeri atque ministri. Ad vocem *εἱλωτέων* et ad ea, quae sequuntur, vid. nott. ad IX, 10.

προσεχέας δέ σφι εἵλοντο] i. e. *proximum locum Tegeatis tribuerunt Spartani*, ut reddit Schweighaeuserus, sive Spartani Tegeatas sibi elegerunt, qui ipsis proximi starent in acie. Sic *προσεχὴς* IX, 102 coll. III, 73. 89. 91. 92, ubi *finitimum, proximum* indicat. — Quae sequuntur: *καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς*, Matth. Gr. Gr. §. 576 attigit explicans: *honoris causa et propter virtutem.* De *Tegeatis* vid. allata ad IX, 26. Qui quod mille quingentos gravis armaturae milites praebent, urbem admodum frequentem et copiosam illo tempore habitasse perhibentur a Niebuhrio (Vorträge über alte Länder- u. Völkerkunde I. pag. 72): modo numeris ab Herodoto indica-

καὶ ἀρετῆς. τούτων δ' ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντηκόσιοι·

tis omnino confidendum sit, de quo idem vir doctus admodum dubitat, Herodotum non satis accurate de his edoctum fuisse existimans. Quod quo iure contendat Niebuhrius, ipse viderit. Qui enim reputaverit, quam studiose Noster in omnia inquisierit quamque accurate, quae invenisset, retulerit, nullam dubitandi de his numeris, qui haud scio an publicis quoque documentis traditi fuerint, causam esse sibi facile persuadebit. — Post Tegeatas proximum Spartanis locum tenere dicuntur *Corinthii*, qui uti inter Peloponnesi gentes maxime floruerunt opibus, ita in ipso Peloponnesiorum foedere primum post Spartanos locum obtinuerunt (vid. nott. ad V, 91 et V, 92. §. 1, C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterthüm. §. 34. not. 12) indeque merito in acie prope Spartanos collocantur. Atque in re navali quoque post Athenienses proxime censentur Corinthii: vid. VIII, 1, atque post Eurybiadem, Spartanorum ducem, ponitur Adimantus, Corinthiorum dux, VIII, 5 coll. 59. 61. 94 ibique nott. Ad Thermopylas quoque quadringentos milites miserant, teste Nostro VII, 202: ad Plataeas quomodo se gesserint Corinthii, idem Noster infra tradit IX, 69: quem iniquo in Corinthios scripsisse animo antiquitus iam fuere qui dicerent: de qua re quid statuendum sit, dixi in nott. ad VIII, 94. Atque eodem pertinet, quod contra Herodoti testimonium Pseudoplutarchus De malign. Herodot. cap. 42. p. 872 D. ad Simonidis fidem utique dubiam provocat, qui Corinthiorum virtutem splendido carmine praedicavit, quod hoc modo nobis servatum et inter Simonidis fragmenta relatum est a Schneidewino (nr. 54) et Bergkio (nr. 84. pag. 897 seq. Poëtt. Lyricc. Graecc.) ac nuper tractatum est a Bambergero in Opuscc. philologg. pag. 160 seq. Et conf. quoque Bergk. ad Anacreont. Reliqq. p. 233, quocum maiorem in his fidem Herodoto quam Simonidi, qui aliis quoque mercenariam suam Musam praebuit, habendum esse existimamus.

τούτων δ' ἦσαν ὁπλῖται κ. τ. λ.] Quam Herodotus hîc recensionem dat populorum, qui ad Plataeas pugnaverint, ea non prorsus convenit cum Pausan. V, 23. §. 1, ubi gentium, quae Plataeensi pugnae interfuerint, ille prodit nomina, quae in basi statuae Iovis Olympii dedicatae ab iis Graecis, qui ad Plataeas pugnaverant contra Persas, erant inscripta: de quibus plura disserit Broendsted. in Itin. I. p. 106 seqq. Desunt enim apud Herodotum incolae quinque insularum Aegaei maris: *Cei*, *Naxii*, *Tenii*, *Cythnii*, *Melii*, quorum nomina exhibentur in illa inscriptione, quosque non tam per socordiam ab Herodoto neglectos putem, quam potius eam ob causam, quod pauci fuerint numero nec magni momenti, accensi τοῖς ψιλοῖς, quos ipsos in universum modo indicat Herodotus, accuratius recensens τοὺς ὁπλίτας s. gravis armaturae milites. Quod vero apud eundem Pausaniam *Elei* referuntur, quos post pugnam advenisse tradit Herodotus IX, 77, id Broendstedio auctore vel ita explicandum, ut non *Elei* in Peloponneso, sed *Elei Eretrienses* intelligantur, vel statuendum, errore factum esse, ut Pausanias pro *Palensibus*, qui revera desunt, legerit in illa inscriptione *Eleos*: *FAΛEIOI* pro *ΓAΛEIΣ*. *Eretrienses* autem atque *Leucadios* eam ob causam omissos putat idem Broendsted. l. l., quod hi una cum aliarum duarum gentium militibus collocati fuerint ex causa quapiam, quam tamen nobis expiscari haud liceat. Post Broendsted., qui l. l. de hac Olympicae statuae inscriptione accurate disputavit, eandem rem agressus est O. Frick (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. III. [1859] p. 521 seq.) ratione habita ipsius Graecae inscriptionis nuper repertae in donario hoc, quod Graeci, qui ad Plataeas pugnaverant, ex praeda facta Delphos dedicarunt, teste ipso Herodoto IX, 80 seq., ubi plura affere-

μετὰ δὲ τούτους ἵσταντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι, παρὰ δέ σφι εὕροντο παρὰ Παυσανίεω ἑστάναι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους. τούτων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι, τούτων δὲ Σικυώνιοι τρισχίλιοι. τούτων δὲ εἴχοντο Ἐπιδαυρίων ὀκτακόσιοι, παρὰ δὲ τούτους Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι· Τροιζηνίων δὲ ἐχόμενοι Λεπρεητέων διηκόσιοι, τούτων δὲ Μυκηναίων καὶ Τι-

mus. Etenim inscripta in hoc donario leguntur nomina gentium Graecarum, quae pugnae interfuisse indeque hoc donarium consecrasse putandae sunt: atque conveniunt nomina cum nominibus ab Herodoto indicatis, nisi quod *Palenses* et *Mantineenses*, quos Herodotus nominat, in hac inscriptione non inveniuntur, quae contra omissa ab Herodoto nomina continet *Ceorum, Meliorum, Teniorum, Naxiorum, Cythniorum, Siphniorum:* quae sane omnes exiguae civitates cum essent et paucas certe copias ad Graecorum exercitum misissent, ab Herodoto haud scio an propterea, ut iam supra dixi, nominatim productae haud fuerint, cum in sollemni inscriptione donarii publice dedicati omitti haud potuerint.

παρά δέ σφι εὕροντο] i. e. *a Pausania* (qui totius exercitus fuit dux) *impetrarunt, ut iuxta ipsos ii Potidaeatae, qui aderant trecenti numero, collocarentur.* De verbo εὑρίσκεσθαι vid. IX, 26 coll. 6. III, 148. Potidaeam vero Corinthiorum fuisse coloniam, sic satis e Thucydide I, 56 constat. Urbis Noster mentionem facit VII, 123, ubi vid. nott. VIII, 126 seq.

τούτων δὲ ἐχόμενοι] i. e. *hisce proximi* stabant in acie *Orchomenii Arcades* (quo scil. ab Orchomeniis Boeotis distinguerentur), oriundi *Orchomeno*, quae fuit urbs sane antiquissima, in Graecorum bellis crebro memorata, sed quo tempore Strabo vixit, iam diruta, ita ut Pausaniae aetate VIII, 13 non nisi exiguae exstiterint moenium atque aedium reliquiae, non longe remotae a vico *Calpaci* s. *Calpachi*, ad quem ab urbe Tripolitza per Capsam devenimus spatio quattuor horarum et amplius. Testantur Gell. et Dodwell., qui tribus ferme horis a Mantinea se huc profectum esse scribit. Plura Mannert. VIII. p. 438 seq., Wasse ad Thucydid. V, 61 et Poppo ad Thucyd. I, 2. p. 189. De ruinis Orchomeni, quae adhuc supersunt, retulit quoque Leake: Travels in Morea III. p. 100; de ipsa urbe eiusque reliquiis vid. potissimum Curtius: Peloponnes. I. p. 219 seqq. 229 seq. Apud Herodotum VII, 202 eiusdem gentis mentio inter eas gentes, quae ad Thermopylas miserunt copias. De *Sicyôniis* cf. VI, 92. V, 67 seqq. VIII, 43, ubi aeque atque *Troezenii* inter eos enumerantur, qui naves ad Salaminem miserunt. De Troezeniis ipsis diximus in nott. ad VIII, 41; de *Epidauriis* conf. Herodot. III, 52. V, 82 seq. et VIII, 43. 46. De situ urbis olim nobilissimae ac de ruinis adhuc superstitibus prope vicum, qui antiquae urbis nomen retinuit, vid. potissimum Curtius: Peloponnes. II. pag. 425 seqq. Veterum scriptorum testimonia de Epidauro exhibet quoque Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 1000 seq. De *Lepreatis* diximus ad IV, 148.

Μυκηναίων] Ad Thermopylas Mycenaei memorantur VII, 202. Ex quo Mycenaeorum studio erga reliquos Graecos, qui contra Persam arma ceperant, factum est, ut ab Argivis, quos cum aperte Persarum partes amplecti haud liceret, a neutrorum partibus stetisse accepimus, iratis postea lacesserentur urbeque diruta Argos transferrentur, quotquot tum essent superstites. Adhuc urbis dirutae moenium quorundam, Cyclopia vulgo vocant, rudera sive fundamenta superesse narrant. Sed

ρυνθίων τετρακόσιοι, τούτων δὲ ἐχόμενοι Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τούτους ἕστασαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι, τούτων
706 *δὲ Χαλκιδέες τετρακόσιοι, τούτων δὲ Ἀμπρακιητέων πεντηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἕστασαν, τούτων δὲ ἐχόμενοι Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης διη-*

ex eo, quod ad Thermopylas non nisi octoginta, ad Plataeas unâ cum Tirynthe quadringentos misit homines, merito colligas Mycenaeorum civitatem, quae antiquo tempore ita eminuit, iam Herodoti aetate multum decrevisse. Conf. Mannert. VIII. p. 650 et vid. potissimum Curtius: Peloponnes. II. pag. 400 seqq. Quae adhuc cernuntur urbis heroica Graecorum aetate celeberrimae ruinae, supra vicum Charbáti septentrionem versus si quis mille quingentos passus adscenderit, sitae sunt. De *Tirynthe* vid. nott. ad IV, 76.

Φλιάσιοι] Iidem ad Thermopylas quoque profecti erant, teste Herodoto VIII, 202. De ipsa urbe *Phliunte* agroque *Phliasio*, in montibus sito et Sicyonia ditione, Cleonis atque Argolide incluso veterum et recentiorum scriptorum testimonia vid. apud Forbiger.: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 968—970. Ac plura quoque disserit Mannert. VIII. p. 380 seq., qui idem pag. 382 quod mille gravis armaturae milites haec civitas contra Mardonium misit, inde coniicit, omnem civitatem continuisse quindecim fere milia hominum liberorum. De situ urbis nunc accuratiora edocuit Curtius l. l. II. pag. 471 seqq. Sita fuit urbs meridiem versus a Sicyone in valle Asopi, cuius duo rivuli supra urbem veterem confluunt, ad Tricaranum montem: nunc vocatur locus *Panagia Rachiotissa*, ibique adhuc supersunt veteris urbis ruinae quaedam dispersae per locum editum.

Ἑρμιονέες] Vid. VIII, 43. 73 ibique nott. *Eretrienses*, quos igitur ex parte in Graecia servatos esse patet, cum a Dario haec gens Susa transferretur teste Herod. VI, 119, aeque atque *Hermionenses* commemorantur VIII, 46 coll. 73 ibique nott., nam utraque civitas ad Salaminiam pugnam praebuit naves. De *Styrensibus* vid. nott. ad VIII, 1. 46; de *Chalcidensibus* VIII, 127 coll. V, 74. 79. 99 et VII, 185 ibique nott. Pausan. V, 23. §. 1, qui habet: Χαλκιδεῖς οἱ ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ. Vocem ἐχόμενοι, quae in Herodoti textum ex Aldina male irrepserat ante Χαλκιδέες, sustuli equidem, libris sic iubentibus. Retinuit tamen post Schaeferum Matthiae. Paulo ante in verbis Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων voculam τε, quae a Sancrofti libro abest, deleri vult Osann (Commentt. Semin. philol. Giss. Spec. II. pag. 5), quod hoc loco Eretrienses et Styrenses diversi utpote populi inter se discernantur.

Ἀμπρακιητέων] De *Ambraciotis* et *Leucadiis* vid. VIII, 45 ibique nott. 47. *Anactorium*, unde *Anactorii*, a Corinthiis olim conditum et postea Corinthiis atque Corcyraeis commune, mari adiacebat ad ostium sinus Ambracici portumque praebebat: nunc loco nomen *Aios Petros* (vid. Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 895), nec admodum remotum inde nunc situm esse dicitur oppidum *Ventzza.* Ante belli Peloponnesiaci tempora in Corinthiorum devenit potestatem; sed mox ab Atheniensibus capta ab eo inde tempore magis magisque decrevit, donec Nicopolin incolas transtulit Augustus. Neque enim longe hinc distat *Actium*, quod ad ipsius Anactorii ditionem olim pertinuit. Conf. Mannert. VIII. p. 67 seq., Poppo ad Thucydid. I, 2. p. 150.

Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης] De insula *Cephallenia* (scribitur autem et Κεφαλληνία et Κεφαληνία), quae olim Same s. Samos vocabatur atque etiamnum vetere appellatione retenta vocatur *Kefalonia*,

κόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Αἰγινητέων πεντηκόσιοι ἐτάχθησαν. παρὰ δὲ τούτους ἐτάσσοντο Μεγαρέων τρισχίλιοι. εἴχοντο δὲ τούτων Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι.
29 ἐστρατήγεε δ᾽ αὐτῶν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τεταγμένων Σπαρτιήτῃσι, ἦσαν ὁπλῖται, συνάπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες καὶ ὀκτὼ χιλιάδες καὶ ἑκατοντάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πάντες συλλεγέντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον ἦσαν τοσοῦτοι. Ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε· τῆς μὲν Σπαρτιητικῆς τάξιος πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ τούτων πᾶς τις παρήρτητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοί, ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα,

veterum et recentiorum scriptorum testimonia vid. apud Forbiger. l. l. III. pag. 1014 seq. Accurate Kruse: Hellas II, 2. p. 431 seq. descripsit hanc insulam, cuius quarta urbs vocatur *Πάλη*, cuiusque cives *Παλεῖς* s. Ionice *Παλέες* et Attice *Παλῆς*, ut apud Thucydid. I, 27 coll. Wass. ad Thucyd. II, 30, itemque *Παλαιεῖς* apud Polyb. V, 3. §. 4 (coll. V, 5. 10), ubi conf. Schweigh. Corinthiorum coloniam dicunt fuisse hanc urbem, sitam, ut arbitrantur, prope vicum *Lixuri*, ubi adhuc unius ferme horae intervallo ruinae quaedam superesse dicuntur nomine solito *Palaeo-Castro* s. *Palichi* cognitae. Cf. Mannert. VIII. p. 91, Poppo I, 2. p. 153 et potissimum Forbiger l. l. pag. 1015 in not., Kruse: Hellas II, 2. pag. 445 seqq.

Ἀριστείδης] Pertinet huc Plutarchi locus in Vit. Aristid. cap. 11 scribentis, Aristidem ad bellum fuisse electum *αὐτοκράτορα*, assumptis octo milibus gravis armaturae militum. Et confer quoque Herodotum VIII, 79.

Cap. XXIX.

συνάπαντες] Ita e duobus codd. merito revocatum pro *σύμπαντες*. Vid. I, 134. 178. VII, 187. Ad argumentum loci bene sic *Valcken.*: „In hoc numero gravis armaturae militum 38,700 nihil inesse vitii liquet e sequentibus; primum enim praeter illos *ψιλοὶ* memorantur cum Spartanis missi Helotes 35,000, tum caeterorum Graecorum *ψιλοὶ* 34,500. Hi universi conficiunt 108,200, quibus adiuncti tandem 1800 Tespienses summam implebant 110,000. [Qui idem numerus prodit ex accurata Broendstedii recensione I. p. 105 coll. Clinton. Fast. Hellen. p. 427.] Herodotus infra [cap. 30] *σὺν Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα μυριάδες*. De his Graeciae libertatis statoribus intelligo Diodor. Sic. XI, 30." Dioḍoro auctore *ἦν ὁ σύμπας ἀριθμὸς τῶν Ἑλλήνων εἰς δέκα μυριάδας* = 100,000 (qui numerus ab Herodoteo numero non admodum differt), *τῶν δὲ βαρβάρων εἰς πεντήκοντα* = 500,000. Tu conf. etiam Manso: Sparta I, 2. pag. 311 seq. — Ad verba *ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἕκαστον ἄνδρα* conf. supra IX, 10 ibique nott. et 28. In seqq. verbum *παρήρτητο* hinc attigit Iacobs. ad Aelian. N. A. V, 3. Tu cf. ad huius verbi usum nott. ad VII, 20. VIII, 76 et IX, 42.

ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα] „*Unus fere circa quemque virum*, fuere 34,500. Si absolute et sine exceptione dixisset, *unus circa quemque virum*, numerus istorum leviter armatorum non nisi 33,700 fuisset.

πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἦσαν. ψιλῶν
μὲν δὴ τῶν ἁπάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος ἕξ τε μυριάδες
καὶ ἐννέα χιλιάδες καὶ ἑκατοντάδες πέντε. Τοῦ δὲ σύμπαντος 30
Ἑλληνικοῦ τοῦ συνελθόντος ἐς Πλαταιὰς σύν τε ὁπλίτῃσι καὶ
ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι ἕνδεκα μυριάδες ἦσαν, μιῆς χιλιάδος,
πρὸς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων
τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα μυριάδες. παρῆσαν
γὰρ καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ στρατοπέδῳ οἱ περιεόντες, ἀριθμὸν
ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους· ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον. Οὗτοι
μέν νυν ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο.

Οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκήδευσαν Μασί- 31

Nunc intelligi par est (quod etiam alioquin credibile erat) nonnullis ex numero ὁπλιτῶν, de quibus hîc agitur, duo aut plures leviter armatos, aliis vero nullum fortasse praesto fuisse." *Schweighaeuser*. Ad numerorum menda, quae in his Herodoti libris frequentiora omnino reperiantur, sive ipsius scriptoris sive librariorum culpâ (cf. I, 7. 32. II, 9. 145. V, 52 fin. VII, 187 ibique nott.), hoc quoque relatum vult Dahlmann. in Herodot. p. 99, quod hîc velites *octingenti* plures, quam qui ex iusta prodeunt computatione, enumerantur. Conferantur Manso: Spart. II. p. 312 et C. O. Mueller in Aeginett. pag. 126, qui Herodotum levis armaturae numerum vix aliunde quam ex hoplitis definivisse ratus haec subiicit: „Sed fortasse octingenti ψιλοί, qui redundant, aut octingentis Epidauriis, ut κονίποδες, aut octingentis Anactoriis, ita ut singulis duo additi fuerint levis armaturae, adiungendi erunt." Hanc differentiam numerorum nunc explicari non posse iudicat Boeckh (Oecon. Athen. I, p. 278 sive 362 ed. sec.). Vel negligentiam quandam Herodoti subesse, qui forsitan neglexerit indicare unam e minoribus Graeciae civitatibus, quae octingentos milites praebuerit, vel graviter interpolatum esse hunc totum locum iudicat A. de Gutschmid in Philolog. X. p. 668.

CAP. XXX.

τοῖσι μαχίμοισι] De vi articuli vid. citt. ad VIII, 82. In seqq. de *Thespiensibus* vid. allata ad VIII, 75.

ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον] i. e. ὁπλῖται *haud quidem fuere, sed ad velitum* s. τῶν ψιλῶν *numerum pertinebant, in levi erant armatura*, γυμνοί. Nam vocem ὅπλα de *scutis* s. *clipeis* potissimum dici, ut apud Latinos *arma*, docuit Wesseling. ad Diodor. Sicul. XIV, 23 et ad h. Herodoti locum, ubi de hoc usu excitat Heliodor. Aethiop. IX. pag. 428 [cap. 12] Pausan. IV, 29. §. 1. Polyb. I, 76. Salmas. ad Vopisc. Aurel. 7. Et conf. ipsum Herodotum II, 141 ibique nott. itemque IX, 62 (ubi ἄνοπλοι dicuntur *leviter armati;* vid. ibi nott.) et IX, 63, ubi ὁπλῖται et γυμνῆτες sibi opponuntur. Atque huiusmodi γυμνῆτες s. ψιλοὶ hoc quoque loco Thespienses intelligi mihi videntur; neque aliter intellexit Schweighaeuser in Lexic. Herodot. II. pag. 152. At Broendsted. I. p. 104, praeeunte Bellangero, Thespienses revera *sine armis* Graecorum exercitui interfuisse nec unâ cum caeteris pugnasse contendit, quod militum pugnantium in numerum haud referantur ab Herodoto, nec hoplitis nec velitibus additi, quodque in inscriptione illa Olympiaca ad IX, 28 memorata Thespiensium nulla fiat mentio. Itaque pro οὐδ' οὗτοι legi mavult οὐκ s. οὔκω οὗτοι. Libri scripti non addicunt.

CAP. XXXI.

ὡς ἀπεκήδευσαν] i. e. *cum Masi-*

στιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τοὺς Ἕλληνας εἶναι ἐν Πλαταιῇσι, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν τὸν ταύτῃ ῥέοντα. ἀπικόμενοι δὲ ἀντετάσσοντο ὧδε ὑπὸ Μαρδονίου. Κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας· καὶ δὴ πολλὸν γὰρ περιῆσαν πλήθεϊ οἱ Πέρ- 707
σαι, ἐπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο, καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας. ἔταξε δὲ οὕτω· ὅ τι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον πᾶν, ἀπολέξας ἔστησε ἀντίον Λακεδαιμονίων, τὸ δὲ ἀσθενέστερον παρέταξε κατὰ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δ' ἐποίεε φραζόντων τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχομένους ἔταξε Μήδους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαιήτας καὶ Ὀρχομενίους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔταξε Βακτρίους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους τε καὶ Τροιζηνίους καὶ Λεπρεήτας τε καὶ Τιρυνθίους καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. μετὰ δὲ Βακτρίους ἔστησε Ἰνδούς· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε, οἳ ἐπέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους καὶ Λευκαδίους καὶ Παλέας καὶ Αἰγινήτας.

stii mortem lugere desierant s. *eluxerant*, ut reddit Valckenarius, bene respiciens ad vim praepositionis ἀπὸ, quae rei perfectae et absolutae notionem continet. Quae plura hanc in rem affert idem Valckenarius tum ad h. l., tum in Annotat. ad Adoniaz. Theocriti pag. 202, iis add. Fischer. ad Weller. III. p. 113. De ipso Persarum luctu conf. IX, 24.

Κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε] κατὰ et h. l. et in seqq. indicat *e regione*, *gegenüber*. Vid. citt. ad VIII, 85, et de singulis gentibus, quibus Persarum constitit exercitus, VIII, 113. — Mox Schweigh. cum Gaisford. e Sancrofti libro dedit περιέασαν a forma ἔα pro ἦν (conf. I, 187 ibique citt.). Matthiae dedit περιῆσαν, quae cum vera Herodoti sit forma (vid. Bredov. pag. 406 seq.), merito recepta est a Dindorfio et Dietschio; Schaeferus cum Bekkero retinuerat vulgatum περίεσαν, quod Florentinus quoque hîc praebet, qui alias constanter pro ἔσαν exhibet ἦσαν. — Ad formam ἐκεκοσμέατο, quam intactam reliqui, cf. I, 100 ibique nott.

καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας] Schweighaeus. suspicatur scriptum fuisse: καὶ ἐπεῖχον καὶ τοὺς Τεγεήτας: „*atque etiam Tegeatas contra se stantes habebant.*“ Quo tamen vix opus; est enim loci sensus: *atque obtinebant aciem Tegeatis adversam*, ex aequo Tegeatis atque Laconibus oppositi stabant in acie, cum scil. numero essent multo plures quam Lacones, ita ut ipsorum acies Laconum et Tegeatarum simul obtegeret aciem. Conf. Schweighaeus. in Lexic. Herodot. I. pag. 241. Quo eodem sensu mox ἐπέσχον et κατέσχον apud Xenophont. in Hist. Graec. IV, 2, 21. Ad sequens οὕτω, quod non ad praegressa, sed ad sequentia spectat, vid. Matth. Gr. Gr. §. 470, not., qui idem §. 442, 4 not. ad verba: ὅ τι μὲν ἦν — πᾶν ἀπολέξας consulendus, ad quae ipsa hunc in modum *Wesselingius*: „Sermo de Persis, quorum *quod robustissimum* contra Lacedaemonios Mardonius opposuit, quod infirmius vero contra Tegeatas. Nonne ergo ὅ τι μὲν ἦν αὐτῶν quae elegans Pauvii coniectio? Alioqui τὸ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ VIII, 34.“ Mihi Pauvii coniecturâ haud opus

Σακέων δὲ ἐχομένους ἔταξε ἀντία Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ Μεγαρέων Βοιωτούς τε καὶ Λοκροὺς καὶ Μηλιέας τε καὶ Θεσσαλοὺς καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους. οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν, ἀλλά τινες αὐτῶν καὶ τὰ Ἑλλήνων αὔξον, περὶ τὸν Παρνησσὸν κατειλημένοι, καὶ ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἑλλήνων. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους κατὰ τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα 32 μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγιστα οὐνόμασται τῶν ὑπὸ Μαρδονίου ταχθέντων, τά περ ἐπιφανέστατά τε ἦν καὶ λόγου πλείστου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνέων ἄνδρες ἀναμεμιγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηΐκων καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων καὶ τῶν ἄλλων, ἐν δὲ καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες καλεόμενοι μαχαιροφόροι, οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι. τούτους δὲ ἔτι ἐν Φαλήρῳ ἐὼν ἀπὸ τῶν νεῶν ἀπεβιβάσατο, ἐόντας ἐπιβάτας· οὐ γὰρ ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν τὸν ἅμα Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. Τῶν μὲν δὴ

esse videtur. Ad verbum ἀπολέξας vid. nott. V, 110 coll. ad VIII, 22.

Βοιωτούς τε καὶ Λοκροὺς καὶ Μηλιέας] Vid. VIII, 66. De Thessalis regi faventibus VII, 172 seq. VIII, 30; de *Phocensibus* IX, 17. 18. Mox pro vulg. ηὖξον dedi cum Dietsch. αὔξον, monente Bredov. pag. 310, qui in hoc verbo negligi e Nostro augmentum docuit. Ad verbum κατειλημένοι (i. e. *compulsi*, *conclusi*) vid. nott. ad I, 80. III, 13. VIII, 27. IX, 70. 107. Cuius loco quod duo codd. afferunt κατειλημμένοι, id male tuetur Gail Le philol. IV. pag. 354 seq. atque eodem sensu quo ἀπολελαμμένοι poni putat.

ἔφερόν τε καὶ ἦγον] De hac locutione vid. citt. ad I, 88 et III, 39 fin. Verba τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους propter vim praepositionis περὶ attigit Matth. Gr. Gr. §. 589, c. Et recte Gail. l. l. pag. 291 intellexit *Thessaliae incolas*, *dans l'étendue de la Thessalie*. *Macedones* autem probabiliter illi sunt, qui Alexandrum sequebantur, quem in Persarum exercitu vidimus VII, 137. VIII, 140 seq. coll. IX, 44. Nam a Mardonio iam Persis fuere subiecti Darii iussu, ut refert Noster VI, 44.

Cap. XXXII.

καὶ λόγου πλείστου] Eadem locutio III, 146. Alia dedimus ad I, 120. IV, 138.

Φρυγῶν] De *Phrygibus* vid. VII, 73; de *Thracibus* VII, 185; de *Mysis* V, 74; de *Paeonibus* VII, 185; de *Aethiopibus* VII, 69. 70; de *Aegyptiis* VII, 89. Pertinent huc, opinor, Aeschyli verba in Persis 39: ἑλειοβάται ναῶν ἐρέται δεινοί, πλῆθός τ' ἀνάριθμοι.

οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες κ. τ. λ.] i. e. *qui vocantur Hermotybii et Calasirii*, *brevibus ensibus armati*. De ipsis nominibus vid. II, 164 ibique nott. — Mox cum recentt. edd. dedi e Flor. et Sancrofti cod. ἐν Φαλήρῳ ἐών, ubi vulgo ἐὼν ἐν Φαλήρῳ. Ad verbum ἀπεβιβάσατο cf. nott. ad VIII, 76 et ad vocem ἐπιβάτας VII, 96 ibique nott.

ἐτάχθησαν ἐς τὸν πεζὸν] Conf. quae similia attuli ad VII, 21. In proxime seqq. articulum τὰς ante Ἀθήνας, quem post Schaefer. reti-

βαρβάρων ἦσαν τριήκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρότερον δεδήλω-
ται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οἶδε μὲν οὐ-
δεὶς ἀριθμόν· οὐ γὰρ ὦν ἠριθμήθησαν· ὡς δὲ ἐπεικάσαι, ἐς 768
πέντε μυριάδας συλλεγῆναι εἰκάζω. Οὗτοι οἱ παραταχθέντες πεζοὶ ἦσαν, ἡ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτέτακτο.

33. Ὡς δὲ ἄρα πάντες οἱ ἐτετάχατο κατά τε ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, ἐνθαῦτα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύοντο καὶ ἀμφότεροι. Ἕλλησι μὲν Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ θυόμενος· οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάντις· τὸν ἐόντα Ἠλεῖον καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο

nuerunt Matthiae et Dietsch., equidem cum reliquis delevi auctoritate Florentini codicis aliorumque.

ὡς καὶ πρότερον δεδήλωται] Vid. VIII, 113. — Formulam loquendi *ὡς — ἐπεικάσαι, ut vero coniicere licet* s. *coniecturâ si uti licet*, illustrat Matth. Gr. Gr. §. 545, cui add. Hermann. ad Viger. p. 744 et Apitzius ad Sophocl. Trachin. Advers. p. 107 ad vers. 131. Quod in Sancrofti exstat codice *ἀπεικάσαι* pro *ἐπεικάσαι*, id merito huic loco congruere negat Wesselingius, cum *ἀπεικάζειν* poni soleat in *assimilando* et *comparando*, *ἐπεικάζειν* in *coniiciendo*. Conf. Aeschyli Choëph. 963 ibique Blomfield. Suppl. 252. Sophocl. Oed. Col. 17. 147. Trach. 144: quae attulit Wesselingius, qui etiam de ipso Persici exercitus numero conferri vult Diodor. Sic. XI, 30.

Cap. XXXIII.

κατά τε ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα] Conf. nott. ad IX, 20. De verbo *θύεσθαι* conf. nott. ad VII, 189 et 134. Attigit huiusmodi sacra ante pugnam fieri solita E. Lasaulx: Studien d. classisch. Alterthums pag. 265, plures locos excitans. In verbis sequentibus: *οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο — μάντις* Naber in Mnemosyn. III. pag. 483 post *μάντις* inseri vult *ἐών*, quo certe haud opus. Simili modo Leonidae copias ad Thermopylas comitabatur ac vaticinabatur Megistias Acarnan; vid. VII, 219. 221 ibique nott. Et conf. etiam I, 62 ibique nott. Corinthiorum copiis adfuit Euenius vates ab ipsis Corinthiis adductus IX, 95.

καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην] Haud fugit interpretes Ciceronis locus De divinat. I, 41: „Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes.“ Iam si Tisamenus fuerit Clytiades atque *τῶν Ἰαμιδῶν* (ut patet e Pausan. III, 11. §. 6, qui probabiliter sequitur Herodotum), affinitate hasce familias fuisse nexas Tisamenique patrem e Clytiadis fuisse colligit Wesselingius. A lectore quodam ad voces *γένεος τοῦ Ἰαμιδέων* adscripta fuisse verba *οὐ Κλυτιάδην* s. *ἢ Κλυτιάδην* olim statuerat Valcken. Unde Eckermann (Melampus u. sein Geschlecht etc. pag. 130) quoque vocem *Κλυτιάδην* e glossa marginali in Herodoti verba irrepsisse putat. Sed libri scripti omnes tenent *Κλυτιάδην*, cuius loco Sancrofti codex habet *Κλυτιάδου*. Et potuit sane gens Iamidarum nobilissima (de qua vid. nott. ad V, 44) in diversas discedere stirpes sive familias; quarum una a Clytio quodam originem tulerit, unde progenitus Tisamenus Clytii sive filius sive unus e posteris. Ex qua Iamidarum stirpe plures vates Eleenses, observante Valckenario, idem profert Pausanias, *Eumantin* IV, 16. §. 1. *Thrasybulum* VI, 2. §. 2 [et VIII, 10. §. 4], *Eperastum* e Clytii stirpe VI, 17. §. 4. Ac vatem *Eleum*, *Hegesistratum*, e Telliadarum stirpe se-

λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου ἀνεῖλε ἡ Πυθίη ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναιρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν δὴ ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου προσεῖχε γυμνασίοισι, ὡς ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. ἀσκέων δὲ πεντάεθλον παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν Ὀλυμπιάδα, Ἱερωνύμῳ

cum habuit Mardonius teste Herodoto IX, 37; ita ut triplex exsistat vatum genus per Elidem, vatibus, ut ad VIII, 27 notavimus, insignem: *Iamidae*, *Clytiadae*, *Telliadae:* quos eosdem memorat Philostrat. V. A. V, 25. In Elea inscriptione apud Beulé: Etudes sur le Peloponnes. I. pag. 269 coll. 280 seqq. quattuor commemorantur μάντεις, quorum duo additum habent nomen Κλυτιάδης, duo nomen Ἰαμίδης. De Iamidis et Clytiadis dudum egerant, notante Valckenario, Victor. V. L. XIII, 15. Leopard. Emendd. IV, 18.

λεωσφέτερον] i. e. πολιήτην σφέτερον, ut paulo infra ipse loquitur Noster, Portus interpretatus erat: οἵ τινες ἐκ τοῦ λεῶ (i. e. λαοῦ) σφετέρον ποιοῦσιν εἶναι. Disiuncte scribi voluit Reiske: λεῷ σφέτερον. Naber (l. l. pag. 480) scriptum fuisse opinatur νεωστὶ σφέτερον. Ipsa vox λεωσφέτερος nuspiam alibi, quantum scio, obvia: similis stirpis vox λεωφόρος invenitur I, 187.

μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου] Verbum μαντεύεσθαι hîc indicat: *consulere oraculum*, *sciscitari*, ut I, 46. VIII, 36; cum alias, atque inprimis apud Pausaniam, ut bene monuit Siebelis ad III, 11. §. 6. II, 24. §. 1, significet: *oracula edere*, *vaticinari:* qua eadem significatione hoc verbum apud Herodotum IX, 34. 35. 37 fin. 92. 95 obvium. Vocem γόνου quod suspectum videri posse addit Schweighaeuserus, mirans, quod de *prole* consulenti oraculum nihil tale, quod ad prolem proxime pertineat, responderit, notandum est, ab Herodoto non omne afferri Apollinis responsum, sed id unum inde commemorari, quod maxime advertebat ac tenebat scriptorem. — In seqq. ad verbum ἀναιρήσεσθαι conf. nott. ad V, 102. Formulae ἁμαρτάνειν τοῦ χρησμοῦ (*oraculi sensum non assequi*, ut I, 71. IV, 164) opponitur συνιέναι τοῦ χρησμοῦ apud Pausan. III, 11. §. 6. Supra I, 47 καὶ κωφοῦ συνίημι. Add. III, 63. 46. IV, 114. In verbis sequentibus: προσεῖχε γυμνασίοισι (i. e. *ludorum exercitationibus operam dedit;* cf. γυμνάζεσθαι VII, 208 ibique nott.) articulum τοῖσι ante γυμνασίοισι, quem post Schaeferum tenuerunt Matthiae et Dietsch., equidem abieci cum reliquis edd., cum a Florentino aliisque ille absit. — Ad vocem πεντάεθλον conf. VI, 92 ibique allata.

παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλμυπιάδα] i. e. *reportasset victoriam Olympicam, nisi unum luctae certamen obstitisset* s. *nisi unâ luctâ ab Hieronymo fuisset superatus.* Ad locutionem νικᾶν Ὀλυμπιάδα conf. nott. ad VI, 70. Ad vocem πάλαισμα conf. modo Pindar. Olymp. IX, 20. Nem. X, 40. De usu verbi τρέχειν monuit G. Hermann. ad Viger. p. 702. Praepositio παρὰ in talibus vim habet excludendi, bene notantibus Wesselingio et Valckenario, qui de hoc usu excitant Casaubon. ad Strabon. X. p. 700 s. 456. Demosthen. in Aristocr. p. 331 [p. 688, 26 R.] Isae. p. 41, 36 [p. 40 R.] Dio Chrysost. IX. p. 141 D. coll. Matth. Gr. Gr. §. 588. Quare Kaysero (ad Philostrat. de gymnastic. pag. 186) assentiri nequeo, qui, reiecta ea, quam proposuimus, interpretatione Herodotum dicere vult „vel in lucta certasse feliciter Tisamenum, donec *unâ luctâ vinceretur.*“ Neque Pausaniae verbis hanc interpretationem probari credo, qui III, 11, 6 scribit: πένταθλον Ὀλυμπίασιν ἀσκήσας ἀπῆλθεν ἡττηθείς, atque haec dein addit: καίτοι τὰ δύο γε ἦν πρῶτος· καὶ γὰρ δρόμῳ τε ἐκράτει καὶ πηδήματι Ἱερώνυμον Ἄνδριον· καταπαλαισθεὶς δὲ ὑπ'

τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. Λακεδαιμόνιοι δὲ, μαθόντες οὐκ ἐς γυμνικοὺς ἀλλ' ἐς ἀρηΐους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήϊον, μισθῷ ἐπειρῶντο πείσαντες Τισαμενὸν ποιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν πολέμων. ὁ δὲ, ὁρέων περὶ πολλοῦ ποιευμένους Σπαρτιήτας φίλον αὐτὸν 709 προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο ἀνετίμα, σημαίνων σφι, ὡς, ἤν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται τῶν πάντων μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' οὔ. Σπαρτιῆται δὲ πρῶτα μὲν

αὐτοῦ καὶ ἁμαρτὼν τῆς νίκης συνίησι τοῦ χρησμοῦ, διδόναι οἱ τὸν θεὸν μαντευομένῳ πέντε ἀγῶνας πολέμῳ κρατῆσαι κ. τ. λ. Quibus Pausaniae verbis eam, quam dedimus interpretationem, ex qua uno luctae certamine inferior exstitit Tisamenus, in reliquis superior, utique probari putamus: testatur enim Pausanias, Tisamenum in *cursu* et *saltu* victorem fuisse, in *lucta* succubuisse. Sed quinquertium cum quinque complecteretur certaminum genera: saltum, discum, iaculationem, cursum, luctam (de quo vid. Philipp. De pentathlo s. quinquertio Berolin. 1827. pag. 27 seq. 87 et quae alia excitat C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 30. not. 16); iure quaeras de duobus hic praetermissis generibus, de iaculo et disco. Boeckhius utrumque athletam parem fuisse arbitratur, adeo ut neuter pro victore haberi potuerit, G. Hermannus Tisamenum utroque certamine superiorem atque victorem discessisse ponit. Contra Philipp. l. l. p. 105 Tisamenum statuit utroque certamine victum abiisse. Ex Herodoti verbis nil aliud colligi potest, nisi Tisamenum quinquertii certamen subeuntem uno quincuplicis certaminis genere inferiorem exstitisse, et quidem *luctâ;* quod gravius ac difficilius cum esset certamen, quattuor reliqua eaque leviora excepisse utique videtur: adeo ut Tisamenus cum quattuor illa certamina feliciter peregisset, ad quintum idque omnium gravissimum luctae accedens inferior in hac exstitisse putandus sit neque inde victor renunciari potuerit. Quare haud accedo G. Hermanno (Opuscc. Acadd. III. p. 29 s. De Sosigen. Aeginet. p. 9), hoc Herodoti loco satis comprobari existimanti, illum, qui in aliqua quinquertii parte victus fuisset, reliqua tamen peregisse genera, ut certe ei, a quo superatus esset, quinquertii victoriam eriperet, aut, quantum in ipso esset, laudem eius minueret. Id vero Herodoti testimonio, ut idem monet, probatur, neminem, nisi qui in omnibus quinque certaminibus adversarium superasset, victorem quinquertii esse habitum. Itaque haud recte tradi puto a C. Fr. Hermanno l. l., eum victoriam esse adeptum, qui duobus modo certaminibus superior exstitisset. — In seqq. cum recentt. edd. revocavi Λακεδαιμόνιοι δὲ μαθόντες, ubi vulgo μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι, quod post Schaeferum etiam retinuit Matth. Ad vocem ἀρήϊος (in verbis ἐς ἀρηΐους ἀγῶνας) vid. VIII, 37 et allata ad IV, 23.

ἐπειρῶντο πείσαντες] i. e. *mercede conabantur Tisamenum, si ei persuasissent, ducem bellorum una cum Heraclidarum regibus sibi comparare,* s. mercede proposita Tisamenum sibi conciliare eique persuadere studuerunt, ut bellorum dux ipsis existeret et imperium cum regibus partiretur. Pendet infinitivus ποιέεσθαι a verbo ἐπειρῶντο, ad quod etiam pertinet πείσαντες, neque vero ea structura, quam ad IX, 26. 53 observavimus; tu vid. nott. ad IV, 119. Quod sequitur φίλον προσθέσθαι (*amicum sibi aliquem adsciscere*), invenitur quoque III, 74. V, 66. 69, ubi alia quaedam iam excitavi. Verbum ἀνατιμᾶν de mercatoribus dici, qui *annonam incendunt* s. *pretium au-*

ἀκούσαντες δεινὰ ἐποίευν τε καὶ μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης τὸ παράπαν. τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου τοῦ Περσικοῦ τούτου στρατεύματος, καταίνεον μετιόντες. ὁ δὲ γνοὺς τετραμμένους σφέας, οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι, ἀλλὰ δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην

gent, bene notavit Valckenar., citans Dion. Cass. XXXVIII, 5 itemque verbum cognatum ἐπιτιμᾶν, cuius usum illustravit Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 115, cui *Cr.* addit Zonar. Lex. s. v. ἐπετίμα pag. 831. — Mox pro ποιήσει Schaefer et Matth. ποιήσειν e Sancrofti libro.

δεινὰ ἐποίευν] Revocavi hoc, quod Florentinus cum duobus Parisinis praebet; e Sancrofti libro aliisque pro ἐποίευν τε Wesselingius dedit ἐποιεῦντο, quod Schweighaeuserus et recentt. edd. receperunt: ac sane crebro reperiri medium verbum supra notavimus ad III, 14, quo tamen ipso loco alteroque ibi indicato activum quoque reperiri observavimus, quod inde hoc quoque loco retinendum duxi; cf. etiam censorem Lipsiensem ann. 1833. pag. 48.

μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης] i. e. *missam fecerunt eius artem vaticinandi*, sive, *missum fecerunt hominem cum sua vaticinandi opera*, ut Schweighaeuserus explicat in Lexic. Herod. II. pag. 104 ad μετίεσαν intelligens αὐτὸν, scil. Tisamenum. Nec aliter in Thesaur. Ling. Graec. V. p. 670 ed. Dind. Unde vernaculo sermone sic reddit Langius: *sie schlugen sich die Weissagung ganz aus dem Sinn.* Mihi Herodotus genitivum verbo μετίεσαν eo sensu adstruxisse videtur, quo Homerus iam dixit Ili. IV, 240 μεθιέντας στυγεροῦ πολέμοιο; add. XIII, 97. XI, 841. XXI, 177. Od. XXI, 126. 377, quibus locis *desistendi ab aliqua re* (quae in genitivo ponitur) s. *relinquendi* significationem hoc verbum assumit; tu conf. quoque Matth. Gr. Gr. §. 332, 7. Vocem χρησμοσύνης Schweighaeuserus in Lex. Herod. II. p. 377 eodem sensu quo μαντοσύνην accipi vult de *arte* ac *munere vatis*. Wesseling., cui accedit Schneider in Lex. Gr. s. v., *desiderium* h. l. intelligi maluit eoque referunt, quae cap. 35 initio leguntur: Σπαρτιῆται ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ. Neque aliter accipi vult Herold Emendd. Herodd. P. II. pag. 14 toto coelo dicens errare eos, qui de *vaticinandi arte* hanc vocem intelligant. Quae vox quo iure *desiderium* significare putetur, equidem sane haud perspicio. Nam χρησμοσύνη, quae legitur in Tyrtaei carmine (apud Lycurg. in Leocrat. §. 107. p. 162 s. ap. Bergk. Poëtt. Gr. Lyricc. p. 319), apud Apollon. Rhod. I, 837. II, 473 aliisque locis (vid. Thesaur. Ling. Graec. VIII. p. 1668 ed. Dindorf.), exponitur a Scholiastis Apollonii: ἀπορία, πενία, ἔνδεια, χρεία, indeque significat *indigentiam*, *egestatem:* qua eadem significatione aliquoties apud Theognidem (vid. Thesaurum l. l. pag. 1662) invenitur χρημοσύνη, quae vocis forma haud scio an omnibus locis reddenda sit, in quibus *inopiam* s. *egestatem* significat atque τῷ κόρῳ s. *satietati* opponitur. Quae cum ita sint, in Herodoteo loco χρησμοσύνην, quam vocem a verbo χρήζειν ducere vult Herold l. l., ad vocem χρησμὸς equidem referre malim *artemque vaticinandi* intelligere, quemadmodum μαντοσύνην, παλαισμοσύνην, alia huiusmodi nomina reperiri satis notum est.

καταίνεον μετιόντες] i. e. *concesserunt in hanc conditionem*, *eum arcessentes.* Verbum καταινεῖν eodem significatu IX, 34, ubi etiam dicit συγχωρεῖν. Participium μετιόντες bene tuetur Wesselingius, ut III, 15. In aliis exstat μετιέντες, unde Portus interpretatur: *de sua pertinacia remittentes.* — Ad verba ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι vid. Matth. Gr. Gr. §. 398 et nott. ad Herod. VII, 160. — Quem Herodotus vocat

γίνεσθαι Σπαρτιήτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι, τοῖσι καὶ αὐ-
34 τὸς γίνεται. Ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς
εἰκάσαι βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην, αἰτεόμενος. καὶ γὰρ δὴ
καὶ Μελάμπους, τῶν ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανεισέων, ὥς μιν οἱ
Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας
τῆς νούσου, μισθὸν προετείνετο τῆς βασιληΐης τὸ ἥμισυ. οὐκ
ἀνασχομένων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀπιόντων, ὡς ἐμαίνοντο

Ἡγίην, Pausan. III, 11. §. 5 nepotem Tisameni vocat Ἁγίαν vatem, qui Lysandro in proelio ad Aegospotamos commisso fuerit vaticinatus. Caeterum ut Hegiam, ita Tyrtaeum quoque in Spartanorum civium numerum fuisse receptum sunt qui tradant, quamquam alii ipsius Herodoti (IX, 35) auctoritate freti negant. Lege sis Plutarch. II. p. 230 D., ubi nonnulla attulit Wyttenbach. in Animadverss. p. 1188 seq. Ad verba ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι vid. allata ad IX, 26.

Cap. XXXIV.

ἐμιμέετο Μελάμποδα] i. e. *imitari studuit*, ut mox ἐμισθοῦντο, *locare studuerunt* s. *voluerunt;* de qua imperfecti notione vid. citt. ad I, 68; de ipso verbo vid. nott. ad V, 62. De *Melampode* vid. II, 49. VII, 221 ibique nott. Schubart. Quaest. geneall. pag. 73 seq. 108 seq. Comparari autem debent cum hac Herodoti narratione Diodor. Sicul. IV, 68. Schol. ad Pindar. Nem. IX, 30. Pausan. II, 18. §. 4, quo auctore hoc accidit, cum Anaxagoras Argei filius regnum Argis teneret. Et vid. quoque Ovid. Met. XV, 322.

ὡς εἰκάσαι βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην, αἰτεόμενος] Omnes libri scripti αἰτεόμενος, quod Schaeferus, quem recentt. edd. inde a Bekkero sequuntur, sponte mutavit in αἰτεόμενον, eoque retulit accusativos βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην, commate post εἰκάσαι interposito; equidem cum Schweighaeusero et Gaisfordio in lectione libris scriptis allata subsistere malui, quam bene tuetur Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. IX. p. 121) Herodotum significare voluisse existimans, Tisamenum postulatione parem fuisse Melampodi, si regnum civitati comparari possit. Itaque accusativos βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην, qui ad αἰτεόμενος sive αἰτεόμενον referri nequeunt, cum neuter utrumque (regiam dignitatem et civitatem) petierit, ad εἰκάσαι retuli atque cum Schweighaeusero (Lexic. Herod. I. p. 185) intelligo sic: *quatenus licet regiam dignitatem cum iure civitatis conferre.* Caeterum bene *Wesselingius:* „Tisamenus ius Spartanae civitatis quaerebat, Melampus partem regni Argivorum: pares ambo cupiditate habendi, valde dispares in re desiderata."

προετείνετο] Hoc loco Schaeferus, quem Matth., Bekker et recc. edd. sequuntur, retinet προετείνετο, quod Florentini aliorumque codd. auctoritate Schweigh. et Gaisf. mutarunt in προετείνατο, paulo post, ubi idem verbum denuo legitur, exhibentes προετείνετο, cuius loco nos cum reliquis edd. retinuimus προετείνατο. De ipso verbo conf. nott. ad VII, 160.

ἀλλ' ἀπιόντων] i. e. cum re infecta domum abirent Argivorum legati ex Pylo, quo se receperant, Melampodem a Neleo adscitum (ut Diodorus l. l. narrat) indeque cum Neleo in Pylo versantem aditur. In proxime sequentibus verbis: ὡς ἐμαίνοντο πολλῷ πλεῦνες τῶν γυναικῶν vox πολλῷ a Florentino libro aliisque abest, indeque omissa a Bekkero et Dindorfio; Dietschius uncis eam inclusit, quibus equidem liberandam duxi vocem, quae ad ipsam sententiam necessaria mihi videtur. Furore correptae erant Argivae feminae διὰ τὴν Διονύσου

πολλῷ πλεῦνες τῶν γυναικῶν, οὕτω δὴ ὑποστάντες, τὰ ὁ Με-
λάμπους προετείνατο, ἤϊσαν δώσοντές οἱ ταῦτα. ὁ δὲ ἐνθαῦτα
δὴ ἐπορέγεται, ὁρέων αὐτοὺς τετραμμένους, φάς, ἢν μὴ καὶ
τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης,
οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται. οἱ δὲ Ἀργεῖοι, ἀπειληθέντες ἐς στει-
νόν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται, ἐδέοντο 35
γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντως συνεχώρεόν οἱ. συγχωρη-
σάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων οὕτω δὴ πέντε σφι
μαντευόμενος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, γε-

μῆνιν, ut Diodorus l. l. tradit; auctore Pausania l. l. μανία ταῖς γυναιξὶν ἐνέπεσεν, ἐκφοιτῶσαι δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν χώραν, ἐς ὃ Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος (qui μάντις vocatur a Diodoro) ἔπαυσε σφᾶς τῆς νόσου κ. τ. λ.

οὕτω δὴ ὑποστάντες] i. e. ita s. tum demum Argivi recipientes, quae Melampus *proposuit*, s. *in conditionem a Melampode propositam consentientes accesserunt, haec ipsi daturi*. Haud aliter fere ὑφιστάναι III, 127. 128 et IX, 94. De voculis οὕτω δὴ cf. allata ad IX, 6. Sequens ἐπορέγεται reddiderim: *plura adeo petiit*, praeter ea, quae iam petierat, aliud quid sibi postulans. Ea enim praepositionis ἐπὶ in verbis compositis est vis, ut aliquid addi vel augeri indicet. Conf. quae notavi in Creuzeri Melett. III. p. 61. Ad structuram verbi μεταδιδόναι cf. nott. ad VIII, 5.

τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης] Non satis congruere videntur Herodotea cum iis, quae enarrat Diodorus IV, 68, Argivos scil. Melampodi gratiam rependentes duas regni partes esse largitos, Melampodem autem cum Biante fratre suam communicasse portionem. Nec magis convenit Pindari scholiasta Nem. IX, 30 Melampodem scribens, postquam mercede pacta duarum regni partium mulieres furore agitatas purgasset, servasse sibi dimidium, alterum ultro Bianti concedentem: ita ut omne imperium esset tripartitum, inter Melampodidas, Biantidas et Proetidas divisum. Dissentit denique Pausanias II, 18. §. 4 mulierum a furore sanatarum hanc Melampodi gratiam scribens ab Anaxagora esse relatam, ut aequis cum ipso ipsiusque fratre Biante partibus regnum communicaret. Sed quis quaeso in talibus omnia sibi prorsus congruere exspectabit? Addam equidem Schweighaeuseri notam: „Praeter *dimidium regni*, quod sibi Melampus postulaverat, insuper fratri suo postulavit *tertiam regni partem*, nempe tertiam partem dimidiati regni, quod Argivis superesset, adeoque sextam partem totius. Igitur, quandoquidem conditioni subscripserunt Argivi, accepit Melampus cum fratre quattuor sextas partes, id est duas de tribus partibus totius regni, ut Diodorus Sic. ait et Pindari Scholiastes."

ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν] Vid. I, 24. VIII, 109 ibique nott. de locutione. Verbum καταινεῖν attigi ad IX, 33.

CAP. XXXV.

πάντως συνεχώρεόν οἱ] i. e. *prorsus ei concesserunt*, quae scil. postulaverat. Pro πάντως Schweighaeusero (Lexic. Herod. II. pag. 174) in mentem venerat πάντων, quemadmodum VII, 161. Quo tamen opus esse negat Letronne in: Journal des Sav. 1817. pag. 44, si quidem πάντως, quod idem valeat atque ἅπασι, aeque probum constituat sensum atque πάντως ἀγαθός, alia id genus. Bekkerus, quem Dindorf. et Dietsch. sequuntur, edidit πάντα, quemadmodum πάντα μᾶλλον nunc legitur I, 206. Equidem dedi quod

νόμενος Σπαρτιήτης, συγκαταιρέει. μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρτιήτῃσι πολιῆται. οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες οἵδε ἐγένοντο· εἷς μὲν καὶ πρῶτος οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι, ἐπὶ δὲ ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε καὶ Ἀργείους γενό-

omnes libri scripti afferunt, a quibus sine idonea causa discedere nolui. In seqq. *μαντεύεσθαι vaticinandi* notionem habet, ut diximus ad IX, 33.

συγκαταιρέει] i. e. *ad maxima certamina feliciter peragenda suam ille operam contulit Spartanis* s. *operâ suâ* (divinandi scil. arte) *Spartanos adiuvit.* Conf. nott. ad VII, 50. Pausanias III, 11. §. 6 hunc in modum haec protulit: *σφίσιν ὁ Τισαμενὸς ἀγῶνας πολέμου πέντε ἐνίκησε.*

μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρτιήτῃσι πολιῆται] Hoc sane nemo mirabitur, qui, qualis omnino civitatis Spartanae fuerit ratio atque indoles, bene novit: ut in qua ob artissimam illam stirpium cognationem, quae eadem in omnibus Dorum institutis conspicua, peregrinum admittere familiisque immiscere nefas habebatur. Itaque maxime memorabile, quod a scriptore hîc proditur, vereque unicum, quod Tisamenus Eleus eiusque frater Hegias in Laconum civitatem ita receptus fuit, ut eodem, quo caeteri Spartani veri ac genuini (ὅμοιοι vocantur), uterentur iure iisdemque fruerentur privilegiis, quibus legitime nati Spartani fruuntur, quin in unam etiam recepti tribum e tribus illis tribubus, quibus omnis constitit Spartanorum civitas. De Tyrtaeo, quem in civitatem receptum nonnulli tradunt, diximus in nott. ad IX, 33. Aliud Dionis in Spartanorum civitatem recepti exemplum ex Plutarcho (Vit. Dion. 17) affert C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 25. not. 15, recte monens rarissime hoc factum videri, ut peregrinis iisque adultis viris civitas concederetur; quod idem enuntiat Schoemann: De Spartanis Homoeis pag. 16.

ἐπὶ δὲ] Vid. nott. VII, 219 de locutione. Quae h. l. dicuntur quinque certamina, ea eodem ordine recenset Pausan. III, 11. §. 6 ipsum Herodotum probabiliter secutus. Quae post Plataeensem pugnam commemorantur Spartanorum certamina, alterum cum Tegeatis Argivisque, alterum cum Arcadibus commissum, incidunt intra Olymp. LXXV, 2 et LXXVIII, 4, observante C. O. Muellero: Dor. I. p. 188, qui merito ad haec attendi vult. Nam unica fere est mentio eorum, quae post Persas devictos in Peloponneso inter ipsos Peloponnesios acciderint. Tegeatas Spartanis semper infensos fuisse novimus: qui reconciliati cum Spartanis iisque sociati per bellum Persicum (vid. nott. ad IX, 26) postea disiuncti priores inimicitias renovasse videntur. Argivis etiam perpetuas fere rixas atque contentiones cum Spartanis fuisse accepimus: quippe quorum principatum, ut videtur, detrectabant indeque etiam in Persico bello caeteros Graecos haud adiuvabant, neutrorum partes secuti. Nec plura nobis innotuere de Spartanorum certaminibus cum *Arcadibus* vicinis, quos Spartae sive dominatum sive principatum ferre noluisse ac de agrorum terminis cum Spartanis contendisse credibile est. Ac tertiam hanc pugnam *ἐν Διπαιεῦσι* (i. e. ad Dipaeensium urbem, nam et *Δίπαια* et *Διπαιεὺς*, quod gentile est nomen, de urbe dici testatur Stephanus Byzant. s. v.) commemorat Pausanias VIII, 45. §. 2, ubi inter pugnas, quae Tegeatis et Arcadibus communes fuerunt, affertur *ἐν Διπαιεῦσι ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγὼν*, et potissimum III, 11. §. 7: *ἐπὶ τούτοις δὲ ἐν Διπαιεῦσιν Ἀρκάδων πάντων πλὴν Μαντινέων ἀντιταγμένων*: quam pugnam ad annum 469 ante Chr. n. refert Curtius: Peloponnes. I. p. 315 seq., ad ann. 467 Schoell. in Philolog. IX. p. 197. De situ urbis idem addit Pausanias l. l. *οἱ δὲ Διπαιεῖς ἐν τῇ Μαιναλίᾳ*

μενος, μετὰ δὲ ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας πλὴν Μαντινέων, ἐπὶ δὲ ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ, ὕστατος δὲ ὁ ἐν Τανάγρῃ πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ Ἀργείους γενόμενος.

πόλισμα Ἀρκάδων ἦσαν, e quibus ipsis concludere liceat, Pausaniae aetate memoriam urbis iam obliteratam fuisse, aut etiam ipsam urbem illa aetate non amplius exstitisse: commemoratur enim Δίπαια ab eodem Pausania (VIII, 27, 3) inter eas urbes, quae, cum Megalopolis conderetur, relictae fuerunt. Ad Maenalum montem sita supra Lycaeam non procul a vico Dabia, ut nunc vocatur, quaerenda erit urbs; quae ad vicum Piana non longe a Dabia remotum adhuc exstant ruinae, ad Dipaeensium pagum refert Curtius l. l. Conf. etiam Leake Morea II. p. 52.

ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ] Vulgo: πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. At articulum meliores libri ignorant male retentum a Schaefero et Matthiaeo. Sed Ἰσθμῷ omnes praebent scripti libri, quos hic deserendos censui Palmerii coniecturam, quam etiam praetulit Negris, secutus, Larchero quoque probatam et Siebelisio ad Pausan. l. l. pag. 31, qui nunc, ab eodem Siebelisio constitutus, praebet: τέταρτον δὲ ἠγωνίσατο πρὸς τοὺς [ubi male insertum ἐξ Ἰσθμοῦ; cf. Schubart in Pausaniae Edit. Teubneriana T. I. p. XIII, qui haec verba inepta, e corrupto Herodoti loco transscripta, ut putat, tamen abiicere ausus non est] ἐς Ἰθώμην ἀποστάντας τῶν εἱλώτων. Addit Pausanias, tunc quidem non omnes defecisse helotas, sed Messenicos tantum, qui se a priscis Helotis abiunxerant, eosque ex oraculo Delphici Apollinis et Tisameni monitis a Lacedaemoniis foedere facto esse dimissos incolumes. Vocatur autem hoc bellum vulgo tertium Messenicum, excitatum tam a Messeniis Spartae subditis et in helotarum statum redactis quam a priscis helotis, vel certe eorum parte, viribus coniunctis, et decem in annos productum obsessa Ithome, i. e., Pausaniam si sequimur IV, 42, 2, ab anno 464 ante Chr. n. (Olymp. LXXIX, 1) usque ad annum 455 (Ol. LXXXI, 2), aliter statuente Kruegero (Histor. philolog. Studien I. p. 149 seq. 156 seqq. coll. Schoell. l. l.), qui mutatis in Thucydide (I, 101) numeris (legi enim vult τετάρτῳ ἔτει pro vulg. δεκάτῳ ἔτει) quarto anno hoc bellum finitum ponit Olymp. LXXIX, 3 sive 461 ante Chr. n., cui tamen Ritter, Weissenborn, alii haud scio an recte sint oblocuti: vid. C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 37. not. 4. Tu vid. potissimum Thucydid. I, 101. Diodor. Sic. XI, 64. Plutarch. Cimon. 16 coll. Dahlmanno: Herod. p. 39 et C. O. Muellero: Dor. I. p. 189. Quo magis mirari subit Gailium (Le philol. IV. p. 381—388) hoc modo lectioni olim vulgatae Ἰσθμῷ patrocinari, ut bellum istud Messenicum tertium unquam exstitisse locumque Herodoti e Pausania emendari posse neget. Unam in clausula addam Schweighaeuseri coniecturam, πρὸς Ἰθώμῳ reponentis, si nimirum aliunde constaret, non solum Ἰθώμην, sed etiam Ἴθωμον Graecos dixisse. Sed plerumque dicitur et mons et arx in eius cacumine exstructa a Messeniis Ἰθώμη: vid. veterum locos allatos a Forbigero: Handb. d. alt. Geogr. III. pag. 982 et quae de hoc monte ad 2497 Pariss. pedum altitudinem adscendente enarrat Curtius: Peloponnes. II. pag. 137 seqq., qui p. 190 hoc Herodoteo loco reponi iubet πρὸς τῇ Ἰθώμῃ, quod idem suaserat Kortüm: Griech. Gesch. I. p. 378. Inde recentiores Herodoti editores omnes exhibuerunt: ὁ πρὸς Ἰθώμῃ.

ὁ ἐν Τανάγρῃ] Haec pugna, de qua vid. Thucydid. I, 108 ibiq. interprett. et Diodor. XI, 80, incidit in annum 457 a. Chr. n. sive Olymp. LXXX, 4 (vid. Boeckh. Explicatt. Pindar. Isthm. VI. arg. pag. 532 et Clinton. Fast. Hellen. II. pag. 46 seq. 273 ed. Krueger.), aut, ut Dahlmann. atque Krueger (Hist. philol.

36 οὗτος δὲ ὕστατος κατεργάσθη τῶν πέντε ἀγώνων. Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενὸς, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαντεύετο ἐν τῇ Πλαταιΐδι. τοῖσι μέν νυν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ ἀμυνομένοισι, διαβᾶσι δὲ τὸν Ἀσωπὸν καὶ μάχης ἄρχουσι οὔ.

37 Μαρδονίῳ δὲ, προθυμεομένῳ μάχης ἄρχειν, οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρὰ, ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ καλά· καὶ γὰρ οὗτος Ἑλληνικοῖσι ἱροῖσι ἐχρᾶτο, μάντιν ἔχων Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖόν τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον, τὸν δὴ πρότερον τούτων Σπαρτιῆται λαβόντες ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ, ὡς πεπονθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς πρό τε τοῦ θανάτου πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ, ἐσενει-

Studien pag. 172 seqq.) ponunt, in annum 458 ante Chr. n. s. Olymp. LXXX, 3. — Ad passivam notionem aoristi κατεργάσθη conf. nott. ad I, 123.

Cap. XXXVI.

ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων] i. e. *quem Spartani*, ad bellum cum proficiscerentur, *secum ducebant*.

ἐμαντεύετο] i. e. *vaticinabatur*. Vid. nott. ad IX, 33. Eadem, quae Herodotus, tradit Plutarch. Vit. Aristid. cap. 11. — Ad seqq. **καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ** conf. allata ad VII, 134 et Schaefer. ad Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 213. Infra IX, 37 **οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρὰ** eodem spectat.

Cap. XXXVII.

προθυμεομένῳ] Duo codd. **προθυμένῳ**, Florentinus cum uno Parisino **προθυομένῳ**, quod genuinum videtur Schaefero l. l., ubi de usu participii in dativo positi plura affert. Sed quae sequuntur, **ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ**, satis vulgatam tueri videntur. In sequentibus verbis e Sancrofti libro alteroque reposui cum Bredovio (pag. 380) et Dietschio **ἐχρᾶτο**, ubi vulgo **ἐχρέετο**, cuius loco Mediceus, Florentinus, alii **ἐχρέατο**. Vid. etiam supra VIII, 118 ibique nott.

ἄνδρα Ἠλεῖόν τε καὶ τῶν Τελλιαδέων] Vid. nott. ad IX, 33. Male *Arcadem* vocat Plutarch. II. p. 479 B. Ad verba **ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ** vid. I, 109 ibique nott. III, 119. V, 72: quibus locis cum reperiatur **τὴν** ante **ἐπὶ θανάτῳ**, hoc quoque loco **τὴν** addi vult Naber in Mnemosyn. III. p. 483. De voce **ἀνάρσια** vid. nott. ad III, 10.

ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος] Attigi in nott. ad VIII, 52. Seqq. **ὥστε τρέχειν περὶ τῆς ψυχῆς** illustravi ad VII, 57. Verba **πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ** (i. e. *utpote multa tristia passurus*, s. cui multa tristia patienda) Homerum in mentem revocant, qui saepius dixit **λυγρὰ** *res miseras ac tristes* Ili. XIII, 346. XXIV, 724. Odyss. III, 303. IV, 230. X, 236. XI, 368 etc. De particula **ὥστε** ante participia poni solita vid. allata ad V, 101 et ad VI, 44. Eodem modo mox: **ὥστε φυλασσόμενος**. Adde infra IX, 49. 70. 76. — Ad voces **μέζον λόγου** vid. nott. ad VII, 147.

ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ] Attigi ad VI, 75. Wesselingius conferri iubet Petit. ad Legg. Attic. IV, 9. p. 461 et Actt. Apost. XVI, 24 ibique Wetsten.

χθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε· αὐτίκα δὲ ἐμηχανᾶτο ἀνδρειότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σταθμησάμενος γὰρ, ὅκως ἐξελεύσεταί οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ. ταῦτα δὲ ποιήσας, ὥστε φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τὸν τοῖχον ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος, οὕτω ὥστε, Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων, τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ· τοὺς δὲ ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τε τόλμης ὁρέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς κείμενον, κἀκεῖνον οὐ δυναμένους εὑρεῖν. Τότε μὲν οὕτω διαφυγὼν Λακεδαιμονίους καταφεύγει ἐς Τεγέην, ἐοῦσαν οὐκ ἀρθμίην Λακεδαιμονίοισι τοῦτον τὸν χρόνον. ὑγιὴς δὲ γενόμενος καὶ προσποιησάμενος ξύλινον πόδα κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθέης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. οὐ μέντοι ἔς γε τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος τὸ ἐς

ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε] i. e. *nactus est instrumentum ferreum aliquo modo compedibus illatum* eoque ipso dein usus est ad pedem amputandum. Namque pes adstrictus erat ligno σιδηροδέτῳ, i. e. quod ferro revinctum erat; idque ipsum ferrum s. ferramentum (hoc enim est σιδήριον, ut notavi ad VII, 18) inde extraxit, quo pedem implicatum et innexum abscinderet. — In seqq. verbum σταθμησάμενος hinc excitat Suidas s. v. III. p. 368. Schweighaeuserus in Lexic. Herod. II. p. 278 interpretatur: „*postquam dimensione iudicavit aestimavitque.*"

ἀπέταμε τὸν ταρσὸν] *Plantam pedis* interpretantur s. anteriorem pedis partem, qua parte pes latior est. Conf. supra VIII, 12 ibique nott. Pollux II, 4. §. 197: (τοῦ ποδὸς) τὸ ἔμπροσθεν μετὰ τοὺς δακτύλους, ταρσός. In huius ταρσοῦ abscissi locum mox ille substituisse fertur ξύλινον πόδα, itaque ταρσὸν latiori sensu accipere malim de omni pede aut certe de inferiori eius parte. *Tegeam* autem Hegesistratus aufugit, quo eodem etiam Leotychides in exilium abierat, teste Herodoto VI, 67: quippe Tegeatae Laconibus aliquamdiu infensi atque inimici, ut monui ad I, 65. IX, 26 fin. 35. καταδύνων bene reddit Schweighaeus. in Lexic. Herod. II. p. 14: „*inter fruticeta se abscondens.*" Vid. Herod. IV, 76 ibique nott. Thesaur. Ling. Graec. IV. p. 1066 ed. Dindorf. De verbo αὐλίζεσθαι conf. nott. ad VIII, 8; de voce εὐφρόνης vid. nott. ad VII, 12.

ἐν θωύματι — ἐνέχεσθαι] Hic quoque reposui θωύματι pro θώματι. Ipsam locutionem attigi in nott. ad VIII, 25. 135. Post τόλμης sustuli distinctionem, quo intelligeretur voculam τε ante τόλμης pertinere ad ὁρέοντας, quocum convenit κἀκεῖνον (i. e. καὶ ἐκεῖνον) οὐ δυναμένους. — Voculam ἀρθμίην, obviam quoque supra IX, 9, attigimus in nott. ad VI, 83. De Tegeatis, modo iunctis cum Spartanis, modo disiunctis, conf. nott. ad IX, 26. — In seqq. προσποιησάμενος est: *sibi ligneum pedem adscivit, fieri iussit,* ubi medii verbi elucet vis. Conf. VI, 66 ibique nott. et potissimum Plutarch. II. pag. 479 B. Thucyd. I, 137.

κατεστήκεε] i. e. *factus est, exstitit,* ut I, 31. 92. IX, 70. ἐκ τῆς ἰθέης valet *palam, aperte,* ut monui ad III, 127. add. VIII, 6 ibique nott. — Mox οὐ μέντοι γε ἐς τέλος e libris quibusdam allatum non assumpsi, persistens in vulgata οὐ μέντοι ἔς γε τέλος, quam etiam Bekkerum retinuisse video. Conf. nott. ad II, 63 et VIII, 94.

Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον. ἥλω γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ ἀπέθανε. Ὁ μέν νυν θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου ὕστερον ἐγένετο τῶν Πλαταιϊκῶν· τότε δ᾽ ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων καὶ κατὰ τὸ κέρδος.

τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον] Variavit orationem IX, 38 scribens *τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων*. Nostrum locum Portus Latine reddidit: *odium casu fortuito susceptum*, quod probavit Wesselingius; neque aliter fere reddi voluit Reiskius: *odium quocunque demum casu ipsum inter et Lacedaemonios conflatum;* Schweighaeuserus (qui illud *fortuitum* urgeri vetat): „odium, quod illi acciderat s. quod acceperat.“ In Lexico Herodoteo II. p. 290 idem interpretatur: „*odium in Lacedaemonios conceptum*,“ addens, passivâ verbi formâ indicari fortasse *mutuum odium, odium inter illum et Lacedaemonios conflatum.* E libris scriptis nihil affertur, nisi quod Sancrofti liber habet *συγκεχωρημένον*, quod verae scripturae interpretamentum esse ratus Eltz (Jahrbb. f. Philol. Suppl. Vol. IX. p. 343) legi vult *συγκεκρημένον*, ut intelligantur *inimicitiae, quae ei cum Lacedaemoniis intercedebant;* addit idem Herodotum dixisse *συγκεράννυσθαι φιλίας* IV, 152. VII, 151. Hanc Eltzii coniecturam, in quam dudum antea inciderat Reiskius, probavit Dietsch., qui prius intactum reliquerat *συγκεκυρημένον* unâ cum reliquis editoribus. Nec equidem a lectione libris scriptis allata discedere ausus sum, praesertim cum *συγκυρεῖν* (in activo) de iis, quae *accidunt* aut *contingunt*, a Nostro aliquoties adhiberi videam (I, 119. VIII, 87. IX, 90; plura qui desideret, adeat Thesaur. Ling. Graec. VII. p. 994 ed. Dindorf.): adeo ut omnis difficultas in passivo, quod hoc loco adhibuit Noster eodem sensu, quo alias activum, sita videatur. Ipsa sententia vix dubia: inde equidem hunc fere totius loci sensum esse crediderim: *Neque tamen et ad extremum usque* (bene) *cessit inimicitia, in quam inciderat cum Lacedaemoniis.* Verbum *συνήνεικε* non aliter fere adhibetur VIII, 87.

ἥλω γὰρ — ἐν Ζακύνθῳ] Hoc factum esse coniicit Schoell (cf. etiam Philolog. IX. p. 198), vernaculus interpres, secunda belli Peloponnesiaci aestate (s. Ol. LXXXVII, 3. a. Chr. n. 430), qua Lacedaemonii incursionem fecerunt in Zacynthi insulam, iam antea, ut videtur, Spartae infensam, si quidem Demaratus, Spartanorum exsul, eo primum se contulit, teste Herodoto VI, 70. At tum Hegesistratum octogenarium certe senem fuisse statuas necesse erit. Itaque ipse Schoell. de priori quodam bello nobis non cognito forsitan hîc cogitandum esse addit. Quod additur, *καὶ ἀπέθανε*, cum Schweighaeusero reddiderim: *atque* (a Spartanis) *interfectus est.* Eodem sensu *ἀπέθανε* legitur apud Nostrum VII, 154. IX, 75, et vid. quoque I, 137. IX, 64. Neque aliter IX, 67: *ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων*, ubi vid. nott. Itaque etiam IX, 116 in verbis *δίκης κυρήσας ἀπέθανε* equidem intelligo: *occisus, interfectus est;* itemque IX, 119: *οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν.* Teste Thucydide I, 20 plerique statuunt, Hipparchum *ὑφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἀποθανεῖν.*

μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου] i. e. *mercede haud exigua conductus.* Intelligas licet *τιμήματος* s. *ἀργυρίου*, de quo vid. Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. p. 39 seq. 473 seq. ed. Schaef. — Articulum *τῷ* ante *Μαρδονίῳ*, quem tuentur Schaeferus, Matthiae et Bekkerus, equidem cum reliquis abieci, Florentini aliorumque codd. auctoritate fretus.

ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο] Ad

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίρεε, ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρ- 38
σῃσι, οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων (εἶχον γὰρ καὶ
711 οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα)· ἐπιρ-
ρεόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ γινομένων πλεύνων Τιμηγενί-
δης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς
ἐκβολὰς τοῦ Κιθαιρῶνος φυλάξαι, λέγων, ὡς ἐπιρρέουσι οἱ
Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς.
Ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ, ὅτε 39
ταῦτα ἐκεῖνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ. ὁ δὲ μαθὼν τὴν παραί-
νεσιν εὖ ἔχουσαν, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, πέμπει τὴν ἵππον ἐς
τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι,

verbum ἐθύετο conf. nott. ad VII, 189. Sequens προεθυμέετο intelligo: *magnum studium exhibuit, valde studiosus fuit.* Qui ita interpretatus erat Schweighaeuserus: „sacra faciebat, *libenter suscepto eo munere*", is postea rectius, opinor, in Lex. Herod. II. p. 235 ita reddidit: *promptam operam navavit.* Cf. infra IX, 72. In verbis κατά τε τὸ ἔχθος κ. τ. λ. praepositio valet *ob, propter.* Vid. nott. ad VIII, 30. Matth. Gr. Gr. §. 581.

Cap. XXXVIII.

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίρεε] Cf. nott. ad VII, 134.

εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν Ἱππόμαχον] i. e. *nam hi quoque suum quendam sibi ipsis proprium habebant vatem Hippomachum* sive, ut Hoogeveen reddit ad Viger. pag. 614: *habebant enim et hi peculiarem sibi haruspicem Hippomachum.* De locutione ἐπ' ἑωυτῶν vid. IX, 17 et allata ad IV, 114. Verbum ἐπιρρεῖν de hominum multitudine ad aliquem locum adcurrente s. confluente Plutarchi aliquot locis allatis illustravit Held ad Plutarch. Timol. 24. pag. 445. — In seqq. τὰς ἐκβολὰς, ut IX, 39, dicit *fauces*, per quas e Cithaerone monte exitus patet. De fluvii exitu s. ostio idem vocabulum VII, 128. De *Timagenida* cf. IX, 86. Pausan. VII, 10. §. 1.

καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνοὺς] i. e. *dicens se multos intercepturum esse,* Graecos scil. accurrentes suisque opem ferentes contra Persas, Graecorum copias igitur augentes. De forma futuri ἀπολάμψομαι vid. citt. ad III, 146, ubi ἀπολάμψεσθαι τὴν πόλιν, *urbem recipere.* Neque huc non facit illud ἀπολαμφθέντες, *conclusi, inclusi, intercepti:* de quo vid. nott. ad V, 101. — Quod proxime antecedit αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, attulit Baguet ad Dion. Chrysost. Specim. pag. 66 multa de hac orationis abundantia excitans. Tu vid. allata ad Herodot. VII, 106.

Cap. XXXIX.

Ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτὼ] Eadem locutio IX, 41. Participii usum in talibus attigi ad IX, 10. — De voce εὐφρόνης vid. nott. ad VII, 12.

αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι] i. e. *quae Plataeas versus ducunt* s. *tendunt*, plane ut φέρειν ἔς τι (II, 122. 138) aut ἐπί τι (IV, 99. 100) aut etiam πρός τι VII, 201. Infra IX, 69 ἐτράποντο — τὴν φέρουσαν ἄνω. Δρυὸς Κεφαλαὶ, *Capita quercus*, inveniuntur quoque apud Philostrat. Icon. II, 19 fin., qui, monente Iacobs. pag. 512, nostrum locum respexit, et Thucyd. III, 24 teste Wesselingio, qui alteram appellationem se unquam legisse negat. Nec mihi quidquam innotuit. De his vero faucibus, quibus *Trium capitum* s. *Quercus capitum* nomen, Pausaniam IX, 2. §. 2 cogitasse putat Kruse:

τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς. πεμφθέντες δὲ οἱ ἱππόται οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλλοντα γὰρ ἐς τὸ πεδίον λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἳ εἵποντο τοῖσι ζεύγεσι. ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι ἀφειδέως ἐφόνευον, οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενὸς οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἅδην εἶχον κτείνοντες τὰ λοιπὰ αὐτῶν ἤλαυνον περιβαλλόμενοι παρά τε Μαρδόνιον

Hell. II, 1. p. 421 seq., ubi τὴν λεωφόρον (ὁδὸν) appellat, quae nunc vocetur Ἐτρατὴ τοῦ Βίζιρις. Escendit enim haec via in obliquum ducta per montem horridum, eaque primaria olim via fuit e Peloponneso in Boeotiam proficiscentibus, aut ex Attica Boeotiam Thebasque petentibus et per haec Trium Capitum s. Quercus Capitum cacumina in planitiem Plataeensem descendentibus: vid. Kruse l. l., C. O. Mueller: Orchomenos pag. 489, Poppo in Edit. Thucydid. I, 2. pag. 280, Muenscher: De rebus Plataeenss. p. 10. Itaque, si de his *Quercus capitibus* quaeras, cogitandum erit de ipso montis Cithaeronis iugo prominenti eoque praecipiti ac declivi, per quod via sursum tendebat obtectum quercubus, unde loco nomen. Quin adhuc illas Cithaeronis declivitates pinis et quercubus, aliis eiusmodi arboribus consitas esse peregrinatores asserunt. Ad occidentem Plataearum hunc locum indicarat Barbié in mappa geographica, Gail ad orientem inter Eleutheras atque Erythras. Recentiores peregrinatores virosque doctos (conf. Leake: Travels in North. Greece. II. pag. 330. 344 et tabulam huic volumini adiunctam; Vischer: Erinnerungg. aus Griechenland p. 533. 540) si sequimur, *Quercus capita*, quae Herodotus dicit, quaerenda sunt meridiem versus a Plataeensium urbe super vicum, cui nunc nomen *Kriakuki*, in altum exsurgentia iuxta viam, quae olim Plataeis Megara ducebat. Goettling (Gesammelte Abhandll. p. 135) τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας eo loco ponit, quo, quae nunc facta est via strata Thebas ducens et antiquam viam plerumque sequens, summam altitudinem nacta est, unde duae semitae excurrunt, altera Plataeas ducens, altera tendens versus ea loca, quae olim Hysiae et Erythrae obtinuerunt; huic igitur loco, in quo tres viae convenirent Hermesque triceps pro more erectus esset (vid. ibid. p. 80), nomen *Trium capitum* apte inditum esse idem vir doctus existimat.

καὶ ἀνθρώπους, οἳ εἵποντο τοῖσι ζεύγεσι] Possis intelligere *servos*, quos haud raro simpliciter vocari ἀνθρώπους, ostendunt, quae ad Evangel. Luc. XII, 36 allata sunt ab interpretibus et quae ipse attuli ad Plutarch. Alcibiad. pag. 68: nisi h. l. omnino indicantur viles homines, inferioris qui erant conditionis, nec armis ferendis digni nec apti; ut sane nec excludantur servi, nec soli in periculum veniant, ut ait Wesseling.

ἀφειδέως ἐφόνευον] Quid sibi velit vocula ἀφειδέως, statim explicatur verbis subiectis: οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενὸς, οὔτε ἀνθρώπου. Idem I, 163. 207 fin., ubi vid. nott.

ὡς δὲ ἅδην εἶχον κτείνοντες] Excitat Suidas s. v. ἅδην I. p. 51. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §. 550, b. Valckenarius de hac locutione excitaverat Platon. Charmid. pag. 153 C. De republ. VII fin. Athen. IV. p. 128 E. Hemsterhus. ad Lucian. Nigr. c. 13. T. I. pag. 247 Bip.

ἤλαυνον περιβαλλόμενοι] i. e. *reliqua eorum* (iumentorum aeque atque hominum) *abegerunt ad Mardonium, circumvenientes, cingentes eaque in usum suum vertentes.* Ita Schweig-

καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἑτέρας δύο 40
ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἀσωποῦ ἐπήισαν οἱ βάρβαροι, πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων, διέβαινον δὲ οὐδέτεροι. ἡ μέντοι ἵππος ἡ Μαρδονίου αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου παραδεκόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι μάλα ἔσκον, οἳ ἀπεδείκνυντο ἀρετάς.

Μέχρι μέν νυν τῶν δέκα ἡμερέων οὐδὲν ἔτι πλεῦν ἐγίνετο 41
τούτων. ὡς δὲ ἑνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἐν Πλαταιῇσι, οἵ τε δὴ Ἕλληνες πολλῷ πλεῦνες ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαρδόνιος περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ. ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ. Βουλευομένων

haeuserus in Lex. Herod. II. p. 199. De verbo περιβάλλεσθαι conf. III, 71 ibique nott. VIII, 8.

Cap. XL.

μηδίζοντες μεγάλως] Conf. nott. ad IX, 17. Locutionem φέρειν τὸν πόλεμον invenimus IX, 18, ubi vid. nott. In proxime antecedentibus haud mutavi προσέκειτο, cuius loco Dietsch. Bredovio auctore exhibuit προσεκέετο; vid. nott. ad VIII, 41. Ad κατηγέοντο mente addas licet τῇ τοῦ Μαρδονίου ἵππῳ. Ad significationem verbi conf. IV, 107. 215 ibique nott. Formam ἔσκον attigimus ad VI, 133. VII, 119. ἀποδείκνυσθαι ἀρετάς, quod etiam hinc excitat Iacobs. ad Aelian. N. A. IV, 1, indicat: *virtutis documenta* s. *specimina edere*. Vid. allata ad Herodot. VII, 139.

Cap. XLI.

οὐδὲν ἔτι πλεῦν ἐγίνετο τούτων] i. e. *nihil his amplius gestum est*. Reposui ἔτι πλεῦν (pro ἐπὶ πλεῦν), quod eadem in locutione omnes libri exhibent IX, 122, quod idem haud scio an reponendum quoque sit VI, 42, ubi equidem ἐπὶ dedi, Dietschius (qui hoc loco ἐπὶ cum cett. edd. dedit) ἔτι exhibet, his tribus Herodoti locis e mea quidem sententia retinendum, quorum in duobus (VI, 42. IX, 12) quod legitur πλέον, hoc et ipsum Herodoti in sermone admitti, plurimi testantur loci a Bredovio p. 154 seq. collecti, quamquam πλεῦν Noster quoque scripsit II, 19. III, 52. V, 120, ubi tamen Florentinus liber cum aliis exhibet πλέον. De quo utut statuis, id certe dubitari nequit, utramque formam a Nostro esse adhibitam, qui infra eodem capite scripsit πλεῦν. Ad usum participii ἀντικατημένοισι conf. IX, 10 ibique nott. Add. II, 2. III, 56 ibique nott. Verba περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ accipio: *moram istam impatienter ferebat;* quemadmodum, observante Valckenario, apud Thucydidem V, 7 (ubi conf. Wasse) milites dicuntur ἀχθόμενοι τῇ ἕδρᾳ: vid. nott. ad I, 44 et VIII, 109. Plutarchus in Vit. Aristid. 15 habet verbum δυσανασχετεῖν.

Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος] Φαρνάκεος omnes exhibent libri scripti et hoc loco et IX, 66. 89. VIII, 126, ubi idem nomen in genitivo legitur, itemque VII, 66, ubi plurimi libri idem exhibent, quod in Herodoto

δὲ αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι, ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς χρεὼν εἴη, ἀναζεύξαντας τὴν ταχίστην πάντα τὸν στρατὸν, ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων, ἔνθα σῖτόν τέ σφι ἐσενηνεῖχθαι πολλὸν καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι· κατ' ἡσυχίην τε ἱζομένους δια- 712 πρήσσεσθαι, ποιεῦντας τάδε· ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, πολλόν τε καὶ ἄργυρόν τε καὶ ἐκπώματα· τούτων φειδομένους μηδενὸς διαπέμπειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, Ἑλλήνων δὲ μάλιστα ἐς τοὺς προεστεῶτας ἐν τῇσι πόλισι· καὶ ταχέως σφέας παραδώσειν τὴν ἐλευθερίην, μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας. Τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τού-

certe retinendum (conf. Bredov. p. 231), haud scio an ad Thucydidem valeat V, 1, ubi *Φαρνάκου* dedit Poppo (vid. P. III. Vol. III. p. 429), alii tuentur *Φαρνάκους*. — De *Artabazo* vid. VII, 66. VIII, 126 seq. (ubi vocatur *ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθεν ἐὼν κ. τ. λ.*) coll. IX, 66. 89. Hoc loco vocatur *ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ*, i. e. *vir in paucis s. maxime spectatus auctoritateque pollens apud Xerxem*. Locutionem attigi ad IV, 52.

ὡς χρεὼν εἴη] De voce *χρεὼν* (ita enim scripsi pro vulg. *χρεὸν* et hoc loco et infra cap. 46) conf. nott. ad VIII, 3. De optativi (*εἴη*) usu in hac oratione obliqua monuit Matthiae Gr. Gr. §. 529. Verbum *ἀναζευγνύναι*, quod plerumque absolute ponitur significatione *movendi castra, discedendi cum classe*, h. l. activa notione *abducendi* Noster posuit, ut IX, 58 coll. VIII, 60. §. 1 ibique nott. *τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων* et hoc loco et IX, 66 haud differt ab eo, quod IX, 58 dixit *τὸ Θηβαίων ἄστυ*, quo eodem sensu IX, 115 *Sestum* vocat *τεῖχος*, coll. I, 98. Aliis locis *arcem* s. *castellum* *τεῖχος* dici monuimus ad IV, 46. De forma perfecti *εἰσενηνεῖχθαι* conf. II, 12. VIII, 37, quae attulit Bredov. p. 149 de huius verbi formis apud Herodotum obviis exponens.

καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι] Simili modo apud Diodor. XVI, 41 *τοῖς ἵπποις χόρτον* et apud Philon. Quod omn. prob. Lib. pag. 875 A. Heliodor. Aethiop. VIII. pag. 398 [cap. 14] *χιλὸν κτήνεσι*. Attulit Wesselingius. In proxime seqq. *διαπράττεσθαι* valet *peragere*, *transigere*, ut IV, 24 coll. I, 2. II, 2. Plat. De repul. III, 18. pag. 411 D, ubi vid. Stallbaum. Quibus adde, quae dedit Reuter ad Demosthen. Philipp. I. §. 31. p. 62. Quod paulo infra legitur *διαπέμπειν*, est: *dimittere* in varias scil. partes. Quos hic vocat Noster *τοὺς προεστεῶτας*, eos IX, 2 dicit *τοὺς δυναστεύοντας*. — In sequentibus verbis pro *ἀνακινδυνεύειν* Naber in Mnemosyn. IV. p. 23 et Cobet ibid. VI. p. 312 scribi volunt *ἀνακινδυνεύσειν* (propter antecedens *παραδώσειν*), quo mihi haud opus videtur respicienti ad III, 124 aliosque locos, ubi praesentis infinitivus pari modo ponitur. Valet autem *παραδώσειν τὴν ἐλευθερίην*: *libertatem proditures esse* Graecos; cf. IX, 87. *μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας* dixit Noster Graecos, qui minime *iterum* s. *denuo* pugnae periculum subire velint, ut supra VIII, 68. 100, ubi cf. nott.

Τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη] Haec verba spectant ad illa, quae supra leguntur, *βουλευομένων δὲ αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι, ἡ μὲν Ἀρταβάζου*, quare sequi oportuit *ἡ δὲ Μαρδονίου* scil. *γνώμη*: sed omisit haec Noster, cum facile ex antecedentibus repetantur. Scripsi autem cum recentt. edd. *ἐγίνετο*, cuius loco olim

του, Μαρδονίου δὲ ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη· δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τὴν σφετέρην στρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην, μηδὲ περιορᾶν συλλεγομένους ἔτι πλεῦνας τῶν συλλελεγμένων· τά τε σφάγια τὰ Ἡγησιστράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλλὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλ-

ἐγίνετο, invitis codd. De argumento loci sic *Wesselingius:* „Adi ad IX, 2. Putes ex praecedenti consultatione et Artabazi (laudatissimi viri lib. VIII, 121) sententia, uberem iam tum proditorum in Graeciae urbibus pullulasse proventum: qui quidem succrevit laetissime Philippi Macedonis aevo, teste Demosthen. pro Coron. pag. 145 [pag. 245, 16 Reisk.], ubi orator non diffitetur, superiore memoria haud paucos fuisse. Quin Herodoto horum aliquid subotuerit, haud negaverim.“ Ac sane verba adiecta tale quid indicare videntur: ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου, i. e. *ut qui* (Artabazus) *etiam amplius quid illo* (Mardonio) *praeviderat*, s. ut qui maiora adeo quam ille praeviderat mente atque praesciverat; ut sanequam ille commercium quoddam habuisse videatur cum Graecis quibusdam, qui in singulis civitatibus multum pollentes clam cum Persa transegerant eiusque partes amplexi erant.

ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη] γνώμη ἰσχυροτέρη dicitur *acrior* sententia, *gravior*, ut VII, 102 ἰσχυρὸς νόμος et IV, 205 ἰσχυραὶ τιμωρίαι coll. I, 74. ἀγνωμονεστέρη est *arrogantior*, *ferocior*, ut Schweighaeuserus interpretatur; tu conf. de nomine ἀγνωμοσύνης nott. ad IX, 3. VII, 9. §. 2. οὐδαμῶς συγγινωσκομένη dicitur sententia *minime conveniens* s. *consentiens cum aliis*, *minime cedens:* de quo conf. nott ad VII, 12; etsi hoc displicuisse video Gailio (Le philol. V. pag. 253), qui reliqua sic Gallice reddenda putat: *trop ferme*, *trop énergique*, *trop peu réfléchi*. — Quae apud Herodotum sequuntur verba: δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι κ. τ. λ., in quibus particula τε congruit cum verbis συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην, ea pendent ab antecedenti γνώμη sententiamque illam Mardonii acriorem indicant, qua, suas (Persarum) copias Graecis multo superiores esse cum existimaret, inde quam celerrime congredi voluit neque committere, ut plures etiam (Graeci) convenirent, quam qui iam convenissent.

τά τε σφάγια — μηδὲ βιάζεσθαι] τὰ σφάγια sunt *sacra*, *victimae;* unde non differunt τὰ ἱρά, conf. IX, 45. 61. 62. Locutionem ἐᾶν χαίρειν (*missum facere*, *non curare*), quae etiam exstat IX, 45, attigi ad IV, 112. Valckenarius laudaverat Platon. Crit. pag. 45 A. (ubi Stallbaum. pag. 111 praeterea laudat Heindorf. ad Theaetet. pag. 441 et ipsum Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. 113) Isocrat. Trapez. pag. 364 C. [cap. 14. §. 29] Xenoph. Anab. VII, 3. §. 23 [ubi cf. Krueger.] et Lucian. I. p. 727 (Pro Laps. in salut. 2. 3). Quod vero pro μηδὲ βιάζεσθαι olim quis coniecit, probante Negris, μηδὲ φράζεσθαι, *neque considerare* s. *neque ad illa animum advertere*, eo haud aegre carebimus. Noluit enim ille *vim inferre auspiciis*, ut scil. invita litarent. Ea enim significatio est verbi βιάζεσθαι, addito accusativo τὰ σφάγια, de quo vid. disputata ad Plutarch. Philopoem. pag. 18. Ac probavit id quoque Schweighaeuserus, reiecta ea, quam antea dederat, interpretatione (*nec instituta Persarum esse violanda*). Matthiae, qui μηδὲ βιάζεσθαι idem esse dixerat atque μηδὲ ἐᾶν βιάζεσθαι ἑαυτούς, *neque permittere*, *ut victimae sibi vim afferant*, et pugnae cupidos a pugna deterreant, bene subiicit, βιάζεσθαι τὰ σφάγια etiam posse esse *vim afferre victimis* ei iis invitis (πρὸς βίαν) pugnare. Mihi hoc unum ve-

42 λειν. Τούτου δὲ οὕτω δικαιεῦντος ἀντέλεγε οὐδείς, ὥστε ἐκράτεε τῇ γνώμῃ· τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ βασιλέος, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος. Μεταπεμψάμενος ὦν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων καὶ τῶν μετ' ἑωυτοῦ ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγοὺς εἰρώτα, εἴ τι εἰδεῖεν λόγιον περὶ Περσέων, ὡς διαφθαρέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμούς, τῶν δὲ εἰδότων μέν, ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, αὐτὸς Μαρδόνιος ἔλεγε· Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ ἴστε οὐδέν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω, ὡς εὖ ἐπιστάμενος. ἔστι λόγιον, ὡς χρεών ἐστι, Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν ἀπολέσθαι πάντας. ἡμεῖς τοίνυν, αὐτὸ τοῦτο ἐπιστάμενοι, οὔτε ἴμεν ἐπὶ τὸ ἱρὸν τοῦτο, οὔτε ἐπιχειρήσομεν διαρπάζειν· ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης

rum esse videtur: neque inde hunc locum recte redditum esse arbitror a Langio hunc in modum: „um das Opfer des Hegesistratos aber müsse man sich nicht kümmern, sondern nach Persischem Brauch die Schlacht beginnen und *nicht dawider handeln.*" Addo Gailii interpretationem l. l. V. pag. 255: „*Mardonius disoit, qu'il étoit d'avis d'envoyer promener les oracles et de ne pas se laisser faire violence et de n'être pas esclave des rits et usages des Grecs.*" Ad ipsam locutionem apte Wesselingius attulerat Plutarchi locum II, pag. 244 C. *εἰ δὲ μὴ χαίρειν ἐᾶν καὶ μὴ προσβιάζεσθαι.* *Cr.* conferri vult Toup. ad Longinum pag. 332 et Coraëm ad Heliodori Aethiopp. VII. pag. 248, qui corrigit *ἰδιάζεσθαι.*

Cap. XLII.

Τούτου δὲ οὕτω δικαιεῦντος] i. e. *illo autem sic statuente* s. *cum ille ita faciundum censeret.* Vid. VIII, 126 ibique allata, ne plura et ad verba *ἐκράτεε τῇ γνώμῃ* nott. ad I, 61; in sequentibus *τοὺς ταξιάρχους* Noster scripsit, ut VIII, 67, de qua forma vid. nott. ad IX, 52. Ad voces *τῶν τελέων* cf. nott. ad VII, 81.

εἴ τι εἰδεῖεν] i. e. *numquid scirent oraculum.* *εἰδεῖεν* cum recentt. revocavi pro vulg. *εἰδοῖεν* (conf. Bredov. pag. 411 seq.) itemque *διαφθαρέονται*, quod Schweigh. et Gaisf. mutarant in *διαφθερέονται*, invito cod. Florentino aliisque. Tu vid. nott. ad VIII, 108, ubi idem Schweighaeuserus libros plerosque secutus exhibuit *διαφθαρέεται* pro olim vulgato *διαφθερέεται*, quod nuper revocari voluit Cobet. Varr. Lectt. pag. 195 et Mnemosyn. IX. p. 290 seq.

ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων] i. e. *non tutum existimantibus dicere, non tutum sibi fore putantibus, verba facere.* Haud aliena sunt, quae supra invenimus *ἐν ὁμοίῳ ποιεῖσθαι* VII, 138, *ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι* III, 154, alia id genus. — In seqq. ad vim particulae *ἀλλὰ* conf. Matth. Gr. Gr. §. 613 et Kuehner Gr. Gr. §. 742. not. 1. In seqq. scripsi *χρεών* pro *χρεόν*, ut cap. 41, ubi vid. nott. Ad hoc idem oraculum referunt Euripidis verba in Bacch. 1199 seq.: *ὅταν δὲ Λοξίου χρηστήριον διαρπάσωσι* (scil. οἱ βάρβαροι), *νόστον ἄθλιον πάλιν σχήσουσι*, ubi Musgravius Herodotei loci bene memor fuit. De ipso oraculo conf. supra nott. ad IX, 16. Futurum *ἐπιχειρήσομεν* respondet antecedenti *ἴμεν*, quod praesens futuri temporis notione poni vix quemquam fugiet.

ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης] Vim

οὐκ ἀπολεόμεθα. ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι εὔνοοι ἐόντες Πέρσῃσι, ἥδεσθε τοῦδε εἵνεκα, ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. Ταῦτά σφι εἴπας δεύτερα ἐσήμαινε, παραρτέεσθαί τε πάντα καὶ εὐκρινέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ συμβολῆς ἐσομένης. Τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν, τὸν Μαρδό- 43 νιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχέλεων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. Ἀλλὰ τὰ μὲν Βάκιδί ἐστι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα·

Τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
Ἑλλήνων σύνοδον καὶ βαρβαρόφωνον ἰϋγὴν,

praepositionis attigit Voemel ad Demosthenis Contiones pag. 655 (ad Philipp. III. §. 54) itemque exposuit Matth. Gr. Gr. §. 576, qui idem §. 568, 3 consuli debet ad verba ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. retinui vulgatum ἐσήμαινε, cuius loco e Sancrofti libro alteroque Schaeferus recepit ἐσήμηνε, eumque recentt. edd. inde a Bekkero secuti sunt. Verbum παραρτέεσθαι attigi supra IX, 29. Locutionem εὐκρινέα ποιεῖσθαι (i. e. *bene disposita reddere*) illustrat, observante Wesselingio, Eustath. ad Ili. pag. 961, 6 s. 942, 49. Plura de hac voce praebet Thesaurus Ling. Graec. III. pag. 2321 ed. Dindorf.

CAP. XLIII.

ἐς Πέρσας ἔχειν] i. e. *spectare, pertinere ad Persas.* Vid. nott. ad III, 48. De *Illyriis* atque *Enchelensibus* vid. nott. ad V, 61; de *Bacide* nott. ad VIII, 20; de *Musaeo* conf. VII, 6. VIII, 96. Voculam ἐστὶ post Βάκιδι vulgo insertam e Florentino abiecit Schweighaeuserus, his additis: „ἐστὶ adiectum erat ab his, qui ad consecutionem orationis haud satis attenderunt, quae est huiusmodi: τὰ μὲν Βάκιδι πεποιημένα .... ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα Μουσαίῳ (nempe πεποιημένα) ἔχοντα οἶδα etc.“ Gaisfordio persuasit Schweighaeuserus, neque vero reliquis editoribus, qui verbum ἐστὶ retinuerunt, quod ego quoque retinendum duxi.

τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι κ. τ. λ.] Haec verba ex oraculi contextu abrepta ita debent intelligi, ut ad accusativos τὴν σύνοδον καὶ ἰϋγὴν aliquid cogitetur praegressum, v. c. λέγω, ἀείδω vel simile quid. Hoc enim vel particula δὲ primo versu post τὴν posita indicare videtur. *Thermodontem* fluvium, qui prope Glisantem e Hypato monte profluit et, ut putat Kruse, ante Tanagram Asopo se admiscet, novit quoque Pausanias IX, 19. §. 3 coll. Tzetz. ad Lycophron. 647. Vid. Kruse: Hell. II, 1. pag. 490. Conf. etiam Leake: Travels in North. Greece II. p. 249. Torrentem (χείμαρρον) vocat Pausanias; at Plutarchus Chaeronensis Pythiae oraculum commemorans (Vit. Demosth. 19), in quo Thermodontis mentio fit, haec subiicit: τὸν δὲ Θερμώδοντά φασιν εἶναι παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ ποτάμιον μικρὸν εἰς τὸν Κηφισὸν ἐμβάλλον· ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν οὐδὲν ἴσμεν οὕτω τῶν ῥευμάτων ὀνομαζόμενον, εἰκάζομεν δὲ τὸν καλούμενον Αἵμωνα Θερμώδοντα λέγεσθαι τότε· καὶ παραρρεῖ παρὰ τὸ Ἡράκλειον κ. τ. λ.; ad quae idem auctor respicit in Vita Thes. 26 (al. 28). Ac sane potuit Plutarchi aetate rivuli s. torrentis, intra Tanagram atque Glisantem fluentis, nullum superesse vestigium nec ulla cognitio.

Ἀσωπῷ λεχεποίῃ] Asopum vocat *herbosum*, *multis herbis utrinque inclusum*, in quibus commode recumbere, quiescere possis. Nam ad Asopi ripas utrinque laetissima prata ac fertilissima optimum praebent vi-

τῇ πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων, ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

ταῦτα μὲν καὶ παραπλήσια τούτοισι ἄλλα Μουσαίῳ ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος.

44 Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν καὶ παραίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου νύξ τε ἐγίνετο καὶ ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο.

ctum pabulumque gregibus. Ex Homeri imitatione fluxisse dicas conferens Ili. IV, 383 coll. II, 697. Hymn. in Apoll. 224 in Merc. 88. In seqq. vocem βαρβαρόφωνον attigi ad VIII, 21. ἰϋγῇ, cuius loco Homerus dixit ἰυγμὸς Ili. XVIII, 572, est *clamor, lamentatio*. Plura Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 981 coll. ad vers. 285. Add. Schol. ad Nicandri Theriacc. 400: ἰυγὴ δὲ φωνή τίς ἐστι, βοὴ ἀδιάρθρωτος ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πεποιημένη κ. τ. λ.

ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε τοξοφόρων Μήδων] Hoc quoque in memoriam vocat Homerica: ὑπὲρ μόρον (quod exponunt ὑπὲρ τὸ προσῆκον, ὑπὲρ τὸ εἱμαρμένον) Odyss. I, 34. ὑπὲρ μοῖραν Ili. XX, 336; ὑπὲρ αἶσαν Ili. VI, 487. Ac recte mihi huius formulae vim Nitzsch. (ad Odyss. l. l. Vol. I. pag. 11) sic reddidisse videtur: „ὑπὲρ μόρον, d. h. mehr als das allgemeine Schicksal ihnen zutheilt, als ihnen von Anfang bestimmt ist.“ Itaque verbis ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε (i. e. *vel supra fatum*) summa Medorum (i. e. Persarum) strages significatur, si quidem vel plures occumbent, quam fato omnino et ab initio destinatum et constitutum erat. Medi dicuntur *sagittiferi*, non tam ob id armorum genus, de quo Noster VII, 61, 62, quam quod in universum apud gentes orientales viguit arcuum ars atque usus aliter atque apud Graecos: de quo cf. nott. ad I, 73. III, 21. V, 49. — αἴσιμον ἦμαρ (*fatalis dies* s. *mors*) Homerum quoque redolet, quem conf. Ili. VIII, 72. XXII, 212. Odyss. XVI, 280. Nec alio sensu μόρσιμον ἦμαρ in Ili. XXI, 100. Excitat h. l. ita distinctum, ut nos exhibuimus, Schaefer. ad Dionys. Halic. De compos. verbb. pag. 210 de vocabulo μόρος (*fatum*) disputans. Monuit *Creuzerus*. Cf. Herod. V, 21 ibique nott.

μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος] De *Tanagra* vid. nott. ad IX, 15. Γλίσαντος, cuius loco alii, ut Stephan. Byz. s. v. pag. 275, Γλίσσαντος, omnes libri Herodotéi exhibent itemque Pausanias IX, 19. §. 2, ubi alios quoque excitat testes Siebelis ad I, 44. §. 7. pag. 155 de diversa accentus ratione quoque monens, de qua etiam vid. Graefenhan in Grammat. epic. dial. I. p. 61 et Spitzner. ad Homer. Ili. II, 504, ubi urbis iam fit mentio, cuius nomen et Γλίσας et Γλισᾶς scriptum reperitur. Ipsa urbs septem stadiis a Teumesso remota et *Hypato* monti, cui nunc nomen *Kleptilobuni*, adiacens, ad Thebaidem pertinuit, teste Pausania l. l. et Strabon. IX. pag. 412 s. 632 A. coll. Stat. Theb. VII, 306. Vid. Kruse: Hell. II, 1. p. 568 et conf. Leake l. l. II. pag. 241, qui ad dextram Thermodontis ripam urbem sitam fuisse putat, quam Ross (Morgenblatt 1835. nr. 209. p. 835) eo loco exstitisse vult, quem nunc occupat vicus *Sirdschi* ad meridionales Hypati declivitates situs atque horae dimidio distans ab ea via, quae Thebis Chalcidem ducit. Thermodontem eundem esse, qui nunc ὁ Λάρης vocatur, iam ad IX, 15 monuimus.

Cap. XLIV.

Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν κ. τ. λ.] i. e. *post hanc interrogationem* de oraculis et *cohortationem* (ad duces) *factam a Mardonio ingruit nox*.

ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο] Ad locu-

Ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι ἀνὰ τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τηνικαῦτα προσελάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τὰς Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων οἱ μὲν πλεῦνες παρέμενον, οἱ δ' ἔθεον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς, ἐλθόντες δὲ ἔλεγον, ὡς ἄνθρωπος ἥκοι ἐπ' ἵππου ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν παραγυμνοῖ ἔπος, στρατηγοὺς δὲ οὐνομάζων ἐθέλειν φησὶ ἐς λόγους ἐλ-
θεῖν. Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα εἵποντο ἐς τὰς φυλα- 45
κάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόρρητα ποι-

tionem conf. nott. ad VII, 21. Quae sequuntur: ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο, Pauvius interpretatur: *ut prima pars noctis advenlarat*, recipiendum ratus, quod unus obtulerat codex Sancrofti: προσελήλατο. At πρόσω s. τὸ πρόσω quod *primam* intelligi voluit *partem*, falsum esse mox patebit comparanti Herodoti locos II, 121. §. 4. III, 56. Polyb. VIII, 29 et Heindorf. ad Platon. Protag. pag. 463, quem ad h. l. affert *Cr.* Matthiaeus (Gr. Gr. §. 295) recte, meâ quidem sententiâ, vernacule reddidit: *wie weit es in die Nacht war.* Nam sensus loci is est: *cum nox multum processisset, cum multum provecta esset nox.* Unde intelligitur, vulgatam locutionem προελήλατο minime sollicitandam esse, cuius simile quiddam legitur VII, 205 ἀπελήλατο, ubi vid. nott. Simile attulit Wesselingius Pauli in Epist. ad Roman. XIII, 12 ἡ νὺξ προέκοψεν [add. Ioseph. de bello Iudaico IV, 4, 6 et conf. nott. ad Herodot. I, 190] et Heliodori Aethiop. I. pag. 26 [cap. 14] τότε γὰρ πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη, Sallustii in Iug. 21: „*ubi plerumque noctis processit.*" Idem aliis dici πολλῆς νυκτὸς et περὶ μέσας νύκτας vel μεσούσης νυκτὸς addit Valckenar., observans postremum hoc in eadem historia pro Herodoteis habere Plutarchum I. pag. 327 D. [Aristid. cap. 15] Plat. III. pag. 217 D. Xenoph. Hist. Gr. VII. pag. 367, 15 [vid. Hell. I, 6, 28. Anab. I, 7, 1. VII, 8, 12]. „Deinceps narratum (ita pergit idem Valckenarius) Macedonis Alexandri, Graecis faventis, beneficium respicit auctor Epist. 28 inter Socrat. p. 60 memorans τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην εὐεργεσίαν. Similia quaedam Herodoteis Aristidi dicentem facit Alexandrum Plutarchus in Aristid. p. 327 E. [cap. 15, ubi cum uno Aristide in colloquium venire voluisse Alexandrum legimus]." Tu vide de Alexandro Herod. VIII, 136 seqq. 140 seqq.

ὡς ἄνθρωπος ἥκοι] Revocavi ἥκοι, cuius loco unus Schaeferus receperat ἥκει. Sed optativi huius eadem est ratio atque IX, 41 ὡς χρεὼν εἴη, ubi vid. Qui sequuntur indicativi in oratione obliqua: παραγυμνοῖ atque φησὶ, eos attigit Matth. Gr. Gr. §. 507, qui idem pag. 1262 de ratione particularum μὲν (παραγυμνοῖ) — (στρατηγοὺς) δὲ (οὐνομάζων) exposuit. Verbum παραγυμνοῦν tralata significatione reperitur I, 126. VIII, 19, ubi vid. nott. Hic loci sensus est: *nullum aliud prompsit verbum s. aperuit.*

Cap. XLV.

παραθήκην] De hac voce vid. nott. ad VI, 73.

ἀπόρρητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα] scil. ἔπεα, ut IX, 93: *mea verba faciens occulta*, i. e. rogans, ut

εὐμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλλον ἢ Παυσανίην, μή με
καὶ διαφθείρητε. οὐ γὰρ ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην
συναπάσης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὠρ-
χαῖον, καὶ ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν
τὴν Ἑλλάδα. Λέγω δὲ ὦν, ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ
τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμά- 714
χεσθε. νῦν δέ οἱ δέδοκται τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἅμ'
ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι. καταρρώδηκε
γάρ, μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω. πρὸς ταῦτα ἑτοι-
μάζεσθε. ἢν δὲ ἄρα ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος καὶ
μὴ ποιῆται, λιπαρέετε μένοντες· ὀλίγων γάρ σφι ἡμερέων λεί-
πεται σιτία. Ἢν δὲ ὑμῖν ὁ πόλεμος ὅδε κατὰ νόον τελευτήσῃ,
μνησθῆναί τινα χρὴ καὶ ἐμεῦ ἐλευθερώσιος πέρι, ὃς Ἑλλήνων
εἵνεκα οὕτω ἔργον παράβολον ἔργασμαι ὑπὸ προθυμίης, ἐθέ-
λων ὑμῖν δηλῶσαι τὴν διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπι-
πέσωσι ὑμῖν οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω. εἰμὶ δὲ Ἀλέ-
ξανδρος ὁ Μακεδών. Ὁ μὲν ταῦτα εἴπας ἀπήλαυνε ὀπίσω ἐς
τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν ἑωυτοῦ τάξιν.

occulta, tacita habeatis mea verba, ne illa palam fiant ac divulgentur. Haud aliter Dionys. Halic. A. R. III. cap. 23. pag. 474 R. a Wesselingio excitatus. Hinc eadem voce arcanam philosophorum doctrinam ipsaque mysteria declarari docuit Wyttenbach. ad Plutarch. Phaed. p. 134—139. Philomath. III. p. 86. ἄρρητα dixit eandem rem enarrans Plutarchus l. supra l.

Ἕλλην γένος] Vid. V, 22 ibique nott. et VIII, 137 ibique nott. Ad τὰ σφάγια in seqq. conf. IX, 41 et ad vocem καταθύμια V, 39 ibique nott. Locutionem ἐᾶν χαίρειν attigimus ad IX, 41, dictionem ἅμ' ἡμέρῃ (ita enim scripsi cum Bekkero et Bredov. pag. 209 pro vulg. ἅμα ἡμέρῃ) διαφωσκούσῃ ad III, 86, verbum ὑπερβάλλεσθαι in nott. ad VIII, 112. VII, 206. Intactum reliqui in sequentibus ποιῆται, ut VI, 74 ἐξηγῆται, Bredovio auctore pag. 374 mutandum in ποιέηται, quod Dietschius hoc loco recepit, qui VI, 74 reliquit ἐξηγῆται, quod idem ego retinui.

λιπαρέετε μένοντες] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 549. Kuehner Gr. Gr. §. 660 et nott. ad VIII, 144. In proxime seqq. ὀλίγων γάρ σφι κ. τ. λ. σφι dixit Herodotus ad *Mardonium* atque *Persas* simul respiciens, quamquam unius modo Mardonii in antecedentibus mentio. — οὕτω ἔργον παράβολον (ubi Schaeferus dederat ἔργον οὕτω παράβολον) dedi cum recentt. dudum probante Valckenario. Indicat autem Noster his verbis *facinus atrox* atque *temerarium*. De voce παράβολος conf. quae attuli ad Plutarch. Vit. Artaxerx. I in Creuzeri Melett. III. p. 6. In sequentibus verbis: ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω vocula ἐξαίφνης post ὑμῖν inserta legitur in Wesselingii editione aliisque: quam vocem cum Sancrofti liber aliique ignorent, abiecit Schaeferus eumque secutus est Schweighaeuserus, hanc vocem vel propter sequentia μὴ προσδεκομένοισι supervacuam videri ratus, cuius loco ἐξαπίνης (ut Noster dixit I, 74. 87) ex Ionum more exspectandum fuis-

46 *Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, ἐλθόντες ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας, ἔλεγον Παυσανίῃ τά περ ἤκουσαν Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ, τούτῳ τῷ λόγῳ καταρρωδήσας τοὺς Πέρσας, ἔλεγε τάδε· Ἐπεὶ τοίνυν ἐς ἠῶ ἡ συμβολὴ γίνεται, ὑμέας μὲν χρεών ἐστι τοὺς Ἀθηναίους στῆναι κατὰ τοὺς Πέρσας, ἡμέας δὲ κατὰ τοὺς Βοιωτούς τε καὶ τοὺς κατ' ὑμέας τεταγμένους Ἑλλήνων, τῶνδε εἵνεκεν. ὑμεῖς ἐπίστασθε τοὺς Μήδους καὶ τὴν μάχην αὐτῶν, ἐν Μαραθῶνι μαχεσάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τέ εἰμεν καὶ ἀδαέες τούτων τῶν ἀνδρῶν. Σπαρτιητέων γὰρ οὐδεὶς πεπείρηται Μήδων· ἡμεῖς δὲ Βοιωτῶν καὶ Θεσσαλῶν ἔμπειροί εἰμεν. ἀλλ' ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα χρεών ἐστι ἰέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρας, ἡμέας δὲ ἐς τὸ εὐώνυμον. Πρὸς δὲ ταῦτα εἶπαν οἱ Ἀθηναῖοι τάδε· Καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πάλαι ἀπ' ἀρχῆς, ἐπεί τε εἴδομεν κατ' ὑμέας τασσομένους τοὺς Πέρσας, ἐν νόῳ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα, τά περ ὑμεῖς φθάντες προφέρετε· ἀλλὰ γὰρ ἀρ-*

set. Inde cum reliquis editoribus omisi vocem, quam uncis inclusam tanquam spuriam retinuit Dietsch.

Cap. XLVI.

ἐς ἠῶ] Matth. Gr. Gr. §. 578, E interpretatur: *des Morgens, mit Tagesanbruch;* nec aliter Schweighaeuserus: *primo mane.* Rectius opinor Langius: *gegen Morgen.* In verbis sequentibus *κατὰ τοὺς Πέρσας* vim praepositionis *κατὰ*, quae eadem est etiam in verbis *κατὰ τοὺς Βοιωτοὺς* atque *κατ' ὑμέας*, attigi ad VIII, 85. Pro *εἵνεκεν*, quod cum Schaefero tuentur Matth., Bekker et recc. edd., Schweigh. et Gaisf. e Florentino atque Sancrofti libro receperant *εἵνεκα*. Quod ad loci argumentum attinet, Plutarchus in Vit. Aristid. 16, ipso Herodoto teste allato (*ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ*), Pausaniam narrat proposuisse Atheniensibus, ut dextrum cornu in acie occuparent Persisque ex adverso collocati proelium committerent; in libello de Herodoti malignitate cap. 42. pag. 872 B. idem haec exagitat, ridiculaque habet, quae admodum prudenter fecisse Pausanias existimandus est: quare Coraës ad Plutarchi locum olim haec adscripserat: *καὶ μὴν ἀποδεχόμενος ὧδε τὰ Ἡροδότῳ ἱστορημένα, ἀλλαχοῦ* (*περὶ τῆς Ἡροδότ. κακοηθ.* §. 42) *ψευδολογίας ἐγράψατο τὸν ἱστορηκότα, ὥς μήποτ' ὤφελεν, ὁ χρηστὸς Πλούταρχος.* Plutarchum nimirum, vitarum scriptorem, huius quoque libelli de Herodoti malignitate auctorem perhibebat: nos huncce libellum Plutarcho abiudicandum censuimus in Commentat. de Vita et Scriptt. Herodot. §. 16. Et conf. quoque de hoc loco Lahmeier: De libelli Plutarchei qui de malignitate Herodoti inscribitur auctoritate pag. 76.

ἡμεῖς δὲ ἄπειροι κ. τ. λ.] „Mira Pausaniae mora et tergiversatio. Ad Thermopylas Spartanorum plures non inulti occubuerant: patriae decus, quod Xerxi Demaratus VII, 102 ostenderat, nullo modo dedecorantes. Adeone, quod eorum evaserint nulli, Medi terribiles? Haud praeter veritatem Isocrates Panathen. [cap. 76. §. 189] pag. 272 E. de bello adversus Xerxem, *ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν* Athenienses *Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις, ἢ 'κεῖνοι τῶν ἄλλων.* Magna certe Atheniensium gloria, cum Medorum nomen Graecis omnibus auditu esset formidolosum, eorum im-

*ρωδέομεν, μὴ ὑμῖν οὐκ ἡδέες γένονται οἱ λόγοι. ἐπεὶ δ' ὦν
αὐτοὶ ἐμνήσθητε, καὶ ἡδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι, καὶ
47 ἑτοῖμοί εἰμεν ποιέειν ταῦτα. Ὡς δ' ἤρεσκε ἀμφοτέροισι ταῦτα,
ἠώς τε διέφαινε καὶ διαλλάσσοντο τὰς τάξις. γνόντες δὲ οἱ
Βοιωτοὶ τὸ ποιεύμενον ἐξαγορεύουσι Μαρδονίῳ. ὁ δ' ἐπεί τε
ἤκουσε, αὐτίκα μετιστάναι καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο, παράγων τοὺς
Πέρσας κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους. Ὡς δὲ ἔμαθε τοῦτο τοιοῦτο
γενόμενον ὁ Πανσανίης, γνοὺς ὅτι οὐ λανθάνει, ὀπίσω ἦγε
τοὺς Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας· ὡς δ' αὔτως καὶ ὁ Μαρ- 715
δόνιος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου.*

48 *Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἐς τὰς ἀρχαίας τάξις, πέμψας ὁ Μαρ-
δόνιος κήρυκα ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ἔλεγε τάδε· Ὦ Λακεδαι-
μόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε
ἀνθρώπων, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου οὔτε
τάξιν ἐκλείπετε, μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους, ἢ
αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. τῶν δ' ἄρ' ἦν οὐδὲν ἀληθές. πρὶν γὰρ ἢ
συμμῖξαι ἡμέας ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύ-
γοντας καὶ στάσιν ἐκλείποντας ὑμέας εἴδομεν, ἐν Ἀθηναίοισί
τε τὴν πρόπειραν ποιευμένους, αὐτούς τε ἀντία δούλων τῶν
ἡμετέρων τασσομένους. ταῦτα οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργα·
ἀλλὰ πλεῖστον δὴ ἐν ὑμῖν ἐψεύσθημεν. προσδεκόμενοι γὰρ*

petum et arma repressisse, lib. VI, 112. Add. Plutarch. Aristid. [cap. 16] pag. 328 C." *Wesseling.* — In seqq. ad verba *φθάντες προφέρετε* praeter Herodoti locum III, 71 (ibique laudd.) conferendus est Matthiae Gr. Gr. §. 533 itemque §. 615 ad particulas *ἀλλὰ γὰρ*, §. 520 in. ad verbum *γένωνται* et §. 388, E ad structuram dativi *ἡδομένοισι — γεγόνασι.* — Pro *εἶπαι* revocavi *εἰπεῖν*; vid. nott. ad VIII, 65.

CAP. XLVII.

ἠώς τε διέφαινε καὶ διαλλάσσοντο τὰς τάξις] Conf. VII, 217 ibique nott. — Ad verbum *ἐξαγορεύειν* conf. nott. ad II, 170.

Ὡς δὲ ἔμαθε — γενόμενον] Vulgo *γενόμενον*, quod Schaeferus et Matthiae tenent. E Florentino Schweighaeuserus recepit *γινόμενον*, idque tenent Bekker. et Dindorf. Ad vulgatam redii cum Dietschio. — In fine cap. *ἐπὶ τὸ κέρας* bene distinguendum ab eo, quod sequitur *ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου*, i. e. *laevum cornu versus;* illud valet: *ad laevum cornu.*

CAP. XLVIII.

ἐκπαγλεομένων] Conf. nott. ad VII, 181 et ad seqq. *οὔτε — οὔτε — τε* vid. Matth. Gr. Gr. §. 626. Herod. I, 160. Conf. quoque nott. ad VI, 1. Locutionem *ἐς χειρῶν τε νόμον* attigimus in nott. ad VIII, 89.

καὶ στάσιν ἐκλείποντες] *στάσιν* cum Schweigh. et Gaisf. reposui pro *τάξιν*, quod Schaeferus, quem Matth., Bekker, Dindorf. et Dietsch. sequuntur, duorum codd. auctoritate fretus retinuit. Tu vid. nott. ad IX, 21. — Ad vocem *δούλων* cf. nott. ad VII, 5. — *κατὰ κλέος* valet: *pro vestra gloria* s. *ob vestram gloriam:* quam vim habere praeposi-

κατὰ κλέος, ὡς δὴ πέμψετε ἐς ἡμέας κήρυκα προκαλεύμενοι καὶ βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι, ἄρτιοι ἐόντες ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν τοιοῦτο λέγοντας ὑμέας εὕρομεν, ἀλλὰ πτώσσοντας μᾶλλον. Νῦν ὦν ἐπειδὴ οὐκ ὑμεῖς ἤρξατε τούτου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρχομεν· τί δὴ οὐ πρὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς, ἴσοι πρὸς ἴσους ἀριθμὸν μαχεσόμεθα; καὶ ἢν μὲν δοκέῃ καὶ τοὺς ἄλλους μάχεσθαι, οἱ δ' ὦν μετέπειτα μαχέσθων ὕστεροι· εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνους ἀποχρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα· ὁκότεροι δ' ἂν ἡμέων νικήσωσι, τούτους
τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ νικᾶν. Ὁ μὲν ταῦτα εἴπας τε καὶ ἐπι- 49

tionem κατὰ vidimus VIII, 30. IX, 38. In proxime sequentibus pro προκαλεύμενοι Abicht (Quaestionn. de dial. Herodot. Spec. I. p. 36) scribi vult προκαλεόμενοι. Quem nec hoc loco, nec aliis (IX, 62, ubi ἐπικαλευμένου) sequi placuit, cum in talibus utramque formam ab Herodoto adhibitam esse existimem.

βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι] μούνοισι scripti dant libri. Unde μοῦνοι venerit, equidem nescio: quamquam vulgato id aptius videtur Valckenario. Koenio in mentem venerat: βουλόμενοι μοῦνοι μούνοισι, haud ineleganter quidem, quamquam vix necessarie. Idem nunc profert quoque Cobet Varr. Lectt. pag. 112 et Mnemosyn. III. pag. 288. Ad sequens ἄρτιοι vid. nott. ad IX, 27. Verbum πτώσσειν significatione haud differt a πτήσσειν, in quo *expavescendi* inest notio, translata ab avibus, quae prae metu alas demittunt. Vid. Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Prometh. 29 et conf. ea, quae ipsi notavimus ad Plutarchi Philopoem. pag. 47. — Ad voces δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι conf. VII, 135, ibique nott.

ἴσοι πρὸς ἴσους] Conf. nott. ad I, 2. Pro μαχεσόμεθα, quod e Sancrofti libro recepit Wesselingius atque in Dissertat. Herodot. IX. pag. 136 satis tueri studuit, cum ipsa Herodoti sententia futurum tempus requirat neque praeteritum (ἐμαχεσάμεθα, i. e. *dimicavimus*) locum habere possit, olim exstitit ἐμαχεσάμεθα, quod idem in Florentino duobusque Parisinis cum inveniatur, valde arridet Schweighaeusero vertenti: *cur non pugnassemus*, itemque Schaefero loco mox laudando et Iacobitz. ad Luciani Tragoed. pag. 140; unde recentt. edd. inde a Bekkero revocarunt ἐμαχεσάμεθα. Mihi vel ad διαμαχεσόμεθα in sequentibus respicienti secus videtur. Nam loci sententia haec: *Cur non decertabimus pares cum paribus* (*numero cum simus*). Caeterum oboritur mihi suspicio, ea, quae hîc leguntur, e Graecorum talium rerum narrationes exornantium et amplificantium scholis fluxisse. Conf. modo nott. ad III, 80. In verbis sequentibus οἱ δ' ὦν — μαχέσθων de vocula δὲ in apodosi sic posita vid. nott. ad I, 66. VIII, 115; de voculae ὦν usu in talibus monuit Matthiae §. 625, itemque Hartung: Lehre von d. Partik. d. Griech. Sprach. II. pag. 22. Ad imperativi μαχέσθων formam vid. VIII, 140. §. 1 ibique nott. et conf. Schaefer. Apparat. ad Demosthen. IV. p. 488.

εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι] Noli eo offendi, quod paulo ante praecedit ἢν μὲν δοκέῃ; conf. Matth. Gr. Gr. §. 524, 6 itemque Werfer. in Actt. phill. Monacc. I. pag. 101. Unde satis patet, falso a Schaefero, libris scriptis invitis, exhiberi ἢν δὲ — δοκέῃ.

σχὼν χρόνον, ὥς οἱ οὐδεὶς οὐδὲν ὑπεκρίνετο, ἀπαλλάσσετο
ὀπίσω· ἀπελθὼν δὲ ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλαβόντα. Ὁ
δὲ περιχαρὴς γενόμενος καὶ ἐπαρθεὶς ψυχρῇ νίκῃ ἐπῆκε τὴν
ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. ὡς δὲ ἐπήλασαν οἱ ἱππόται, ἐσίνοντο
πᾶσαν τὴν στρατιὴν τὴν Ἑλληνικὴν, ἐσακοντίζοντές τε καὶ
ἐστοξεύοντες, ὥστε ἱπποτοξόται τε ἐόντες καὶ προσφέρεσθαι
ἄποροι· τήν τε κρήνην τὴν Γαργαφίην, ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν 716
τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικὸν, συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν. ἦσαν
μὲν ὦν κατὰ τὴν κρήνην Λακεδαιμόνιοι τεταγμένοι μοῦνοι·
τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι ἡ μὲν κρήνη πρόσω ἐγίνετο, ὡς ἕκα-
στοι ἔτυχον τεταγμένοι, ὁ δὲ Ἀσωπὸς ἀγχοῦ. ἐρυκόμενοι δὲ
ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν κρήνην ἐφοίτεον· ἀπὸ τοῦ
ποταμοῦ γάρ σφι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέεσθαι ὑπό τε τῶν ἱππέων
καὶ τοξευμάτων.

Cap. XLIX.

ἐπισχὼν χρόνον] i. e. *nonnihil, aliquamdiu commoratus.* Tu conf. V, 16 ibique allata. *τὰ καταλαβόντα* dicit *ea, quae acciderant*, ut IX, 93. 104 coll. III, 42 ibique allat. — In sequentibus *ἐπαρθεὶς* ab omnibus libris allatis mutare nolui in *ἐπαερθεὶς*, uti iubet Bredov. p. 193, quem secutus est Dietsch. Tu conf. nott. ad V, 81 et VI, 132. — *ψυχρὴν νίκην* in seqq. interpretantur *frigidam* (i. e. *vanam*) *victoriam;* cf. VI, 108 ibique nott. — Ad verba *ἐπῆκε τὴν ἵππον.* conf. V, 63 ibique nott.

ἐσίνοντο] E Sancrofti libro Schweigh. recepit *ἐσινέοντο*: equidem revocavi, quod unum verum esse puto, *ἐσίνοντο*; vid. IX, 13 ibique nott. — Mox cum Matth., Bekk. et recc. edd. secutus sum Schaeferum, qui e duobus codd. dedit *ἐστοξεύοντες*, ubi reliqui *τοξεύοντες*. Vox *ἱπποτοξόται* obvia IV, 46. Medorum et Parthyaeorum *ἱπποτοξόται*, notante Wesselingio, apud Appian. B. Civ. IV. [59. 88.] p. 1001 et 1024 et Plutarch. Vit. Crass. pag. 558 B. [cap. 24. 25]. Dicuntur autem illi *προσφέρεσθαι ἄποροι*, i. e. *ad quos difficulter accedas, quibuscum difficile est ad manus venire.* Conf. IV, 46 ibique nott.

κρήνην τὴν Γαργαφίην] Conf. IX, 25 ibique nott. Verbum *συγχοῦν* in seqq. reperitur quoque IV, 120. 140 eadem *obruendi s. obstruendi* significatione, qua Pausanias IX, 4. §. 2 et X, 18. §. 2 dicit *συγχέειν*, qui scriptor eadem quae Herodotus de fonte a Persis obstructo narrans addit haec: *ὕστερον μέντοι τὸ ὕδωρ ἀνεσώσαντο οἱ Πλαταιεῖς.* — *τεταγμένοι μοῦνοι* (pro *μοῦνοι τεταγμένοι*) e Florentino aliisque receptum est.

τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι κ. τ. λ.] Pro *ἐγένετο*, quod post Schaeferum retinuit Matth., equidem cum reliquis edd. dedi *ἐγίνετο*, iubentibus Florentino aliisque. Sensus est: reliqui Graeci, prout quique in acie collocati erant, fontem habebant procul, sed Asopum in propinquo; e quo cum arcerentur (ne scil. aquam haurire possent), ita iam ad Gargaphiam fontem accesserunt aquatum. — De particulis *οὕτω δὴ* cf. nott. ad IX, 6. Quae sequuntur verba: *ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γάρ σφι οὐκ ἐξῆν κ. τ. λ.*, valent: neque enim ipsis licuit e fluvio hoc aquam haurire eamque in usum suum asportare prae equitibus (hostium) eorumque missilibus. Ubi ad vocem *τοξευμάτων* conferri poterunt, quae de huius vocis significatione et usu affe-

Τούτου δὲ τοιούτου γινομένου οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατη- 50
γοὶ, ἅτε τοῦ τε ὕδατος στερηθείσης τῆς στρατιῆς καὶ ὑπὸ τῆς
ἵππου ταρασσομένης, συνελέχθησαν περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ
ἄλλων, ἐλθόντες παρὰ Παυσανίην ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας. ἄλλα
γὰρ, τούτων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλόν σφεας ἐπελύπεε. οὔτε
γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἵ τέ σφεων ὀπέωνες, ἀποπεμφθέντες ἐς
Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι, ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου,
οὐ δυνάμενοι ἀπικέσθαι ἐς τὸ στρατόπεδον. Βουλευομένοισι 51
δὲ τοῖσι στρατηγοῖσι ἔδοξε, ἢν ὑπερβάλωνται ἐκείνην τὴν ἡμέ-
ρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι, ἐς τὴν νῆσον ἰέναι.

guntur ab interpretibus Thucydidis VII, 30. P. III. Vol. IV. p. 443 seq. ed. Popp.

Cap. L.

Τούτου δὲ τοιούτου γινομένου] Eadem locutio V, 109. Ac paulo post τούτων τοιούτων ἐόντων.

ἄλλα γὰρ — μᾶλλόν σφεας ἐπελύπεε] i. e. *namque haec cum ita essent*, *alia quoque* (incommoda) *ipsos vel magis premebant.* Rescripsi ἄλλα cum Valckenario, Schweigh. et recc. edd., libris scriptis invitis, qui in lectione ἀλλὰ conspirant; quod si cum Matth. (quem conf. Gr. Gr. §. 615. coll. Ast. ad Platon. Phaedr. p. 224, ubi agitur de particulis ἀλλὰ γὰρ crebrius iunctis) receperis, subiecto, quod dicunt, carebit oratio. Pro ἐλύπεε cum eodem Schweigh. et Gaisf. dedi ἐπελύπεε, quod suggerebat Florentinus una cum duobus Parisinis codd.; exempla quaedam e sacris scriptoribus praebet Thesaurus Ling. Graec. III. pag. 1682 ed. Dindorf. In proxime seqq. cum recentt. edd. dedi ὀπέωνες, ubi Sancrofti codex ὀπαῶνες et Schaeferus cum Matth. ὀπάονες. Tu vid. nott. ad V, 111. Qui enim dixit Ποσειδέων, alia id genus, eum quoque ὀπέων dixisse pro ὀπάων, consentaneum est. Ad verbum ἐπισιτιεύμενοι conf. nott. ad VII, 176 fin.; et de forma ἀποκεκλέατο (i. e. *interclusi erant*) vid. Bredov. p. 329, qui hanc plusquamperfecti formam quamvis ab ἀποκεκλῄμην deducendam, sanam tamen habet ac prorsus similem aliis plusquamperfecti et perfecti passivi formis, quas multas l. l. collegit. Auctore Dindorfio (in Commentat. de dialect. Herodot. pag. XXXIX) scribendum erit ἀπεκεκλῄατο; sed quis in talibus certi quid constituere audebit? Dietschius cum caeteris edd. vulgatam lectionem, omnibus libris scriptis allatam, retinuit, quamvis vehementer dubitans, an recte scribatur ἀποκεκλέατο. Ad significationem verbi ἀποκλείειν vid. I, 165. III, 55. 58. IV, 100: plura ipsi olim dedimus ad Plutarchi Alcibiad. 4. pag. 79.

Cap. LI.

ἢν ὑπερβάλωνται — μὴ ποιεύμενοι] μὴ ex duobus codd. receptum a Schaefero retinui cum reliquis edd. et probante G. Hermanno, qui hunc loci sensum esse docuit in Wolf. et Buttm. Mus. Antiq. I. pag. 219 et ad Viger. pag. 811: „*si eum diem Persae sine proelio praetermisissent*“, idem adiiciens, particula μὴ si omittatur, loci sensum esse: *si eo die proelium committere Persae omisissent.* Schweighaeus. verbo ὑπερβάλλεσθαι *supersedendi* tribuerat notionem; equidem *differendi* et *procrastinandi* significatione id poni credam, de qua conf. IX, 45. — In seqq. dicendi genus ἐστὶ — ἀπέχουσα attigerunt Kuehner Gr. Gr. §. 416. not. 4. atque Matthiae Gr. Gr. §. 559, qui idem in verbis νῆσος δὲ οὕτω ἂν εἴη κ. τ. λ. particulam οὕτω ad sequentia, non ad praegressa spectare

ἡ δέ ἐστι ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ καὶ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης, ἐπ' ᾗ ἐστρατοπεδεύοντο τότε, δέκα σταδίους ἀπέχουσα, πρὸ τῆς Πλαταιέων πόλιος. νῆσος δὲ οὕτω ἂν εἴη ἐν ἠπείρῳ· σχιζόμενος

monuit §. 470 not. Verbum διέχων (i. e. *separans*, *dirimens*) affert Thomas Mag. s. v. διέχει pag. 134. Sic Alcibiades dicitur διασχὼν τοὺς πλουσίους καὶ ἐνδόξους ἐραστὰς apud Plutarch. Vit. Alcib. 4, ubi *dirimendi* notio transit in significationem *removendi*. Alia vid. in Thesauro Ling. Graec. II. p. 1454 ed. Dindorf. — Hoc autem loco, ubi Plataeensis pugnae incipit narratio, haud alienum erit monere lectores, ad ea, quae de ipsa pugna locisque, in quibus pugnatum est, apud Herodotum produntur, rite intelligenda multum facere docti Angli librum, qui inscribitur: Topography illustrative of the battle of Plataea, the Plain of Olympia and the Ruins of the City of Elis, by Iohn Spencer Stanhope. London 1817. 8, additis simul mappis geographicis totius regionis delineationes exhibentibus, ad quas editor operâ Allasonii potissimum usus esse fertur: cf. etiam Letronne in: Journal d. Savans 1817. pag. 720. Quae in illo libro exhibetur Plataeensis planitiei adumbratio, eam repetit Kruse (cuius vid. Atlas nr. VI. coll. Hell. II, 1. pag. 591. 492), quippe optimam suo iudicio, in qua, quaecunque Herodotus enarret, bene inveniri possint. Eandem quoque, paucis quibusdam mutatis, exhibuit Gail., cuius vid. Atlas planch. 26 coll. Analyse des Cartes pag. 27. Le philolog. IV. pag. 279 seqq. V. pag. 190 seq. 195 seqq. 226 seqq. 273 seqq. Agri Plataeensis, itemque oppidi ipsius et eorum, quae extra oppidum sita sunt memoratu digna, descriptionem e veterum scriptorum locis exhibuit Frid. Münscher in programmate De rebus Plataeensium (Hanau 1841) pag. 3—10, addiditque etiam tabulam secundum veterum scriptorum auctoritatem delineatam. Quae ante doctorum illorum Anglorum operam ferebantur campi Plataeensis delineationes, eas omnes plus minus falsas esse observat Kruse l. l. pag. 492. Id quod inprimis cadit in eam huius regionis campique Plataeensis delineationem, quam celeberrimus Barthelemyus in opere satis vulgato, quod inscribitur Anacharsis, exhibuit, testibus Krusio et Clarkio, cuius vid. Travels II, 3. cap. III. p. 78 seq. Qui idem accurate illam regionem emensus apud indigenas adhuc pugnae celeberrimae famam conservari asserit, ex qua etiam campum quendam, in quo olim pugnatum fuerit, indicare soleant extensum ab eo Asopi ponte, qui nunc Moreae vocetur, cum Thebis in Peloponnesum sive Moream proficiscentibus superandus sit, usque ad sacrum quem appellant fontem hodieque superstitem. Distat ille locus unum milliare a vico Platana septentrionem et orientem simul versus; inque eo multa ferri plumbive fragmenta adhuc inveniuntur ab incolis, qui ex eo ipso simul atque ex insigni huius loci fertilitate suam opinionem tueri quam maxime student. Nec sane quidquam esse ipse iudicat Clarke, ex quo ab incolis falso statui appareat. Vid. l. l. p. 84 seq. Ipsas urbis veteris ruinas idem scribit (pag. 86 seq.) se invenisse in loco quodam Cithaeronis proiecto, cui nunc nomen *Palaeo-Castro*, remotas unum milliarium a vico Cocla (*Kokhla*), qui unius horae itinere distat a vico Platana; quae ruinae grandium moenium fundamenta praebent ac structuram valde rudem, unde inter Cyclopiorum qui dicuntur murorum reliquias exhibuit quoque Dodwell. in opere saepius ante laudato. Ac nihil sane dubium nunc esse potest, quae prope vicum *Kokhla* in loco paulum edito, quo ipsae Cithaeronis declivitates in planitiem tendunt, inveniuntur urbis vetustae moenium vestigia aliaque rudera, ad Plataeensium urbem, hoc loco exstru-

ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὅσον περ τρία στάδια, καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τὠυτό· οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη. θυγατέρα δὲ ταύτην

ctam pertinere: unde extenditur planities, cuius imaginem exhibuit Williams in Opere: Select Views of Greece 1829. Ac totam regionem accurate post viros doctos, quos dixi, descripsit additâ tabulâ geographicâ Leake: Travels in Northern Greece II. pag. 323 seqq., qui ipse eam perlustravit; add. quae monuerunt Goettling: Gesammelte Abhandll. I. p. 134 seqq. et Vischer: Erinnerungen etc. pag. 543 seqq., qui et ipsi regionem inviserunt; disputavit de his quoque Grote: History of Greece V. p. 197 seqq. delineationem regionis adiiciens, e Kieperti opere (Atlas v. Hellas tab. XIV) depromptam, quam repetiit, de iisdem disserens, Wheeler: Geography of Herodot. pag. 70 seqq. Attigit denique haec eadem Ross: Wanderungg. in Griechenl. I. pag. 16. In ipsam pugnam eiusque rationem praeter alios inquisiverunt Koechly et Ruestow: Griechisch. Kriegswesen pag. 62 seqq.

οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη] Ὠερόη retinui in omnibus libris et scriptis et editis prolatum; in Περόη mutatum vult Goettling. l. l. idque pro Πειρόη dictum accipit, tam in Herodoti loco, quam in Pausania, qui IX, 4. §. 3 loco maxime gemino ipsum Herodotum haud scio an secutus scribit haec: ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ὠερόην τοῦ Ἀσωποῦ λέγουσι. Unde satis patet, quod etiam orationis tenor ac nexus docet, apud Herodotum verba σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον κ. τ. λ. non de Asopo, ut quibusdam placuit ipsique Pausaniae editori Siebelisio pag. 14. 15, sed de hoc ipso Oëroës rivo esse intelligenda. Obstat enim Herodotei loci ratio ipsiusque regionis conditio; ita ut nunquam mihi persuaderi patiar Herodotum illa verba scripsisse de Asopo cogitantem, cuius tam crebram in antecedentibus fecerat mentionem, cum h. l. ita potius scribat, ut alium fluvium nondum memoratum, nondum cognitum ipsi in mente fuisse appareat. Hinc quoque paulo inferius idem perscribit Noster: τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος (i. e. *quem sane locum circumcirca Oëroë Asopi filia discindit s. circumfluit*): quae ipsa satis evincunt, verba supra allata non nisi de Oëroë intelligi posse. Quo magis miror Siebelis. (ad Pausan. l. l.), qui apud Herodotum ὁ ποταμὸς per leges grammaticas non nisi ad Asopum referri posse contendit. Quod cur necessarium sit, equidem non intelligo; neque quidquam opinor impedit, quo minus ὁ ποταμὸς non de Asopo sed de Oëroë accipiatur; qui rivus ex alto Cithaerone delapsus in planitiem, ante ipsum Plataeensium urbem in duos divisus amnes efficit insulam, in quam Graeci transire decreverunt, quamque perperam olim Asopo formari opinantes in variis agri Plataeensis delineationibus alio prorsus loco exhibuerunt geographi, omnis regionis ratione perversa et ipsius pugnae intelligentia impedita. Meliora edocuit Kruse (l. l. II, 1. pag. 491—493 Atlas nr. VI), ipse secutus Anglum virum doctum Stanhope in libro laudato pag. 71. 72 aliosque doctos Anglos, itemque Letronne l. supra l. p. 722 seqq. atque Gail. (Le philol. IV. p. 360 seq. V. p. 288 seq.). Add. C. O. Mueller: Orchomen. pag. 488 et potissimum Leake (Travels in Northern Greece II. p. 324 seqq. pag. 357 seq.), qui Herodoti verba de insula ac fluvio Oëroë accurate tractat locum indicari ratus, qui septentrionem versus a Plataeensium urbe extenditur, ab ipso Asopo decem stadia remotum illum quidem et prata continentem aliquot rivulis, qui in unum deinde coëant, dissecta: hunc locum planum *insulae*

λέγουσι εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο, ὥσπερ κατ' ἰθὺ ἐόντων. μετακινέεσθαί τε ἐδόκεε τότε, ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ἡ δευτέρη φυλακὴ, ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο οἱ Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καί σφεας

nomine apud Herodotum significari putat, *Oëroës* nomine declarari rivulos a Cithaerone delabentes et hunc locum planum circumfluentes, deinde vero in unum fluvium coniunctos. Qui rivuli temporum decursu facile mutari adeoque etiam exsiccari cum potuerint, inde explicandum videtur, quod nullam adhuc in hac regione cerni insulam testatur Vischer: Erinnerungen etc. pag. 547. Haec scripseram, cum me inviseret vir doctissimus, de Kutorga, professor Petropolitanus, qui redux ex itinere per Graeciam facto mihi narravit, se Plataeensem regionem perlustrantem, cum ante ecclesiam vici Kokhla sederet confabulans cum sacerdote Graeco eoque sene, ab hoc ipso audivisse, septentrionem versus (ab urbe Plataeensium) esse locum paulo editiorem, cui adhuc nomen *Nisi* (i. e. *νῆσος*); *κεφαλάριον* (i. e. fontem) olim ibi fuisse ex eoque rivulum exortum atque in duas partes divisum circumfluxisse locum illum, quem adhuc *insulae* speciem praebere ipse invenit vir doctus, cum postea accuratius hunc locum inspiceret, paulum sane editum et olim utrinque circumdatum aquâ, quae nunc fere prorsus desiit, cum *κεφαλάριον* istud dudum obrutum fuerit. Quae quantum ad Herodoti verba intelligenda ipsiusque scriptoris fidem comprobandam valeant, nemo non intelligit. Sequitur autem Oëroë rivus aliam prorsus atque Asopus directionem marisque in sinum, qui est prope *Livadostro*, ut nunc appellant, olim effluxit: nunc non longe a mari rupibus obstantibus in terram demergitur planeque evanescit; ita certe scribit Vischer l. l. pag. 534. *Asopi* autem fons non in iugis Cithaeronis quaeri debet, unde scilicet ille delabatur in planitiem, ut quidam olim falso tradiderunt, sed in ipsa planitie sub montem, unde haud ita procul sacelli cuiusdam inveniuntur reliquiae. Ex quo loco rivus septentrionem atque mox etiam orientem versus progressus Thebanorum agros olim a Plataeensi ditione separabat (vid. Herod. VI, 108 ibique nott.), deinde in Euripi sinum aquas volvit. Accurate docuit Clarke: Travels II, 3. p. 78 seq., de priorum doctorum virorum errore monens, cum ipse Asopi fontem inviseret rivique cursum persequeretur.

θυγατέρα δὲ ταύτην — οἱ ἐπιχώριοι] Observat Wesseling. in duodecim Asopi filiabus nullam reperiri Oëroës mentionem apud Diodor. IV, 72 neque apud Apollodorum III, 11. §. 5. — In seqq., ubi post *ἵνα* sequitur coniunctivus (*ἔχωσι*), quem mox excipit optativus (*σινοίατο*), tu vide de hac modorum variatione Kuehneri Gr. Gr. §. 774 et supra nott. ad VIII, 76. Pro *κατιθὺ* scripsi *κατ' ἰθὺ*, quod etiam Florentinus liber offerebat. De voce *ἰθὺ* vid. modo Bredov. pag. 160. 161. Sensus est: *sicuti* (scil. laesi, lacessiti erant), *dum equites ipsis ex adverso stabant.*

δευτέρη φυλακὴ] *Secunda noctis* indicatur *vigilia*, quam a nostra hora nona aut decima incepisse et usque ad duodecimam horam sive ad mediam usque noctem credam pertinuisse, siquidem veteribus Graecis teste Polluce I, 7. 8 in tres *φυλακὰς* divisa erat nox, quarum prima etiam dicebatur *ἀρχὴ νυκτὸς* sive *περὶ πρώτην νυκτὸς* s. *νυκτὸς ἀρχομένης*, secunda *μεσούσης νυκτός*. Romanis per noctem quattuor vigilias fuisse constat. Egit de vigiliis constituendis Aeneas Tactic. cap. 21; plura de his dabunt Wetsten. ad N. T. I. p. 416. Cellar. De Vigiliis §. 6. pag. 397 Diss. Acadd.

ἑπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππόται. ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον
τοῦτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται ῥέουσα ἐκ τοῦ
Κιθαιρῶνος, ὑπὸ τὴν νύκτα ταύτην ἐδόκεε τοὺς ἡμίσεας ἀπο-
στέλλειν τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ἀναλάβοιεν
τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους· ἦσαν γὰρ ἐν τῷ
Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι. Ταῦτα βουλευσάμενοι ἐκείνην μὲν 52
τὴν ἡμέρην πᾶσαν, προσκειμένης τῆς ἵππου, εἶχον πόνον ἄτρυ-
τον. ὡς δὲ ἥ τε ἡμέρη ἔληγε καὶ οἱ ἱππέες ἐπέπαυντο, νυκτὸς
δὴ γινομένης καὶ ἐούσης τῆς ὥρης, ἐς τὴν συνέκειτό σφι ἀπαλ-
λάσσεσθαι, ἐνθαῦτα ἀερθέντες οἱ πολλοὶ ἀπαλλάσσοντο, ἐς μὲν
717 τὸν χῶρον, ἐς τὸν συνέκειτο, οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες· οἱ δέ, ὡς
ἐκινήθησαν, ἔφευγον ἄσμενοι τὴν ἵππον πρὸς τὴν Πλαταιέων
πόλιν, φεύγοντες δὲ ἀπικνέονται ἐπὶ τὸ Ἡραῖον. τὸ δὲ πρὸ

coll. Xenoph. Memorab. IV, 7, 4 ibiq. interpr. Ad sequens ὡς ἂν vid. nott. ad IX, 22 et ad locutionem ὑπὸ τὴν νύκτα nott. ad IX, 58.

ὡς ἀναλάβοιεν κ. τ. λ.] Vid. IX, 50 fin. ἐπὶ τὰ σιτία dictum non aliter atque III, 14 (ubi vid. nott.) ἐπὶ τὸ ὕδωρ. Ad formam ἀπολελαμμένοι (i. e. *interclusi*) conf. III, 117. IV, 68 et quae alia de diversis huius verbi formis apud Nostrum collegit Bredov. pag. 350; de verbi significatione vid. VIII, 11 ibique nott.

CAP. LII.

εἶχον πόνον ἄτρυτον] εἶχον meliores codd. offerebant pro ἔχον, quod post Schaeferum retinuerunt Matth. et Bekker. Vid. modo Bredov. pag. 303 et 304. ἄτρυτον πόνον intelligit Noster *indefessum laborem, vehementem*, ut apud Sophocl. Ai. 788 κακὰ ἄτρυτα, i. e. πολύτρυτα, πάνυ κακοῦντα, quae bene attulit Doederlein: De alpha intensiv. pag. 21. Ac vel magis huc pertinet Pindari locus ἄτρυτον πόνον dicentis in Pyth. IV, 178 (316), quod Scholium exponit δεινότατον, ἀκαταπόνητον. In seqq. retinui cum Schaefero γινομένης, cuius loco Schweigh. et Gaisf. dederant γενομένης, sed abieci voculam δὴ ante συνέκειτο male illatam et e proxime antecedentibus, ut mihi certe videtur, huc etiam translatam: deest quoque in Florentino ac Parisinis codd.; retinuerunt tamen Schaeferus, Matth. et Dietsch., qui cum Dindorfio mox scripsit συνεκέετο. Equidem vulgatum retinui; vid. nott. ad VIII, 41.

ἀερθέντες — ἀπαλλάσσοντο] Vertunt vulgo: *sublatis utensilibus* s. *collectis vasis discesserunt;* nisi, quod sane malim, ἀερθέντες omnino eum in modum hîc additum putes, quo alias ὁρμηθέντες: de quo egi ad VIII, 133. Nam, ut recte monere videtur Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. I. pag. 11, verbo ἀερθῆναι subiecta est apud Nostrum ea notio, qua omnino valet *erigere se, surgere, loco movere;* itaque praestat h. l. reddere: *castris motis* discesserunt. Idem verbum de classe, quae vela ventis dat inque altum solvit, reperimus I, 165. 170. Quae continuo sequuntur, ob rationes particularum μὲν et δὲ attigit Matth. Gr. Gr. §. 289. not. 9. Vid. ad Herod. I, 66 nott. Tu reddas licet: *in eum locum, in quem convenerat, minime in animo habentes pergere, sed, ubi loco erant moti, equitatum laetabundi effugiebant ad Plataeas urbem conversi.*

ἐπὶ τὸ Ἡραῖον] De loco, quo Iunonis templum, cuius etiam in seqq. aliquoties fit mentio et apud Plutarch. Vit. Aristid. 18 init., exstructum erat, non prorsus liquet: quamvis ante ipsam urbem, i. e. ab

τῆς πόλιός ἐστι τῆς Πλαταιέων, εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης ἀπέχον. ἀπικόμενοι δὲ ἔθεντο πρὸ τοῦ
53 ἱροῦ τὰ ὅπλα. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸ Ἡραῖον ἐστρατοπεδεύοντο· Πανσανίης δὲ, ὁρέων σφέας ἀπαλλασσομένους ἐκ τοῦ στρατοπέδου, παρήγγελλε καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ἀναλαβόντες τὰ

oriente urbis, situm fuisse declaret Herodotus. Atque ita quoque illud indicavit Kruse in tabula, Anglum doctum Stanhope secutus; perperam enim Gailius illud sub ipsam urbem ad septentrionem collocarat, exstructum fuisse opinans (ut ipsa afferam verba in: Le philolog. V. pag. 282 seq.) „sur le tertre contigu à la plaine entre les deux ruisseaux." C. O. Mueller: Orchomen. pag. 488 Heraeum prope Plataeas Cithaeronis fauces versus situm fuisse arbitratur. Unde coniicit Kruse Hell. II, 1. pag. 595, Heraeum ad dextram urbis partem extra moenium ambitum ibi quaerendum esse, ubi nunc ruinae quaedam ecclesiae exstare dicuntur non longe a vico Kokhla, de quo dixi ad IX, 51. Conf. Stanhope l. l. p. 60 et Gail: Le philolog. V. p. 281 seq. Dodwellius nulla huius templi vestigia certa se invenisse scribit; nisi forte lapidum acervi quidam huc referri possint. Vid. I. cap. IX e vers. Sickleri I, 2. pag. 74. Ante ipsam urbem orientem versus in loco edito templum Iunonis quaerendum esse ipsa Herodoti verba satis testari videntur, eoque etiam loco recte illud posuerunt Muenscher l. l. p. 6 et Leake l. l. pag. 364, qui recte monere videtur, postera aetate hoc templum desertum esse, cum aliud alio loco Iunonis templum esset erectum. De *Gargaphia* vid. nott. ad IX, 25.

ἔθεντο — τὰ ὅπλα] De locutione dixi ad I, 62. Minus accurate, opinor, Wesseling. reddit: „*castra metati fuerunt* sive, ut sequitur, ἐστρατοπεδεύοντο." Nam verbo ἐστρατοπεδεύοντο aliud indicari atque praegressis ἔθεντο τὰ ὅπλα, vix quemquam fugiet. Primum enim ubi advenerunt, *in aciem consederunt* sive *armati constiterunt* (nos: *sie machten Halt*); quo facto ad Heraeum castra posuerunt. Hinc infra IX, 72 κατήμενος ἐν τῇ τάξι, ubi conf. nott. De ipsa locutione h. l. excitant Dionys. Halic. III. pag. 193. Diodor. Sicul. XII, 66 et XX, 31. Viger. ad Euseb. Praepar. Evang. XIII, 68. Xenophontea dabit Lexicon Xenophonteum T. III. p. 299 seq. Conf. etiam Cobet in Mnemosyn. VIII. p. 123 et Köchly: Griech. Kriegswesen pag. 106. not. Quae cum scripsissem, incidi in Am. Peyroni disputationem: „De comando militare θέσθε τὰ ὅπλα lezione" in: Memorie di Academia reale delle Scienze de Turino Tom. XXVII. pag. 193 seqq. Ubi pag. 200 nostrum quoque locum tractat, eum sic Italo sermone reddens: *giuntivi soffermaronsi colle armi a terra rimpetto al tempio*, beneque monet distinguendum esse inter τίθεσθαι τὰ ὅπλα et inter στρατοπεδεύεσθαι, quod perperam idem esse quidam statuerunt. Sed ipsa viri doctissimi verba adscribere iuvat: „Prima di porsi a campo intorno al tempio soffermaronsi di rincontro a tempio coll' armi a terra per determinare a qual partito appigliare si dovessero; quindi essendosi consigliati di accamparsi, diedero le opportune disposizioni; e finalmente ripigliate le armi, andaronsi a porre negli alloggiamenti intorno al tempio."

Cap. LIII.

παρήγγελλε] Ita cum recentt. edd. exhibui e Florent. et Sancrofti libro pro vulg. παρήγγελε, quod cum Schaefero tuetur Buttmann. Gr. mai. II. pag. 62, imperfectum huic loco convenire negans. — In seqq. verba ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς προϊόντας accipio: *eâdem progredi viâ, qua reliqui praeierant.* Atque ita quoque III, 4 ἀποστείλας κατ' αὐτὸν, i. e.

ὅπλα ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς προϊόντας, νομίσας αὐτοὺς ἐς τὸν χῶρον ἰέναι, ἐς τὸν συνεθήκαντο. Ἐνθαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι ἄρτιοι ἦσαν τῶν ταξιαρχέων πείθεσθαι Παυσανίῃ, Ἀμομφάρετος δὲ ὁ Πολιάδεω, λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λόχου, οὐκ,

secundum eius vestigia misit, sive *eâdem viâ*, *qua ille iter direxerat*, et I, 84 fin., ubi vid. nott. Neque huc non pertinebit IX, 66: κατὰ τὦυτὸ ἰέναι. — Ad accusativum ἀναλαβόντες, ubi praegreditur dativus τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, conf. allata ad IX, 79. De significatione locutionis ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα (i. e. *assumptis armis*) vid. infra cap. 57 coll. I, 78. Lexic. Xenophont. Sturz. I. p. 202. — Ad vocem ἄρτιοι conf. IX, 27 ibique nott. De *Amomphareto* vide sis Plutarchum in Vit. Aristid. cap. 17. p. 328 E. ita scribentem: ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, οὐκ ἔφη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μένων μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑποστήσεσθαι Μαρδόνιον. Conf. etiam Krause in Theag. pag. 82. — ταξιαρχέων quod Noster in genitivo pluralis dixit et h. l. et VII, 99, a voce ταξιάρχης repetendum, cum alibi (VIII, 67. IX, 53) ταξίαρχος dixerit, satis id declarat, utrâque formâ Nostrum usum esse, cum Atticis scriptoribus magis frequentata esset forma ταξίαρχος. Tu vid. Bredov. p. 232, Voemel ad Demosthen. Contion. Prolegg. pag. 122. De Polyaeni usu in his nuper monuit Woelfflin in Adnott. critic. ad Polyaen. pag. XLVIII.

λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λόχου] λοχηγέων plerique codd. tenent. Ex Aldina fluxerat λοχηγετέων a verbo λοχηγετεῖν, quod simili modo formatum apparet atque ἀρχηγετεῖν, κυνηγετεῖν, ποδηγετεῖν, alia id genus. At supra IX, 21 λοχηγεῖν, cui verbo quod hoc utroque loco adstruitur genitivus, non offendit, similium verborum structuram si respiciamus. Eodem modo genitivum additum invenimus huic verbo in Plutarch. Vit. Pompei. 71. Et conf. quoque Xenoph. Anabas. VI, 1, 30. Pro Πιτανητέων, quod hoc loco omnes libri scripti afferunt, qui iidem mox consentiunt in lectione τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην, e Koenii coniectura ad Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 6. pag. 384 recepit Bekkerus Πιτανήτεω, eumque secuti sunt Dindorf. et Dietsch., qui, cum in talibus sibi constare deceat bonum scriptorem et librarii quam saepe in terminationibus erraverint, dici vix possit, se in Koenii sententiam discessisse profitetur. Quod mihi haud persuasit: nec sane multum differt, Pitanatarum cohors num dicatur ὁ Πιτανητέων λόχος an ὁ Πιτανήτης λόχος. Sed gravius hoc, argumentum loci si spectemus, quod Thucydides I, 20, quo loco sane memorabili Herodotum tangi opinantur, τὸν Πιτάνην λόχον unquam exstitisse negat. Equidem, missa illa disceptatione, qua Herodotus an Thucydides errore fuerit lapsus disquirunt inque diversas abeunt partes, haud sane intelligo, cur Herodoto eam cohortem, quam Pitanae vicus ad Spartanorum exercitum misit, dicere non licuerit *Pitanatarum cohortem*. Fuit enim *Pitana* unus ex antiquissimis Spartae vicis, ut monstravi ad III, 55; add. Kortüm in: Schlosser. et Bercht. Archiv. IV. pag. 142. 152, ubi Pitanae nomen non ordinis cuiusdam, sed loci significationem esse recte contendit. Locorum autem ac vicorum antiquae Spartae distributionem ad exercitium quoque pertinuisse, cuius scil. singulae partes sive ordines singulos referrent vicos, satis habemus cognitum. Vid. C. Fr. Hermann: Hellen. Staatsalterth. §. 29. inprimis not. 9. Quam igitur Pitanae incolae praebebant cohortem sive manipulum, eum hîc vocari existimo, probante quoque Negris, τὸν Πιτανητέων λόχον, praesertim cum ipsum illum vicum Noster adierit ibique etiam certe aliquamdiu commoratus sit, quod apparet e Nostri verbis III, 55 (ubi vid. nott.). Ne-

ἔφη, τοὺς ξείνους φεύξεσθαι, οὐδὲ ἑκὼν εἶναι αἰσχυνέειν τὴν Σπάρτην· ἐθωύμασέ τε ὁρέων τὸ ποιεύμενον, ἅτε οὐ παραγενόμενος τῷ προτέρῳ λόγῳ. ὁ δὲ Παυσανίης τε καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν μὲν ἐποιεῦντο τὸ μὴ πείθεσθαι ἐκεῖνον σφίσι, δεινότερον δὲ ἔτι, ἐκείνου ταῦτα νενωμένου, ἀπολιπεῖν τὸν λόχον τὸν

que aliter de his statuisse video Mansonem (Sparta Vol. I. P. 2. p. 126 seq.) merito quaerentem, quid mirum sit ab Herodoto cohortem Pitanatarum eam dici, quae a viris tribus Pitanae coniunctis pro more veterum fuerit composita. Add. Köchly et Rüstow: Griech. Kriegswesen pag. 37, qui nec Herodotum nec Thucydidem in talibus erroris incusari posse putant, si quidem qui Herodoti aetate exstitit (aut certe temporibus belli Persici) λόχος Pitanatarum, eum Thucydidis aetate et sequentibus temporibus non amplius exstitisse credamus. Et qui nuper in Specimine Quaest. historicc. de Thucydide et Herodoto (Berolin. 1851) pag. 30—34 haec tractavit, Salomon, in Spartanorum exercitu fuisse statuit et ipse λόχον quendam, qui vel e solis Pitanatis vel certe maximam partem ex iisdem constiterit indeque hanc Pitanatarum λόχον significationem acceperit: quae quamvis inter Graecos frequens fuerit appellatio, eam tamen in publicis rebus (v. c. cum milites conscriberentur aut omnino de singulis copiarum partibus sermo haberetur) vix adhibitam adeoque minus propriam ac sollemnem videri fuisse idem vir doctus addit. Quae cum ita sint, Herodotum a Thucydide (quem Herodoti libros cognitos non habuisse, iam ad VI, 57 monuimus) tangi aut Herodotum errore hîc lapsum esse (ut praeter alios contendit Meursius, quem vid. in Lectt. Att. I, 15. 16 coll. Miscell. Laconn. pag. 100), haud mihi persuaderi patiar. Conf. etiam C. O. Mueller: Dor. II. pag. 50, ubi apte Caracallam imperatorem profert, qui antiqua instituta imitans e Spartanis formasse dicitur λόχον Πιτανάτην Herodiano IV, 8. Idem vir doctus in Annall. Gottingenss. 1835. nr. 203. pag. 2012 ex opere Angli viri docti (Ancient coins of Greek cities and kings etc., illustrated and explained by J. Millingen. London 1831) Tarentinorum numum profert (Tab. I. 17), in quo inscripta leguntur verba περικολων Πιτανατων: quae verba editor Anglus eo refert, ut in condendo Tarento viri tribus sive vici Pitanae partem quandam habuisse putentur, eoque modo hoc nomen Tarentum quoque translatum sit. At Muellero hoc ita potius explicandum videtur, ut Tarentini patria Laconum instituta imitantes apud se quoque constituisse perhibeantur *Pitanatarum cohortem*. Nec denique ad hanc totam quaestionem referri non posse puto Pausaniae locum III, 14. §. 2, ubi in Sparta commemoratur λέσχη Κροτανῶν, his additis verbis: εἰσὶ δὲ οἱ Κροτανοὶ Π ι τ α ν α τ ῶ ν μ ο ῖ ρ α.

τοὺς ξείνους] Vide supra IX, 11. (ibique nott.) 55 et ad formulam ἑκὼν εἶναι in seqq. VII, 164 ibique nott. De verbo αἰσχύνειν conf. nott. ad VII, 53 et de locutione δεινὸν ποιεῖσθαι nott. ad III, 14.

ἐκείνου ταῦτα νενωμένου] i. e. *cum ille* (Amompharetus dux scil.) *ita secum statuisset* s. *hoc esset animo.* Hesychius II. p. 667 νένωται· ἐν νῷ ἔχει. Add. Etymol. magn. p. 601 et Herodot. I, 68. 77 ibiq. nott. Hinc male codd. plures ἀναινομένου. Quod unum verum est νενωμένου, e Sancrofti libro dudum receperat Wesselingius.

ἀπολιπεῖν τὸν λόχον] τὸν λόχον pro obiecti accusativo accipio, si quidem et h. l. et in proxime seqq. itemque cap. 56 verbum ἀπολιπεῖν suam retinet vim activam. *Gravius autem ipsis videbatur deserere Pitanatarum cohortem timentibus, ne, si eam deseruissent, facientes, de quibus cum reliquis Graecis convenerant, in-*

Πιτανήτην, μὴ, ἢν ἀπολίπωσι ποιεῦντες, τὰ συνεθήκαντο τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι, ἀπόληται ὑπολειφθεὶς αὐτός τε Ἀμομφάρετος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. ταῦτα λογιζόμενοι ἀτρέμας εἶχον τὸ στρατόπεδον τὸ Λακωνικὸν, καὶ ἐπειρῶντο πείθοντές μιν, ὡς οὐ χρε-
718 ὼν εἴη ταῦτα ποιέειν.

Καὶ οἱ μὲν παρηγόρεον Ἀμομφάρετον, μοῦνον Λακεδαιμο- 54
νίων τε καὶ Τεγεητέων λελειμμένον. Ἀθηναῖοι δὲ ἐποίευν τοιάδε· εἶχον ἀτρέμας σφέας αὐτοὺς ἵνα ἐτάχθησαν, ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων καὶ ἄλλα λεγόντων. ὡς δὲ ἐκινήθη τὸ στρατόπεδον, ἔπεμπον σφέων ἱππέα ὀψόμενόν τε, εἰ πορεύεσθαι ἐπιχειρέοιεν οἱ Σπαρτιῆται, εἴ τε καὶ τὸ παράπαν μὴ διανοεῦνται ἀπαλλάσσεσθαι, ἐπείρεσθαί τε Παυσανίην, τὸ χρεὼν εἴη ποιέειν. Ὡς δὲ ἀπίκετο ὁ 55
κῆρυξ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ὥρα τέ σφεας κατὰ χώρην τεταγμένους καὶ ἐς νείκεα ἀπιγμένους αὐτῶν τοὺς πρώτους. ὡς

tereat relictus ipse Amompharetus unà cum Pitanatis suis. Itaque ad ἀπολίπωσι intellig. αὐτὸν scil. τὸν λόχον. Ad locutionem ἀτρέμας εἶχον conf. nott. ad VII, 8. §. 1 et ad ἐπειρῶντο πείθοντες Herod. IX, 26 et nott. ad I, 77. Pro vulg. χρεὸν dedi χρεών; vid. nott. ad VIII, 3. Idem feci cap. 54 et 58.

CAP. LIV.

ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα] i. e. *bene gnari moris atque ingenii Laconum, qui alia sentiant, alia dicant.* Ad locutionem conf. VIII, 144 ibique nott. Ad argumentum Wesselingius bene affert Euripid. Andromach. 447 (451) et Herodot. VI, 108, ubi vid. nott. Idem Euripides in Supplicc. 187: Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους; alia eiusdem rei testimonia e veterum scriptis excitavit Lasaulx: Studien d. classisch. Alterth. pag. 204. Quod vero Lacones hîc aliter, atque animo gerebant, eloqui dicuntur, hoc Valckenar. comparat cum Homericis Il. XI, 313. Schol. Aristoph. Av. 168 ipsumque addit Aristophanem Spartanorum fraudes ac perfidiam perstringentem in Pac. 1065. Acharn. 307 coll. Demosthen. c. Aristocr. p. 421 [pag. 659 Reisk.] — In seqq. ad optativum ἐπιχειρέοιεν, quem in altera interrogationis parte excipit indicativus (διανοεῦνται), vid. excitata ad V, 13 et cf. VIII, 106. Alios locos, ubi indicativum excipit optativus, excitavi ad IX, 69. De particulis εἴ τε, quae in altera interrogationis parte ponuntur, monuit Matthiae Gr. Gr. §. 617, 5. Quod sequitur ἐπείρεσθαι τε, iungendum cum praecedentibus ἔπεμπον σφέων ἱππέα ὀψόμενον, structurâ orationis paululum mutatâ: mittebant enim de suis equitem, qui inspiceret s. spectaret, utrum Lacedaemonii discedere aggrederentur an omnino de discessu non cogitarent, *simulque etiam quaereret ex Pausania, quid faciendum esset.*

CAP. LV.

κατὰ χώρην τεταγμένους] i. e. *suo loco*, quem ceperant, *collocatos in acie.* Formulam κατὰ χώρην attigi ad VIII, 73. 108. — Mox pro vulg. παρηγόρεον, quod cum Schaefero tenuit Matth., equidem e Florentino aliisque cum reliquis edd. dedi παρηγορέοντο, ut V, 104. VII, 13, ubi itidem medium invenitur verbum.

γὰρ δὴ παρηγορέοντο τὸν Ἀμομφάρετον ὅ τε Εὐρυάναξ καὶ ὁ
Παυσανίης, μὴ κινδυνεύειν μένοντας μούνους Λακεδαιμονίων,
οὔ κως ἔπειθον· ἐς ὃ ἐς νείκεά τε συμπεσόντες ἀπικέατο, καὶ
ὁ κῆρυξ τῶν Ἀθηναίων παρίστατό σφι ἀπιγμένος. νεικέων δὲ
ὁ Ἀμομφάρετος λαμβάνει πέτρον ἀμφοτέρῃσι τῇσι χερσὶ, καὶ
τιθεὶς πρὸ ποδῶν τῶν Παυσανίεω, ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζε-
σθαι, ἔφη, μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους, ξείνους λέγων τοὺς βαρ-
βάρους. ὁ δὲ, μαινόμενον καὶ οὐ φρενήρεα καλέων ἐκεῖνον,
πρός τε τὸν Ἀθηναίων κήρυκα ἐπειρωτῶντα τὰ ἐντεταλμένα,
λέγειν ὁ Παυσανίης ἐκέλευε τὰ παρεόντα σφι πρήγματα, ἐχρή-
ϊζέ τε τῶν Ἀθηναίων προσχωρῆσαί τε πρὸς ἑωυτοὺς, καὶ ποι-
56 έειν περὶ τῆς ἀπόδου τά περ ἂν καὶ σφεῖς. Καὶ ὁ μὲν ἀπαλ-
λάσσετο ἐς τοὺς Ἀθηναίους. τοὺς δὲ ἐπεὶ ἀνακρινομένους πρὸς

μένοντας μούνους] Hoc opinor non ad unum spectat Amompharetum, sed ad Amompharetum unà cum cohorte sua Pitanatarum. Hunc scil. *adhortabantur, ne ipse cum suis, qui soli ex omnibus relicti essent Spartanis, periculo se obiiceret.* — Ad formulam *ἐς ὃ (donec)* vid. nott. ad I, 116. III, 48, ne plura. Mox reliqui *ἀπικέατο* (quae aoristi forma est), cuius loco e Sancrofti libro alteroque unus Dietschius dedit *ἀπίκατο*, quae plusquamperfecti est forma: cf. supra IX, 17 ibique nott.

ταύτῃ τῇ ψήφῳ — τοὺς ξείνους] i. e. *hoc calculo eam se ferre sententiam, non fugiendos esse peregrinos* s. *hostes*. Quae eadem enarrans Plutarch. Aristid. cap. 17. pag. 328 E. sic effert: *ἀράμενος ταῖν χεροῖν πέτρον μέγαν ὁ Ἀμομφάρετος, καὶ καταβαλὼν πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Παυσανίου, ταύτην ἔφη ψῆφον αὐτὸς περὶ τῆς μάχης τίθεσθαι.* — Apud Herodotum quae sequuntur: *ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους*, eadem exstant IX, 11, ubi vid. nott. Quae verba tolli quod vult Naber in Mnemosyn. III. pag. 480, nulla mihi videtur idonea causa: conf. nott. ad IX, 10; ac passim, observante Wesselingio, huius modi iterationes occurrunt, ut III, 12. VI, 109. — Ad vocem *φρενήρης* conf. nott. ad III, 25.

ὁ δὲ — λέγειν ὁ Παυσανίης ἐκέλευε] Oratio nonnihil turbata. Quod enim initio periodi exstat *ὁ δὲ*, id aliquot verbis interiectis repetitur quasi ipso nomine prolato *ὁ Παυσανίης*; quo eodem cum spectet *καλέων*, quae sequuntur verba *πρός τε τὸν Ἀθηναίων κήρυκα ἐπειρωτῶντα τὰ ἐντεταλμένα*, vel ita expedienda, ut e praegressis mente repetatur *λέγων* aut simile quid, eoque etiam referatur vocula *τε*, semel hîc posita, ut vidimus ad VII, 188: vel sequentibus ita sunt adstruenda, ut duas orationis partes hunc fere in modum per duplex *τε* coniungi statuamus: *πρός τε τὸν Ἀθηναίων κήρυκα λέγειν ἐκέλευε — ἐχρήϊζέ τε*, quod dicendi genus attigimus ad VII, 8. §. 1. Tum praepositio *πρὸς* spectat ad *λέγειν*. Utut est, haec fere exsistit loci sententia: *Hic vero* (Pausanias scil.) *amentem nec sui compotem increpans illum* (Amompharetum), *iam ad Atheniensium praeconem conversus interrogantem, quae ipsi mandata erant, iussit eum* (praeconem) *dicere* (Atheniensibus), *quae hìc agerentur, simulque petiit* (s. eum petere iussit) *ab Atheniensibus, ut ad se venirent atque de discessu facerent ea, quaecunque ipsos vidissent facientes.*

Cap. LVI.

τοὺς δὲ ἐπεὶ ἀνακρινομένους κ.

ἑωυτοὺς ἠὼς κατελάμβανε, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατήμενος ὁ Πανσανίης, οὐ δοκέων τὸν Ἀμομφάρετον λείψεσθαι τῶν ἄλλων Λακεδαιμονίων ἀποστειχόντων (τὰ δὴ καὶ ἐγένετο), σημήνας ἀπῆγε διὰ τῶν κολωνῶν τοὺς λοιποὺς πάντας· εἵποντο δὲ καὶ Τεγεῆται. Ἀθηναῖοι δὲ ταχθέντες ἤϊσαν τὰ ἔμπαλιν ἢ Λακεδαιμόνιοι· οἱ μὲν γὰρ τῶν τε ὄχθων ἀντείχοντο καὶ τῆς ὑπωρέης τοῦ Κιθαιρῶνος, φοβεόμενοι τὴν ἵππον· Ἀθηναῖοι δὲ κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον. Ἀμομφάρετος δέ, ἀρχήν τε 57
οὐδαμὰ δοκέων Πανσανίην τολμήσειν σφέας ἀπολιπεῖν, περιείχετο αὐτοῦ μενόντας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν· προτερεόντων
719 δὲ τῶν σὺν Πανσανίῃ, καταδόξας αὐτοὺς ἰθέῃ τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὐτόν, ἀναλαβόντα τὸν λόχον τὰ ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο

v. 1.] Sensum loci hunc fere esse puto: „*Quos secum disceptantes cum aurora deprehenderet, Pausanias, qui per hoc tempus quiete consedit, cum Amompharetum, si reliqui discederent Lacedaemonii, remansurum esse minime putaret* (id quod etiam accidit), *signo dato abduxit omnes reliquos per clivos, sequentibus quoque Tegeatis.*" De verbo ἀνακρίνεσθαι *disceptandi* notione conferri possunt, quae afferuntur in Thesaur. Ling. Graec. I, 2. pag. 418 ed. Dindorf. Ad sequens ἤϊσαν τὰ ἔμπαλιν vid. nott. ad VII, 58; de voce ὄχθος conf. nott. ad IX, 25 et ad vocem ὑπωρέης nott. ad IX, 19.

Ἀθηναῖοι δὲ κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον] Scil. ἤϊσαν, quod respondet praegressis οἱ μὲν — ἀντείχοντο, ita ut de mutata orationis structura, qualem statuere videtur Matthiaeus Gr. Gr. §. 631, 4, cogitari vix possit. Ad formam aoristi asperiorem τραφθέντες conferri volunt Eustath. ad Ili. pag. 519, 41 s. 303, 29. Tu confer Bredov. p. 350.

Cap. LVII.

ἀρχήν τε οὐδαμὰ δοκέων] Particulae τε paulo inferius respondet δὲ in verbis προτερεόντων δέ. Monuit Matth. Gr. Gr. §. 626. De vocula ἀρχήν (i. e. *prorsus*, *omnino*) vid. nott. ad I, 86 coll. ad I, 9.

περιείχετο κ. τ. λ.] Schweighaeuserus in Lex. Herod. II. p. 201 bene sic explicuit: περιείχετο τούτου, ὥστε αὐτοῦ μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν, *id amplectebatur* s. *id contendebat, ut ibi manentes ne desererent aciem.* Tu conf. VIII, 60. §. 2 ibique allata. Verbum προτερεῖν est *praeire, ante alios* s. *relictis aliis progredi.* Cf. IX, 66. Plura dabit Thesaurus Ling. Graec. Vol. VI. p. 2061 ed. Dindorf.

καταδόξας] In uno cod. Parisino extat κάρτα δόξας idque praestare arbitratur Hoeger in Actt. phill. Monacc. III, 4. pag. 486. Tu vid. Herod. I, 59 et nott. ad III, 27. — Sequens ἰθέῃ τέχνῃ (ubi male Sancrofti liber θείῃ pro ἰθέῃ) bene Hoogeveen. ad Viger. p. 146 exponens *recta arte*, id est *non dissimulanter et palam*, locum Latine ita expressit: *ratus se palam ab illis deseri;* nec aliter Portus ἰθείην (leg. ἰθέην) τέχνην interpretatus erat *rectam artem, apertam et qua quis sine ambagibus utitur*, probante quoque Schweigh., qui confert II, 161 fin. III, 127. IX, 37, ubi ἐκ τῆς ἰθέης: tu vid. ibi citt.

βάδην] i. e. *pedetentim.* Illustravit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 19. στῖφος Noster *manum* dicit *militum ordine pugnantium*, quemadmodum Aeschylus Pers. 20. 372, ubi Herodotei loci non immemor fuit Blomfield. Vid. infra IX, 70 ibique nott.

στῖφος. τὸ δὲ ἀπελθὸν ὅσον τε δέκα στάδια ἀνέμενε τὸν Ἀμομφαρέτου λόχον, περὶ ποταμὸν Μολόεντα ἱδρυμένον Ἀργιόπιόν τε χῶρον καλεόμενον, τῇ καὶ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ἧσται. ἀνέμενε δὲ τοῦδε εἵνεκα, ἵνα, ἢν μὴ ἀπολιπῇ τὸν χῶρον, ἐν τῷ ἐτετάχατο ὁ Ἀμομφάρετός τε καὶ ὁ λόχος, ἀλλ' αὐτοῦ μένωσι, βοηθέοι ὀπίσω παρ' ἐκείνους. Καὶ οἵ τε ἀμφὶ τὸν Ἀμομφάρετον παρεγίνοντό σφι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν βαρβάρων προσέκειτο πᾶσα. οἱ γὰρ ἱππόται ἐποίευν, οἷον καὶ ἐώθεσαν ποιέειν αἰεί· ἰδόντες δὲ τὸν χῶρον κεινὸν, ἐν τῷ ἐτετάχατο οἱ Ἕλληνες τῇσι προτέρῃσι ἡμέρῃσι, ἤλαυνον τοὺς ἵππους αἰεὶ τὸ πρόσω· καὶ ἅμα καταλαβόντες προσεκέατό σφι.

ἀπελθὸν ὅσον τε δέκα στάδια] „Adverte *decem* ista stadia, quae culpâ librariorum ubi vacarint [in Sancrofti libro legitur ἄλλα στάδια pro δέκα στάδια], Lacedaemonii oportet, viarum compendia, montium et clivorum anfractus ingressi, neglexerint: ad insulam enim Oëroën, quorsum iter destinabatur, decem duntaxat stadia, c. 50.“ *Wesseling.*

περὶ ποταμὸν Μολόεντα] Inter nomina topica, in quibus contractio nulla adhibetur, hoc quoque nomen, ut IX, 97 *Σκολοπόεντα*, affertur a Bredovio pag. 191. Nec tamen in his constantem usum reperiri satis ostendunt alia huiusmodi nomina, quae contracta apud Nostrum proferuntur, ab Iusto Floriano Lobeckio in Quaestionn. Ionicc. libr. fasc. I. pag. 4 collecta: *Οἰνοῦσσας* (I, 165. 166), *Ἀμαθοῦντα* (V. 105. 114), *Ἀνθεμοῦντα* (V, 94), *Ἐλαιοῦντος* (VI, 140. VII, 21. 33. IX, 116. 120), *Μυοῦντα* (V, 36), *Σελινοῦντος* (V, 46), *Τραπεζοῦντος* (VI, 127), *Φλιοῦντος* (VII, 202). Quod ad ipsum fluvium attinet, Gail. Le philolog. V. pag. 293 seq. hunc fluvium pro Oëroës (IX, 91) brachio habet. Equidem malim habere pro rivulo, qui e Cithaerone et ipse delapsus aquas deinde miscet cum Oëroë: nec tamen plura habeo, quae proferam; cf. Vischer: Erinnerungg. aus Griechenland pag. 548. Quod enim quis olim cum eo comparat *τὸ Μόλου ῥεῖθρον* apud Plutarch. Syll. 19. p. 464 A, aut *τὸ ῥεῦμα τοῦ Μωρίου* ibid. cap. 17. p. 463, id minime convenire patet. Conf. C. O. Mueller: Orchomen. p. 488. Nec magis mihi liquet de eo loco, qui *Argiopius* vocatur, ubi Cereris Eleusiniae aedes, quam duo milia passuum ab Heraeo remotam, ubi adhuc ruinae cuiusdam ecclesiae inveniuntur, ad Sphragidium exstructam fuisse putant, obloquente quamvis Gailio l. l. V. p. 295 seq. Tu vid. Krusium l. l. II, 1. pag. 595. Herodotus huius templi meminit IX, 62. 65. 101 itemque Pausanias IX, 4. §. 2. — *ἧσται* h. l. idem valere videtur atque *ἵδρυται* s. *ἱδρυμένον ἐστὶ*, *collocatum*, *exstructum est* (cf. Schweighaeuser. Lexic. Herodot. I. p. 182), quamvis Buttmann. Gr. Gr. mai. I. p. 544 not. *ἧσθαι* pro *ἱδρῦσθαι* poni posse neget. Tu vid. Bredov. pag. 317.

οἵ τε ἀμφὶ τὸν Ἀμομφάρετον] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 583 et IX, 119. Pro vulg. *παρεγένοντο*, quod retinuit Schaeferus e codd., revocavi cum reliquis edd. *παρεγίνοντο*. Mox intactum reliqui et hoc loco et cap. 60 *προσέκειτο*, quod Dietsch. mutavit in *προσεκέετο*: vid. nott. ad VIII, 41. In fine cap. verba *καὶ ἅμα καταλαβόντες προσεκέατό σφι* attigit Matth. Gr. Gr. §. 565, not. 2. Est enim sensus: *simul atque istos* (Graecos) *assecuti essent*, *instabant iis; sobald als sie dieselben eingeholt hatten.* Mox cap. 58 *καταλαμφθέντες (deprehensi)* eadem significatione passiva.

58 Μαρδόνιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τοὺς Ἕλληνας ἀποιχομένους ὑπὸ νύκτα, εἶδέ τε τὸν χῶρον ἐρῆμον, καλέσας τὸν Ληρισσαῖον Θώρηκα καὶ τοὺς ἀδελφεοὺς αὐτοῦ Εὐρύπυλον καὶ Θρασυδήϊον ἔλεγε· Ὦ παῖδες Ἀλεύεω, ἔτι τί λέξετε, τάδε ὁρέοντες ἐρῆμα; ὑμεῖς γὰρ οἱ πλησιόχωροι ἐλέγετε Λακεδαιμονίους οὐ φεύγειν ἐκ μάχης, ἀλλὰ ἄνδρας εἶναι τὰ πολέμια πρώτους· τοὺς πρότερόν τε μετισταμένους ἐκ τῆς τάξιος εἴδετε, νῦν τε ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα καὶ οἱ πάντες ὁρέομεν διαδράντας. διέδεξάν τε, ἐπεί σφεας ἔδεε πρὸς τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μάχῃ διακριθῆναι, ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες ἐν οὐδαμοῖσι

Cap. LVIII.

ὑπὸ νύκτα] i. e. *sub noctem*, ut VIII, 71. IX, 51. 60. Attigit Matth. Gr. Gr. §. 593 init. itemque Gail: Le philol. IV. pag. 295. Conf. etiam Kuehner. Gr. Gr. §. 617. III, 2, b. In participio ἀποιχομένους praeteriti temporis vim inesse observat Schaefer in Animadverss. ad Plutarchi Vitas Vol. VI. pag. 419. Haud aliter paulo post et IX, 60 ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα. De *Thorace* vid. IX, 1. — In seqq. ad τὰ πολέμια vid. nott. ad III, 4. In sequentibus verbis οἱ πάντες articuli vim notat Matthiae Gr. Gr. §. 266. De significatione verbi διαδράντες conf. nott. ad VIII, 60. §. 1 et ad verbum διέδεξαν nott. ad VII, 172 de hoc verbo.

ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες — ἐναπεδεικνύατο] οὐδένες omnes libri afferunt, qui etiam III, 26 idem praebent omnes: Noster enim aliis locis, a Bredovio pag. 278 collectis et in Thesauro Ling. Graec. V. pag. 2363 ed. Dindorf. repetitis scripsit οὐδαμοὶ et μηδαμοὶ, quod Ionum esse testatur Thomas Magister s. v. οὐδεὶς pag. 662. Unde quod hoc etiam loco pro οὐδένες scribi οὐδαμοὶ iubet Cobet in Mnemosyn. VI. pag. 55 seq., non assentior, Herodotum utroque modo scribere potuisse atque etiam scripsisse ratus. Usum vocis οὐδένες tangunt Matth. Gr. Gr. §. 437, 1 et Kuehner Gr. Gr. §. 421. not. 3. De locutione μηδὲν s. οὐδὲν εἶναι supra monuimus ad VIII, 106. De usu particulae ἄρα vid. allata ad VIII, 8; de usu participii: ἐόντες — ἐναπεδεικνύατο monuimus ad II, 15; add. etiam Matthiae Gr. Gr. §. 549, 5. De ipsa imperfecti forma ἐναπεδεικνύατο vid. Bredov. p. 329 seq., qui similis tertiae personae huius formas ex Nostro collectas exhibet. Quod ad reliqua attinet, durius sane dictum videtur ab Herodoto: διέδεξαν — ὅτι — ἐόντες — ἐναπεδεικνύατο, a Schweighaeusero ita Latine expressum: *ostenderunt, se, cum sint nihili homines, inter Graecos, qui nec ipsi ullius sint frugis, eminuisse*. In Lex. Herod. (I. p. 212 seq.), ubi idem vir doctus varias virorum doctorum interpretationes affert: Gronovii („*ostenderunt, nullius sese pretii inter Graecos et ipsos nullius pretii viros demonstrari*“, quam versionem intactam reliquit Wesselingius), Laurentii Vallae („*unde nullius esse se pretii inter Graecos et ipsos nullius pretii viros ostenderunt*“) et Aemilii Porti (qui in Lexico Ionico ἐναπεδεικνύατο interpretatus erat: *ostentabantur* vel *ostentabant se*), ipse ad hancce Aemilii Porti interpretationem accedere mavult, verbo ἐναποδείκνυσθαι Herodotum usum esse ratus ea notione, qua alias verbum ἐνδείκνυσθαι adhibeatur, indeque verbo ἐναποδείκνυσθαι passivam tribuit notionem, ita ut proprie h. l. valeat: *ostentati sunt, tanquam praecipui et eximii insigniti et celebrati sunt;* quo eodem sensu ab aliis addit verbum poni ἐνδείκνυσθαι (*ostentari*), ut apud Aeschin. in Ctesiph. pag. 610 Reisk.

20*

ἐοῦσι Ἕλλησι ἐναπεδεικνύατο. Καὶ ὑμῖν μὲν, ἐοῦσι Περσέων ἀπείροισι, πολλὴ ἔκ γε ἐμεῦ ἐγίνετο συγγνώμη, ἐπαινεόντων τούτους, τοῖσί τε καὶ συνηδέατε. Ἀρταβάζου δὲ θῶυμα καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην τὸ καὶ καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους, καταρρωδήσαντά τε ἀποδέξασθαι γνώμην δειλοτάτην, ὡς χρεὼν εἴη ἀναζεύξαντας τὸ στρατόπεδον ἰέναι ἐς τὸ Θηβαίων ἄστυ πολιορκησομένους· τὴν ἔτι πρὸς ἐμεῦ βασιλεὺς πεύσεται. Καὶ τούτων μὲν ἑτέρωθι ἔσται λόγος. νῦν δὲ ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστὶ, ἀλλὰ διωκτέοι εἰσὶ, ἐς ὃ καταλαμφθέντες δώσουσι ἡμῖν τῶν δὴ ἐποίησαν Πέρσας πάντων δί-

Plutarch. Cicer. cap. 14. Equidem haud scio an verbum **ἐναποδείκνυσθαι** suam hîc quoque retineat notionem, ita ut scriptor ob verbum **διέδεξαν** nimis illud quidem remotum eiusdem significationis verbum infra denuo ponendum ratus duo ita posuerit verba, quae in Latinis uno reddi queant. *Commonstrarunt illi satis*, ait Mardonius, *se vel inter eos, qui nihili sunt, Graecos, nullo loco esse censendos.* Nec aliter intellexerat Valla, cuius interpretationem supra indicavimus. Censori Ienensi (1828 nr. 186. p. 47), quem Stegerum esse videri iam supra dixi, scribendum videtur **ἐνεπεδεικνύατο**. Ipsum verbum **ἐναποδείκνυσθαι** praeter hunc Herodoti locum aliquot locis apud Polybium ea, qua accepimus, significatione reperitur: tu vid. Lexic. Polyb. s. v., unde repetuntur in Thesaur. Ling. Graec. III. pag. 994 ed. Dindorf.

ἐπαινεόντων τούτους] **ἐπαινεόντων** ad antecedens **ὑμῖν ἐοῦσι** refertur, oratione subito in genitivorum absolutt. structuram mutata: de quo conf. VIII, 69 ibique nott. et Kuehner. Gr. Gr. §. 681, c. Formam **συνηδέατε** in seqq. attigit Matth. Gr. Gr. §. 188, a. not. 1. Tu vid. VIII, 113 ibique nott. Bothius ad Terent. pag. 467 maluerat: **συνηθέετε**, i. e. *consuescitis*. Melius opinor Schweighaeuserus in vulgata acquiescens reddit: *laudantibus hos homines, quorum res quaedam bene gestae nobis innotuerunt.*

τὸ καὶ καταρρωδῆσαι κ. τ. λ.] De loci structura vid. Matth. Gr. Gr. §. 541. Nec aliter fere haec verba expedienda videntur censori Ienensi (1828. Ergänz. Bl. 45. p. 347), ubi **τὸ καταρρωδῆσαι** tanquam obiectum remotius, quod aiunt, cogitari vult, cui, si quid addendum, mente addi posse **αὐτὸν** putat, ita ut orationis naturalis haec sit structura: **Ἀρταβάζου δὲ θ. καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην, τὸ καὶ αὐτὸν καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους.** Nam **θῶυμα ποιεῖσθαι** idem fere valet atque **θαυμάζειν** (conf. supra allata ad I, 68. IV, 87. VIII, 74) eandemque fere inde etiam assumit structuram cum genitivo personae et accusativo rei, monstrante censore l. l. Itaque haec loci sententia: *Artabazum vero vel magis miratus sum, quod etiam Lacedaemonios pertimuit* atque *timore perculsus ignavissimam tulit sententiam* etc. Respicit enim ad sententiam Artabazi supra IX, 41 enuntiatam. De locutione **ἀποδέξασθαι γνώμην** vid. allata ad I, 170. Ad verbum **ἀναζεύξαντες** conf. nott. ad IX, 41 et ad verbum **πολιορκησομένους** (i. e. *obsidionem passuros*) nott. ad V, 34. Idem infra IX, 97.

τὴν ἔτι πρὸς ἐμεῦ βασιλεὺς πεύσεται] scil. **γνώμην**. *Quam Artabazi* (viri alioqui fortissimi) *sententiam* (turpissimam atque indignissimam) *rex a me* (reverso in Persidem) *accipiet s. audiet.* — Verba **ἐπιτρεπτέα ἐστὶ** excitavit Matth. Gr. Gr. §. 555. Sensus est: *nunc vero illis non permittendum est, ut haec faciant* (scil. nos effugiant), *sed persequi illos oportet.*

κας. Ταῦτα εἴπας ἦγε τοὺς Πέρσας δρόμῳ, διαβάντας τὸν 59 Ἀσωπὸν, κατὰ στίβον τῶν Ἑλλήνων, ὡς δὴ ἀποδιδρησκόντων· ἐπεῖχέ τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους· Ἀθηναίους γὰρ τραπομένους ἐς τὸ πεδίον ὑπὸ τῶν ὄχθων οὐ κατώρα. Πέρσας δὲ ὁρέοντες ὡρμημένους διώκειν τοὺς Ἕλληνας οἱ λοιποὶ τῶν βαρβαρικῶν τελέων ἄρχοντες αὐτίκα πάντες ἤειραν τὰ σημήϊα, καὶ ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες οὔτε τάξι. καὶ οὗτοι μὲν βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήϊσαν, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας.

Cap. LIX.

κατὰ στίβον] Conf. IV, 122 ibique nott. et ad sequens ὡς δὲ Matth. Gr. Gr. §. 603. Herod. I. 66 nott. ad Herod. VII, 211 et V, 20. Hartung: Lehre v. d. Griech. Partik. I. p. 288. In verbis quae sequuntur: ἐπεῖχέ τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους κ. τ. λ. Schweighaeuserus (Lexic. Herodot. I. p. 240) verbum ἐπεῖχε accipi vult: *in oculis habuit* (solos Lacedaemonios et Tegeatas), adversus hos solos *tentendit*, *sese direxit*, adeo ut loci sententia haec sit: *adversus Lacedaemonios et Tegeatas solos se direxit* s. *animum attendit; namque Athenienses in planitiem conversos prae clivis* (s. obstantibus clivis) *non conspexerat.* Ac sane in Euripidis loco Heraclid. 847 (λαβὼν δὲ χερσὶν ἡνίας Εὐρυσθέως πώλοις ἐπεῖχε) vulgo ἐπεῖχε accipiunt *direxit* atque hunc ipsum Herodoti locum afferunt, in quo tamen haud scio an ἐπεῖχε eo significatu accipi possit, quo Noster aliis locis (VI, 96. I, 80, ubi vid. nott.) hoc verbum adhibuit indicaturus: *in animo habere*, *cogitare*, *secum constituere animo;* tum vero mente addendum ex antecedentibus erit: ἄγειν τοὺς Πέρσας. Quod vero Herodotus addit, obstantibus clivis Athenienses a Persa conspici haud potuisse, id verum prorsus videri regionem ipsam invisenti et inspicienti monet L. Ross in: Morgenblatt 1835. nr. 157. pag. 626. De voce ὄχθος cf. IX, 25 ibique nott.

ὡρμημένους διώκειν] De infinitivi huius usu agit Matth. Gr. Gr. §. 532. Tu vid. mox IX, 61 et allata ad VII, 4. In seqq. pro vulg. ἦραν Bredovium secutus pag. 193 scripsi ἤειραν, quod idem recepit Dietsch. Quod additum est τὰ σημήϊα, ad *signa militaria* pertinere, indicant similia, quae exstant apud Thucydidem I, 49 (ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἑκατέροις ἤρθη) et 63. IV, 42. 111. VII, 34. VIII, 95, apud Xenophontem (Cyropaed. VII, 1. 23), alios. Ac plura de verbo αἴρειν, quod de quavis terrestri profectione adhibetur, vid. in Thesauro Ling. Graec. I. pag. 1048 coll. 1044 ed. Dindorf. Locutionem ὡς ποδῶν εἶχον attigi ad III, 16. Ad seqq. οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες conf. VIII, 60. §. 3 ibique nott.

βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ] i. e. *cum clamore ac tumultu.* De dativi usu vide sis Matth. Gr. Gr. §. 400, 1 coll. §. 405. not. 2. Ad locutionem faciunt, quae ad VII, 211. III, 79 attuli similia. Atque Homerico more *inconditum clamorem et turbam* hic indicari observarat Wesselingius comparans Ili. XI, 460. Plutarchus in Vit. Aristid. 17. pag. 329 A. sic dedit Herodotea procul dubio exprimens: ἐπεφέρετο τοῖς Λακεδαιμονίοις βοῇ πολλῇ καὶ πατάγῳ τῶν βαρβάρων, ὡς οὐ μάχης ἐσομένης, ἀλλὰ φεύγοντας ἀναρπασομένων τοὺς Ἕλληνας. Itaque haud necesse ὁμίλῳ accipere pro ὁμιλαδὸν (ut in Apollon. Rhod. IV, 81 coll. Homer. Ili. II, 93) aut commutare in κόμπῳ, quod olim in mentem venerat Valckenario. Proverbialem sibi videri locutionem scribens Matthiaeus pro-

60 *Παυσανίης δὲ, ὡς προσέκειτο ἡ ἵππος, πέμψας πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἱππέα, λέγει τάδε· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου, ἐλευθέρην εἶναι ἢ δεδουλωμένην τὴν Ἑλλάδα, προδεδόμεθα ὑπὸ τῶν συμμάχων, ἡμεῖς τε οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ὑμεῖς οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα διαδράντων. νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν· ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους. εἰ μέν νυν ἐς ὑμέας ὥρμησε ἀρχὴν ἡ ἵππος, χρῆν δὴ ἡμέας τε καὶ τοὺς μετ' ἡμέων τὴν Ἑλλάδα οὐ προδιδόντας Τεγεήτας, βοηθέειν ὑμῖν· νῦν δὲ, ἐς ἡμέας γὰρ ἅπασα κεχώρηκε, δίκαιοί ἐστε ὑμεῖς πρὸς τὴν πιεζομένην μάλιστα τῶν μοιρέων ἀμυνέοντες ἰέναι. Εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάβηκε ἀδύνατόν τι βοηθέειν, ὑμεῖς δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες χάριν*

prie valere contendit: *cum omnibus copiis in unum collectis*, comparans III, 127. Haud sane equidem intelligo.

ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας] i. e. *tanquam primo impetu* (i. e. facile) *Graecos abrepturi* s. *oppressuri*. Bene *Valckenarius*: „Supra VIII, 28 Thessali dicuntur *ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας*. Urbs uno velut impetu capta frequenter dicitur *ἀναρπασθῆναι*.“ Tu conf. ibi allata.

Cap. LX.

ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα διαδράντων] Vid. supra cap. 58, ubi haec verba attigimus. In verbis proxime sequentibus: *νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν*, vix opus erit monere cum Struvio (Opusc. selectt. II. p. 215) alterum *τὸ* (ante *ποιητέον*) esse pronomen relativum. De verbo *δέδοκται* vid. infra IX, 87 et cf. nott. ad VI, 109. VIII, 110 ibique nott.

ἀμυνομένους γὰρ — ἀλλήλους] Matth. Gr. Gr. §. 634, 2 ad haec verba e praegressis assumi vult *δέδοκται*, idemque §. 546 ad eam vim explicandam, quae inest in infinitivo *περιστέλλειν*, ex antecedenti *ποιητέον* mente repeti vult *δεῖ*, quod ipsum illo verbali contineatur; tu vid. Plat. de republ. I, 16. p. 343 D. ibique Stallbaum. Verbum *περιστέλλειν* *tuendi*, *protegendi* notione exstat III, 82. IV, 80, ubi conf. nott. Unde haec fere loci enascitur sententia: „*Nunc igitur decretum est, quid nobis sit faciundum; namque succurrentes, qua optime possumus, invicem nosmet tueri ipsos oportet.*“ Schweighaeuserus sic ea reddiderat: *nempe pugnare oportet quam fortissime possumus et mutuo nobis succurrere.* — Quae proxime sequuntur verba: *εἰ μὲν νυν ἐς ὑμέας ὥρμησε ἀρχὴν ἡ ἵππος*, valent: *si igitur in vos irruisset initio* (s. primos) *equitatus; ὁρμᾶν* intransitive dicitur de equitibus irruentibus, ut apud Xenophont. in Hipparch. IV, 14. VIII, 23 aliisque locis plurimis in Thesauro Ling. Graec. V. p. 2206 ed. Dindorf. allatis. Ad vocem *ἀρχὴν* vid. allata ad VIII, 128. — Ad locutionem *δίκαιοί ἐστε* (i. e. *par est, oportet vos* etc.) conf. allata ad VIII, 137 et ad verbum *πιέζειν* nott. ad VIII, 142.

εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς — βοηθέειν] i. e. *si quid vero vos detinet, quo minus fieri nequeat, ut nobis succurratis*, sive, ut Schweighaeuserus interpretatur: *Sin vos ipsi occupati estis, ut succurrere nobis non possitis.* De verbo *καταλελάβηκε* notavi ad III, 42 et cf. infra IX, 92 fin. Vim particularum *εἰ ἄρα*, de qua conf. etiam

θέσθε. συνοίδαμεν δὲ ὑμῖν ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν. Ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἐπύθοντο, ὡρμέατο βοηθέειν καὶ τὰ 61
μάλιστα ἐπαμύνειν. καί σφι ἤδη στείχουσι ἐπιτίθενται οἱ ἀντιταχθέντες Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλέος γενομένων, ὥστε μηκέτι δύνασθαι βοηθῆσαι· τὸ γὰρ προσκείμενόν σφεας ἐλύπεε. Οὕτω δὴ μουνωθέντες Λακεδαιμόνιοι καὶ Τεγεῆται (ἐόντες σὺν ψιλοῖσι ἀριθμὸν οἱ μὲν πεντακισμύριοι, Τεγεῆται δὲ τρισ-

VII, 10. §. 8, exposuit Hartung: Lehre v. d. Griech. Partik. I. p. 440, ubi reddi vult: *wenn allenfalls, wenn, was man nicht wissen kann.* — Quae continuo sequuntur: ὑμεῖς δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες χάριν θέσθε, ita reddam: *vos sane hoc nobis gratificamini, ut sagittarios nobis dimittatis auxilio.* Ubi participii ἀποπέμψαντες similis fere est ratio atque V, 24 (ubi vid. nott.) in verbis εὖ ἐποίησας ἀπικόμενος. De vocula δὲ in apodosi post ὑμεῖς posita vid. modo VIII, 40 ibique nott. IX, 6 et mox cap. 63. *Sagittarios* vero Atheniensium quod sibi auxilio mitti vult Pausanias, recte monuit Koechly (in Dissertat. de Nonni Dionyss. libro XXXIX. Turici 1855. p. 17) Athenienses fere solos ex omnibus Graecis sagittandi arti operam dedisse militesque sagittarios civium ex numero praebuisse, qui magnum momentum in aliis quoque proeliis belli Peloponnesiaci attulerint: ad ea, quae in Plataeensi pugna praestiterint hi sagittarii, respicere videtur, recte monente eodem viro docto, Simonides in Epigrammate Antholog. Palat. VI, 2 (nr. 145. p. 915 Bergk. nr. 200 Schneidew.). — De locutione χάριν τίθεσθαι (*gratiam sibi inire* s. *collocare apud aliquem*) conf. modo IX, 107. Haud aliter χάριν κατατίθεσθαι, de quo diximus ad VI, 41; add. Wesseling. ad Diodor. Sic. IV, 1. XV, 91. Conf. etiam κλέος καταθέσθαι IX, 78 ibique laudata.

συνοίδαμεν] Hanc formam aeque atque οἴδαμεν VII, 214 (ubi vid. nott.), quam suspectam habent Dindorf et Mehler, equidem hoc quoque loco intactam relinquere malui; de structura huius verbi cum participio consulatur Matthiae Gr. Gr. §. 548, 2. Ad verba ὑπὸ τὸν πόλεμον (i. e. *sub ipsum hoc bellum* s. *huius ipsius belli tempore*) conf. modo IX, 58, ubi ὑπὸ νύκτα. Plura Fischer ad Weller. III, 2. pag. 278. — In fine cap. ad ἐσακούειν suppl. ἡμῖν. Est enim sensus: *ut in hoc etiam nobis morem gerant.* Conf. IX, 9. IV, 133. VI, 86. I, 214.

CAP. LXI.

ὡρμέατο] Conf. de imperfecti huius forma Bredov. pag. 330 et VIII, 25. 35. 109. IX, 102 et de ipsa verbi significatione nott. ad VII, 4. In seqq. verbis: τὸ γὰρ προσκείμενόν σφεας ἐλύπεε, quae Schweighaeuserus haud male reddidit: „*ipsi ab adgredientibus infestati*“, male olim in Aldina legebatur προκείμενον, quod ab hoc loco alienum et scriptorum librorum in προσκείμενον fere consentientium auctoritate destitutum reiecimus. Intelligitur autem ea exercitus Persici pars, quae (in Athenienses) instabat eosque ex adverso aggrediebatur. Idem verbum supra IX, 40. 57. 60. Participii, quod substantivi fere vim hoc loco obtinet, admonuit Matthiae Gr. Gr. §. 445, 5. Infra IX, 63 τὸ περὶ ἐκεῖνον τεταγμένον.

ἐόντες σὺν ψιλοῖσι ἀριθμὸν] Bene *Schweighaeuserus:* „Huic numero ita ratio constat, coll. c. 29 seq.

Spartani	5000
Helotae	35000
Reliqui Lacedaemonii . .	5000
Levis armatura his attributa	5000
	50000.“

χίλιοι· οὗτοι γὰρ οὐδαμὰ ἀπεσχίζοντο ἀπὸ Λακεδαιμονίων) ἐσφαγιάζοντο, ὡς συμβαλέοντες Μαρδονίῳ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ παρεούσῃ. καὶ οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστά, ἔπιπτόν τε αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλοί, καὶ πολλῷ πλεῦνες ἐτρωματίζοντο· φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι ἀπίεσαν 721
τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως οὕτω, ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων καὶ τῶν σφαγίων οὐ γινομένων ἀποβλέψαντα τὸν Παυσανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων ἐπικαλέσασθαι τὴν θεόν, χρηΐζοντα μηδαμῶς σφέας ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος.

In seqq. ad vocem *σφάγια* conf. allata ad IX, 41.

φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα] i. e. *constipantes, dense iungentes scuta e vimine confecta*, quod idem IX, 99 sic effertur: *συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι*, i. e. *contulerunt, constiparunt scuta, quae pro muro s. septo ipsis essent, vallum e clipeis congerebant*, coll. IX, 102. Schweighaeuserus in Lex. Herod. (II. p. 361) comparaverat Homer. Ili. XIII, 130 *φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ.* Nec aliter haec de *scutorum congerie* Graecis ingruentibus obiecta intelligi voluit Wesseling. citans Plutarch. Vit. Aristid. 18. pag. 329 F, ubi legimus: *καὶ προθέμενοι πολλὰ τῶν γέρρων ἐτόξευον τοὺς Λακεδαιμονίους κ. τ. λ.* Negris peculiare pugnae genus apud Persas hic intelligi putat, ex quo (malim enim ipsa eius verba proferre) *ἀραδίαζαν πρὸς ἑαυτῶν τὰ γέρρα, σχηματίζοντες οὕτω τεῖχός τι καὶ μὴ κρατοῦντες αὐτὰ παντελῶς ταῖς χερσί.* Layard (Niniveh etc. II. p. 345 seq.) hunc scutorum constipandorum morem Assyriis sculpturis illustrari observat, in quibus tale scutum, quod virum totum obtegit, tenetur ab altero milite illum tutaturo. Herodotea respicit Harpocrat. s. v. *γέρρα* itemque Suidas s. v. I. pag. 477. Et vide quoque nott. ad VII, 61 de voce *γέρρα*. Addam h. l. Gailii verba (Le philol. V. pag. 231 seq. 240 seq.), ubi gerrha fuisse scribit: des tissus ou d'osier ou de cordes entrelaçées, couverts de cuir et de différentes formes, que les Perses en faisoient une sorte de palisade; qu'on les fichoit en terre et qu'on les retiroit avec facilité, que cette manoeuvre militaire se répétoit à plusieurs reprises et à des distances de temps assez rapprochées." Inde idem nostrum locum sic Gallice expressit: *s'étant fait une sorte de palisade de leurs gerrhes, former une palisade de gerrhes.* Atque hunc in modum accipit quoque Herodoti verba Koechly: Griechisch. Kriegswesen pag. 67, ita scribens: „das persische Fussvolk pflanzte seine Flechtschilde vor der Fronte auf, wahrscheinlich mittelst der kurzen Spiesse, die es führte, und begann alsbald hinter dieser Pallisade hervor die Lacedaemonier mit einem Hagel von Pfeilen zu überschütten." — In seqq. ad voculam *οὕτω* postpositam cf. quae attuli ad IV, 3.

τῶν σφαγίων οὐ γινομένων] De hac locutione vid. nott. ad VII, 134. IX, 41. 62. Itaque iure mireris, unde vocem *χρηστῶν*, qua hic optime carebit oratio, arripuerit Galeus. Citant Taylor. ad Lysiam p. 33 s. 62 Reisk. De *Heraeo* vid. IX, 52 ibique nott. Pertinet autem ad ea, quae hoc loco narrantur, quam maxime Plutarchi locus in Vit. Aristid. 18 init., ubi haec leguntur: *δυσφορῶν οὖν ὁ Παυσανίας τοῖς παροῦσιν, ἄλλα τοῦ μάντεως ἐπ' ἄλλοις ἱερεῖα καταβάλλοντος, τρέπεται πρὸς τὸ Ἡραῖον τῇ ὄψει δεδακρυμένος καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ καὶ θεοῖς ἄλλοις, οἳ Πλαταιΐδα γῆν ἔχουσιν,*

62 Ταῦτα δ' ἔτι τούτου ἐπικαλευμένου προεξαναστάντες πρότεροι οἱ Τεγεῆται ἐχώρεον ἐς τοὺς βαρβάρους. καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν Πανσανίεω ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο, ἐχώρεον καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς Πέρσας, καὶ οἱ Πέρσαι ἀντίοι, τὰ τόξα μετέντες. Ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη. ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε, ἤδη ἐγίνετο μάχη ἰσχυρὴ παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον καὶ χρόνον ἐπὶ πολλὸν, ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν· τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων οἱ βάρβαροι. λήματι μέν νυν

εἰ μὴ πέπρωται τοῖς Ἕλλησι νικᾶν, ἀλλὰ δράσαντάς γέ τι παθεῖν καὶ δείξαντας ἔργῳ τοῖς πολεμίοις, ὡς ἐπ' ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ μάχεσθαι μεμαθηκότας ἐστράτευσαν. Unde differunt, quae apud Platonem leguntur in Lachet. 17. p. 191 C: Λακεδαιμονίους γάρ φασιν ἐν Πλαταιαῖς, ἐπειδὴ πρὸς τοῖς γερροφόροις ἐγένοντο, οὐκ ἐθέλειν μένοντας πρὸς αὐτοὺς μάχεσθαι, ἀλλὰ φεύγειν· ἐπειδὴ δ' ἐλύθησαν αἱ τάξεις τῶν Περσῶν, ἀναστρεφομένους ὥσπερ ἱππέας μάχεσθαι καὶ οὕτω νικῆσαι τὴν ἐκεῖ μάχην.

Cap. LXII.

προεξαναστάντες πρότεροι] In aliis codd. exstat πρότερον, de quo conferri volunt Davis. ad Maxim. Tyr. pag. 507. Tu vid., quae ipsi ad VI, 96 attulimus, quamquam hoc nostro loco praestare videtur πρότεροι, quippe longe significantius: quod vero additur participio προεξαναστάντες, de hoc loquendi genere conf. quae similia allata sunt ad III, 16. — In verbis seqq. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο Valckenar. (ad Euripid. Phoeniss. 313) cum Larchero dativum χρόνῳ interpretatur *tandem*. At proprie valet: *tempore aliquo praeterlapso*. Tu vid. nott. ad III, 13. Ad argumentum conf. Plutarch. Vit. Aristid. 18 init., qui haec habet: ταῦτα τοῦ Πανσανίου θεοκλυτοῦντος ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον κ. τ. λ.

ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη] Articulum ἡ ante μάχην cum recte, praeeunte Schaef., delevisset Schweigh., quem etiam reliqui edd. secuti sunt, postea eum restitutum vult, pro ἐγίνετο commodius legi posse ratus ἐγένετο. Gailius (Le philolog. V. pag. 215 coll. IV. pag. 371) haec ita Gallice reddit: *le combat se donna d'abord à la palissade des gerrhes* (boucliers), idemque etiam proxime antecedentia: τὰ τόξα μετέντες ita reddi vult (l. l. V. pag. 232 seq.): *rejetant leurs arcs derrière eux, post terga.* Est autem, si quid video, haec scriptoris sententia: Persas obviam ivisse, *omissis* s. *sepositis* arcubus, cum scil. gladiis atque hastis nunc uterentur. Nec aliter intellexit Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. pag. 104. — ἐχώρεον ἐπὶ τοὺς Πέρσας reddit O. Ch. Kellermann. (De re militari Arcadum. Monach. 1831. pag. 63) *incedebant* adversus hostem eoque verbo graviorem illum hoplitarum incessum indicari putat.

τὸ Δημήτριον] Vid. IX, 57 et ad verba seqq. χρόνον ἐπὶ πολλὸν conf. allata ad IX, 22. De voce ὠθισμὸς conf. nott. ad VII, 225.

τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων] Bene Schweighaeuserus: *etenim Persae hastas Graecorum* (quae nempe suis longiores erant) *manibus prehensas fregerunt.* Forma κατέκλων, quam omnes libri afferunt, auctore Bredovio pag. 389 seq. in solutam formam mutanda est: equidem propter ea ipsa, quae collecta praebuit Bredovius, in vulgata acquiescere malui, Herodotum in hoc verbo, ut in tot aliis, contractâ formâ aeque uti existimans. — Ad

καὶ ῥώμῃ οὐκ ἕσσονες ἦσαν οἱ Πέρσαι· ἄνοπλοι δὲ ἐόντες καὶ πρὸς ἀνεπιστήμονες ἦσαν, καὶ οὐκ ὅμοιοι τοῖσι ἐναντίοισι σοφίην. προεξαΐσσοντες δὲ κατ' ἕνα καὶ δέκα, καὶ πλεῦνές τε καὶ ἐλάσσονες συστρεφόμενοι, ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Σπαρτιήτας καὶ διεφθείροντο.
63 Τῇ δὲ ἐτύγχανε αὐτὸς ἐὼν Μαρδόνιος, ἀπ' ἵππου τε μαχόμενος λευκοῦ, ἔχων τε περὶ ἑωυτὸν λογάδας Περσέων τοὺς ἀρίστους χιλίους, ταύτῃ δὲ καὶ μάλιστα τοὺς ἐναντίους ἐπίεσαν. ὅσον μέν νυν χρόνον Μαρδόνιος περιῆν, οἱ δὲ ἀντεῖχον καὶ ἀμυνόμενοι κατέβαλλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμο-

seqq. conf. Pseudo-Plutarch. II. pag. 874 A. et de voce λῆμα nott. ad V, 72.

ἄνοπλοι δὲ ἐόντες] ἄνοπλοι male reddunt *inermes* aut *malarmés*, quod Gallo interpreti Miot placuit, ut scil. arma habuerint ad usum minus commoda. De quo tamen vereor ut Herodotus cogitarit; sunt enim ἄνοπλοι *leviter armati* s. *clipeis nudati;* unde IX, 63 fin. γυμνῆτες, qui pugnam instituunt πρὸς τοὺς ὁπλίτας. Tu vid. quae supra attulimus ad IX, 30. Ad καὶ πρὸς vid. I, 165 ibique nott. V, 20. VII, 154—184. V, 67; πρὸς δὲ VIII, 51. I, 41 (ibique nott.). II, 12. Grote: History of Greece V. pag. 239 Herodoti verba haec afferens cum Herodoti narratione conferri vult Livii narrationem XXXII, 17 de Romanorum pugna in Macedonum phalangem irruentium adeoque etiam illam pugnam, quam Helveti anno 1386 cum Austriacis prope Sempacum gesserunt, ubi insigne facinus exstitit Arnoldi a Winkelried: ignorabat nimirum vir doctus, nuper admodum exstitisse, qui quae de hoc Arnoldo a Winkelried traduntur, ea ad fabulas postea excogitatas referret, critici viri famam inde quaesiturus! Nostra enim aetate eo perventum est, ut istiusmodi tentaminibus artis criticae famam aucupentur! Ad Herodotum ut redeam, mihi haec non prorsus convenire videntur. In hac enim pugna Plataeensi Persae clipeis cum destituti essent nec in loricis, quibus ob Herodot. VII, 61 eos indutos credam, multum haberent auxilii, Lacedaemoniis, qua erant illi dexteritate gladiique tractandi peritia, resistere eorumque ictus evitare haud potuerunt. Ad hanc enim dexteritatem vocem σοφίην, de qua conf. nott. ad V, 18, refero cum Schweighaeusero, qui mox bene tuetur ἐναντίοισι, a Schaefero e duobus codd. mutatum in ἀντίοισι, quod ipsum hoc sensu, quo *hostes*, *adversarios* designat, nec ab Herodoto nec ab ullo alio scriptore poni putem. — In seqq. προεξαΐσσοντες dicuntur *ante reliquam aciem proruentes*, *subito procurrentes*. Eodem verbo utitur Thucydides VIII, 25, qui etiam dixit προεξιέναι (III, 1. VII, 74) et προεξάγειν (VII, 6. 37. 70). Herodotus initio huius capitis dixit προεξαναστάντες, itemque VIII, 59 προεξανιστάμενοι. Ad sequens συστρεφόμενοι cf. VI, 61 ibique nott.

Cap. LXIII.

ἀπ' ἵππου] Ad locutionem conf. I, 79 ibique nott. *Mille Persarum selecti* haud scio an iidem sint, quorum mentio VII, 40. Mox e Florentino aliisque reposui ταύτῃ δὲ pro ταύτῃ δή, quod cum Schaefero tenet Matth. Sed vid. IX, 60 fin.: εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς — ὑμεῖς δ' ἡμῖν κ. τ. λ. IX, 48 fin. 85. VIII, 22 et quae alia attulit Werfer in Actt. phill. Monacc. I. pag. 93. 96, ubi de duplicata particula δὲ in altera periodi parte disserit. Qui idem l. l. pag. 97 etiam excitat, quae continuo apud Herodotum leguntur: ὅσον μὲν νυν χρόνον — οἱ δὲ ἀντεῖχον. Tu vid. modo ad IX, 60 excitata.

νίων· ὡς δὲ Μαρδόνιος ἀπέθανε, καὶ τὸ περὶ ἐκεῖνον τεταγμέ-
νον, ἐὸν ἰσχυρότατον, ἔπεσε, οὕτω δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐτράποντο
καὶ εἶξαν τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. πλεῖστον γάρ σφεας ἐδηλέετο
ἡ ἐσθής, ἐρῆμος ἐοῦσα ὅπλων. πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυ-
μνῆτες ἀγῶνα ἐποιεῦντο. Ἐνθαῦτα ἥ τε δίκη τοῦ φόνου τοῦ 64
Λεωνίδεω κατὰ τὸ χρηστήριον τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐκ Μαρδο-
νίου ἐπιτελέετο· καὶ νίκην ἀναιρέεται καλλίστην ἁπασέων τῶν
ἡμεῖς ἴδμεν Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ Ἀναξανδρίδεω.
τῶν δὲ κατύπερθέ οἱ προγόνων τὰ οὐνόματα εἴρηται ἐς Λεω-
νίδην· ὡυτοὶ γάρ σφι τυγχάνουσι ἐόντες. Ἀποθνήσκει δὲ
Μαρδόνιος ὑπὸ Ἀειμνήστου, ἀνδρὸς ἐν Σπάρτῃ λογίμου, ὃς
722 χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ Μηδικὰ ἔχων ἄνδρας τριηκοσίους συν-

Ad loci argumentum conf. Plut. Vit. Aristid. 18.

τὸ περὶ ἐκεῖνον τεταγμένον] Vid. IX, 61 et ad voculas *οὕτω δὴ* in seqq. nott. ad IX, 6. — Seqq. *πλεῖστον γάρ σφεας κ. τ. λ.* attigit Pseudo-Plutarch. II. p. 874. Larcherus hîc cogitandum esse censet de longitudine vestimenti Persarum, quale postea quoque fuerit Parthis. Sed vereor ut hoc admittant Herodoti verba. Vocem *ὅπλων* ad *clipeos* refero: cf. nott. ad IX, 30 et 62.

Cap. LXIV.

ἥ τε δίκη τοῦ φόνου] Vid. VIII, 114. — Ad locutionem *νίκην ἀναιρέεσθαι* conf. allata ad VI, 70 et add. Plut. Themistocl. 15 (*ἀράμενοι νίκην*), ubi Sintenis praeter nostrum locum bene affert Homerica nemini non nota *κῦδος*, *κλέος*, *τιμὴν ἀρέσθαι*. De ipso loci argumento confer sis Plutarch. Compar. Aristid. et Cat. 2. pag. 353 D., ubi Plutarchus inter alia scribit: *ἐν δὲ Πλαταιαῖς φησὶν Ἡρόδοτος ἀνελέσθαι καλλίστην νίκην Παυσανίαν*, ad hunc Herodoti locum aperte respiciens.

τῶν δὲ κατύπερθέ οἱ προγόνων τὰ οὐνόματα εἴρηται ἐς Λεωνίδην] Spectant haec ad eam, quam VII, 204 Noster profert seriem maiorum Leonidae.

ὑπὸ Ἀειμνήστου] Ita in plerisque codd. (Mediceo, Florentino, aliis) scriptum exstat idque etiam unum verum videtur Wesselingio Diss. Herod. VI fin. pag. 61. 62: *viri perpetuae memoriae nomen.* Sancrofti liber cum alio dat *Ἀριμνήστου*, quod idem exhibent Valla et Plutarch. Vit. Aristid. 19 init. (ubi pluribus de hoc nomine disputavit Sintenis pag. 34 seq.) coll. Pseudo-Plut. II. p. 873 D. Atque recepit hoc Dietschius; equidem cum reliquis edd. Wesselingium sequi malui, cum, qui exhibent *Ἀριμνήστον*, hunc Laconem confudisse videantur cum Plataeensium duce, qui vocatur *Ἀρίμνηστος* IX, 72 in Mediceo, Florentino, aliis; tu vid. ibi nott. et confer. Osann: Syllog. Inscriptt. pag. 242. 397.

χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ Μηδικὰ] Plenum utique dicendi genus Nostro haud infrequens, ut vidimus ad III, 36. VII, 33. V, 21 coll. II, 154. IV, 166. Infra IX, 75 *χρόνῳ ὕστερον τούτων*. IX, 83 *ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετὰ ταῦτα*, nec prorsus alienum IX, 84 *ἔπειτεν — δευτέρῃ ἡμέρῃ*. Quod h. l. memoratur proelium, id ad tertium pertinuit bellum Messeniacum, de quo notavimus nonnulla ad IX, 35. *Stenyclerum*, priscam regum Messeniae sedem, memorat Pausan. IV, 3. §. 4, itemque *campum Stenyclericum* IV, 33. §. 5. IV, 16. §. 4, ubi vid. Siebelis. pag. 128. 163. Sita fuit urbs teste Strabone VIII. pag. 361 s. p. 555 A. in media Messenia ad montium declivitates

ἔβαλε ἐν Στενυκλήρῳ, πολέμου ἐόντος, Μεσσηνίοισι πᾶσι·
65 *καὶ αὐτός τε ἀπέθανε καὶ οἱ τριηκόσιοι. Ἐν δὲ Πλαταιῇσι οἱ*
Πέρσαι ὡς ἐτράποντο ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, ἔφευγον οὐδένα
κόσμον ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἑωυτῶν καὶ ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλι-
νον, τὸ ἐποιήσαντο ἐν μοίρῃ τῇ Θηβαΐδι. Θῶυμα δέ μοι ὅκως
παρὰ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος μαχομένων οὐδὲ εἷς ἐφάνη τῶν
Περσέων οὔτε ἐσελθὼν ἐς τὸ τέμενος οὔτε ἐναποθανών, περί
τε τὸ ἱρὸν οἱ πλεῖστοι ἐν τῷ βεβήλῳ ἔπεσον. δοκέω δέ, εἴ τι
περὶ τῶν θείων πρηγμάτων δοκέειν δεῖ, ἡ θεὸς αὐτή σφεας
οὐκ ἐδέξατο, ἐμπρήσαντας τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον.
Αὕτη μέν νυν ἡ μάχη ἐπὶ τοσοῦτο ἐγένετο.

meridiem versus ab Andania; vid. Leake: Travels in Morea I. p. 479, Curtius: Peloponnes. II. pag. 136. 190; unde campum Stenyclericum ponunt inter *Mavromati* et *Khan of Sakona.*

CAP. LXV.

ὡς ἐτράποντο] i. e. *in fugam ubi conversi sunt.* Verbum *ἐτράποντο* pro aoristo medii haberi vult Eltz. (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. pag. 122); equidem cum Bredovio p. 350 pro imperfecto passivi habere malim atque eum in modum interpretatus sum. Lectionem *ἐτράποντο* optimi quique libri scripti afferunt; olim male *ἐτράπησαν.*

οὐδένα κόσμον] Conf. allata ad VIII, 60. §. 3. Infra IX, 66: *τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο.* De *muro ligneo* vid. IX, 15 coll. 70 et de *Cereris* templo IX, 57. 62.

περί τε τὸ ἱρὸν οἱ πλεῖστοι] Ita e cod. Florentino cum recentt. edd. dedimus. Vulgatum *περὶ τὸ ἱρόν, οἱ δὲ πλεῖστοι* retinuerunt Schaeferus et Matth. At iunguntur hoc loco *οὐδὲ εἷς — τε,* cuius simile quid reperimus VI, 9 coll. nott. ad VI, 1. Gailius (Le philol. IV. pag. 289 seq.) *περὶ τὸ ἱρὸν* intelligit: *dans l'étendue de l' Hieron.* — Ex eodem Florentino mox dedi *ἐδέξατο* pro *ἐδέκετο,* quod post Schaeferum retinuerunt Matth., Bekkerus et recc. edd.

τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον] Vulgo *ἀνάκτορον,* quae sane usitata est forma, quam h. l. Mediceus et Florentinus liber cum aliis praebet. E Sancrofti libro aliisque Schweigh. cum Gaisf. recepit *ἀνακτόριον,* quae forma adiectivi etiam nititur auctoritate Suidae (I. p. 167 s. v. *ἄνακτες*) et Hesychii T. I. p. 329, ita ut additum substantivum *τὸ ἱρὸν* minime, ut Valckenario visum erat, supervacuum haberi indeque eiici debeat, tanquam e marginali glossa adscitum. Contra Bredovio pag. 30. 31 *ἀνάκτορον* ex interpretamento illatum videtur indeque expellendum vel, quod fecit Dietsch., uncis includendum, cum Herodotus nusquam alibi de Cereris templo dicens (VI, 75. VIII, 65. IX, 62. 67. 97. 101) illud *ἀνάκτορον* addiderit ipsaque verborum collocatio nomen *ἀνάκτορον* male additum esse arguat. Mihi neque *τὸ ἱρόν,* neque *ἀνάκτορον* iustam suspicionis causam praebet: neque enim intelligo, cur *τὸ ἱρόν,* quod in talibus haud raro addi solet, hoc loco suspectum habeatur, neque me offendit *ἀνάκτορον* additum non sine vi quadam, quod maxime sacram totius templi partem declarat sive adytum, ut recte intellexit Lobeck. in Aglaophamo pag. 60; add. C. Fr. Hermann: Gottesdienstl. Alterthüm. d. Griech. §. 55. not. 19. Ac nemo nescit, *τὸ ἀνάκτορον* s. *τὸ ἀνακτόριον ἱερὸν* sive etiam *τὸ ἀνάκειον* (cf. Hemsterhus. et Solan. ad Lucian. Tim. 23. p. 387. T. I. Bip.) templum Cereris Eleusiniae vocari

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος αὐτίκα τε οὐκ ἠρέσκετο κατ' 66
ἀρχὰς λειπομένου Μαρδονίου ἀπὸ βασιλέος, καὶ τότε πολλὰ ἀπαγορεύων οὐδὲν ἤνυε, συμβάλλειν οὐκ ἐῶν· ἐποίησέ τε αὐτὸς τοιάδε, ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖσι πρήγμασι τοῖσι ἐκ Μαρδονίου ποιευμένοισι. τῶν ἐστρατήγεε ὁ Ἀρτάβαζος (εἶχε δὲ δύναμιν οὐκ ὀλίγην, ἀλλὰ καὶ ἐς τέσσερας μυριάδας ἀνθρώπων περὶ ἑωυτόν), τούτους, ὅκως συμβολὴ ἐγίνετο, εὖ ἐξεπιστάμενος τὰ ἔμελλε ἀποβήσεσθαι ἀπὸ τῆς μάχης, ἤϊε κατηρτι-

sua propria ac sollemni appellatione; quamquam etiam de aliorum deorum dearumve templis id vocabulum adhiberi ostendunt Euripidis loci in Andromach. 43. 1157. Iphigen. Taur. 41. 66. Troad. 15. Ion. 55 a Valckenario excitati. De *Cereris templo* vid. Athen. V. pag. 213 D. IV. pag. 168 F. et Creuzer. Symbol. IV. pag. 338 seq. — Caeterum hoc quoque ex loco scriptoris Nostri eminet pietas ac studium rerum divinarum, quo ipso sane ille vulgaribus superstitionibus longe superior exstitit, eamque ipsam puriorem fidem de deo ac divina iustitia, in omnibus rebus humanis conspicua eosque, qui prava agant, prosternente cum vulgi opinionibus bene conciliavit eum in modum, ut animi graviter afficerentur atque ab omni superbia et quae inde exoritur impietate retinerentur. Conf. nott. ad VII, 129. 133. 189. VIII, 8. 77. Attigit haec quoque Runge: Herodots Verhältniss zum griechisch. Volksglauben (Hildesheim 1856) pag. 6. Ad ἐπὶ τοσοῦτο conf. nott. ad VII, 11 fin.

Cap. LXVI.

Ἀρτάβαζος δὲ — οὐκ ἠρέσκετο] i. e. *Artabazus non contentus fuerat, Artabazo statim ab initio non placuerat Mardonium relinqui a rege.* Scripsi ἠρέσκετο, quod Florentinus ac Sancrofti liber cum aliis praebebat, pro vulgata ἀρέσκετο, quam merito damnat Bredov. pag. 295; de significatione et structura verbi ἀρέσκεσθαι dixi ad VII, 160 et de Artabazo cf. IX, 41. — In seqq. ad locutionem κατ' ἀρχὰς conf. VII, 88 et ad verba ἀπὸ βασιλέος propter usum praepositionis conf. nott. ad II, 54. VII, 102. Quod sequitur ἀπαγορεύων (*dissuadens*), vix multum differt ab οὐκ ἐῶν, de quo saepius iam monuimus, vid. modo nott. ad V, 36. IX, 2; ad verbum ἀπαγορεύων conf. III, 124. 128. VII, 149.

ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖσι πρήγμασι] De structura vid. nott. ad VII, 160. III, 34 et de usu praepositionis ἐκ in verbis ἐκ Μαρδονίου nott. ad II, 148. VII, 175.

ἤϊε κατηρτισμένος] ἤϊε dabant Mediceus, Florentinus, alii; quod enim in aliis codd. exstat ἦγε, id ex interpretamento fluxisse credam, quo nimirum haberent, ad quod referrent praegressum τούτους, quod cum ad παραγγείλας — ἰέναι πάντας referre difficilius videretur Schweighaeusero, maluit ille referre ad κατηρτισμένος, vereor ut recte: quid enim sibi velit τούτους κατηρτισμένος et quo sensu id accipiendum sit, equidem haud perspicio. Nec magis probo, quod idem Schweighaeuserus in Lexico Herodoteo II. pag. 24 propter Herodoti locum III, 80 (κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη, ubi vid. nott.) hoc etiam loco amplecti vult lectionem Florentini codicis et aliorum quorundam κατηρτημένος, quam sic interpretatur: „*bene composito ordine* id est *apte ordinato exercitu, instructa acie* progressus est." Equidem cum caeteris editoribus et probante Bredovio p. 75 coll. 292, qui κατηρτημένος e mala scriptura ortum vult, retinui κατηρτισμένος idque interpretor: *bene instructus, bene paratus* (conf. de ipso verbo allata ad V, 28.

σμένος, παραγγείλας κατὰ τὠυτὸ ἰέναι πάντας, τῇ ἂν αὐτὸς
ἐξηγέηται, ὅκως ἂν αὐτὸν ὁρέωσι σπουδῆς ἔχοντα. ταῦτα παρ-
αγγείλας ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατόν· προτερέων δὲ
τῆς ὁδοῦ ὥρα καὶ δὴ φεύγοντας τοὺς Πέρσας· οὕτω δὴ οὐκέτι
τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύ-
γων οὔτε ἐς τὸ ξύλινον οὔτε ἐς τὸ Θηβαίων τεῖχος, ἀλλ' ἐς
Φωκέας, ἐθέλων ὡς τάχιστα ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπικέσθαι· 723
67 καὶ δὴ οὗτοι μὲν ταύτῃ ἐτράποντο. Τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων
τῶν μετὰ βασιλέος ἐθελοκακεόντων Βοιωτοὶ Ἀθηναίοισι ἐμα-
χέσαντο χρόνον ἐπὶ συχνόν· οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων,
οὗτοι εἶχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην, μαχόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθε-

106) accusativum τούτους ad παραγγείλας — ἰέναι πάντας commode referri posse existimans in oratione propter multa verba interiecta impeditiore.

κατὰ τὠυτὸ ἰέναι πάντας] Haud male Schweigh.: „*dato imperio, ut, quâ ipse praeiret, sequerentur omnes eodem gradu, quo ipsum vidissent praeeuntem.*“ Ubi praepositionis κατὰ ea, opinor, est potestas, quam IX, 53 animadvertimus. In verbis ὅκως ἂν αὐτὸν ὁρέωσι σπουδῆς ἔχοντα Pavius scribi maluerat σπουδὴν ἔχοντα sic interpretans: *simul ac viderint ipsum magno studio properantem,* cum insolita sit locutio σπουδῆς ἔχειν. Cui Wesselingius opposuit similes locutiones verbum ἔχειν cum genitivo iunctum praebentes, ὡς ποδῶν εἶχον etc. in Aeschyli Suppl. 844. Herod. VI, 116. VIII, 107. Dionys. Halic. A. R. XI. p. 626. Heliodor. Aeth. I. p. 23. [cap. 13] 56. [cap. 30.] Tu conf. nott. ad III, 16 et IX, 59 et Matthiae Gr. Gr. §. 337.

ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατὸν] „*Exercitum ducebat tanquam ad pugnam scilicet*: δῆθεν ponitur ut VI, 1 [ubi cf. citt.] et alibi saepius.“ *Valcken.* Add. IX, 80. 99. Mox pro vulg. προτερεύων cum recentt. edd. scripsi προτερέων, ut IX, 57. De genitivo adiecto τῆς ὁδοῦ conf. Matth. Gr. Gr. §. 338. Ad verba: οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο (i. e. *non amplius eodem ordine suos duxit*) conf. IX, 65 ibique nott. — τροχάζειν (*currere*) eodem modo legitur apud Plutarch. Sympos. II. p. 639 D. Idem verbum frequens apud Xenophontem (Anab. VII, 3, 46. Cyrop. II, 4, 3 etc.), alios, quorum loci excitantur in Thesaur. Ling. Graec. VII. p. 2523 ed. Dindorf. Unde falso tradi in Bekkeri Anecdd. I. p. 114: τροχάζειν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ τρέχειν, satis apparet.

Cap. LXVII.

οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων] „Scilicet maior quidem et potentior pars Thebanorum cum Medis sentiebant faciebantque, nec vero omnes. Cf. IX, 86 et Wesseling. nott. ad IX, 87.“ *Schweigh.* Add. Plutarch. Aristid. 19. p. 330 D. — Ad antecedd. χρόνον ἐπὶ συχνὸν conf. IX, 22 ibique nott. et ad verbum ἐθελοκακεόντων V, 78 ibique nott.

οὗτοι εἶχον] εἶχον cum Schweigh. et Gaisf. dedi pro vulg. ἔχον, quod post Schaefer. etiam Bekkerus retinuit. Idem feci IX, 70. 71 (ubi εἶχε pro ἔχε). 77. 99. 106. 108. 110. 115. 118. Vid. modo Bredov. pag. 303. De pronomine οὗτος sic postposito vid. allata ad IV, 172. Mox e Sancrofti libro cum Bekkero et recentt. edd. edidi μαχόμενοι pro vulg. μαχεόμενοι, idemque feci IX, 75, cum Herodotus semper dixerit μάχομαι neque formam Homericam et epicam μαχέομαι unquam adhibuerit;

λοχακέοντες, οὕτω ὥστε τριηκόσιοι αὐτῶν οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι ἐνθαῦτα ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων. ὡς δὲ ἐτράποντο καὶ οὗτοι, ἔφευγον ἐς τὰς Θήβας, οὐ τῇπερ οἱ Πέρσαι, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ὁ πᾶς ὅμιλος οὔτε διαμαχεσάμενος οὐδενὶ οὔτε τι ἀποδεξάμενος ἔφευγον. Δηλοῖ τε ἐμοί, ὅτι πάντα τὰ 68
πρήγματα τῶν βαρβάρων ἤρτητο ἐκ Περσέων, εἰ καὶ τότε οὗτοι, πρὶν ἢ καὶ συμμῖξαι τοῖσι πολεμίοισι, ἔφευγον, ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας ὥρων. οὕτω τε πάντες ἔφευγον, πλὴν τῆς ἵππου τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς Βοιωτίης. αὕτη δὲ τοσαῦτα προσωφέλεε τοὺς φεύγοντας, αἰεί τε πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἐοῦσα, ἀπείργουσά τε τοὺς φιλίους φεύγοντας ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. Οἱ 69
μὲν δὴ νικῶντες εἵποντο, τοὺς Ξέρξεω διώκοντές τε καὶ φο-

vid. quae ad VII, 104 attulimus. — Ad verba *ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων* (i. e. *ceciderunt interfecti ab Atheniensibus*) vid. supra allata ad IX, 37 et conf. ob usum praepositionis *ὑπὸ* verbis neutris iunctae nott. ad V, 61. VI, 46. VIII, 16 et IX, 75. In sequentibus scripsi *τῇπερ οἱ Πέρσαι* pro vulg. *ᾗπερ οἱ Πέρσαι*, vid. supra nott. ad IX, 21. — In fine cap. scripsi cum edd. recentt. *οὔτε τι ἀποδεξάμενος*, ubi vulgo ordine inverso *οὔτε ἀποδεξάμενός τι*. De usu verbi *ἀποδείκνυσθαι* conf. allata ad VII, 138.

CAP. LXVIII.

Δηλοῖ τε ἐμοί] Ita e duobus codd. exhibuit Schweigh., quem cum Gaisfordio secutus sum. Vulgo *δηλοῖ τέ μοι*, quod Schaeferus, Matth., Bekker et recc. edd. retinuerunt. Ipsum verbum *δηλοῖ* intransitive et impersonaliter accipi vult Schweigh. conferens II, 117, ita ut sit: *adparet, manifestum fit mihi.* Tu conf. nott. ad II, 117 et conf. etiam Matthiae Gr. Gr. §. 298, 2, qui pro *δῆλόν ἐστι* accipi quoque posse hanc locutionem monet, quam equidem sic explicare malim, ut ex proxime antecedentibus mente repetatur subiectum verbi *δηλοῖ* indeque expliceter *idque* s. *eaque res mihi ostendit.* Tu conf. de simili structura verbi *διέδεξε* allata ad II, 134 et V, 124. In proxime sequentibus ex editione Wesselingii revocavi *ἤρτητο*, Sancrofti et alterius libri auctoritate a Schweighaeusero aliisque mutatum in *ἤρτηντο*, quod merito reiecit Bredov. pag. 334, cum in talibus ab usu vulgari recedere haud soleat Noster; itaque Dindorf. et Dietsch. quoque reposuerunt *ἤρτητο*, de cuius significatione (*pependerunt*, *suspensae erant*) conf. nott. ad I, 125. Verba: *εἰ καὶ τότε οὗτοι* etc. similem structuram in mentem revocant, qua Noster usus est V, 78 coll. Matthiaeo Gr. Gr. §. 617. De *πρὶν ἢ* sequente infinitivo vid. allata ad IX, 13.

τοσαῦτα προσωφέλεε] Pronomen *τοσαῦτα* hic excipit participium, docente Matth. Gr. Gr. §. 630, plane ut VII, 10. §. 7, ubi post *τάδε* sequitur participium, cuius loco *ὅτι* aut simile quid exspectabas; add. VII, 19. 104. IX, 76 et quae nuper de hac structura monuit Ph. Wagner in Lectt. Vergill. libello pag. 113. Herodoti enim sententia haec est: „*hi vero* (equites) *admodum usui erant fugientibus, eo quod hostes versus proximi* (fugientibus) *erant* s. *obequitabant suosque fugientes a Graecis* (insequentibus) *dirimebant.* Itaque *πρὸς τῶν πολεμίων* accipio *hostes versus* et ad *ἄγχιστα* intelligo *τῶν φευγόντων*, si quidem Noster aliis locis (I, 134. IV, 81) voci *ἄγχιστα* geniti-

νεύοντες. ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ ἀγγέλλεται τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι τοῖσι τεταγμένοισι περὶ τὸ Ἡραῖον καὶ ἀπογενομένοισι τῆς μάχης, ὅτι μάχη τε γέγονε καὶ νικῷεν οἱ μετὰ Παυσανίεω. οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα, οὐδένα κόσμον ταχθέντες, οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους ἐτράποντο διὰ τῆς ὑπωρέης καὶ τῶν κολωνῶν τὴν φέρουσαν ἄνω ἰθὺ τοῦ ἱροῦ τῆς Δήμητρος, οἱ δὲ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους διὰ τοῦ πεδίου τὴν λειοτάτην τῶν ὁδῶν. ἐπεί τε δὲ ἀγχοῦ τῶν πολεμίων ἐγίνοντο οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι, ἀπιδόντες σφέας οἱ τῶν Θηβαίων ἱππόται ἐπειγομένους οὐδένα κόσμον, ἤλαυνον ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους, τῶν ἱππάρχεε Ἀσωπόδωρος ὁ Τιμάνδρου. ἐσπεσόντες δὲ κατεστόρεσαν αὐτῶν ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρῶνα. οὗτοι μὲν δὴ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο.

70 Οἱ δὲ Πέρσαι καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος, ὡς κατέφυγον ἐς τὸ

vum addidit et infra IX, 69 dixit ἀγχοῦ τῶν πολεμίων.

CAP. LXIX.

ἐν δὲ τούτῳ τῷ γενομένῳ φόβῳ] Quod Wesselingius olim pro φόβῳ coniecerat πόνῳ (ut VI, 114. VII, 224), id postea ipse retraxit. Nec sane tali mutatione opus. Est enim sensus: *in hoc*, qui inde (i. e. e fuga et perturbatione caeterorum) reliquis Graecis enatus est, *timore*. Mox ἀπογενομένους τῆς μάχης dicit Noster eos, *qui pugnae non interfuerant*. Aliis locis (II, 85. 136. III, 111. V, 4) ἀπογίγνεσθαι significat *mori*. In seqq. modos variatos (γέγονε — νικῷεν) attigi ad V, 97. VIII, 100. 111. — οἱ μετὰ Παυσανίεω, *qui una cum Pausania erant*, dicuntur *qui Pausaniam ducem sequuntur*, noto dicendi usu, de quo iam monuit Kuinoel in Fischeri Animadverss. in Welleri Gr. Gr. III, b. pag. 199. Nec aliter Xenophon in Cyropaed. II, 1, 20: ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος ἀσκεῖν μὲν τὰ σώματα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ εἰς ἰσχύν; ibid. II, 4, 16. Ad voces οὐδένα κόσμον conf. IX, 65 ibique citt.

οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους] Schweighaeusero auctore hîc intelliguntur non nisi *ipsi Corinthii, ipsi Megarenses, ipsi Phliasii*. Matthiae Gr. Gr. §. 583 intelligi mavult ipsos quidem *Corinthios* simulque etiam eos, qui una cum ipsis erant, socii in acie collocati. Equidem malim cum Schweighaeusero de ipsis Corinthiis, Megarensibus, Phliasiis cogitare, cum paulo post etiam soli Megarenses et Phliasii commemorentur. Ad accusativum τὴν λειοτάτην τῶν ὁδῶν idem consulatur Matth. Gr. Gr. §. 409, 4.

κατεστόρεσαν] i. e. *prostraverunt, interfecerunt*. Iam attuli hoc ad VIII, 53, itemque sequens κατήραξαν (*praecipitem egerunt, compulerunt*) ad VIII, 90. Valckenar. h. l. excitat Thucyd. VII, 6 et Appian. Punicc. 15 coll. Demosthen. in Aristocr. p. 430 [p. 675, 19 R.]

ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο] i. e. *ignobili morte perierunt*, ita ut nulla eorum haberetur ratio. *So fielen diese ohne Ruhm und Ehre*, reddidit Langius. Equidem comparo III, 120 σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ, ubi vid. nott. VII, 221 ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενοι. VII, 57 ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι coll. VII, 14.

ξύλινον τεῖχος, ἔφθησαν ἐπὶ τοὺς πύργους ἀναβάντες, πρὶν ἢ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπικέσθαι· ἀναβάντες δὲ ἐφράξαντο ὡς ἐδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος. προσελθόντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων κατεστήκεέ σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ἕως μὲν γὰρ ἀπῆσαν οἱ Ἀθηναῖοι, οἱ δ' ἠμύνοντο καὶ πολλῷ πλέον εἶχον
70 τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε οὐκ ἐπισταμένον τειχομαχέειν· ὡς δέ σφι οἱ Ἀθηναῖοι προσῆλθον, οὕτω δὴ ἰσχυρὴ ἐγίνετο τειχομαχίη καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. Τέλος δὲ ἀρετῇ τε καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος καὶ ἤρειπον, τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες. πρῶτοι δὲ ἐσῆλθον Τεγεῆται ἐς τὸ τεῖχος· καὶ τὴν

Cap. LXX.

ἔφθησαν ἀναβάντες] Vid. nott. ad IV, 136. VII, 142 de structura verbi *ἔφθησαν* cum participio; add. IX, 113; de forma comparativi *ἐρρωμενεστέρη* monuerunt Matthiae Gr. Gr. §. 128. not. 2 et Bredov. p. 277. Verba *ἀναβάντες δὲ ἐφράξαντο — τὸ τεῖχος* Valla reddidit: *praestruunt murum*, Larcherus: „*ils se hâtèrent de fortifier la muraille*"; Schweighaeusero (in Lexic. Herodot. II. p. 361) „*φράξασθαι τὸ τεῖχος* significare videtur *protegere, defendere murum*, nempe ut ipsi propugnatores quasi *φραγμὸς* essent, quo murus defenderetur." Conf. etiam nott. ad V, 34. Scripsi autem *ἐδυνέατο* pro vulg. *ἠδυνέατο*, Bekkerum et recc. edd. secutus, cum Noster temporale augmentum in hoc verbo ignoret, ut satis probavit Bredov. p. 290; idem feci IX, 103, ubi cf. nott. In sequentibus verbis ad rationem particularum *μὲν* et *δὲ* in verbis: *ἕως μὲν γὰρ — οἱ δ' ἠμύνοντο* conf. allata ad VIII, 40. IX, 6 et Kuehner. Gr. Gr. §. 738, b. — Ad verbum *κατεστήκεε* cf. IX, 37 ibique nott.

πολλῷ πλέον εἶχον τῶν Λακεδαιμονίων] i. e. *multo superiores fuerunt Lacedaemoniis*. Supra VIII, 29: *πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα*. Contrarium infra IX, 102 dicitur: *οὐδὲν ἔλασσον εἶχον*. Ad voculam *ὥστε* participiis praepositam vid. IX, 37 ibique nott.

Λακεδαιμονίων — οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν] Consimilia habet notante Valcken. Plutarchus Vit. Aristid. 19. pag. 330 D., qui idem II. pag. 228 D. refert Lycurgum civibus interdixisse *τὸ πυργομαχεῖν*, ubi tu vid. Wyttenbach. Animadverss. pag. 1185. — In seqq. ad *οὕτω δὴ* vid. nott. ad IX, 6 et ad *χρόνον ἐπὶ πολλὸν* nott. ad IX, 22. Vocem *λιπαρίης* attigi ad IX, 21; de structura verbi *ἐπιβῆναι* cum Genitivo vid. nott. ad I, 84 et conf. quae de huius verbi structura monent Frommel. in Creuzeri Melett. III. p. 158 et Woelfflin. ad Polyaen. (V, 2. §. 12.) pag. LXII, qui apud Polyaenum verbum hoc plus viginti locis cum genitivo iunctum reperiri addit.

καὶ ἤρειπον, τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες] i. e. *muri partem deiecerunt, qua iam irruerunt s. ingressi sunt Graeci*. Revocavi e Wesselingii editione *ἤρειπον*, a Schweighaeusero auctoritate codicis Florentini aliorumque mutatum in *ἤριπον*, quod ab hoc loco alienum esse ostendit Bredov. pag. 350 coll. 299, cum transitiva sit verbi notio. Ac recte *ἤρειπον* tuetur Buttmann. Gr. Gr. mai. II. p. 131, idemque iam reposuerat Bekkerus, quem edd. recentt. sequuntur. — Ad verbi *εἰσχεῖσθαι* usum Valcken. excitat Aristid. I. p. 241. III. p. 315. Tu vide potius Homer. Il. XII, 470 (*οἱ δὲ κατ' αὐτὰς ποιητὰς ἐσέχυντο πύλας*). XXI, 610 (*ἐσσυμένως ἐσέχυντο ἐς πόλιν*) et conf. Suidam (I, 2. p. 783 ed. Bernhardy): *εἰσεχέοντο· εἰσήρχοντο*. Hesych. II. p. 201 ed. M. Schmidt. *ἐσέχυντο, ἀθρόως προ-*

σκηνὴν τὴν Μαρδονίου οὗτοι ἦσαν οἱ διαρπάσαντες, τά τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν φάτνην τῶν ἵππων, ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν καὶ θέης ἀξίην. τὴν μέν νυν φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου ἀνέθεσαν ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης Τεγεῆται· τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὠυτὸ, ὅσα περ ἔλαβον, ἐσήνεικαν τοῖσι Ἕλλησι. Οἱ δὲ βάρβαροι οὐδὲν ἔτι στῖφος ἐποιήσαντο πεσόντος τοῦ τείχεος, οὔτε τις αὐτῶν ἀλκῆς ἐμέμνητο· ἀλύκταζόν τε οἷα ἐν ὀλίγῳ χώρῳ πεφοβημένοι τε καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημέναι ἀνθρώπων. παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν, οὕτω ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι.

ἦσαν. — In seqq. dedi *τὴν σκηνὴν τὴν Μαρδονίου* e Florentino, ubi vulgo *τοῦ Μαρδονίου*, quod ipsum cum Schaefero retinuit Matthiae; Dietschius edidit *τὴν σκηνὴν τὴν τοῦ Μαρδονίου*, sed paulo inferius intactum reliquit *φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου*, unde altero loco articulum bene abesse probari videtur. Ad vim vocis *πᾶσαν* in verbis *ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν* (i. e. quod praesepe *totum* aeneum fuit) attendi iubet Sauppe ad Xenophont. De re equestr. I, 13. pag. 200.

ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης] Vid. nott. ad I, 66 et add. Curtius Peloponnes. I. p. 255 seq. Quod mox legitur *ἐσήνεικαν*, eius loco duo codd. *ἐσηνείκαντο*, quod commodius videtur Schweighaeusero, quoniam et ipsis Tegeatis pars praedae erat eventura. Mihi non opus videtur medio verbo, a quo etiam abstinuerunt edd. recentt. Locutionem *στῖφος ποιήσασθαι* attigit Dorville ad Charit. VI, 9 init. p. 554 (ubi activum exstat *ποιῆσαι*) alia addens de voce *στῖφος*, quam supra iam notavimus ad IX, 57. Haud male locum sic reddidit Schweighaeuserus: „*barbari vero, ex quo murus corruit, nullum amplius globum, quem hosti opponerent, fecerunt neque quisquam virtutis meminit*, i. e. *strenuus ac fortis fuit;* id enim significant verba *οὔτε τις αὐτῶν ἀλκῆς ἐμέμνητο*, quae sponte in memoriam revocant Homerica *μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς* Il. VI, 112. VIII, 274. XI, 287 coll. 313. XIII, 48. XV, 527 et quae alia huius generis crebrius apud Homerum leguntur.

ἀλύκταζον] i. e. *consternati erant prae timore ac trepidatione*. In unius cod. margine exstat: *ἀλυκτάζειν, δυσφορέειν, ἀγανακτεῖν*. Et pertinet huc Homericum Il. X, 94: *οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, sed perturbatus sum animo: τεθορύβημαι, ἠπόρημαι* explicat Schol. Tu vid. Heynium ad Homeri Ili. Vol. VI. p. 23 seq. Ipsum verbum *ἀλύκταζον* (in quo augmentum Noster omittit, vid. Bredov. p. 291) vix aliis locis obvium invenitur. Quod sequitur *ἐν ὀλίγῳ χώρῳ* (*in exiguo loco*), merito dudum placuerat Wesselingio Diss. Herod. XI. p. 205, indeque etiam ex ora Stephani duobusque codd. receptum est, cum vulgo esset *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ*, quod vel Sancrofti liber et Florentin. cum aliis retinent. Mox pro *κατειλημμέναι*, quod unus retinuit Schaeferus, equidem cum reliquis edd. dedi *κατειλημέναι*. Vid. IX, 31 ibique nott.

οὕτω ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ — τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι] Nimium utique videri poterit, e tanto exercitu, qui 260000 militibus constitisse dicitur, *tria* tantum *milia* superfuisse, praesertim si exiguum sane numerum Graecorum, qui caesi fuerint, cogites. Ac recte nobis monere videtur Grote: History of Greece V.

σθαι. Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐκ Σπάρτης ἀπέθανον οἱ πάντες ἐν τῇ συμβολῇ εἷς καὶ ἐνενήκοντα, Τεγεητέων δὲ ἑκκαίδεκα, Ἀθηναίων δὲ δύο καὶ πεντήκοντα.

p. 243. Herodotum hoc loco ea tantum, quae famâ tradita accepisset, referre neque amplius in ea inquisivisse, diligentissimum illum quidem et accuratissimum in indicando Graecorum caesorum numero. Ingentem fuisse cladem Persarum vel Ctesias testari poterit, in cuius Excerptis Persicc. §. 26 legimus, in reliquis pugnis, quae Salaminiam insecutae sunt, omnino interiisse Persarum ιβ′ μυριάδας; itemque tradit Diodorus XI, 32 edictum cum a Pausania esset, ne vivus quisquam caperetur, incredibilem brevi stragem esse factam et plus quam centum milibus barbarorum trucidatis demum Graecos ab hostium caede destitisse; eodem quoque referre licet, quae Darium vaticinantem fecit Aeschylus in Perss. 811 seqq. de hac clade, unde tantum exscribere licet versus 821 seqq. ed. Blomfield (v. 816 sqq. ed. Dind.):

τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσταγὴς
πρὸς γῇν Πλαταιῶν, Δωρίδος λόγχης ὕπο·
θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν,
ὡς οὐχ ὑπέρφεν θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.

Ubi quod Blomfield. in Glossario adscripsit: „Miror profecto Aeschylum tantum honoris Peloponnesiacis tribuisse: forsan aliquis suspicetur hos versus in secunda huius fabulae repraesentatione additos esse, in Syracusanorum gratiam", merito obloquitur Grote l. l. Aeschylum existimans Peloponnesiis ea, quae ipsis deberent, reddere voluisse, cum antea totus in laude Atheniensium versatus esset, ac Pindarum excitans in Pyth. I, 76 (149) Salaminiae victoriae honorem Atheniensibus, Plataeensis victoriae laudem Spartanis pari modo tribuentem.

Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐκ Σπάρτης] Hoc loco diserte ipsi Spartani distinguuntur a reliquis terrae Laconiae incolis Spartae subditis, s. perioecis, de quibus vid. nott. ad VII, 234. IX, 11. Eximuntur igitur ex hoc Spartanorum in pugna caesorum numero helotes et perioeci, qui in pugna occubuerant. „Aegre fert Plutarchus De Herod. malign. II. p. 872 C. (sunt verba *Valckenarii*) solos Nostro memorari Lacedaemonios, Tegeatas et Athenienses; quorum hi cum Thebanis pugnaverint, illi cum barbaris, atque ita ceteras omnes civitates hoc honore privari. [Plutarchum recte statuere existimat quoque Duncker: Gesch. d. Alterth. IV. pag. 846.] Idem miratus in Aristide [19]. pag. 330 F. opponit Herodoto numerum in proelio interfectorum et monumenta publica; atque in universum cecidisse docet Graecos libertatis defensores *mille trecentos* et *sexaginta*, e quibus unus et nonaginta fuerint Lacedaemonii; sexdecim Tegeatae, Athenienses duo et quinquaginta, hi quidem omnes iuxta Clidemum ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς ἀγωνισαμένης ἄριστα." Diodorus XI, 33 πλείους τῶν μυρίων e Graecis ad Plataeas occubuisse scribit atque omnino (vid. 30 seq.) pugnam Plataeensem ita enarrat, ut omnium Graecorum populorum copiae pugnae interfuisse videantur, cum Herodotum et h. l. et cap. 69 coll. 85 si sequamur, praeter Lacedaemonios, Tegeatas et Athenienses soli Megarenses et Phliasii manus cum Persis conseruisse videantur, quinque igitur tantum gentes revera pugnaverint, id quod parum credibile fit atque etiam contrarium disertis testimoniis Diodori (XI, 30 seqq.) et Pausaniae (V, 23): qua in re non temere retulisse credam Herodotum (ut existimat Muenscher

71 Ἠρίστευσε δὲ τῶν βαρβάρων πεζὸς μὲν ὁ Περσέων, ἵππος δὲ ἡ Σακέων, ἀνὴρ δὲ λέγεται Μαρδόνιος. Ἑλλήνων δὲ, ἀγαθῶν γενομένων καὶ Τεγεητέων καὶ Ἀθηναίων, ὑπερεβάλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι. ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι (ἅπαντες γὰρ οὗτοι τοὺς κατ᾽ ἑωυτοὺς ἐνίκων), ὅτι δὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον προσενείχθησαν καὶ τούτων ἐκράτησαν. καὶ ἄριστος ἐγένετο μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας, ὃς ἐκ Θερμοπυλέων μοῦνος τῶν τριηκοσίων σωθεὶς εἶχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίην. μετὰ δὲ τοῦτον ἠρίστευσαν Ποσειδώνιός τε καὶ Φιλοκύων καὶ Ἀμομφάρετος ὁ Σπαρτιήτης. καί τοι γενο-

haec tractans in libello de rebus Plataeensium pag. 61), sed minus accurate edoctum de iis, quae reliquae Graecorum gentes in hac pugna praestiterint, ea ipsa omittere maluisse vel neglexisse, quod memoratu vix digna illa fuerint visa. Ad *οἱ πάντες* (nos: *in Allem*, *Alle zusammen*) conf. quae de articuli vi in talibus monuit G. Hermann. in Annotatt. ad Viger. pag. 727 et vid. Herodotum ipsum tali modo *τὰ πάντα* scribentem I, 214. VII, 4, ubi cf. nott. Et conf. quoque supra IX, 58 *οἱ πάντες*. Schweighaeuserus in Lexic. Herodot. II. pag. 188: „adiecta verba *οἱ πάντες*, ait, referuntur ad exiguum numerum caesorum, quasi dixisset *nonnisi XCI*, *non plures quam XCI ceciderunt*, quod latine etiam recte dicetur *omnino* vel *in universum XCI*.“ Mihi articulus cum vi quadam ita additus videtur voci *πάντες*, ut eius significationem augeat nec tam paucitatem (ut putat Schweighaeuser. l. l.) declaret, quam ipsam summam eamque certam. — Mox e Florentino cum Bekkero et recentt. edd. recepi *ἐνενήκοντα*, quod iam Stegerus voluerat, sed improbante Lipsiensi censore 1833. pag. 48, pro vulg. *ἐννενήκοντα*.

Cap. LXXI.

ἀνὴρ δὲ λέγεται] scil. *γεγονέναι*. Vocabulum *ἀνὴρ* h. l. praegnanti sensu, ut III, 120. 134. VII, 210. Ad verbum *ὑπερβάλλεσθαι* conf. nott. ad VIII, 123.

ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι] i. e. *nullo alio indicio s. argumento demonstrare possum*, nisi eo, quod ea parte cum hoste congressi, qua validissimi steterant, eos vicerant. Ad usum verbi *προσφέρεσθαι* (*congredi cum hoste*) conf. IX, 49. V, 34. 119. 111. *τοὺς κατ᾽ ἑωυτοὺς* dicit Noster eos, qui ipsis *e regione oppositi* in acie steterant; tu vid. de praepositione *κατὰ* nott. ad VIII, 85. — De *Aristodemo*, qui salvus e trecentis illis, qui ad Thermopylas duce Leonida pugnaverant, Spartanis evasit, vid. supra VII, 229 seqq.

Ποσειδώνιός τε καὶ Φιλοκύων καὶ Ἀμομφάρετος ὁ Σπαρτιήτης] Hos tres viros duces Lacedaemoniorum fuisse, colligitur ex eo, quod IX, 85 inter *ἰρένας* sive *duces* habentur. Cum Amompharetus solus dicatur *Spartanus*, consentaneum videtur Posidonium et Philocyonem e *perioecorum* numero fuisse, cum in talibus Nostrum valde accurate loqui indicent ea, quae paulo ante cap. 70 leguntur: *Λακεδαιμονίων τῶν ἐκ Σπάρτης*, ubi vid. nott. Nomen *Φιλοκύων*, i. e. *qui canes amat*, haud scio an referri possit ad curam *canum*, quales insignes tulit Laconum terra, admodum feros et ad venandum aeque atque custodiendum idoneos, veloces, quos Virgilius dicit Georg. III, 405 et cum Molossis canibus iungens, quos eosdem pariter nominat Horatius Epod. VI, 5. Tu vid potissimum Aristotel. Hist. An. VIII, 28 aliosque locos allatos a C. Hermanno Griech. Pri-

μένης λέσχης ὃς γένοιτο αὐτῶν ἄριστος, ἔγνωσαν οἱ παραγενόμενοι Σπαρτιητέων, Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον φανερῶς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρεούσης οἱ αἰτίης, λυσσῶντά τε καὶ ἐκλιπόντα τὴν τάξιν ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα· Ποσειδώνιον δὲ
725 οὐ βουλόμενον ἀποθνήσκειν, ἄνδρα γενέσθαι ἀγαθόν· τοσούτῳ τοῦτον εἶναι ἀμείνω. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ ἂν εἴποιεν. οὗτοι δὲ, τοὺς κατέλεξα, πάντες πλὴν Ἀριστοδήμου τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ τίμιοι ἐγένοντο· Ἀριστόδημος δὲ, βουλόμενος ἀποθανεῖν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίην, οὐκ ἐτιμήθη. Οὗτοι μὲν τῶν ἐν Πλαταιῇσι οὐνομαστότατοι ἐγένοντο. 72
Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης ἀπέθανε, ἐλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων, οὐ μόνον αὐτῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· ὃς, ἐπειδὴ ἐσφαγιάζετο Πανσανίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξι ἐτρωματίσθη

vatalterth. pag. 16. not. 28. Plura quoque dabit Kruse: Hellas I. p. 361 seq.

λέσχης] Affert Suidas II. p. 432. Tu vid. nott. ad I, 153. In seqq. ὃς poni pro τίς observat Schweighaeuser. citans VI, 134. 37, ubi vid. nott. Ad verba ἔργα ἀποδέξασθαι conf. allata ad VII, 138 et de locutione ἄνδρα γενέσθαι ἀγαθὸν, quae etiam invenitur IX, 75, nott. ad V, 2. λυσσῶντα Noster dixit Aristodemum, i. e. *in rabiem adeo adductum*, *furore quodam correptum:* plura de hoc verbo exhibentur in Thesauro Ling. Graec. V. pag. 450 ed. Dindorf.

ἂν εἴποιεν] Notat Matth. Gr. Gr. §. 514, 2, cui add. G. Hermann. Opusc. IV. pag. 168. 169 et alios, quos de optativi huius usu exponentes laudavimus ad 1, 2. *Sed haec*, ait Noster, *haud scio an etiam ex invidia dixerint*. Quae verba animum nostri scriptoris ab omni partium studio alienum, iustum et aequum satis declarant. In seqq. verbis τοὺς κατέλεξα πάντας, ut vulgo legunt, accusativum πάντας ex attractionis usu quodam explicare studuit Matthiae Gr. Gr. §. 474, b; equidem e Sancrofti libro recepi πάντες, in quod iam Schweighaeuserus inciderat, quodque idem Bekkerus et recc. edd. dederunt. Quae deinceps leguntur verba: τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, ea Koenius ad seq. cap. initium translata post οὗτοι μὲν inseri vult. Cui tamen nemo editorum est obsecutus. τίμιοι ἐγένοντο, *publice honorati* s. *publico honore affecti sunt*, quo caruit Aristodemus; spectat opinor ad eos honores, quibus qui pro patria occubuerant, affici solent, ad exequiarum sollemnia et quae sunt huius generis.

Cap. LXXII.

ἀνὴρ κάλλιστος] Haud aliter Plutarchus Vit. Aristid. 17 eum vocat ἰδέᾳ κάλλιστον Ἑλλήνων. Wesseling. comparaverat Homeri Ili. II, 673. Nec fugit Herodoti locus Hoffmeisterum (Sittlich-religiöse Lebensansicht d. Herod. pag. 83) bene monentem, quantum ad corporis venustatem Noster omnino respiciat quantumve in illa ponat momenti. Tu vid. nott. ad III, 1. V, 12: quibus add. Xenoph. Cyropaed. III, 1, 41 ibique Hertlein., Krause in Theag. p. 51. — In seqq. ad ἐσφαγιάζετο conf. Suidas III. pag. 414 et ad loci argumentum vid. Herodot. IX, 62 et quae annotavit Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. Animadverss. I, 2. pag. 1196.

κατήμενος ἐν τῇ τάξι] „Callicrates, sacris dum operabatur Pausa-

τοξεύματι τὰ πλευρά. καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξενηνεγμένος ἐδυσθανάτεέ τε καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον, ἄνδρα Πλαταιέα, οὐ μέλειν οἱ ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρί, καὶ ὅτι οὐδέν ἐστι οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον προθυμευμένου ἀποδέξασθαι.
73 Ἀθηναίων δὲ λέγεται εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκελειῆθεν, Δεκελέων δὲ τῶν κοτὲ ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι. ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον

nias, *ad arma suo in ordine considebat,* more prisca militia non insueto. Euripid. Suppl. 357. 664. 674. Plutarch. Vit. Aristid. [17]. pag. 329 B. [qui Herodoti verba ante oculos habuisse videtur] continuo subdens, *Callicratem, dum ita ad arma sederetur, sagittâ fuisse percussum.*" *Wessel.* Tu cf. etiam nott. ad IX, 52.

ἐδυσθανάτεε] „*aegre moriebatur.* ἐδυσθανάτει hinc adnotavit ut Herodoteum Pollux III, 106. Utrumque fuit in usu, δυσθανατεῖν et δυσθανατᾶν. Moeris [p. 356] σφαδάζειν, Ἀττικῶς· δυσθανατᾶν, Ἑλληνικῶς, ubi notat Pierson." *Valcken.*, qui etiam citat Athenagor. De Mort. Resurr. §. 4. Tu vid. nott. ad Plutarch. Pyrrh. 29. pag. 235. In seqq. pro Ἀρίμνηστον, ut Mediceus et Florentinus cum aliis exhibent, Aldina cum aliis quibusdam libris praebet Ἀείμνηστον, quae eadem confusio IX, 64, ubi vid. nott. Plataeensem Λάκωνα τὸν Ἀειμνήστου novit Thucydides III, 52, sed Ἀρίμνηστον Plataeensium ducem in hoc proelio indicat Plutarch. Aristid. 11. p. 325 C. et Pausan. IX, 4. §. 2. — Pro vulg. χερὶ e Florentino. Sancrofti libro, aliis reposui χειρί, ut VIII, 121, ubi vid. nott. Ad usum verbi ἀποδείκνυσθαι in seqq. conf. allata ad VII, 138.

Cap. LXXIII.

Σωφάνης] Idem apud Pausan. I, 29. §. 4, ubi vocatur ὁ Δεκελεύς. Apud Plutarch. II. p. 873 D. et Cimon. 8. p. 483 B. prave, ut videtur, Σωχάρης, quod in Σωφάνης mutandum dudum censuit Wesseling. Diss. Herod. VI fin. pag. 61, ac nunc reposuit Sintenis. De ipso nomine disputavit Hamaker in Miscell. Phoen. p. 212 seq. Ante seq. δήμου praepositionem ἐκ, quam equidem cum recentt. edd. retinui, sustulit Schaeferus, quem Dindorf. et Dietsch. secuti sunt, ex uno Sancrofti codice; ac sane ita simplex invenitur genitivus IX, 74 init. V, 92. III, 55; sed addito verbo εἶναι, unde Koen. ad Gregor. Cor. de dial. Ion. §. 7. p. 385 ἐκ in ἐὼν mutari maluit et Δεκελῆθεν in Δεκελεῆθεν, quod ipsum praeeunte Valcken. Schweighaeuserus et Gaisf. dederunt: equidem reposui Δεκελειῆθεν, ut IX, 15, ubi vid. nott. A primitivo Δέκελος prorsus ad praescriptum derivari Δεκελεὺς observavit Lobeck., de hoc nominum genere disputans in Diss. I de grammatt. Graecc. quibusdam praeceptt. euphonicis, Regiomont. 1833. p. 7.

Δεκελέων δὲ τῶν κοτε κ. τ. λ.] Haec verba ita mihi explico: „Sophanes Decelea pago oriundus *isque unus eorum sane Decelensium*, qui aliquando facinus in omne tempus utile perpetraverunt. Ubi particula δὲ ad antecedentia respicere eamque habere videtur vim, ut Sophanes quidem inter Athenienses maxime excelluerit, *sed* Decelensium is fuerit, qui in omne aevum utile facinus perpetraverit. Pro vulg. ποτὲ cum recentt. edd. inde a Bekkero scripsi κοτὲ, quod Herodoteus sermo postulat. Verba κατὰ Ἑλένης κομιδὴν sonant: *ad recuperandam* s. *reducendam Helenam* a

ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι τοὺς Δεκελέας, οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον, ἀχθόμενόν τε τῇ Θησέος ὕβρι, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, τὰς δὴ Τιτακὸς, ἐὼν αὐτόχθων, καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι. τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα, οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον πολλοῖσι ἔτεσι τούτων γενό-
726 μενον Ἀθηναίοισί τε καὶ Πελοποννησίοισι, σινομένων τὴν ἄλλην Ἀττικὴν Λακεδαιμονίων, Δεκελείης ἀποσχέσθαι. Τού- 74

Theseo scil. raptam puellam, antequam Menelao nuberet. Plura hac de re dabit Plutarch. Vit. Thes. 32 (s. 31 ibique Leopold. p. 78); conf. Pausan. II. 22. §. 7, Meursius ad Lycophron. 147, Meziriac ad Ovidii Heroidd. (VIII, 71). I. p. 266.

καὶ ἀνίστασαν] i. e. *expulerunt, suo loco moverunt* s. *cedere iusserunt.* Conf. V, 71, ne plura; τοὺς δήμους Noster dixit aeque atque V, 69. Haud mutavi ὑπεξέκειτο, a Dietschio mutatum in ὑπεξεκέετο; vid. nott. ad VIII, 41; ad verbum ὑπεκκεῖσθαι vid. VIII, 60. §. 2 ibique nott.; ad verbum κατηγήσασθαι vid. nott. ad VII, 215. De *Aphidnis* vid. nott. ad VIII, 125; de *Titaco* citant Harpocrat. s. v. Suid. s. v. Τιτακίδαι III. p. 479. Etymol. M. p. 760. Steph. Byz. p. 711 s. v. Τιτακίδαι.

ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου] Ita Florentinus et Sancrofti liber cum aliis. Vulgo ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἐν Σπάρτῃ, eumque verborum ordinem retinuerunt Schaeferus et Matthiae. — Ad seqq. ἀτελείη τε καὶ προεδρίη vid. nott. ad I, 54. Mox revocavi σινομένων a Schweighaeusero mutatum in σινεομένων, quod Sancrofti liber afferebat; sed vid. IX, 13 ibique nott.

Δεκελείης ἀποσχέσθαι] „Referri solet ad annum Olymp. XCI, 3 [413 a Chr. n.], quo Agis, Archidami filius, Deceleam occupavit et in maximum Atheniensium detrimentum muniit apud Thucyd. VII, 19 non sine quadam imprudentia. Aliud profecto ἀπέχεσθαι Δεκελέης, *ab ea abstinere*, aliud occupatam munimentis et praesidio instruere belloque sedem legere. Contigisse res videtur, quae et Bouhierii opinio, belli Peloponnesiaci, quando Archidamus Atticam incursionibus infestam habuit, principio [Olymp. LXXXVII, 2 s. 431 a. Chr. n.]: Thucydid. II, 10.“ *Wesseling.* Et sequitur Wesselingium Larcherus itemque Schoell. (cf. Philolog. IX. p. 199), cui hoc sane multo videtur probabilius: neque aliter statuunt C. O. Mueller (Kleine Deutsche Schrift. I. pag. 35) et Rubino: De morte Herodoti pag. 6, Ullrich: das Megarische Psephisma p. 12. not. 23. Contrariam sententiam tuentur Dahlmann. in Herod. pag. 43 et Heyse Quaest. Her. p. 76; tum vero Herodotum senem maxime provectae aetatis Thuriis haec scripsisse ponendum est. Equidem et ipse Wesselingium sequi malim atque Herodoti verba ad eam Atticae terrae vastationem referre, quae belli Peloponnesiaci initio accidit: anno enim 413 ante Chr. n. Herodotum non amplius vixisse in nott. ad VII, 170 monuimus (coll. ad V, 76 et VI, 98); primis huius belli annis illum inter vivos fuisse bellique mala cognovisse, dubium non est. In clausula adscribam, quae de hoc loco iudicavit Fuetterer in Comment. De plurimis Thucydidis Herodotique locis etc. pag. 24: „Si Decelea a direptionibus Lacedae-

του τοῦ δήμου ἐὼν ὁ Σωφάνης, καὶ ἀριστεύσας τότε Ἀθηναίων, διξοὺς λόγους λεγομένους ἔχει, τὸν μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέῃ ἁλύσι δεδεμένην ἄγκυραν σιδηρέην, τὴν, ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι, βαλλέσκετο, ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος μετακινῆσαι μὴ δυναίατο· γινομένης δὲ φυγῆς τῶν ἐναντίων δέδοκτο, τὴν ἄγκυραν ἀναλαβόντα οὕτω διώκειν. οὗτος μὲν οὕτω λέγεται. ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων, τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβατέων, λέγεται, ὡς ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ περιθεούσης καὶ οὐδαμὰ ἀτρεμιζούσης ἐφόρεε ἐπίσημον ἄγκυραν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέην. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνεϊ λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον, ὅτι, περικατημένων Ἀθη-

moniorum intacta remansit, id quod valde addubito, non illi Herodoti causae fidem habeo, sed id propterea factum esse puto, quod Lacedaemonii aliqua et originis et sacrorum communitate coniuncti cum Deceleensibus erant."

CAP. LXXIV.

διξοὺς λόγους] De Ionica voce *διξὸς* vid. nott. ad IV, 192 et VII, 70; de voce *ζωστῆρος* (qua *cingulum* significatur) conf. I, 215 et IV, 9. Vox *ἅλυσις catenam* declarat, obvia quoque apud Thucydidem II, 76. Verba *τὴν* — *βαλλέσκετο* Schweighaeuserus in Lexic. Herod. I. p. 118 recte interpretatur: „*quam* (ancoram scil., quam e loricae cingulo aenea catena religatam gestabat) *in terram defigere solitus erat.* De ipsa imperfecti forma *βαλλέσκετο* vid. Bredov. p. 285 et qui de significatione *iterandi* his formis propria monet, Buttmann. Gr. Gr. mai. I. pag. 393.

ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι κ. τ. λ.] Schweighaeuserus verba *ἐκ τῆς τάξιος* cum antecedenti *ἐκπίπτοντες* cohaerere vult, quae eadem etiam ad verbum *μετακινῆσαι* intelligenda *ἀπὸ κοινοῦ* posita esse videntur. Hoc vero ipsum *ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος* idem valere putat atque *προεξαΐσσοντες* IX, 62, simulque mente addi posse: *καὶ ἐς αὐτὸν ἐσπίπτοντες*. Sic supra IX, 71 Aristodemum dicit *ἐκλιπόντα τὴν τάξιν*, praeclara facinora exhibiturum. Unde haec fere loci sententia: *ut sane hostes, e sua acie in ipsum irruentes, ipsum ex acie sua s. e loco, quem in acie obtineret, movere non possent.* — Pro *δέδοκτο* e Sancrofti libro Dindorf. et Dietsch. receperunt *ἐδέδοκτο*; sed Noster haud raro reduplicationem negligere solet: vid. nott. ad V, 34. — Ad verbum *ἀμφισβατέων* (i. e. *contradicens*, *contrarius* illi) conf. nott. ad IV, 14. Suidas s. v. I. p. 154. Dindorf. in Comment. de Herodoti Dialect. pag. XXXIV.

ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ — ἀτρεμιζούσης] i. e. *in clipeo, qui semper discurrebat nec unquam quietus erat,* quem semper in gyro agebat neque unquam sinebat quietum. De verbo *ἀτρεμίζειν* vid. allata ad VII, 8. §. 1. *ἐπίσημον*, *clipei insigne*, notavimus ad VIII, 88. Wesseling. comparaverat Plut. II. p. 234 C.

CAP. LXXV.

περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν] Pertinet hoc ad bella inter Athenienses et Aeginetas gesta ante bellum Persicum, quo imminente, ut testatur Herodotus VII, 145, inimicitias deposuerunt, de quibus ipsis vid. V, 82 seqq. VI, 49 seqq. 73. 85 seq. 92.

ναίων Αἴγιναν, Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον, ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον.

Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον] Vid. VI, 92 coll. IX, 33 et Pausan. I, 29. §. 4. Pertinet autem hoc Sophanis facinus, ut recte monuit Weissenborn (Hellen. p. 142), non ad id bellum, quod inter Aeginetas et Athenienses gestum est anno 458 ante Chr. n., sed ad eas controversias, quae inter utramque gentem locum habuerunt intra annos 506—491 ante Chr. n.: quod ex ipsius Herodoti loco VI, 88 seqq. satis apparere merito pronuntiat Weissenborn. De locutione ἐκ προκλήσιος conf. nott. ad V, 1 et de verbis χρόνῳ ὕστερον τούτων nott. ad IX, 64; de verbis ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν nott. ad IX, 71. De usu et significatione verbi κατέλαβε vid. allata ad III, 33. 42. De locutione ἀποθανεῖν (i. e. *interfici:* vid. nott. ad IX, 37) ὑπὸ Ἠδωνῶν conf. VIII, 16 et supra nott. ad IX, 67. Pro μαχεόμενον, ut olim legebatur, reposui μαχόμενον, ut IX, 67. VII, 104, ubi vid. nott. Incidit Sophanis mors in Olympiad. LXXXI exeuntem s. 453 a Chr. n., cum Athenienses sub archonte Lysistrato iterum mitterent colonos, Eionem qui occuparent, ut notat Wesseling., cui add. Larcher. tab. chronolog. p. 655. Sed Lysistratus archon cum in Olymp. LXXVIII, 2 sive 467 ante Chr. n. incidat, in hunc ipsum annum, vel, quod certe probabilius, paulo post in annum 466 (ut Schoell. in Philolog. IX. p. 197) vel in annum 465 (ut ponit Weissenborn l. l. pag. 146 seq., ubi vid. plura), Sophanis mortem reiicias necesse est. Caeterum ad hanc Atheniensium cladem spectant loci Pausaniae l. l. (ubi vid. Siebelis p. 106), Isocratis De pac. §. 86 (ubi legendum ἐν Δάτῳ, quod nunc in Benseleri editione exhibitum video, auctore Baitero, quem vid. Praef. et Isocr. Panegyr. p. IX). Thucydid. I, 100. Diodor. Sic. XII, 68. Add. quae monuit Littré: Oeuvres d'Hippocrat. Vol. V. pag. 21. Quod vero nonnulli scriptores *Drabescum* cladis locum declarant, non multum refert, quoniam *Drabescus* et *Datum* eadem fere in regione sitae erant non multum distantes (teste Strabon. VII fin. Harpocrat. s. v. Δάτος coll. Suid. I. p. 511 Kuest. I. p. 1179 Bernhardy) idemque proelium diverso modo appellatur a scriptoribus. Tu vid. Weissenborn. l. l. pag. 144, de his regionibus urbibusque accurate monentem; conf. etiam Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. pag. 1070. *Datum*, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον καὶ ναυπήγια καὶ χρυσοῦ μέταλλα· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία „Δάτον ἀγαθῶν", ὡς καὶ „ἀγαθῶν ἀγαθίδας", ut Strabo scribit l. l., prope mare situm fuit ad sinum, qui optimum praebet portum ex adverso Thasi (nunc vocant portum *Leftéro Limani*) in planitie, quae inde a maris ora usque ad montem extenditur, ad quem nunc exstructus cernitur vicus *Leftéro;* vid. Perrot, qui accurate hanc regionem perquisivit, in Revue Archéologique VII (1860) p. 46; in hac planitie adhuc inveniuntur ruinae, quibus nomen *Eski Cavala*, i. e. *vetus Cavala*, cum recentior urbs Cavala nonnihil inde distet: quam ipsam in veteris urbis Neapolis (de qua vid. Herod. VII, 123) locum cessisse idem vir doctus existimat. *Drabesci* nomen adhuc retineri in vici *Sdravitz* nomine, ex ore archiepiscopi Thessalonicensis retulit Cousinéry: Voyage en Maced. II. pag. 51, qui idem suspicatur, vicum quendam campis Philipporum proximum, cui nomen Palaeochori (i. e. *antiqua urbs*), successisse in locum veteris *Dati.* Datum vero olim Satrarum

76 Ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβα-
ροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος, ἣ ἐπειδὴ ἔμαθε
ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας καὶ νικῶντας τοὺς Ἕλληνας, ἐοῦσα
παλλακὴ Φαρανδάτεος τοῦ Τεάσπιος, ἀνδρὸς Περσέω, κοσμη-
σαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι, καὶ ἐσθῆτι τῇ
καλλίστῃ τῶν παρεουσέων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἁρμαμάξης ἐχώρεε
ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι ἐν τῇσι φονῇσι ἐόντας. ὁρῶσα δὲ
πάντα ἐκεῖνα διέποντα Παυσανίην, πρότερόν τε τὸ οὔνομα ἐξ-
επισταμένη καὶ τὴν πάτρην, ὥστε πολλάκις ἀκούσασα, ἔγνω
τε τὸν Παυσανίην καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων ἔλεγε τάδε·
Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, ῥῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχμαλώτου δουλο- 77
σύνης. σὺ γὰρ καὶ ἐς τόδε ὤνησας, τούσδε ἀπολέσας τοὺς οὔτε
δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας. εἰμὶ δὲ γένος μὲν Κῴη,

gentem (de qua vid. VII, 110. 111) tenuisse, idem efficere vult II pag. 97. 98. — De *Edonis* dixi in nott. ad V, 11. — Leagri filius Γλαύκων ὁ Λεάγρου teste Valckenario memoratur Thucydid. I, 51. Ac Pausanias quoque l. l. *Leagrum* copiarum indicat ducem: plura dabit Meineke in Histor. critic. comicc. Graecc. pag. 174. — De aureis metallis iam monuimus ad VI, 46: alia excitavit plura Weissenborn l. l. pag. 144. not. 30.

Cap. LXXVI.

κατέστρωντο] Vid. nott. ad VIII, 52. Pollux IX, 153. Quae sequitur de muliere historia, eam in pauciora contractam exhibet Pausan. III, 4. §. 7. Tu cf. Mueller. Aeginett. pag. 126. De *Pharandate* cf. VII, 79 ibique nott. In ipsam vocem inquisivit Pott: Etymol. Forsch. p. XLV. Qua indicari hic statuit *a Behram* (qui est unus e geniis Persarum, Izeds vocatis) *datum*. In voce Τεάσπιος radicem *asp* s. *esp*, quae equum denotat et in multis Persarum vocabulis conspicua est, agnoscere licet. Conf. ibid. p. LX. Haud multum recedit *Teïspis* nomen, qui Achaemenis filius inter regum Persicorum maiores recensetur VII, 11, ubi vid. nott. — In sequentibus verbis καὶ αὕτη καὶ αἱ ἀμφίπολοι articulum αἱ, qui a libris scriptis abest, inseruit Reiskius, quem caeteri editores secuti sunt, probante quoque Bredov. pag. 84. De voce ἁρμαμάξης vid. nott. ad VII, 41. Mox dixit φόνη, ubi vulgo φόνος. Sic Iones κοίτη et κοῖτος, alia, de quibus conf. I, 9. IV, 201 ibique nott. Et vide quoque Bredov. pag. 55 recte monentem, Graecos in plurali numero non φόνοι, sed φόναι semper dixisse. — Ad vocem ὥστε participio praepositam cf. nott. ad IX, 37.

ὦ βασιλεῦ] Proprie non rex, sed regis Plistarchi fuit tutor, testibus Herod. IX, 10. Thucydid. I, 132. Pausan. III, 4, 7. Sed condonandum ait Wesselingius matronae animo prae laetitia perturbato. — Ad proxime seqq. ῥῦσαί με κ. τ. λ. conferunt similia, quae leguntur V, 49. IX, 90 (ubi ante δουλοσύνης additur ἐκ). Epigramm. apud Aristid. III. p. 648. In verbis αἰχμαλώτου δουλοσύνης adiectivum genitivi vices gerere monet Kuehner Gr. Gr. §. 473, a. Quae sequuntur: σὺ γὰρ καὶ ἐς τόδε ὤνησας, τούσδε ἀπολέσας (i. e. *tu enim vel hactenus me ad iuvisti, quod hos perdidisti* etc.), ob participii additi structuram iam laudavimus ad IX, 67.

τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας] i. e. „*nec daemonum neque deorum maiestatem* s. *vindictam*

θυγάτηρ δὲ Ἡγητορίδεω τοῦ Ἀνταγόρεω. βίῃ δέ με λαβὼν ἐν Κῷ εἶχε ὁ Πέρσης. Ὁ δὲ ἀμείβεται τοῖσδε· Γύναι, θάρσει, καὶ ὡς ἱκέτις, καὶ εἰ δὴ πρὸς τούτῳ τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα καὶ εἶς θυγάτηρ Ἡγητορίδεω τοῦ Κῴου, ὃς ἐμοὶ ξεῖνος μάλιστα τυγχάνει ἐὼν τῶν περὶ ἐκείνους τοὺς χώρους οἰκημένων. Ταῦτα εἴπας τότε μὲν ἐπέτρεψε τῶν ἐφόρων τοῖσι παρεοῦσι, ὕστερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἴγιναν, ἐς τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι. Μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν τῆς γυναικὸς αὐτίκα μετὰ ταῦτα 77
ἀπίκοντο Μαντινέες ἐπ᾽ ἐξεργασμένοισι· μαθόντες δὲ, ὅτι ὕστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι. πυνθανόμενοι δὲ τοὺς Μήδους τοὺς μετὰ Ἀρταβάζου φεύγοντας, τούτους ἐδίωκον μέχρι Θεσσαλίης· Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν. οἱ δὲ ἀναχωρήσαντες ἐς τὴν ἑωυτῶν τοὺς ἡγεμόνας τῆς στρατιῆς ἐδίωξαν ἐκ τῆς γῆς. Μετὰ δὲ Μαντινέας ἧκον Ἠλεῖοι. καὶ ὡσαύτως οἱ Ἠλεῖοι τοῖσι Μαντινεῦσι συμφορὴν ποιησά-

tæterrimos." *Valcken.* citans VIII, 143, ubi vid. nott. — In seqq. ad particulam *δὲ* iteratam conf. Matth. Gr. Gr. §. 616. *ἔχειν* valet *uxoris loco habere*, ut III, 31, ubi vid. nott. De *Co* vid. I, 144 ibique nott.

εἶς] Ita dedi secutus Schaeferum aliosque, ubi Schweighaeuserus atque Gaisford. dederant *εἰ*, improbante censore Lipsiensi 1833. p. 49. Tu vid. Bredov. p. 403 seq., qui Atticum *εἰ* ab Herodoti sermone abesse satis docuit. Pro *τότε μὲν* Bekkerus quaerit: „an *μέν μιν*?"

τότε μὲν ἐπέτρεψε τῶν ἐφόρων τοῖσι παρεοῦσι] *Ephoros* supra vidimus (IX, 9 seqq.) Pausaniam cum Spartanorum copiis ex urbe Spartana emisisse: ex hoc loco satis patet, nonnullos ephoros Pausaniam in bellum profectum comitatos esse eique in ipso bello adstitisse: ac tradit Xenophon in Hellen. II, 4, 36 (coll. Rep. Laced. XIII, 5): *ὥσπερ γὰρ νομίζεται ξὺν βασιλεῖ δύο τῶν ἐφόρων ξυστρατεύεσθαι*, quod testimonium una cum aliis affert C. Fr. Hermann: Griech. Staatsalterth. §. 44. not. 14. 15. His igitur Ephoris, qui regibus belli ducibus additi, omnia, quae agerent reges, inspicere atque curare debebant, maioris securitatis causa hanc mulierem tanquam praedae partem tradidit rex, id quoque respiciens, ut omni suspicione ipse liber esset. De Ephoris eorumque potestate dixi ad V, 39. VI, 63. 82.

Cap. LXXVII.

ἐπ᾽ ἐξεργασμένοισι] i. e. *re peracta*. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 5 et nott. ad Herod. IV, 164. Ad locutionem *συμφορὴν ποιεῖσθαι* vid. V, 5 ibique nott. VIII, 100.

ἄξιοί τε — ζημιῶσαι] i. e. *dignos se esse, qui punirentur, confessi sunt.* Vid. Matth. Gr. Gr. §. 535, b. Simile Livii dictum XXX, 30 attulit Valcken. — In seqq. *Medorum* appellatione latiore Noster usus videtur Chorasmios et Parthos intellexisse; nam supra VII, 66 Artabazus quadraginta mille Chorasmiis et Parthis praefuisse narratur.

τούτους ἐδίωκον] Latine reddendum: *persequi cupiebant* s. *volebant*, ob imperfecti temporis potestatem eam, de qua cf. nott. ad I, 68. Sic recte interpretatus est Poppo ad Thucydid. IV, 54 (P. III. Vol. III. p. 176). Ad *οὐκ ἔων* conf. supra IX, 2. V, 36 ibique nott. Diodorus

μενοι ἀπαλλάσσοντο· ἀπελθόντες δὲ καὶ οὗτοι τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν. τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ Ἠλείους τοσαῦτα.

78 Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων ἦν Λάμπων ὁ Πυθέω, Αἰγινητέων τὰ πρῶτα, ὃς ἀνοσιώτατον ἔχων λόγον ἵετο πρὸς Πανσανίην. ἀπικόμενος δὲ σπουδῇ ἔλεγε τάδε· Ὦ παῖ Κλεομβρότου, ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς, μέγαθός τε καὶ κάλλος· καί τοι θεὸς παρέδωκε ῥυσάμενον τὴν Ἑλλάδα κλέος καταθέσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.

XI, 32 inter eos, qui Artabazum fugientem insecuti sunt, Corinthios, Sicyonios, Phliasios memorat, adiiciens *καί τινες ἕτεροι*, quo *Mantinenses* intelligi credibile est. — Ad seq. *ἐδίωξαν* (*patriâ expulerunt* s. *exilio mulctarunt*) conf. V, 92. §. 5 ibique nott.

Cap. LXXVIII.

Λάμπων ὁ Πύθεω] Conf. Pausan. III. 4. §. 7. Hunc Lamponem eius Pytheae filium habet C. O. Mueller: Aeginett. pag. 126, de quo Herodotus VII, 181. VIII, 92. Nam coniungit eos (ita addit vir doctissimus) odium in Persas vehementissimum. Pro vulg. *Πύθεω* rescripsi *Πυθέω*, ut dudum rescribi maluerat Krebs; tu vid. nott. ad VII, 137. Quae sequitur oratio Lamponis Aeginetarum civis principis, qui Pausaniae persuadere studet, ut de Mardonii cadavere poenam sumat, eam ad odium referri vult Grote (History of Greece V. pag. 246 seq.), quod illo tempore Athenienses et Plataeenses cum his iuncti in Aeginetas ceperint, eodemque etiam referri vult, quae mox cap. 80 de Aeginetis, callidis mercatoribus, enarrantur: Herodotum certe haec, Plataeas atque agrum Plataeensium cum perlustraret, audivisse idem Grote statuit, sed ita tradidisse, ut Graecorum laudi et honori in his exponendis inserviret. Equidem nolim talia, quae hìc traduntur, vel ad odium vel ad gratiam referre in scriptore ab omni partium studio alieno, qui accurate et summa cum fide singula quaeque referre nec quidquam, quod ad ipsius cognitionem pervenit, in his rebus enarrandis omittere voluit.

Αἰγινητέων τὰ πρῶτα] Quod olim his adnexum erat *φέρων* (cuius loco Valcken. conferens VIII, 104 et Lucian. V. H. II, 18 poni voluerat *φερόμενος*), merito nunc deletum. Tu vide de locutione Herod. VI, 100 ibique nott. Quo loco quod additur *ἐών*, id hoc quoque loco inseri vult Cobet in Mnemosyn. VII. pag. 80. — Mox cum recc. edd. dedi *ἔχων λόγον* pro vulg. *λόγον ἔχων*: de ipsa locutione conf. nott. ad V, 66. Sequens *ἵετο* hinc citat Matth. Gr. Gr. §. 214. p. 409 scribens *ἵετο*, quod etiam dedit Bekker, quodque ipse cum Dindorf. et Dietsch. reposui. Tu vid. nott. ad VI, 112. Duo codd. *ἵκετο*, e glossa, opinor, marginali. Hesychius II. p. 30 *ἵεται· βαδίζεται*, quamquam non simplex *eundi* notio inest in hoc verbo medio, quod simul *studii cuiusdam* ac *festinationis* continet significationem, ut v. c. in Ili. II, 154, ubi *δρόμῳ ἵεντο*. Vix igitur accurate vulgo reddunt: *qui Pausaniam adiit;* equidem malim: *festinabat*, *rem improbissimam ei suasurus*. Ad *ὑπερφυὲς* vid. nott. ad VIII, 116. Quae sequuntur verba *μέγαθός τε καὶ κάλλος* (quod attinet ad *magnitudinem* et *pulcritudinem*), pari modo sic iuncta leguntur infra IX, 96. Alia attulimus ad III, 1 et V, 12.

κλέος καταθέσθαι] *gloriam sibi deponere*, *consequi*. Conf. VII, 220. VI, 41 ibique allata. Locutionem *χάριν κατατίθεσθαι* attigimus ad IX, 60.

78 σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων, καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. *Λεωνίδεω* γὰρ ἀποθανόντος ἐν Θερμοπύλῃσι *Μαρδόνιός* τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. τῷ σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς ἔπαινον ἕξεις πρῶτα μὲν ὑπὸ πάντων *Σπαρτιητέων*, αὖτις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. *Μαρδόνιον* γὰρ ἀνασκολοπίσας τετιμωρήσεαι ἐς πάτρων τὸν σὸν *Λεωνίδην*. Ὁ μὲν δοκέων χαρίζεσθαι ἔλεγε τάδε. Ὁ δ' ἀντα- 79
μείβετο τοῖσδε· Ὦ ξεῖνε *Αἰγινῆτα*, τὸ μὲν εὐνοεῖν τε καὶ προ-

σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον] i. e. *Tu vero iam id, quod superest, perfice.* Ad sequentia: ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ conf. allata ad V, 66. Seqq. verba **ἀτάσθαλα ποιέων** (*res nefarias* peragens) Homerum redolent: vid. modo Ili. XI, 695. XXII, 418. Od. III, 207. XVI, 86. XVII, 588 aliisque locis allatis in Duncanii Lex. ed. Rost. I. p. 174 et a *Cr.* laud. Apollon. Lex. Homer. pag. 173 ed. Toll. Herodotus ipse III, 80: ἔρδει πολλὰ καὶ ἀ τ ά σ θ α λ α coll. VII, 35. Atque infra IX, 116: ἀνὴρ δεινὸς καὶ ἀ τ ά σ θ α λ ο ς, ut VIII, 109 Noster dixit ἄνδρα ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀ τ ά σ θ α λ ο ν. Ipsum participium **ποιέων** referendum est ad ὑπάρχειν, quod cum participio coniunctum supra iam invenimus VII, 8. §. 2, ubi vid. nott.; add. Matthiae Gr. Gr. §. 551 fin., hunc Herodoti locum excitantem; infinitivus ὑπάρχειν pendet a φυλάσσηται, unde haec totius loci sententia: *et* (ut) *quisque barbarorum in posterum sibi caveat, ne res improbas* s. *nefarias in Graecos prior incipiat.* Ad usum praepositionis ἐς in verbis ἐς τοὺς Ἕλληνας cf. III, 49: πρότεροι γὰρ οἱ Κερκυραῖοι ἦρξαν ἐς αὐτὸν πρῆγμα ἀτάσθαλον ποιήσαντες et plura, quae ad V, 103 et ad I, 41 attulimus. De usu pronominis τις vid. nott. ad VIII, 109.

τὴν ὁμοίην] scil. δίκην, ut placet Fischero ad Weller. III, 1. p. 255. Aliis placet supplere ποινήν, ut Lambert. Bos. De ellipss. pag. 394. Tu vid. supra IV, 119 et VI, 21 ibique nott. Quod sequitur, ἔπαινον ἔχειν — ὑπὸ πάντων, idem fere esse atque ἐπαινεῖσθαι monet Matth. Gr. Gr. §. 592 in., qui idem §. 500 monuit de usu perfecti τετιμώρησαι sive, ut Bekkerus e Süvernii emendatione rescripsit, τετιμωρήσεαι, quod equidem cum recentt. edd. recipere haud dubitavi, probante quoque Bredov. pag. 322. Additur ἐς πάτρων eo dicendi usu, quo etiam dicunt ὑβρίζειν εἴς τινα, de quo conf. allata a Matthiaeo Gr. Gr. §. 411, 2. not.; nec aliter παρανομεῖν εἴς τινα VII, 238, ἀσεβεῖν εἴς τι apud Nostrum VIII, 129. De forma πάτρων ac de ipsa voce vid. allata ad IV, 76 et VI, 103. Inde ipsa sententia Lamponis erit: *Tu enim Mardonio in palum suspenso patruum tuum ultus fueris Leonidam.* Ad verbum ἀνασκολοπίζειν conf. nott. ad I, 128 et III, 132. Apud Graecos quoque exempla huius poenae per orientem potissimum obviae reperiri ostendunt, quae C. Fr. Hermann attulit: Griech. Privatalterth. §. 72. not. 26. De Leonida Xerxis iussu in palum suspenso, capite abscisso, Noster VII, 238 retulerat.

Cap. LXXIX.

τὸ μὲν εὐνοεῖν] Dindorfius eumque secutus Dietsch. edidit εὐ ν ο έ ε ι ν, quam formam solutam restitui quoque iussit Bredov. p. 374. Equidem formam contractam, quae in omnibus libris scriptis reperitur, retinere malui, quam eandem aliis quoque locis obviam reliqui intactam. De structura et significatione

ορᾶν ἄγαμαι σεῦ. γνώμης μέντοι ἡμάρτηκας χρηστῆς. ἐξαείρας γάρ με ὑψοῦ καὶ τὴν πάτρην καὶ τὸ ἔργον, ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες, παραινέων νεκρῷ λυμαίνεσθαι, καὶ, ἢν ταῦτα ποιέω, φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι. τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν ἤπερ Ἕλλησι· καὶ ἐκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν. Ἐγὼ δ' ὦν τούτου εἵνεκα μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται. ἀποχρᾷ δ' ἐμοὶ, Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι· ψυχῇσί τε τῇσι τῶνδε ἀναριθμήτοισι τετίμηται αὐτός τε καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. σὺ μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τοιόνδε μήτε προσέλθῃς ἔμοιγε, μήτε συμβολεύσῃς. χάριν τε ἴσθι ἐὼν ἀπαθής. Ὁ μὲν ταῦτα ἀκούσας ἀπαλλάσσετο.

verbi *ἄγαμαι* vid. nott. ad VI, 76 et IV, 46. Mox Bredovium p. 193 secutus cum Dietschio scripsi *ἐξαείρας*, ut IX, 107, idemque attendi velim ad locutionem *ἐξαείρας γάρ με ὑψοῦ*, i. e. *nimis enim me laudibus extulisti.* Conf. VI, 126 et VI, 128, ubi etiam de voce *πάτρη* quaedam attulimus. Opponitur mox: *ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες*, i. e. *in nihilum redegisti* sive *abiecisti*, *depressisti*, ut Schweighaeuserus interpretatur in Lex. Herodot. II. p. 11. Conf. etiam supra VIII, 77. Locutionem *νεκρῷ λυμαίνεσθαι* invenimus I, 214. III, 16, ubi vid. nott. VIII, 15. Aelian. N. A. VII, 10, ubi Herodoti locus non fugit Iacobsium.

καὶ ἐκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν] De particulis *καὶ* — *δὲ* vid. allata ad IV, 105; quod ad *ἐπιφθονέομεν* attinet, non tam *invidiae* quam *odii* significationem in hoc verbo inesse recte monere videtur Schweighaeus. in Lex. Herod. I. p. 273, ubi haec verba sic reddit: „*atque illos hoc nomine odimus.*" Neque aliter vox *ἐπίφθονος* in Nostri verbis IV, 205: *ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται*, ubi conf. nott. Atque Herodotea quoque attulit Lehrs: Populäre Aufsätze etc. p. 66, ubi bene monet, in talibus vim vocis *φθόνος* atque vocis *νέμεσις* ad idem fere redire. — Quae sequuntur: *μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται*, ob dativi usum excitavit Kuehner Gr. Gr. §. 577, f. sic Latine reddens: *iis non acceptus ero* (vel potius: *acceptus iis esse nolim*), *quibus haec placent.* — Accusativum *ἀρεσκόμενον* ne mireris praegresso dativo, vid. I, 19. I, 3 ibique laudd. I, 37. V, 12. VI, 86. §. 1. VIII, 24. VII, 107. IX, 53. 122. Vocabulum *ψυχῆς* de *vita* accipio, ut III, 130, ubi cf. citt.

σὺ μέντοι ἔτι ἔχων κ. τ. λ.] „Ore Ionico pronuntiata atque in speciem lenissima gravem tamen continent comminationem; illis simillima, quae Alexandro Macedoni dixisse feruntur Athenienses VIII, 143 *σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι, μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε.* Iuxta Lycurg. c. Leocr. p. 156, 42 [pag. 186 R.] Alexandrum Athenienses *μικροῦ δεῖν κατέλευσαν*: secundum Aristidem I. pag. 250 illi dixerunt, qualia Medeae Creon Euripidis 352 *si te secundo lumine hic offendero, moriere.* Lamponis istius consilium repellentis Spartani regis responsum meminit Pausan. III, 4 fin." *Valcken.* — Mox Schweigh. et Gaisf. dederunt *ἴσθι τε* e pluribus codd. Vulgo *τε ἴσθι*, quod post Schaefer. retinuerunt Matth. et Bekker, quos ego cum Dindorf. et Dietsch. secutus sum, cum istud *τε* respiciat ad

Πανσανίης δὲ κήρυγμα ποιησάμενος μηδένα ἅπτεσθαι τῆς 80
ληΐης, συγκομίζειν ἐκέλευε τοὺς εἵλωτας τὰ χρήματα. οἱ δὲ
ἀνὰ τὸ στρατόπεδον σκιδνάμενοι εὕρισκον σκηνὰς κατεσκευ-
ασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαρ-
γύρους, κρητῆράς τε χρυσέους καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώ-
ματα· σάκκους τε ἐπ᾽ ἁμαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες
ἐφαίνοντο ἐνεόντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι· ἀπό τε τῶν κει-
μένων νεκρῶν ἐσκύλευον ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς, καὶ τοὺς
ἀκινάκας, ἐόντας χρυσέους, ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγί-
νετο οὐδὲ εἷς. Ἐνθαῦτα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώλεον πρὸς
τοὺς Αἰγινήτας οἱ εἵλωτες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα
αὐτῶν οὐκ οἷά τε ἦν κρύψαι· ὥστε Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι
πλοῦτοι ἀρχὴν ἐνθεῦτεν ἐγένοντο, οἳ τὸν χρυσὸν, ἅτε ἐόντα
χαλκὸν δῆθεν, παρὰ τῶν εἱλωτέων ὠνέοντο. Συμφορήσαντες 81

antecedens *μήτε*, eâ structurâ, quam ad VI, 1 notavimus. De participio adiecto vid. Matth. Gr. Gr. §. 551, 1.

CAP. LXXX.

ἐκέλευε] Retinui hoc. E duobus codd. Schaeferus, quem sequuntur Matth., Bekker, Dindorf et Dietsch., edidit *ἐκέλευσε*. At bene imperfectum et h. l. et III, 28 tuetur Sintenis epist. ad G. Hermann. (ed. Plutarch. Themist.) pag. LI. Ad verba seqq. *κλίνας τε ἐπιχρύσους* *Wessel.* haec adscripsit: „non fuerunt *ὁλόχρυσοι καὶ ὁλάργυροι*, quales in Phil. Iud. De Somn. p. 1115 E., sed *inaurati* et *inargentati*. Ex solido auro et argento memorabuntur c. 80. In talibus et alibi peccatur. Vid. I, 50." Quo loco Croesus Delphos dedicasse dicitur *κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους*. Graecorum *κλίναι* s. lecti plerumque lignei erant ac valde simplices nec artificiosius elaborati; qui si insigni arte aut e materia pretiosiori confecti, aut pedibus aeneis, argenteis, elephantinis instructi commemorantur, id luxuriae insolitae tribui solet: vid. Becker: Charikl. III. p. 64. 65 ed. sec. ibique C. Fr. Hermann. Quos praeterea Graeci victores deprehenderunt *κρατῆράς τε χρυσέους καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα*, eo referas licet, quod Persae illa aetate vino admodum dediti dicuntur I, 133, ubi vid. nott. *φιάλας χρυσέας* idem Croesus l. l. Delphos olim dedicaverat; sunt autem paterae amplae nullis ansis instructae, in quas vinum, quod in *crateribus* (vid. supra I, 14 ibique nott. I, 51) mixtum erat, infundebatur bibendum: tu conf. III, 130. IV, 10. VII, 54, quas phialas aeque atque caetera pocula et ipsa pretiosiore materia confecta aut artificiosius elaborata fuisse credibile est. — *σάκκους*, duplicata litera *κ*, omnes Herodoti libri recte h. l. afferunt; altera scriptura cum una *κ* ad Atticos potius pertinet, monente Bredov. pag. 81.

ἐσκύλευον ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς] i. e. *cadaveribus stratis detraxerunt armillas* et *torques*. Verbo *σκυλεύειν* Noster iam usus est pari in re I, 82 (*σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς*), aliique adhibuerunt de mortuis, qui spoliantur armis, vestibus, ornamentis: plura vid. in Thesaur. Ling. Graec. VII. p. 458 ed. Dindorf. — Pro *ψέλια* minus recte olim *ψέλλια*. Tu vid. nott. ad III, 20. IV, 168 et Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 18. p. 117. — *τοὺς ἀκινάκας* pro vulg. *ἀκινάκεας* reposui; vid. nott. ad III, 128.

ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν] „*Quasi*

δὲ τὰ χρήματα, καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ, 729
ἀπ᾽ ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη, ὁ ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου

vero aes foret. Rudi simplicitate Helotarum, aurum atque aes vix internoscentium, abusi Aeginetae sunt. Quid victo ad Gransonium Carolo Audace, Burgundiae duce, vasis eius argenteis, stannum arbitrati, fecerint, quoque modo gemmas, multo rarissimas et pretii ingentis, tanquam vilissima scruta abiecerint Helvetii, durum ab stirpe genus, elegantissime Ph. Comineus Memor. Lib. V, 2 exposuit." *Wesseling.* His addam, quae de eadem re iudicat C. O. Mueller: Aeginett. pag. 127: „Novimus morem scriptoris, populorum statui opibusque vetustis causas multum recentiores subiicientis neque igitur Aeginetas ob huius mercaturae fraudem magnopere obiurgabimus. Perspicitur tamen ex istis Herodoti ipsius verbis, quantis tum divitiis Aeginetae floruerint. Quae certe priora, quam quae libro VI traduntur atque ante Aeginetas patriâ expulsos conscripta sunt. Sed stipendiarii tamen Atheniensibus iam tum erant." A. Schoell, vernaculus interpres in not. ad h. l. Herodotum magnas Aeginetarum opes ex hac re repetentem, contendit inductum fuisse ab Atheniensibus Aeginetarum inimicis, qui ita ipsi retulerint. Tu conf. nott. ad IX, 78. De florenti Aeginetarum commercio opibusque inde comparatis, de quibus iam supra in nott. ad IV, 152 monuimus, accurate egit About: Archives des miss. scientifiq. III. pag. 265. — De vocula *δῆθεν* vid. nott. ad IX, 66.

Cap. LXXXI.

ἐξελόντες] Idem verbum de rebus deo cuipiam exemptis et consecratis IV, 161, ubi cf. nott. De *decima* diis consecrata vid. quae adnotavimus ad V, 77. VII, 132 et add. Schoemann: Griech. Alterthüm. II. pag. 14. Sunt vero Herodoti verba non ita intelligenda, ut unam decimam e praeda electam tribus hisce operibus tribusque diis suffecisse putemus, quemadmodum intellexerat Larcherus, sed, quod bene monuit Broendsted. l. l. I. p. 101 not., triplicem decimam Graeci elegisse putandi sunt, unicuique e tribus diis nominatis unam decimam eximentes.

ἀπ᾽ ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη] Eiusdem tripodis iam supra VIII, 82 Noster mentionem fecerat, ubi in nott. indicavi eos veterum scriptorum locos, in quibus huius donarii, quod nomina civitatum, quae contra Persas pugnaverant, insculpta continuit, mentio fit. E quibus unum hîc transscribam Pausaniae locum X, 13. §. 5: *ἐν κοινῷ δὲ ἀνέθεσαν ἀπὸ ἔργου τοῦ Πλαταιᾶσιν οἱ Ἕλληνες χρυσοῦν τρίποδα δράκοντι ἐπικείμενον χαλκῷ*, qui idem scriptor vel in eo consentiens cum Herodoto reperitur, quod, *ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ* hunc tripodem stetisse Herodotus cum scribat, hanc ipsam aram commemorat, ubi proxime collocata donaria profert (X, 14. §. 4 *πλησίον τοῦ βωμοῦ τοῦ μεγάλου*): hanc vero aram non in ipsa templi cella, sed in *περιβόλῳ* s. *τεμένει* quaerendam esse utique consentaneum. Ac pergit idem Pausanias l. supra l. de hoc donario: *ὅσον μὲν δὴ χαλκὸς ἦν τοῦ ἀναθήματος, σῶον καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἦν· οὐ μέντοι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸν χρυσὸν οἱ Φωκέων ὑπελίποντο ἡγεμόνες.* Itaque Pausaniae aetate aureus tripus, quem Herodotus haud scio an ipse conspexerit integrum, sublatus non amplius exstitit: aeneus tantum draco adhuc cernebatur, qui teste Scholiasta ad Thucydid. I, 132 a Romanis imperatoribus postea in Byzantii hippodromum translatus est. Factum hoc esse Constantini Magni temporibus, satis colligi posse videtur e testimoniis eorum scriptorum Byzantinorum, qui huius monumenti mentionem faciunt, Sozomeni praesertim (Hist. Eccl. II, 5), Nicephori Callisti (Hist. Eccl. VIII, 33), Eusebii (Vit. Constant. III, 54), Socratis

ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεῶς ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ, καὶ τῷ ἐν

(Hist. Eccles. I, 16), Zosimi (II, 31), aliorum, quorum locos attulit Frick (l. mox l. pag. 513 seqq.), qui idem quoque (p. 518 seqq.) subiunxit recentiorum scriptorum inde a seculo decimo quinto testimonia, e quibus unum apponere iuvat Petri Gyllii, qui medio fere seculo decimo sexto Constantinopolin missus in vetere Hippodromo, cui loco nunc nomen At-Meïdan, hoc monumentum vidit atque sic descripsit in Topographia Constantinopoleos (Lugdun. Batav. 1632) II, 13: „Exstat etiam in eodem ordine altera columna aenea, striata non quidem canaliculis, rugas matronalium stolarum referentibus, sed *spiris trium serpentum inter se circumplicatarum*, non sursum versus directis, sed tortis in modum tororum (quos valde eminentes exprimunt magni funes) et desinentibus in *caput triceps trium serpentum*, quorum capita in triquetram formam disposita longe eminent supra torosum scapum." Et conf. quoque Gibbon. in Hist. imperii Roman. I, 17 (T. IV. p. 34 vers. German.) recte monentem, vix ullum antiquitatis monumentum reperiri, quod tam continuam testimoniorum seriem inde ab antiquissima aetate usque ad nostra tempora exhibere possit. Quod quamquam mutilatum per temporum decursum fuit atque ita obtectum, ut vix pedes sex supra terram emineret, minusque bene inde conspici ac describi posset, paucis abhinc annis complurium virorum doctorum curis totum est effossum atque remotâ terrâ adgestâ sic in lucem protractum, ut commode ac facile omnium adspectui pateat ipsaque nomina civitatum Graecarum monumento inscripta recte legi possint: de quo cum monitum esset in Athenaeo Gallico anni 1856 nr. 9. p. 175, Monatsbericht. d. Berlin. Akad. 1856. pag. 163 seqq., Archaeolog. Anzeig. 1856. nr. 89 et 90 coll. Archaeolog. Zeitung 1857. nr. 47. Jahrbb. d. Philolog. Vol. LXXIV. pag. 265 seqq., nunc accuratissime et copiosissime tractavit O. Frick: „Das plataeische Weihgeschenk in Constantinopel. Ein Beitrag zur Geschichte d. Perserkriege" in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. III, 4 (1859). pag. 485—556, qui non solum ipsum monumentum quale olim fuisse probabile est et quale nunc cernitur, diligentissime descripsit, verum etiam eius historiam pari diligentia est persecutus singula nomina monumento inscripta illustrans; imaginem totius monumenti accuratam lapide expressam adiecit Dethier.

ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος] Adscripsit haec *Wesselingius:* „Durabat in tempora Pausaniae, aureo tripode dudum a Phocensibus interverso et conflato lib. X, 13. §. 5. Quam vero Gronovius ex Whelero adposuit tricipitis colubri figuram, eam huius videri, a Cupero veritati respondere negatur, Epistol. lib. II. pag. 177 [quod idem affirmat Frick. l. l. pag. 520, ubi vid.]. Litem meam non facio. Si tamen verum amamus, *unus* hic *draco* et *triceps* describitur, **δράκων χαλκοῦς** Pausaniae, monumentum autem Constantinopolitanum tres exhibet serpentes, scitissime contortiplicatos: dubium praeterea, Delphisne Byzantium venerit; sed, fieri hoc potuisse, nolo infitiari." Qui ab Herodoto ὄφις dicitur, **δράκων** appellatur a Pausania l. l.: **δράκων ὄφις** invenitur in Euripid. Bacch. 896; hunc ὄφιν s. **δράκοντα** Noster dicit **τρικάρηνον** (i. e. *tricipitem* serpentem) eum in modum, quo Hesiodus **τρικάρηνον Γηρυονῆα** dixit in Theogon. 287 (ubi alii exhibent **τρικέφαλον**, minus recte opinor) et Cerberum Euripides in Herc. fur. 611 **θῆρα τὸν τρίκρανον**. Cum igitur *triceps* dicatur serpens, minus accurate locutum esse Herodotum pronuntiat Welcker: Griech. Götterlehre II. p. 813 seq., cum ipsum monumentum, quale nunc cernitur, non unam tricipitem exhibeat serpentem, sed tres serpentes ita circumplicatos, ut cervices potissimum tres promineant. Ac parem negli-

Ὀλυμπίῃ θεῷ ἐξελόντες, ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέ-
θηκαν, καὶ τῷ ἐν Ἰσθμῷ θεῷ, ἀπ' ἧς ἑπτάπηχυς χάλκεος Πο-
σειδέων ἐξεγένετο, ταῦτα ἐξελόντες, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο, καὶ
ἔλαβον ἕκαστοι τῶν ἄξιοι ἦσαν, καὶ τὰς παλλακὰς τῶν Περσέ-
ων καὶ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον καὶ ἄλλα χρήματά τε καὶ
ὑποζύγια. Ὅσα μέν νυν ἐξαίρετα τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτῶν ἐν
Πλαταιῇσι ἐδόθη, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν, δοκέω δ' ἔγωγε
καὶ τούτοισι δοθῆναι. Παυσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη τε
καὶ ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι, ὣς δὲ αὔτως
82 καὶ τὰ ἄλλα χρήματα. Λέγεται δὲ καὶ τάδε γενέσθαι, ὡς Ξέρ-
ξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν κατα-
λίποι τὴν ἑωυτοῦ· Παυσανίην ὦν, ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου
κατασκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ παραπετάσμασι ποικί-

gentiam in eo quoque sibi invenisse videtur idem vir doctus, quod Herodotus et h. l. et supra VIII, 82 tripodem Noster dixit aureum, cui inscripta fuerint Graecarum civitatum nomina: quae, uti nunc cernimus, non in ipso tripode aureo, sed in altera parte serpentum, quibus tripus superimpositus fuit, insculpta erant: adeo ut Herodotus tripodem aureum cum diceret, totum monumentum (i. e. tripodem una cum serpentibus) intellexisse putandus sit. Quae mihi certe non talia esse videntur, ut indiligentiae culpam in scriptorem accuratissimum conferam.

ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέθηκαν] Pluribus retulit Pausanias V, 23. §. 1 coll. VI, 10. §. 2 de hac *Iovis* statua, quae ad 14,73 pedd. Rhenn. altitudinem adscendit atque in basi ad dextram inscripta habuit nomina civitatum, quae sumptus ad hoc opus faciundum contulerant: quae nomina a Pausania relata ita conveniunt cum civitatum nominibus Delphico donario inscriptis, ut quattuor tantum absint nomina, quae in hac Iovis statua non leguntur: de qua re vid. Broendsted l. l. I. pag. 102 seq. et potissimum Frick. l. l. pag. 523 seq. — De *Neptuni* statua, quae 10,31 pedd. Rhenn. alta fuisse dicitur, nihil aliunde cognitum.

Παυσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη] i. e. *Pausaniae vero omnia dena selecta et data sunt:* omnium ac singularum rerum, quibus praeda constitit, decimam partem selectam accepit. Ubi attende vim vocis *πάντα* iam supra in simili sententia I, 50 expositam; nos: *von Allem.* Sic quoque intellexerunt Nitzsch. ad Odyss. V, 244 (T. II. p. 35) et Mehler in Mnemosyn. V. p. 68 coll. Matthiaeo Gr. Gr. §. 266. — Nostro loco bene utitur C. O. Mueller: Dor. II. pag. 209; ex quo scil. perspicitur, regibus Spartanorum licuisse aurum atque argentum, cuius usum Spartae interdictum fuisse vulgo dicunt, possidere. Atque affert idem Muellerus plura, quae eodem faciunt, v. c. mulctas ipsumque studium equos alendi ad ludos publicos (cf. Herod. VI, 70. 103), haud parvas impensas exigens. Conf. etiam nott. ad VI, 61.

Cap. LXXXII.

τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν] Schweighaeuserus olim scriptum fuisse suspicabatur *τὴν σκηνήν*; scripti libri, quantum scio, omnes non addicunt. Qui Herodotea exscripsit Athenaeus IV, 6 s. 15 pag. 138 C. haud pauca immutans utroque loco exhibuit *παρασκευήν*, ubi Herodotus (qui in sequentibus *παρασκευήν* et ipse habet) praebet *κατα-*

λοισι κατασκευασμένην, κελεῦσαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν. ὡς δὲ κελευόμενοι οὗτοι ἐποίευν ταῦτα, ἐνθαῦτα τὸν Παυσανίην, ἰδόντα κλίνας τε χρυσέας καὶ ἀργυρέας εὖ ἐστρωμένας καὶ τραπέζας τε χρυσέας καὶ ἀργυρέας καὶ παρασκευὴν μεγαλοπρεπέα τοῦ δείπνου, ἐκπλαγέντα τὰ προκείμενα ἀγαθά, κελεῦσαι ἐπὶ γέλωτι τοὺς ἑωυτοῦ διηκόνους παρασκευάσαι Λακωνικὸν δεῖπνον. ὡς δὲ τῆς θοίνης ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον, τὸν Παυσανίην γελάσαντα μεταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς· συνελθόντων δὲ τούτων εἰπεῖν τὸν Παυσανίην, δεικνύντα ἐς ἑκατέρην τοῦ δείπνου τὴν παρασκευήν· Ἄνδρες Ἕλληνες, τῶνδε εἵνεκα ἐγὼ ὑμέας συνήγαγον, βουλόμενος ὑμῖν τοῦδε τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην

σκευήν; utrumque de *apparatu* s. *supellectile ad vitae usum necessaria* hic dici satis patet. παραπετάσματα (i. e. *tapetes*) quae Noster dicit, apud Aeschylum in Agamemn. 882 dicuntur πετάσματα; tu vid. plura in Thesaur. Ling. Graec. VI. p. 352 ed. Dindorf.

τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς] Athen. l. l. praebet ἀρτοποιοὺς, quae haud rara est confusio; cf. nott. ad I, 51 et Lud. Dindorf. ad Xenophont. Cyropaed. Praefat. pag. XXI seq. ed. quart. Utrumque nomen frequentius coniungi monstrant allata ab interprett. Thom. Magistr. pag. 113 seqq. ipsaque docet res. — Mox e codd. consensu revocavi καθὼς, cuius loco Schaeferus, quem Matth. sequitur, exhibuerat καὶ, quod certe magis placet, quam quod a Bredovio p. 93 praepositum et a Dietsch. receptum video κατὰ (i. e. pro καθ' ἃ); ut enim concedas, vocem καθὼς, quam etiam hoc loco praebet Athenaeus, Herodoto esse abiudicandam, nunquam adduci possum, ut Herodotum scripsisse putem: κατὰ ταὐτὰ κατά. Dindorfius, qui in ipso textu intactum reliquit καθὼς, in Commentat. de dialect. Herodot. p. VI scribi mavult κατὼς, nisi probabilius cum Schaefero corrigere καί. — In seqq. ad ἐκπλαγέντα cf. nott. ad VII, 181 et ad formulam ἐπὶ γέλωτι Matth. Gr. Gr. §. 586, γ. Add. Herod. VI, 67 ibique nott.

ὡς — ἦν πολλὸν τὸ μέσον] i. e. *cum multum inter hoc epulum paratum* et inter alterum *interesset;* vid. VII, 11 ibique nott. *Amplum discrimen* reddit Wessel. citans Herod. I, 126. Euripid. Alcest. 914. Io. Chrysost. Or. De Evangel. Profect. T. III. pag. 302 C. coll. Heliodor. Aethiop. VII. pag 318 [cap. 16] et Abresch. Lectt. Aristaenett. pag. 249. — Mox restitui εἰπεῖν pro εἶπαι, ut cap. 84. Vid. nott. ad VIII, 65.

τοῦδε τοῦ Μήδων ἡγεμόνος] Ita dedi cum Schweigh., Gaisf. et Wesseling. (qui dudum ita iusserat in Diss. Herodot. VIII c. fin. p. 89 seqq.), libros scriptos secutus, e quibus unus Sancrofti codex habet Μήδου ἡγεμόνος et Aldina βασιλῆος pro ἡγεμόνος. Unde Schaeferus, quem sequuntur Matth. et Bekker., dederat τοῦ Μήδου, vocibus τοῦδε et ἡγεμόνος prorsus omissis: idemque fecerunt Dindorf. et Dietsch. Equidem idoneam causam haud perspicio, cur a librorum scriptorum consensu recedam, indeque vulgatam retinui, quam sic expressit Athenaeus: συνήγαγον ἡμᾶς βουλόμενος ἐπιδεῖξαι τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην κ. τ. λ. In Herodoteis verbis pro vulg. δεῖξαι scripsi δέξαι, ut VIII, 137, ubi vid. nott.

δέξαι, ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν
ἔχοντας ἀπαιρησόμενος. Ταῦτα μὲν Παυσανίην λέγεται εἰπεῖν
83 πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων. Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ
μετὰ ταῦτα καὶ τῶν Πλαταιέων εὗρον συχνοὶ θήκας χρυσοῦ
καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων. Ἐφάνη δὲ καὶ τόδε
ὕστερον ἔτι τούτων· τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρ- 730
κας (συνεφόρεον γὰρ τὰ ὀστέα οἱ Πλαταιέες ἐς ἕνα χῶρον)
εὑρέθη κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν, ἀλλὰ ἐξ ἑνὸς

δίαιταν] Omnem indicari coenae Persicae apparatum, non cibos tantum, sed vasa quoque et reliquam supellectilem pretiosam notat Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 157. — In seqq. adiectivum οἰζυρὸς (*aerumnosus, miser*), cuius loco Athenaeus l. l. adhibuit ταλαίπωρος, Homericum est; vid. Ili. I, 417. XIII, 569. XVII, 446. Odyss. III, 95. IV, 197. 325. De argumento loci sic *Wesseling.:* „Mardonii delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum regis, perstringit et taxat. Additum οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας δίαιταν irruenti, ut ferocientis impetum sisterent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem Comineo lib. V. c. 1. Memor. perhibente."

Cap. LXXXIII.

ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετὰ ταῦτα] Duo extremae voces male ab uno cod. absunt. Cf. IX, 64 ibique nott. 85. In seqq. θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων Noster dixit *vasa* s. *arcas auro, argento aliisque huiusmodi rebus* (pretiosis) *repletas*, quemadmodum Homerus dixit (Od. II, 340) πίθους οἴνοιο *dolia vino repleta* aut (Od. IX, 196) ἀσκὸν οἴνοιο et quae sunt alia huius generis apud alios quoque scriptores obvia. De voce θήκη iam diximus in nott. ad III, 130: quibus adde, quae plura de hac vocis θήκη significatione profert Jacobs in Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1839. pag. 768; aliis apud Nostrum locis (II, 67, ubi vid. nott. II, 136. IX, 85) θήκη *conditorium sepulcrale* indicat: quo eodem sensu apud Platonem quoque legitur De rep. IV. pag. 427 B. V. pag. 469 B. Voces τῶν ἄλλων χρημάτων, quas Schweighaeuserus eodem fere modo quo nos est interpretatus, postea idem in Lexic. Herodot. II. p. 323 propter articulum τῶν aliter intelligi voluit, ut sint genitivi partitivi qui vocantur, quibus intelligatur καὶ μέρος sive καί τινα τῶν ἄλλων χρημάτων: „*invenerunt pateras aureas et argenteas aliarumque rerum pretiosarum nonnullas.*" In quo me quidem assentientem haud habet, qui articulo tale quid significari h. l. nego; sed additur articulus voci ἄλλος eum in modum, quo alias saepissime additur et plerumque redditur *praeterea:* cf. modo Stallbaum. ad Platon. De rep. VII, 11. (p. 530 A.) X, 15. (p. 618 A.) ibique citata.

ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τούτων κ. τ. λ.] ἔτι e Valckenarii coniectura positum pro vulg. ἐπὶ, quod cum Schaefero tuentur Bekkerus et Dindorf., quodque hic stare posse nego, si quidem coniunctim leguntur ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τούτων τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας: quare reliqui ἔτι atque post τούτων interpunctionem posui, quod ideo fecit Dietschius; verba τῶν νεκρῶν περιψ. τὰς σάρκας pertinent ad εὑρέθη κεφαλὴ κ. τ. λ. Recte enim *Valckenarius:* „tum *postea demum, nudatis carne cadaveribus, adparuisse* τότε, nempe id, quod de *cranio sine sutura* et de *maxilla* proditur, sententia declararet."

κεφαλὴν οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν] i. e. *caput suturam habens*

ἐοῦσα ὀστέου· ἐφάνη δὲ καὶ γν'θος, καὶ τὸ ἄνω τῆς γνάθου, ἔχουσα ὀδόντας μουνοφυέας ἐξ ἑνὸς ὀστέου πάντας, τούς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. καὶ πενταπήχεος ἀνδρὸς ὀστέα ἐφάνη.

nullam, ut apud Aelian. N. A. IV, 34, ubi cf. Iacobs. Add. Pollux II, 37. VII, 81. Valckenarius excitarat locum Theophili Protospatharii (De fabrica corp. hum. lib. IV, 4 in Fabric. Bibl. Graec. T. XII. p. 858) affirmantis κεφαλὰς ἀρράφους, *sine ulla sutura*, inter ossa proeliis deiectorum et computrescentium ab scriptoribus reperta memorari. Quibus denique addo, quod Harduin. ad Plin. H. N. XI, 37. T. I. p. 615 adnotavit, Albertum, Marchionem Brandeburgensem, quem Germaniae Achillem vocitarint, anno 1414 p. Chr. natum, caput habuisse suturis vacuum. Qui mortuus mense Martio anni 1486 sepultus fuit in monasterio Heilsbronn, ubi intra annos 1620 — 1631 hoc cranium suturae expers aliaque corporis ossa magnitudinem corporis et virium robur testantia publice exposita esse invenimus: vid. v. Minutoli: Das kaiserliche Buch des Markgraf. Albert. Achill. pag. 520. Haec conscripseram, cum insigni humanitate Ioan. Schulzii Viri Perillustris et Borussorum regis a consiliis intimis ad me delata sunt Starkii Analecta medica ex vett. scriptt. non medicis, ubi h. l. uberius tractatur (Ienae 1828, 4.) in Continuatione quarta §. 19 seq. Quod enim Herodotus narrat cranium nullam prorsus suturam habens, sed uno osse solido constans, non tam inauditum esse ait Starkius, sed pertinere ad rariores capitis deformationes; quamvis enim concretio singularum commissurarum, sagittalis prae ceteris, non nimis raro inveniatur, ita omnium, quibus capitis ossa iunguntur, suturarum abolitionem rem esse addit valde inusitatam. Quae rara apud veteres inveniuntur exempla aeque atque apud recentiores, congessit vir doctus, illud probaturus, Herodoti fidem in his quoque haud suspectam esse, quandoquidem, quae quamvis rariora, haud tamen inaudita prorsus sint, ille narraverit; §. 18. Quin causas quoque huius abnormitatis et originem vir doctissimus indagare atque investigare studet Continuat. VI et VII. Quae cum huius non sint loci, hîc omittamus.

ἐφάνη δὲ καὶ γνάθος καὶ τὸ ἄνω τῆς γνάθου] Haud male opinor Schweighaeuserus: „*reperta est etiam maxilla, quum inferior tum superior;*" quod sequitur ἔχουσα ὀδόντας κ. τ. λ., sententiam ipsam si respicis, non tam ad γνάθος quam ad τὸ ἄνω τῆς γνάθου referendum; superior enim maxilla dentes habuisse dicitur concretos, tam reliquos quam molinares (τοὺς γομφίους: nos dicimus *Backenzähne*).

ὀδόντας μουνοφυέας] i. e. *dentes in unum concretos*, *coalitos*, sive, ut mox ipse declarat Herodotus, ἐξ ἑνὸς ὀστέου πάντας, ita scil. *ut ex uno osse continuato omnes constarent*, quemadmodum etiam Prusiae regis filius pro superiori ordine dentium unum os aequaliter extentum habuisse dicitur Valer. Max. I, 8 ext. 12 coll. Plin. VII, 15. §. 69 („Aliqui vice dentium continuo osse gignuntur, sicuti Prusiae regis Bithynorum filius superna parte oris"), ipseque Pyrrhus, Epirotarum rex, teste Plutarcho in eius Vit. cap. 3 fin. πολλοὺς ὀδόντας οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἓν ὀστέον συνεχὲς ἦν ἄνωθεν, οἷον λεπταῖς ἀμυχαῖς τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένον τῶν ὀδόντων. Add. Festus s. v. *Monodos* p. 102 Lindem. Haec eadem uberius tractavit idem Stark. l. l. P. I. Continuat. I ad rariora referens, quibus vix quidquam reperiatur simile. Ut enim dubitari nequit (nisi omnem historiae fidem evellere velis) apud veteres sane talem dentium concretionem aliquoties repertam fuisse, ita recentiori aetate vix talem quaesieris inque collectionibus ac Museis vix talia

84 Ἐπεί τε δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφάνιστο, ὑπ' ὅτευ μὲν ἀνθρώπων, τὸ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πολλοὺς δέ τινας ἤδη καὶ παντοδαποὺς ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον, καὶ

repereris, quae non prorsus similia cum sint, accedant certe quodammodo ad talem dentium concretionem, de qua Herodotus aliique veterum scriptores testantur. Neque etiam apud antiquos medicos ulla huius rei mentio; commemorant hoc sive vitium s. errorem naturae in conformandis dentibus non nisi decimi sexti et septimi seculi artis medicae periti; nec recentiores medici ita, ut par est, rem tractasse videntur, quam tum, uti diximus, copiosissime tractavit Starkius l. l. Et cum veteres plerumque universalem dentium concretionem commemorent, recentiores tantum talem, quae non omnes, sed aliquot certe dentes comprehendat, suspiceris utique veteres, qui talia enarrant, deceptos esse tartaro dentes involvente et tam solidâ massâ obtegente, ut intervalla, quibus singuli discriminantur dentes, plane deleantur et vere unius ossis dentium locum occupantis species exsistat. Sed vix crediderim et Herodotum et alios rerum scriptores accuratissimos fideque dignissimos ita fuisse deceptos; quin summam fidem mereri in tali re mira enarranda, iure quoque posuisse mihi videtur Stark. §. 10. 11. pag. 13—15 seqq. Qui idem vel in causas huius mali inquirens §. 12 originem ex quadam dentium efformatione non plane perfecta nec prorsus absoluta repetit, e primordiis scil., quibus dentes inchoantur indeque dentium concretionem docet cum imperfecta totius corporis formatione intima esse coniunctam necessitudine. Nec improbabilis viri peritissimi coniectura, hanc rudem et inchoatam dentium formam ad eas gentes eaque tempora pertinere, quibus humanum genus non ad eam absolutionem, qua nunc pervenit, fuerit productum. Et illud merito attendi vult idem Stark., hos dentes in unum os continuatos post proelium Plataeense esse repertos, in quo nationum e remotissimis terrarum regionibus accitarum et ex omni parte rudium ac ferarum fuerit concursus (pag. 6). — Ad verba πενταπήχεος ἀνδρὸς (i. e. viri, qui 7, 31 pedd. Rhenn. altus est) ὀστέα ἐφάνη consul. Stark. l. l. §. 22. pag. 6, qui affert exempla ex antiquis scriptoribus et recentioribus temporibus repetita, quibus sane illud efficitur, virum quinque cubitorum exsistere potuisse nec fide carere Herodoteam narrationem. Tu conf. etiam nott. ad I, 68.

Cap. LXXXIV.

Ἐπεί τε δὲ] Sic plerique libri scripti offerunt; Schaeferus pro ἐπεί τε correxit ἔπειτεν, quod licet nullo in libro legatur, receperunt Schweighaeuserus et Gaisford.; contra Matthiae vulgatam ἐπεί τε δὲ tuetur, cum apodosis ab iis, quae de hac re disputat Herodotus, fuerit absorpta; ἔπειτεν unus tuetur Aelius Dionysius apud Eustath. ad Ili. p. 1158, 38 s. 1215, 33. Recentiores editores inde a Bekkero retinuerunt ἐπεί τε, quod equidem et ipse retinendum duxi, licet oratio propter multa verba interiecta impeditior sit atque apodosis demum a verbis ἔχει δὲ τινα φάτιν κ. τ. λ. constitui possit: qua de re Bredov. pag. 108 Herodoti verba proferens et vulgatae patrocinans haec scripsit: „Quam inter protasin et apodosin inseruit, non certo se scire, a quo Mardonii cadaver esset sepultum, cum plures id de se praedicassent: ὑπ' ὅτευ μὲν ἀνθρώπων κ. τ. λ., quibus respondent πολλοὺς δέ τινας — ἤκουσα κ. τ. λ. Postquam vero cadaver Mardonii altero die subductum fuit, habet nonnihil famae Dionysophanes vir Ephesius sepeliisse Mardonium, quamquam etiam alii plures id de se praedicaverunt, unde certum non habeo di-

δῶρα μεγάλα οἶδα λαβόντας πολλοὺς παρὰ Ἀρτύντεω τοῦ Μαρ-
δονίου παιδὸς διὰ τοῦτο τὸ ἔργον, ὅστις μέντοι ἦν αὐτῶν ὁ
ὑπελόμενός τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου, οὐ δύ-
ναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι· ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφά-
νης, ἀνὴρ Ἐφέσιος, θάψαι Μαρδόνιον. ἀλλ' ὁ μὲν τρόπῳ τοι-
ούτῳ ἐτάφη. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν ληΐην διεί- 85
λοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωυτῶν χωρὶς ἕκαστοι. Λακεδαιμόνιοι
μὲν τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας. ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν,
τῶν καὶ Ποσειδώνιος καὶ Ἀμομφάρετος ἦσαν καὶ Φιλοκύων
τε καὶ Καλλικράτης. ἐν μὲν δὴ ἑνὶ τῶν τάφων ἦσαν οἱ ἰρένες,
ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ οἱ εἵλω-
τες. οὗτοι μὲν οὕτω ἔθαπτον, Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας

cere, quisnam eorum re vera id fecerit. Et sic ἐπεί τε recte est vulgatum, neque ἔπειτεν δὲ Schaef. et Gaisf. recipere debebant, quamquam Schaeferus in Reiziana editione ἐπεί τε δὲ retinuit." — Ad verba: ἔχει δέ τινα φάτιν conf. Herod. V, 66 ibique nott. Attigit eandem rem Pausan. IX, 2. §. 2.

Cap. LXXXV.

Λακεδαιμόνιοι μὲν τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας] i. e. *Lacedaemonii tria conditoria facienda curaverant.* De voce τριξὸς conf. nott. ad IV, 192; de voce θήκη diximus ad IX, 83; de usu verbi medii ποιεῖσθαι vid. II, 148 ibique nott. II, 100. I, 31 ibique nott. Thucydides II, 34 ταφὰς ἐποιήσαντο sc. οἱ Ἀθηναῖοι, ubi vid. interpretes et Sintenis. ad Plutarch. Pericl. 28. pag. 200.

ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν] i. e. *tum quidem* (tribus scil. conditoriis factis ad mortuorum cadavera excipienda) *sepeliverunt iuvenes* s. *duces.* Ubi primum illud moneo, secundum Pausaniam IX, 2. §. 4. p. 715 Lacedaemonios atque Athenienses suam quosque habuisse sepulturam, reliquos Graecos unam eamque communem. Alterum ad Herodoti textum attinet, in quo omnes codd. offerunt τοὺς ἱρέας, i. e. *sacerdotes*, quales nuspiam in Spartanorum proeliis commemorantur; nam vatem quod in expeditionibus secum habuerunt, id huc referri nequit. Quare Valckenarius, aliis coniecturis missis, scribi iussit τοὺς ἰρένας et infra οἱ ἰρένες, idque probavit Wesselingio (Diss. Herod. p. 206) et reliquis editoribus: add. Bredov. pag. 160, qui has formas componi posse putat cum quodam Homerico loco (Ili. 18, 531), ubi pro vulgato εἰράων alii ἰράων vel ἱράων legi voluerunt. Quo autem Valcken. praecipue nititur, est Glossa Herodotea: Εἰρήν· παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ προκομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ πρόπαις, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρην. Ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιδ' μέχρι καὶ κ'. Βαρυτόνως δὲ [τὸ] μελείρην, ὥσπερ πυθμὴν, ἀπύθμην· αὐχὴν, ὑφαύχην. Quibus addunt Plutarch. Lycurg. 17. p. 50 D., ubi haec exstant: Εἰρένας δὲ καλοῦσι τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, μελείρενας δὲ τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους, Etymolog. Magn. p. 303, 37. Hesych. II. pag. 69: Ἴρανες οἱ εἴρωνες· οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται, διώκοντες coll. I. p. 1114: εἰρηνάζει· κρατεῖ. Unde C. O. Müller. Dor. II. p. 301 non iuvenes sive adolescentes, sed ordinum *duces*, qualis sane fuit Amompharetus, intelligi vult. De *Posidonio*, *Amomphareto* et *Philocyone* vid. supra IX, 71; Amomphareti mentio supra quoque IX, 53

ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου διαφθαρέντας· τούτων μὲν δὴ πάντων πλήρεες ἐγένοντο οἱ τάφοι. Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι, τούτους δὲ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης, ἑκάστους 731
χώματα χῶσαι κεινὰ, τῶν ἐπιγινομένων εἵνεκεν ἀνθρώπων.

est facta; de *Callicrate* vid. supra IX, 72. — In seqq. de voce *ἀλέας* cf. nott. ad I, 133.

καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ] Hoc igitur loco, ut paulo antea, Athenienses in pugna caesos suos prope Plataeas quoque sepelivisse diserte dicuntur, idemque etiam tradit Pausanias l. l. Thucydidem si audiamus II, 34, Athenienses in Ceramico eos, qui foris in bello ceciderant, condiderunt, iis solis exceptis, qui ad Marathonem occubuerant. Quod minus accurate dictum esse puto, cum nulla sit causa, cur Herodoto minorem habeamus fidem, qui regionem Plataeensem et ipse perlustrasse censendus est eaque etiam enarrat, quae naturae maxime consentanea ac verisimilia videntur. Quare Kruegero accedere nolim (Philolog. hist. Stud. I. p. 70 seqq.), qui hunc dissensum inter Herodotum atque Thucydidem ita tolli posse existimat, ut Atheniensium cenotaphium, quod Herodotus forte in planitie viderit, re vera exstiterit, neque vero ipsa cadavera continuerit.

τῶν δὲ ἄλλων κ. τ. λ.] Affert Pseudo-Plutarch. II. pag. 872 F. Quae enim h. l. Noster enuntiat, cohaerent cum ea sententia, ex qua quinque tantum gentes Graecorum, quae h. l. diserte appellantur, ipsi pugnae interfuisse existimantur: de qua vid. nott. ad IX, 71. Errore deceptum esse Herodotum Muenscher (De rebb. Plataeenss. p. 61) iudicat indeque de tot cenotaphiis illum somniasse vult, quamquam, ait Muenscher, cenotaphia quoque ad Plataeas exstitisse haud veri dissimile est. Quam in rem recte nobis monere videtur Grote (History of Greece V. p. 249), reliquos Graecos, qui in ipsam pugnam ingressi non sint, licet parati in acie constiterint, certe partem quandam gloriae sibi quoque vindicare voluisse, indeque eorum, qui in ipsa pugna ceciderint, monumenta a suis civitatibus erecta cum viderent, similia monumenta s. cenotaphia erexisse, ne partis, quam in Graecia liberanda habuissent, et gloriae inde ab ipsos redundantis prorsus expertes haberentur. — In verbis Herodoti mox pro *τούτους δὴ* cum recentt. edd. reposui *τούτους δὲ*, ubi ponitur particula *δὲ* vel potius repetitur eum in modum, quo supra IX, 63, ubi vid. nott.; et conf. etiam I, 143. II, 26 ibique nott. Quae sequuntur, *ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ* (i. e. *cum puderet eos, quod a pugna abfuissent*), tangit Blomfield. Glossar. ad Aeschyli S. c. Th. 171 ob vocem *ἀπεστώ*, quae Suidae I. p. 257 exponitur *ἀποδημία, absentia.* Valckenario ad Herodotum I, 85 magis placeret *ἀπεστοῖ*, quoniam apud Hesych. I. p. 444 *ἀπεστύς· ἀποχώρησις.* De huiusmodi nominibus vid. nott. ad IX, 97.

χώματα χῶσαι κεινὰ] Conf. Suidas T. III. pag. 681. Pro *κεινὰ* male olim *κοινά.* Sunt enim cenotaphia *vacua, inania,* in quibus nulla insunt ossa. Vid. Wesseling. Diss. Herod. VII init. p. 63. Tu vid. Bredov. pag. 150 de forma Herodotea *κεινὸς* pro *κενός.* Verbum *χῶσαι* tritum in tumulis terrâ congestis notat Wesseling. citans Eurip. Iphig. Taur. 703. Aul. 1443. Tu vid. Herodot. I, 162. II, 137. IV, 71 et quae ad hos locos allata sunt. — Ante alterum *Αἰγινητέων* inserui *τῶν*, quod aeque deest in Schaeferi, Matth., Bekkeri et Dindorfii editionibus, sed recte additum est a Dietschio. Quae sequuntur, tractat Pseudo-Plutarch. II. p. 873 A. De voce *πρόξεινον* conf. nott. ad VIII,

ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα, δεηθέντων τῶν Αἰγινητέων, χῶσαι Κλεάδην τὸν Αὐτοδίκου, ἄνδρα Πλαταιέα, πρόξεινον ἐόντα αὐτῶν.

Ὡς δ' ἄρα ἔθαψαν τοὺς νεκροὺς ἐν Πλαταιῇσι οἱ Ἕλληνες, 86
αὐτίκα βουλομένοισί σφι ἐδόκεε στρατεύεσθαι ἐπὶ τὰς Θήβας,

136. Pro *αὐτῶν* in ipso cap. fine male olim erat *ἑωυτῶν*; tu conf. VII, 5. Quod ad ipsum loci argumentum, narrat Dodwellus (Itiner. I, 9 e vers. Sickleri T. I, 2. pag. 75), se horum sepulcrorum ne vestigium quidem reperisse. Exstitisse tamen Strabonis aetate, ex hisce huius scriptoris verbis satis colligi posse videtur: *ταφή τε δείκνυται δημοσία τῶν τελευτησάντων ἐν τῇ μάχῃ,* lib. IX. cap. 2. pag. 412, quocum conf. Plutarch. Vit. Aristid. cap. 21, unde coniicias sepulcra extra urbem non longe a fonte Gargaphià (de qua vid. IX, 25 ibique nott.) erecta fuisse; ad introitum urbis potissimum fuisse testatur Pausanias l. supra l., cuius verba potiora huc adscribere placet: *κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί· τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς.* Ad quae illustranda hoc narrat Clarke l. l. pag. 86, eo quidem loco, quem pugnae locum indigenae adhuc indicant (vid. nott. ad IX, 51), nulla sane sepulcra se invenisse, sed, ubi olim ipsa Plataeensium urbs fuerit sita, extra muros arcis antiquissimos aliquot se vidisse antiqua sepulcra, et postea a vico Kokhla Leuctra versus profectum se in planitie tumulos quosdam lapidum congerie obtectos animadvertisse. Suspicatur Leake (Travels in North. Greece II. p. 366 seq.) haec sepulcra sita fuisse ante templum Iovis Liberatoris (quod ipsum in victoriae memoriam erectum fuit ante portam Plataeensem Eleutheras versus), quo loco ecclesiae dirutae rudera quaedam comparent, eumque locum in mappa adiecta indicavit. Quod idem fecit Fr. Muenscher, eadem fere directione sed urbem ipsam propius horum sepulcrorum locum in mappa indicans, atque in ipso libello De rebb. Plataeenss. pag. 6 haec scribens: „Exstant nostro quoque tempore ingentes cistae lapideae in latere oppidi occidentali, quibus Graecorum pugna Plataeensi occisorum ossa condita fuisse Stackelbergius coniicit; sed cum Pausanias sepulcra orientem spectare diserte dicat, aut transposita ea esse existimandum est, id quod ob cistarum molem haud probaverim, aut sententia Stackelbergii reiicienda. Sed verisimillimum est, his cistis ossa Plataeensium sua morte defunctorum condita fuisse. — Haud procul a communi Graecorum sepulcro locus erat Iovi Liberatori sacer, ubi quinto quoque anno in honorem Iovis, qui victoriam Plataeensem Graecis dederat, agon armatorum, cui nomen erat Liberalia, celebrabatur. Ara ibi atque statua Iovis exstabant, marmore albo exstructae (Pausan. IX, 2, 4)." Nihil nisi lapidum quorundam ingentium molem ac sarcophagos quosdam rudioris operis adhuc in his veterum Plataearum locis reperiri testatur Goettling (Gesammelte Abhandll.) pag. 136. *Κλεάδην* reliqui cum editoribus contra Medicei, Florentini, aliorum auctoritatem, qui offerunt *Ἀλεάδην*. Apud Plutarchum De malignit. Herod. pag. 873 exstat *Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς*.

Cap. LXXXVI.

στρατεύεσθαι] In aliis codd. *στρατεύειν*. Conf. VI, 7. Proximum *αὐτῶν* (sive ut olim exstabat *αὐτέων*)

καὶ ἐξαιτέειν αὐτῶν τοὺς μηδίσαντας, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτῶν Τιμηγενίδην καὶ Ἀτταγῖνον, οἳ ἀρχηγέται ἀνὰ πρώτους ἦσαν· ἢν δὲ μὴ ἐκδιδῶσι, μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι. ὡς δέ σφι ταῦτα ἔδοξε, οὕτω δὴ ἑνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικόμενοι ἐπολιόρκεον Θηβαίους, κελεύοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. οὐ βουλομένων δὲ τῶν Θηβαίων ἐκδιδόναι τήν τε γῆν αὐτῶν ἔταμνον, καὶ προσέβαλλον πρὸς
87 τὸ τεῖχος. Καὶ οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινόμενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεγε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμηγενίδης τάδε· Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι πολιορκέοντας ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐτοῖσι παραδῶτε, νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλέω μὴ ἀναπλήσῃ. ἀλλ', εἰ μὲν χρημάτων χρηΐζοντες πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέονται, χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ· σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσαμεν, οὐδὲ μοῦνοι ἡμεῖς. εἰ δὲ ἡμέων ἀληθέως δεόμενοι πο-

in ἀστέων, quod ipsum exstat IX, 93, mutari voluit Koenius. Mihi haud opus videtur. De *Timagenida* conf. IX, 36, de *Attagino* IX, 15. ἀρχηγέται iidem fere sunt, qui ἄρχοντες, teste Hesychio I. pag. 563. Intelliguntur enim qui *duces* eius Thebanorum factionis erant, quae partes Persarum amplexa est. Verbo ἀρχηγετεύειν Noster usus est II, 123, ubi cf. nott. Alias vocabuli notiones attigi in Dissertat. De Apolline Patric. etc. p. 2. 3. — In proximis verba ἀνὰ πρώτους accipio: *inter primos s. principes.* Conf. Viger. pag. 575.

πρότερον ἢ ἐξέλωσι] Ad structuram loci Wesseling. excitaverat IX. 16. 87. VI, 45. V, 118: sed his locis sequitur infinitivus, de qua structura monuimus in nott. ad V, 118 et IX, 13. Eam structuram, ex qua coniunctivus et quidem sine addita vocula ἂν sequitur, notavimus ad I, 19. IV, 157. VI, 82. VII, 8. §. 2. Adde IX, 93. 117. Ad particulas οὕτω δὴ conf. nott. ad IX, 6.

Cap. LXXXVII.

σινόμενοι] Ita revocavi. Cf. nott. ad IX, 13. Sancrofti liber male exhibet σινεόμενοι, quod receperant Schweighaeuserus et Gaisfordius. Ad verbum δέδοκται cf. VIII, 110. IX, 60 ibique nott. — In seqq. verbis quod ante ἢ ἐξέλωσι (de quo vid. nott. ad IX, 86) quidam inserunt πρὶν, equidem nolui recipere: vid. nott. ad V, 118.

πλέω μὴ ἀναπλήσῃ] scil. κακά. Conf. V, 4. VI, 12, monente Schweigh., qui sic interpretatur: *nunc nostrâ causâ ne plura porro patiatur Boeotia terra.* Imitatur locutionem Pausanias X, 28. §. 2. pag. 867. Ad sequens πρόσχημα cf. IV, 167 ibique nott. et ad τὸ κοινὸν nott. ad VII, 144.

σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσαμεν] Ad intensivam vim particulae καὶ attendi iubet vir doctus in Schulzeitung 1831 nr. 122. p. 970, ubi nostrum locum vernacule sic reddit: „*denn mit Einverständniss des Gemeinwesens haben wir es ja* (*eben auch*) *mit den Medern gehalten.*" Pro vulg. ἡμέες dedimus ἡμεῖς: vid. nott. ad VIII, 22. De ipsa loci sententia sic *Wesseling.:* Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, impune illis esse debet, quando res secius cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non

λιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς ἀντιλογίην παρέξομεν. Κάρτα τε ἔδοξε εὖ λέγειν καὶ ἐς καιρόν· αὐτίκα τε ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Πανσανίην οἱ Θηβαῖοι, θέλοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. Ὡς δὲ ὡμολόγησαν ἐπὶ τούτοισι, Ἀτταγῖνος μὲν ἐκ- 88
διδρήσκει ἐκ τοῦ ἄστεος, παῖδας δὲ αὐτοῦ ἀπαχθέντας Πανσανίης ἀπέλυσε τῆς αἰτίης, φὰς τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἐδόκεον ἀντιλογίης τε κυρήσειν, καὶ δὴ χρήμασι ἐπεποί-
732 θεσαν διωθέεσθαι. ὁ δὲ ὡς παρέλαβε, αὐτὰ ταῦτα ὑπονοέων, τὴν στρατιὴν τὴν τῶν συμμάχων ἅπασαν ἀπῆκε, καὶ ἐκείνους ἀγαγὼν ἐς Κόρινθον διέφθειρε. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Πλαταιῇσι καὶ Θήβῃσι γενόμενα.

possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando, ne aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Bynkershoekii Quaest. Iur. Publ. II, 2 disquisitiones sunt. Sed horum oratio infucata et causa dispar est. Civitatem Thebanam paucorum oppresserant dominatu invitamque in factionem compulerant. Haec fide Pausaniae IX, 6. §. 1." — In seqq. ad locutionem ἐς καιρὸν conf. IV, 139 ibique nott. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 32. pag. 85 et de verbo ἐπικηρυκεύεσθαι vid. nott. ad VI, 97.

Cap. LXXXVIII.

ὡς δὲ ὡμολόγησαν ἐπὶ τούτοισι] Conf. nott. ad IX, 26.

παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους] „Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. Cicero verissime N. D. III, 38. Multa Faber Semest. III, 8." *Wesseling.* E sacra scriptura Larcherus huc spectantes affert locos Deuteron. XXIV, 16. Ezech. XVIII, 20. Herodotus haec eo magis notasse videtur, quod alias plerumque filii ac posteri parentum delicta luere putantur: de qua re vid. nott. ad I, 91, ubi de his sacrae scripturae locis monuimus, et nott. ad VI, 86. §. 3. VII, 134 coll. 137. Produnt autem haec aeque atque ea, quae IX, 79 produntur, Pausaniae animum vere sublimem et ab ea superbia, cuius post accusabatur, alienum. — Ad seqq. accusativos τοὺς ἄλλους ἄνδρας, τοὺς etc. conf. V, 103 et II, 106, ubi similem structuram animadvertimus.

χρήμασι ἐπεποίθεσαν διωθέεσθαι] ἐπεποίθεσαν, quod Portus correxerat, Sancrofti, aliorum codd. auctoritate nunc bene restitutum est in tanta codicum dissensione. Et dudum ita iusserat Wesselingius Diss. Herod. IX. p. 137. Sententia Herodoti haec est: *atque etiam confidebant, se crimen* s. *culpam* (nam ex antecedentibus facile τὴν αἰτίην repetas licet) *pecuniis amoliri.* Haud alienum videtur, quod Pausanias, cum aliquot annis post accusatus proditionis Spartam rediret, idem fecit et ipse πιστεύων χρήμασι διαλύσειν τὴν διαβολὴν, auctore Thucydide I, 131; observat Grote: History of Greece V. p. 250.

αὐτὰ ταῦτα ὑπονοέων] i. e. *eam ipsam concipiens suspicionem*, velle scil. eos pecuniâ oblatâ se subtrahere. Similem in modum ὑπονοήσαντες infra IX, 99. Caeterum tradit quoque Diodorus XI, 33, praecipuos defectionis auctores, cum deditionis periculum subiissent, a Pausania supplicio esse affectos omnes.

89 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, φεύγων ἐκ Πλαταιέων, καὶ δὴ καὶ πρόσω ἐγίνετο. Ἀπικόμενον δέ μιν οἱ Θεσσαλοὶ παρὰ σφέας ἐπί τε ξείνια ἐκάλεον καὶ ἀνειρώτεον περὶ τῆς στρατιῆς τῆς ἄλλης, οὐδὲν ἐπιστάμενοι τῶν ἐν Πλαταιῇσι γενομένων. ὁ δὲ Ἀρτάβαζος γνοὺς, ὅτι, εἰ ἐθέλοι σφι πᾶσαν τὴν ἀληθείην τῶν ἀγώνων εἰπεῖν, αὐτός τε κινδυνεύσει ἀπολέσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ στρατός· ἐπιθήσεσθαι γάρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο πυνθανόμενον τὰ γεγονότα· ταῦτα ἐκλογιζόμενος οὔτε πρὸς τοὺς Φωκέας ἐξηγόρευε οὐδὲν, πρός τε τοὺς Θεσσαλοὺς ἔλεγε τάδε· Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Θεσσαλοὶ, ὡς ὁρᾶτε, ἐπείγομαί τε κατὰ τὴν ταχίστην ἐλῶν ἐς Θρηΐκην, καὶ σπουδὴν ἔχω, πεμφθεὶς κατά τι πρῆγμα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶνδε. αὐτὸς δὲ ὑμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ οὗτος κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. τοῦτον καὶ ξεινίζετε, καὶ εὖ ποιεῦντες φαίνεσθε· οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει. Ταῦτα δὲ εἴπας ἀπήλαυνε σπουδῇ τὴν στρατιὴν διὰ Θεσσαλίης τε καὶ Μακεδονίης ἰθὺ τῆς Θρηΐκης, ὡς ἀληθέως ἐπειγόμενος καὶ τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ. καὶ ἀπικνέεται ἐς Βυζάντιον, καταλιπὼν τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ

Cap. LXXXIX.

καὶ δὴ καὶ πρόσω ἐγίνετο] Alterum καὶ, quod vulgo deest, recepi cum Schweigh. itemque ἐγίνετο, cuius loco vulgo ἐγένετο. Sensus nil dubius: *atque iam longius erat progressus*. Ex Herodoto autem sua sumpsisse Polyaen. VII, 33. §. 3 observat ad h. l. Valckenar. — Ad sequens ξείνια conf. V, 18. IV, 155, ubi nonnulla adnotavimus. Mox dedi ἀνειρώτεον (pro ἀνειρώτευν), ut supra IX, 11 ἐπειρώτεον; idem feci IX, 93 rescribens ἐπειρώτεον pro vulg. ἐπειρώτευν; conf. Bredov. pag. 383. Paulo infra reliqui cum Schweigh., Gaisf., Bekkero et Dindorfio ἐθέλοι, cuius loco e Sancrofti libro et Florentino potissimum Schaeferus, quem sequitur Dietschius, dedit ἐθέλει; reliqui etiam intactum ἐξηγόρευε, ubi e Florentino nuper receptum erat ἐξαγόρευε. Ipsum verbum attigi ad II, 170 et de augmento huius verbi apud Herodotum haud neglecto vid. I, 22 ibique nott. Ad πάντα τινὰ conf. allata ad VIII, 109. Usum particularum οὔτε — τε notavimus ad VI, 1.

οὗτος κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων] Koenius οὗτος mutari voluit in εὐθὺς, quo vix opus; vid. modo supra IX, 67 et allata ad IV, 172. Nec magis opus ante κατὰ πόδας inserere articulum ὁ, quod fecit Schaeferus, libris praesertim invitis. — Ad locutionem κατὰ πόδας conf. V, 98 ibique nott. Quod continuo sequitur προσδόκιμός ἐστι, valet: *exspectatur*. Tu vid. V, 108 ibique nott.

οὐ γὰρ ὑμῖν — μεταμελήσει] i. e. *neque enim vos haec fecisse in posterum poenitebit*. Vid. I, 130. IV, 203. VII, 54. — Ad formulam ἐς χρόνον vid. III, 72 ibique nott. et ad verba τὴν μεσόγαιαν τάμνων vid. nott. ad VII, 123. Equidem hîc addi velim Plutarch. De puerr. educat. p. 7 B., ubi τὴν μέσην (scil. ὁδὸν) τέμνειν *medium tenere*.

συχνοὺς ὑπὸ Θρηΐκων τε κατακοπέντας κατ' ὁδὸν καὶ λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ· ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. Οὗτος μὲν οὕτω ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης, τῆς περ ἐν Πλαταιῆσι τὸ τρῶμα 90
ἐγένετο, συνεκύρησε γενέσθαι καὶ ἐν Μυκάλῃ τῆς Ἰωνίης. Ἐπεὶ γὰρ δὲ ἐν τῇ Δήλῳ κατέατο οἱ Ἕλληνες, οἱ ἐν τῇσι νηυσὶ ἅμα Λευτυχίδῃ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀπικόμενοι ἦλθόν σφι ἄγγελοι ἀπὸ Σάμου, Λάμπων τε Θρασυκλέος καὶ Ἀθηναγόρης Ἀρχεστρατίδεω καὶ Ἡγησίστρατος Ἀρισταγόρεω, πεμφθέντες

λιμῷ συστάντας] i. e. *fame confectatos.* Vid. nott. ad VII, 170. „Persimiles," ait *Wessel.*, „Persici exercitus aerumnae VIII, 115, quales neglecto apparatu, nullâ congestâ annonâ frequentissimae." Demostheni si credimus in Orat. adv. Aristocrat. §. 200. p. 687 coll. *περὶ συντάξεως* p. 173, Perdiccas, Macedonum rex, Persas e Plataeis redeuntes adortus prostravit: quod merito reiicit Grote: History of Greece: V. p. 245, praesertim cum illo tempore Perdiccas Macedoniae rex non fuerit. Nec ulla huius rei mentio apud ullum alium scriptorem. Ad seq. *διέβη πλοίοισι* (i. e. *navigiis transiit*, *transvectus est* in Asiam) Wesseling. excitat I, 186. Auct. Vit. Homer. 19. Burmann. ad Quintil. Decl. VI, 21.

Cap. XC.

τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης κ. τ. λ.] Eadem prorsus tradit Diodorus XI, 34, pluribus de hoc proelio navali exponens; Graecorum classem ducentis quinquaginta triremibus constitisse idem affirmat. „Eodem forte die, quo Mardonii copiae deletae sunt, scribit Iustinus II, 14. §. 7, etiam navali proelio in Asia sub monte Mycale adversus Persas dimicatum est."

τὸ τρῶμα] Cf. V, 121. VI, 132 ibique citt. Sequens *συνεκύρησε* (*accidit*) infinitivum post se habet eodem modo, quo post *συμφέρειν*, *συμβαίνειν*, alia id genus infinitivum poni constat. Vid. modo I, 74 ibique allata III, 4. 14. 71, ne plura. Ipsum verbum *συγκυρεῖν* invenimus I, 119. VIII, 87. *Mycale* Ioniae et urbs et promontorium Samo (unde septem stadiorum traiectus, teste Scylace §. 112. p. 56 Huds. coll. §. 97. p. 37 Huds.) obversum: de quo vid. Herodot. I, 148 ibique nott. coll. VI, 16. VII, 80. Pausan. V, 7. §. 3. VII, 4. §. 1. Strab. XIV initio. Est *Mycale* mons, ut ponit Mannert. VI, 3. p. 291 seq., nil nisi continuatio montis Messogis (qui Maeandri cursum a dextra sequitur) a Magnesia inde ad mare usque deducta meridiem versus atque occidentem.

ἐπεὶ γὰρ δὴ] Ita nunc e Florentino repositum pro vulg. *ἐπειδὴ γάρ*, quod tenuit Schaeferus, cuiusque loco Matth. edidit *ἐπεὶ γὰρ* omissâ voculâ *δή*. Bredovius p. 40 utramque scripturam corruptam esse contendit reponendumque *ἐπεί τε*. Formam *κατέατο* invenimus III, 144, ubi conf. nott. Ad loci argumentum faciunt VIII, 130—132, ubi legimus, Graecorum classis cum ad Aeginam post pugnam Salaminiam commoraretur, Ionum legatos advenisse, qui sollicitarent duces, ut Ioniae liberandae animum adiicerent, factumque inde esse, ut classis ad Delum usque navigaret ibique subsisteret, Graecis ulterius progredi recusantibus ob metum barbarorum, qui et ipsi portus Asiae tutos relinquere et cum Graecis congredi nollent. — Mox dedi *Θρασυκλέος* pro vulg. *Θρασυκλῆος*, ut IX, 98 *Θεμιστοκλέος* et IX, 97 *Πασικλέος*, de quo dixi ad VII, 189. — De *Hegesistrato Cr.* etiam conferri vult Wyttenbach. ad Plutarch. Morall. Ani-

ὑπὸ Σαμίων λάθρῃ τῶν τε Περσέων καὶ τοῦ τυράννου Θεομή-
στορος τοῦ Ἀνδροδάμαντος, τὸν κατέστησαν Σάμου τύραννον
οἱ Πέρσαι. ἐπελθόντων δέ σφεων ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς ἔλεγε 733
Ἡγησίστρατος πολλὰ καὶ παντοῖα, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐ-
τοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων, καὶ ὡς οἱ βάρβα-
ροι οὐκ ὑπομενέουσι· ἢν δὲ καὶ ἄρα ὑπομείνωσι, οὐκ ἑτέρην
ἄγρην τοιαύτην εὑρεῖν ἂν αὐτούς. θεούς τε κοινοὺς ἀνακαλέων
προέτρεπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης
καὶ ἀπαμῦναι τὸν βάρβαρον· εὐπετές τε αὐτοῖσι ἔφη ταῦτα γί-
νεσθαι· τάς τε γὰρ νέας αὐτῶν κακῶς πλέειν καὶ οὐκ ἀξιομά-
χους ἐκείνοισι εἶναι· αὐτοί τε, εἴ τι ὑποπτεύουσι μὴ δόλῳ
αὐτοὺς προάγοιεν, ἑτοῖμοι εἶναι ἐν τῇσι νηυσὶ τῇσι ἐκείνων
91 ἀγόμενοι ὅμηροι εἶναι. Ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος
ὁ Σάμιος, εἴρετο Λευτυχίδης, εἴτε κληδόνος εἵνεκεν θέλων
πυθέσθαι, εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος· Ὦ ξεῖνε
Σάμιε, τί τοι τὸ οὔνομα; ὁ δὲ εἶπε· Ἡγησίστρατος. ὁ δὲ ὑπ-
αρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, εἴ τινα ὥρμητο λέγειν ὁ Ἡγη-
σίστρατος, εἶπε· Δέκομαι τὸν οἰωνόν, τὸν Ἡγησίστρατον, ὦ

madverss. II, 1. p. 89. Vocem *λάθρῃ* genitivo addito invenimus quoque supra VIII, 112.

Θεομήστορος] Vid. VIII, 85 ibique nott. et ad sequens *κατέστησαν* nott. ad VII, 105. In seqq. ad verba *ῥύσασθαι — ἐκ δουλοσύνης* vid. allata ad IX, 76. Mox e melioribus codd. dedi *ἑτοῖμοι εἶναι ἐν τῇσι νηυσὶ*, ubi vulgo inverso ordine: *ἐν τῇσι νηυσὶ ἑτοῖμοι εἶναι*, quod retinuerunt Schaefer et Matthiae; de ipsa structura et nominativi usu in talibus vid. allata ad IV, 43. Atque eodem pertinet, quod mox dicitur *ἀγόμενοι ὅμηροι εἶναι*, quod Burges. in Prolegg. Thucydidd. p. 241 temere mutatum vult in: *ἐχόμενοι ὅμηροι μεῖναι*.

CAP. XCI.

ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος] i. e. *cum multum petendo instaret.* Vid. VII, 158 ibique allata. Verba *εἴτε κληδόνος εἵνεκεν θέλων εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην* (i. e. *casu*, *forte fortuna*, conf. nott. ad III, 153) affert Matth. Gr. Gr. 643; eaque etiam attigit Iaegerus in Disputt. Herodd. p. 36. De voce *κληδόνος* conf. nott. ad V, 72 et add. C. Fr. Hermann.: Gottesdienstl. Alterth. §. 38. not. 18. Vid. quoque infra IX, 100 et 101.

ὑπαρπάσας] Vid. V, 50 et ad sequens *ὥρμητο λέγειν* IX, 61 et allata ad VII, 1. 4. Quod antecedit *εἴ τινα*, in *ὅν τινα* mutari voluit Stegerus; obloquitur censor Lipsiensis 1833. p. 49, quocum facere malim.

δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον] Vulgo *Ἡγησιστράτου*, cuius loco cum in Sancrofti libro exstet *τὸν Ἡγησίστρατον*, vel ipsum hoc recipi, vel utrumque eiici maluit Valckenarius: quem secutus Cobet in Mnemosyn. VII. p. 181 haec verba eiici iubet. Uncis inde haec verba incluserat Schaeferus: equidem cum recentt. edd. abieci ea, cum loci sensus sit: *accipio equidem omen hunc Hegesistratum*, i. e. *exercitus ductorem;* quae huius nominis est vis, quod minori litera initiali exhibuit Bekkerus itemque Dindorf. et Dietsch. Hoc vero boni

ξεῖνε Σάμιε, σὺ δὲ ἡμῖν ποίεε, ὅκως αὐτός τε δοὺς πίστιν ἀποπλεύσεαι καὶ οἱ σὺν σοὶ ἐόντες οἵδε, ἦ μὲν Σαμίους ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμάχους. Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ 92
ἔργον προσῆγε. αὐτίκα γὰρ οἱ Σάμιοι πίστιν τε καὶ ὅρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης πέρι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ταῦτα δὲ ποιήσαντες οἱ μὲν ἀπέπλεον· μετὰ σφέων γὰρ ἐκέλευε πλέειν τὸν Ἡγησίστρατον, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπισχόντες ταύτην τὴν ἡμέρην, τῇ ὑστεραίῃ ἐκαλλιρέοντο, μαντευομένου σφι Δηϊφόνου τοῦ Εὐηνίου, ἀνδρὸς Ἀπολλωνιήτεω, Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, τοῦ τὸν πατέρα

fuisse ominis manifestum est, quale, ut ait Wesselingius, Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutychus homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit Sueton. in August. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem aggressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina;* uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in Taciti histor. IV, 53 cum Lipsii not." — De verbo **δέκομαι** conf. allata ad VIII, 114. **Οἰωνὸν**, quae infra redit vocula, in universum pro *omine* poni, satis patet ex Euripid. Phoeniss. 865: quem locum attulit Valckenar. Alia dedi ad Plut. Flam. 7. p. 96, quibus add. quae excitavit C. Fr. Hermann. Gottesdienstl. Alterth. d. Griech. §. 38. not. 3.

ἦ μὲν] Merito sic repositum pro **ἢ μὴν**, ut III, 66. IV, 154, ubi vid. nott. Add. Hartung: Lehre v. d. Griech. Partik. II. pag. 391.

Cap. XCII.

ταῦτά τε ἅμα — προσῆγε] Ad orationis structuram vid. III, 135 ibique nott. Valckenar. contulerat VIII, 5. 97. Pro **προσῆγε** unus Sancrofti codex **προῆγε**, quod idem in mentem venerat Schweighaeusero vertenti: *processit negotium*, sive (Lexic. Herodot. II. p. 230) *progrediebatur, succedebat opus.* Sed postea maluit in vulg. acquiescere, quam ita interpretatur: *sermoni rem ipsam adiecit*, i. e. *et rem ipsam praestitit;* in Latina versione apte locum totum sic reddidit: *haec locutus e vestigio rem exsequi adgressus est.* Idem placet Letronnio (Journ. d. Sav. 1817. pag. 44) sic reddenti: *il joignit aussitôt effet aux paroles*, quod idem alio modo Herodotus expressit III, 135; namque ad **προσῆγε** idem subiectum, quod ad *ἠγόρευε*.

πίστιν τε καὶ ὅρκια] Eodem modo iuncta inveniuntur III, 74. IX, 106. In quibus **ὅρκιον** idem fere esse atque **ὅρκον** monuit C. F. W. Mueller: De ritt. et ceremon. pag. 16. Apud Thucydidem IV, 51 dicuntur Chii **ποιησάμενοι πρὸς Ἀθηναίους πίστεις καὶ βεβαιότητα, ἐκ τῶν δυνατῶν μηδὲν περὶ σφᾶς νεώτερον βουλεύσειν**, ubi de locutione monentes interpretes ad eam reciprocitatis notionem attendi volunt, quae in verbo medio (**ποιεῖσθαι**) inest, quaeque etiam ad hunc Herodoti locum eo magis valet, quod mox sequitur **ταῦτα δὲ ποιήσαντες**, ubi verbo activo Noster consulto utitur. Namque Samii de societate ineunda cum Graecis agentes fidem et iusiurandum Graecis dederunt atque ab his mutuo acceperunt: itaque **ἐποιεῦντο** in medio verbo posuit, mox **ποιήσαντες** in activo ponens, quod ad Samios solos hoc pertinet: *quibus factis* discedere coeperunt. Inde supra III, 8: **ὁ τὰς πίστις ποιησάμενος** quoque dicitur. Ante **ἀπέπλεον** Bekkerus excidisse scite coniicit: **μὲν δύο**. — Ad sequens **ἐκαλλιρέοντο** vid. nott. ad VII, 134.

Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ] De genitivo hoc adiecto vide Matth. Gr. Gr. §. 431 et de

93 *κατέλαβε Εὐήνιον πρῆγμα τοιόνδε. Ἔστι ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ ταύτῃ ἱρὰ ἡλίου πρόβατα, τὰ τὰς μὲν ἡμέρας βόσκεται παρὰ ποταμὸν, ὃς ἐκ Λάκμονος οὔρεος ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης*

Ionio sinu, quo meridionalis Adriatici maris pars significatur, nott. ad VI, 127. Ad verbum *κατέλαβε* conf. nott. ad II, 66 coll. supra IX, 60. Qui eandem urbem commemorat Pausanias, VI, 14. §. 5 (V, 22. §. 2), idem adiecit *τῆς ἐν Ἰονίῳ κόλπῳ*, consulto, ut videtur, quo haecce urbs, ad mare Adriaticum sita ab aliis eiusdem nominis urbibus distingueretur compluribus. Corinthi fuit colonia, teste Thucydide I, 26, remota decem stadia ab Aoo fluvio, sexaginta fere stadia a mari, ut prodit Strabo (VII. p. 316 s. 486 B. coll. Dion. Cass. XLI, 45), loco perquam opportuno: unde Ciceronis tulit laudes in Philipp. XI, 11; quin studiis literarum multum posthac floruit. Vid. Cellar. Notit. II, 13. pag. 1026, Mannert. VII. pag. 399. Poppo I, 2. pag. 128, Pouqueville in Itiner. I. cap. 21, et qui omnia et veterum et recentiorum scriptorum testimonia exhibet, Forbiger: Handb. d. alt. Geograph. III. p. 849. Adhuc *Apolloniae* veteris quaedam cernuntur ruinae, quibus nomen *Pollina*, quod ipsum e vetere appellatione depravatum esse nemo non sentit.

Cap. XCIII.

Ἔστι ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ κ. τ. λ.] Attigit haec Eustath. ad Odyss. X, 136 et 260. pag. 1717, 44. s. 482, 9, ubi haec leguntur: *Ἡρόδοτος δὲ ἱστορεῖ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ἱερὰ εἶναι ἡλίου πρόβατα περὶ πολλοῦ ὄντα τοῖς ἐκεῖ Ἀπολλωνιάταις, οἷς ἀπὸ τόπου τὸ ὄνομα.* Adde Conon., qui Narrat. cap. 30 Herodotea compilavit, pro *Εὐήνιος* (de quo ipso nomine ac similibus cf. Letronne in: Journal d. Sav. 1846. pag. 173) ponens *Πειθήνιος*. Pluribus hunc Herodoti locum tractavit Stein in Vindicc. Herodott. Specim. pag. 14 seq., unde quae huc pertinent, mox afferemus. — *πρόβατα* num *oves* fuerint an *boves*, dubitat Wesselingius, cum latior sit vocabuli potestas, indeque maluit reddere voce dubia: *pecora*. Idem deinceps conferri vult Schol. ad Ili. XIV, 124. Eustach. in Erotian. pag. 92 s. 302 ed. Franc. Sic in Plat. Legg. III. p. 694 E iunguntur *ποίμνια καὶ πρόβατα*, in Xenophont. Cyropaed. VII, 3, 7 post *βοῦς* et *ἵππους* commemorantur *πρόβατα*. Tu vid. nott. ad I, 133 et II, 41, ubi haec legimus: *τὰς βοῦς τὰς θηλέας σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα*, coll. IV, 61. Inde Noster, ubi non *boves*, sed *oves* sive *capras* intelligi voluit, consulto dixisse videtur *τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων* I, 133. VIII, 137. *Boves* itaque intelligere quis malit, modo id certum, in his regionibus boum greges pasci, neque tantum *ovium* sive *caprarum*, quas ipsas intelligendas esse declarare id videtur, quod sexaginta ferme *τῶν προβάτων παρελθόντες λύκοι ἐς τὸ ἄντρον διέφθειραν*, ut mox legimus: quae profecto non de bubus, sed de capris ovibusque accipienda erunt. Atque boves ad Solis cultum spectasse quamquam satis est notum, tamen nihil impedit, quo minus aliarum quoque bestiarum greges sive ovium sive caprarum, quippe quae in his regionibus potissimum aluntur, Soli dedicatos fuisse credamus indeque sacrosanctos atque inviolabiles habitos: quam in rem plura disputavit Nitzsch ad Odyss. XII, 127. pag. 386 seqq.; attigeruntque etiam Iacobs: Vermischte Schrift. VI. pag. 167 et Grote: History of Greece I. cap. XVI. pag. 465 (T. I. pag. 316 e vers. germ. Fischeri). Eodem autem opinor spectat quoque Euenii poena, oculorum lumine privati, ut qui in *Solem* s. *lucem* deliquerit. — Ad verbum *ἀραιρημένοι* in seqq. conf. VII, 83 ibique nott.

παρὰ ποταμὸν κ. τ. λ.] Hunc fluvium *Aoum* esse coniecit Wesselingius, cui obloquitur Poppo l. l., cum Aous per mediam fluat Apolloniam,

χώρης ἐς θάλασσαν παρ' Ὤρικον λιμένα, τὰς δὲ νύκτας ἀραι-
734 ρημένοι ἄνδρες οἱ πλούτῳ τε καὶ γένεϊ δοκιμώτατοι τῶν

si Cononi fides, vel, si maior Strabonis (p. 316 libr. VII) fides, decem inde stadia remotus delabatur: Polybio teste V, 110 *Aous* fluvius ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν: a quibus non valde discedunt, quae habet Mela II, 3, 13: „*Aeas* (i. e. Aous) secundum Apolloniam (emittitur)." „At," ait Stein l. l., qui Wesselingio optimo iure oblocutum esse Popponem existimat, „quod tandem esset flumen quod praeter Oricum effundi diceret Herodotus, non quisquam magis quod sciam quaesivit, quam causam invenit, quapropter eius nomen a scriptore reticeri crederemus. Nec enim aut Herodotei est moris aut quicunque diligentius in rebus enarrandis versari consueverit, ut eius ipsius rei, quam accurate descripserit, nomen omittat;" neque idem ferri posse putat διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης. Quod si quis etiamnunc de Aoo cogitandum opinetur, mutari vult in διὰ τῆς Ἀπολλωνίης πόλιος: cum vero de hoc fluvio vix cogitari possit, Herodoti locum sic refingi vult: παρὰ Χῶνα ποταμὸν, ὃς ἐκ Λάκμονος οὔρεος ῥέει διὰ τῆς Χωνίης χώρης ἐς Ὤρικον λιμένα, huc referens verba Theognosti can. p. 1317 (in quibus praeter alia haec leguntur: Χὼν Χωνός, ὄνομα ποταμοῦ, ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἤπειρος Χωνία παρὰ Ἡροδότῳ) ac de Chonia regione nonnulla adiiciens. Mihi haec quamvis scite excogitata (nisi Theognosti loco scribendum Ἡροδώρῳ, quod vero reiicit Stein l. l. p 15), nimis tamen a librorum scriptorum auctoritate atque ab ipsius scriptoris mente (qui propter ipsam Apolloniam haec omnia refert) recedere neque eam certitudinem afferre videntur, qua praesertim in re tam incerta atque obscura opus esse censeo ad Herodoti verba sic refingenda. De *Chone* fluvio, quem vir doctus h. l. inferri vult, alia testimonia veterum scriptorum ignoro, de *Aoo* veterum scriptorum et recentiorum locos attulit Forbiger: Handb. d. alt. Geogr. III. pag. 874 seq.: nomen recentius, quo appellatur fluvius hic occidentem versus ab Apollonia mari se miscens, vario modo scriptum reperio: *Viosa*, *Vuissa*, *Vovussa*, *Vojutza; Voiussa* fluvium vocari dicit Pouqueville l. l. I, cap. 14. 21. Quem e Pindo profluere cum alii memorent, Herodotus *Lacmonem* vocavit, qui ipsius Pindi videtur esse pars occasum versus ad mare prominens. Λάκμον vocat Strabo VII. p. 316 s. p. 486 B. Sed cum Herodoto facit Steph. Byzant. s. v. Λάκμων pag. 506. Addit Stein. II. pag. 16 testimonium Lycophronis 1020. 1389 cum Scholiis, Zonarae p. 1284 (Λάκμων ἡ κορυφὴ τοῦ ὄρους), aliorum, unde intelligimus veteres certe scriptores Aoum e Lacmone profluentem dicere. Quod vero in Herodoti loco Sancrofti liber, Florentinus aliusque afferunt Λάκμονος pro vulg. Λάκμωνος, id recipiendum duxi cum eodem viro docto, quamquam Λακμώνιοι dicuntur apud Lycophronem et Stephanum Byzantinum l. l.

παρ' Ὤρικον] Stephano Byz. s. v. pag. 769 auctore dicendum ὁ Ὠρικὸς (quod probat Goettling: Lehre v. Accent p. 222), vel etiam ἡ Ὤρικος et τὸ Ὠρικόν. Egit de his Poppo ad Thucydid. l. l. pag. 129. Ipsum portum memorant Strabo, Stephanus, Eustath. ad Dionys. 398, Horat. Od. III, 7, 5, alii. Prima fuit Epiri urbs sita non longe a Cerauniis montibus in mare usque procurrentibus. Hodie vocant *Erico*. Nam exstare dicuntur ruinae quaedam, auctore Pouquevillio (l. l. I. cap. 21. p. 193 seq. vers. vernac.), uno milliari alteriusque dimidio remotae a *Ducates* prope *Porto Raguseo*, qui ipse veteris Orici portus fuisse putatur. Conf. Mannert. VII. pag. 407, Tzschuck. ad Mel. II, 3. §. 12 nott. exegg. Vol. III. P. II. pag. 345, Forbiger l. l. III. p. 851.

ἀστῶν, οὗτοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστος. περὶ πολλοῦ γὰρ δὴ ποιεῦνται Ἀπολλωνιῆται τὰ πρόβατα ταῦτα ἐκ θεοπροπίου τινός. ἐν δὲ ἄντρῳ αὐλίζονται ἀπὸ τῆς πόλιος ἑκάς. ἔνθα δὴ τότε ὁ Εὐήνιος οὗτος ἀραιρημένος ἐφύλασσε. καί κοτε αὐτοῦ κατακοιμήσαντος τὴν φυλακὴν παρελθόντες λύκοι ἐς τὸ ἄντρον διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. ὁ δὲ, ὡς ἐπήϊσε, εἶχε σιγῇ καὶ ἔφραζε οὐδενὶ, ἐν νόῳ ἔχων ἀντικαταστήσειν ἄλλα πριάμενος. καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε τοὺς Ἀπολλωνιήτας ταῦτα γενόμενα, ἀλλ' ὡς ἐπύθοντο, ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον κατέκριναν, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα, τῆς ὄψιος στερηθῆναι. Ἐπεί τε δὲ τὸν Εὐήνιον ἐξετύφλωσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα οὔτε πρόβατά σφι ἔτικτε, οὔτε γῆ ἔφερε ὁμοίως καρπόν.

οὗτοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστος] De pronomine οὗτοι sic posito vid. III, 85. VII, 147. 222 ibique laudd. „*Custodiunt per annum singuli*, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e Conone legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πειθήνιος καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐκ διαδοχῆς τῶν ἱερῶν εἶχον προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν.“ *Valckenar*. De verbo αὐλίζεσθαι conf. VIII, 8. Ad verba ἀπὸ τῆς πόλιος ἑκὰς vid. nott. ad III, 41.

κατακοιμήσαντος] Ita omnes codd., qui iidem infra quoque κατακοιμήσαντα, quod equidem cum recentt. edd. retinendum duxi: vid. nott. ad VIII, 134. Unus Schaeferus exhibuit κατακοιμίσαντος atque κατακοιμίσαντα, quod iam Reiskio atque Valckenario venerat in mentem sic vertenti: *qui somno sopitus ovium neglexerat custodiam*, quodque etiam probat Wesselingius, cum verbo κατακοιμίζειν locus sit, *ubi vigiliae dormiendo tramittuntur*, teste Aeliano N. A. I, 15. XII, 22. III, 15, ubi invenitur κατακοιμίζειν τὴν φυλακήν. Neque vero, ut bene monuit Schweigh., hinc efficitur, Herodotum uti non potuisse verbo κατακοιμᾶν eadem fere significatione, qua κατακοιμίζειν. *Cum ille dormiisset quod ad custodiam attinet* s. *per custodiae tempus*, quod sane idem est atque: *cum ille dormiendo transegisset vigiliae tempus*. Ac transitivum huius verbi usum, Homero eiusque aequalibus ab Eustathio tributum, aliis quoque locis comprobavit Abresch. ad Cattieri Gazophylac. pag. 88, ut sane cum eodem viro docto codicum lectionem in Herodoto haud deserendam esse iudicemus. Xenophon Memorr. II, 1, 3: τῆς ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσι. — Articulum τὴν ante φυλακὴν Florentinus liber cum duobus aliis omittit. — In seqq. ὡς ἐπήϊσε est: quod ubi *animadvertit*; idem verbum ἐπήϊσεν adhibuit Apollon. Rhod. II, 195, ubi scholium exponit ᾔσθετο. Vid. supra nott. ad III, 29. De augmento, quod verbum ἐπαΐειν apud Nostrum retinet, cf. Bredov. pag. 298.

εἶχε σιγῇ] i. e. *hoc ipsum* (ovium necem) *clam* s. *tacite tenuit*. Conf. allata ad VII, 237. Ad locutionem ὑπάγειν ὑπὸ δικαστήριον cf. nott. ad VI, 72 et ad verbum κατακρίνειν nott. ad VII, 146.

ἔφερε ὁμοίως καρπόν] καρπὸν abest a Sancrofti libro. De ipsa sententia conf. nott. ad III, 65. De voce πρόφαντα (*oraculum*) cf. nott. ad V, 63. Mox revocavi cum recentt. edd. ἐγίνετο pro vulg. ἐγένετο, quod cum Schaefero tenuit Matthiae. Quod continuo sequitur ἐπεί τε, e Reiskii emendatione receptum, eius loco Schaefer et Bekker retinuerunt ἔπειτα, praeposita maiori distinctione: sed vid. modo Bredov.

πρόφαντα δέ σφι ἔν τε Δωδώνῃ καὶ ἐν Δελφοῖσι ἐγίνετο, ἐπεί τε ἐπειρώτεον τοὺς προφήτας τὸ αἴτιον τοῦ παρεόντος κακοῦ· οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον, ὅτι ἀδίκως τὸν φύλακον τῶν ἱρῶν προβάτων Εὐήνιον τῆς ὄψιος ἐστέρησαν. αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους, οὐ πρότερόν τε παύσεσθαι τιμωρέοντες ἐκείνῳ, πρὶν ἢ δίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν ταύτας, τὰς ἂν αὐτὸς ἕληται καὶ δικαιοῖ· τούτων δὲ τελευμένων αὐτοὶ δώσειν Εὐηνίῳ δόσιν τοιαύτην, τὴν πολλούς μιν μακαριεῖν ἀνθρώπων ἔχοντα. Τὰ μὲν χρηστήρια ταῦτά σφι ἐχρήσθη. οἱ δὲ Ἀπολλωνιῆται, 94
ἀπόρρητα ποιησάμενοι, προέθεσαν τῶν ἀστῶν ἀνδράσι διαπρῆξαι. οἱ δέ σφι διέπρηξαν ὧδε· κατημένου Εὐηνίου ἐν θώκῳ ἐλθόντες οἱ παρίζοντο καὶ λόγους ἄλλους ἐποιεῦντο, ἐς ὃ κατέβαινον συλλυπεύμενοι τῷ πάθεϊ. ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες εἰρώ-

pag. 39 et 108. Ad vocem προφήτας conf. VIII, 36. 135 et nott. ad VII, 111. τὸν φύλακον dixit Noster, qui supra VIII, 41 dixit φύλακα, utrâque formâ usus: tu vid. nott. ad VIII, 41 et cf. etiam Wex ad Sophocl. Antigon. 199.

αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους] „Loquuntur prophetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est; αὐτοὶ igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo Delphicus." *Schweighaeus.* Tu vid. de hac structura nott. ad I, 56. II, 118. IV, 15. In seqq. pro δῶσι tres codd. δώσειν. Tu conf. IV, 9 et allata ad V, 118; sed vide quoque IX, 86 ibique allata.

τὴν πολλούς μιν μακαριεῖν ἀνθρώπων ἔχοντα] i. e. *quo* (munere) *ornatum* multos fore *qui praedicaturi essent*, sive, ut Schweighaeuserus interpretatur: „*donum, cuius causa multi homines beatum illum sint praedicaturi.*" Nimirum accusativi et infinitivi structura transit quoque in enuntiationem adiectam, ut VI, 117, ne plura afferam; τὴν pendet ab ἔχοντα, quod ipsum refertur ad μίν, qui est obiecti accusativus, cum πολλοὺς subiecti sit accusativus. — Ipsum oraculum humanitatis plenum effert Limburg-Brouwer: Histoire de la civilisat. de Grecs IV (VI). pag. 141 seq.

Cap. XCIV.

ἐχρήσθη] Vid. VII, 144 ibique nott. De voce ἀπόρρητα vid. nott. ad IX, 45. In verbis προέθεσαν τῶν ἀστῶν ἀνδράσι διαπρῆξαι (i. e. *civium nonnullis* s. *viris e civium numero delectis hoc negotium conficiendum mandarunt*) reposui e Florentino, aliis ἀστῶν, ut mox Herodotus loquitur, pro ἀστέων, quod Herodoti usus respuit: vid. Bredov. pag. 235. ἐν θώκῳ (*in sella, in sedili*) ponitur ut I, 181 coll. VI, 63, ubi vid. nott., observante Schweigh. Add. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Agamemn. 502 (coll. Prometh. 288), quo auctore dicuntur „θᾶκοι in quovis oppido sedilia publica, quo confabulandi causa otiosi convenire solebant."

ἐς ὃ κατέβαινον συλλυπεύμενοι] i. e. *donec descenderunt* s. *venerunt ad viri calamitatem unà commiserandam.* Similia quaedam exstant I, 90. 116 coll. 118. Latinorum *decurrere ad preces* cum hisce comparat Mitscherlich. ad Horat. Od. III, 29. 58.

ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες] i. e. *ita eum fallentes.* Vid. nott. ad VIII, 106. et conf. Hertlein. ad Xenophont. Anabas. II, 1, 18. Hinc infra: ὡς ἐξαπατηθείς. Intelligi vult *Wesselingius* „*simulatum dolorem*, quo Euenium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti Conon, τέχνῃ ἵλα-

τεον, τίνα δίκην ἂν ἕλοιτο, εἰ ἐθέλοιεν Ἀπολλωνιῆται δίκας
ὑποστῆναι δώσειν τῶν ἐποίησαν. Ὁ δὲ, οὐκ ἀκηκοὼς τὸ θεο-
πρόπιον, εἵλετο εἴπας· εἴ τίς οἱ δοίη ἀγροὺς τῶν ἀστῶν, οὐνο-
μάσας τοῖσι ἠπίστατο εἶναι καλλίστους δύο κλήρους τῶν ἐν τῇ
Ἀπολλωνίῃ, καὶ οἴκησιν πρὸς τούτοισι, τὴν ᾔδεε καλλίστην
ἐοῦσαν τῶν ἐν τῇ πόλι· τούτων δὲ, ἔφη, ἐπήβολος γενόμενος, 735
τοῦ λοιποῦ ἀμήνιτος εἶναι, καὶ δίκην οἱ ταύτην ἀποχρᾶν γενο-
μένην. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε, οἱ δὲ πάρεδροι εἶπαν ὑπολα-
βόντες· Εὐήνιε, ταύτην δίκην Ἀπολλωνιῆται τῆς ἐκτυφλώσιος
ἐκτίνουσί τοι κατὰ τὰ θεοπρόπια τὰ γενόμενα. Ὁ μὲν δὴ πρὸς
ταῦτα δεινὰ ἐποιέετο, ἐνθεῦτεν πυθόμενος τὸν πάντα λόγον,
ὡς ἐξαπατηθείς· οἱ δὲ πριάμενοι παρὰ τῶν ἐκτημένων διδοῦσί
οἱ τὰ εἵλετο. καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα ἔμφυτον μαντικὴν εἶχε,
ὥστε καὶ οὐνομαστὸς γενέσθαι.

95 Τούτου δὴ ὁ Δηΐφονος ἐὼν παῖς τοῦ Εὐηνίου ἀγόντων Κορινθίων ἐμαντεύετο τῇ στρατιῇ. Ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα,

σάμενοι. Notus in talibus verbi usus ex Euripid. Andromach. 428: ὥ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐδελέασα καὶ ἐξηπάτησα καὶ προετρεψάμην e Scholiastae doctrina. Appian. B. Civ. III, 37 ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.*" — Quibus Schweigh. addit Plutarch. Vit. Solon. c. 8 fin. pag. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie decepti Megarenses.* In seqq. ad significationem verbi ὑποστῆναι (*in se recipere*, *sustinere*) conf. nott. ad IX, 34.

δύο κλήρους] C. O. Mueller: Dor. II. pag. 61 haec attingens hanc in Apollonia valuisse rationem ponit, ut coloni advenae, qui Corinthii fuere, terram a se occupatam omnem in aequas diviserint sortes s. κλήρους ipsique hoc modo rem publicam constituerint. — Ad seq. ἐπήβολος conf. VIII, 111 ibique nott. ἀμήνιτος is opinor vocatur, qui *irae expers* est, qui satisfactionem cum acceperit, non amplius infensus damna aliis inferre studet. Conf. Plut. Mor. (II) pag. 90 D, ubi ἄθυμος et ἀμήνιτος iunguntur. Alios locos dabit Wyttenbach. Ind. Graecit. Plutarch. Opp. (VIII, 1) pag. 87. — ὑπολαβόντες est *alterius sermonem excipientes*, ut I, 214. VI, 130. VII, 101. Ad locutionem δεινὰ ἐποιέετο conf. nott. ad III, 14.

ἔμφυτον μαντικὴν εἶχε] „*Divinitus insitam*, ut ille Homeri gloriatur Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν Odyss. XXII, 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία *penitissime animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta Dinarchi criminationem Orat. in Demosth. pag. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento Duridis apud Athen. XII. pag. 542 C." *Wesseling.* ἔμφυτος ἐπιθυμία apud Platonem legitur in Phaedr. §. 30. pag. 237 D: alios locos dabit Thesaur. Ling. Graec. III. pag. 953.

Cap. XCV.

ἀγόντων] Duo codd. ἀγαγόντων, quod receperunt Matth. et Bekker. Conf. IX, 119 et VIII, 26, ubi similis confusio. De vatibus, qui exercitum ad bellum proficiscentem comitantur, vid. nott. ad IX, 33. Ad verba ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος (*insistens nomini*, i. e. *usurpans*, *assumens Euenii nomen*) vid. nott. ad III, 63.

ὡς ὁ Δηΐφονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος, ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα, οὐκ ἐὼν Εὐηνίου παῖς. Τοῖσι δὲ 96
Ἕλλησι ὡς ἐκαλλίρησε, ἀνῆγον τὰς νέας ἐκ τῆς Δήλου πρὸς τὴν Σάμον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο τῆς Σαμίης πρὸς Καλάμοισι, οἱ μὲν αὐτοῦ ὁρμισάμενοι κατὰ τὸ Ἡραῖον τὸ ταύτῃ, παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην. οἱ δὲ Πέρσαι, πυθόμενοί σφεας προσπλέειν, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ἤπειρον τὰς νέας τὰς ἄλλας, τὰς δὲ Φοινίκων ἀπῆκαν ἀποπλέειν. βουλομένοισι γάρ σφι ἐδόκεε ναυμαχίην μὴ ποιέεσθαι· οὐ γὰρ ὦν ἐδόκεον ὁμοῖοι

ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα] Pro ἐπὶ Reiskius coniecerat ἐπιών, ut sit: *Graeciam obiens;* idque probante Larchero receperunt Schweigh. et Gaisf. Sed postea Schweigh. in Lex. Herod. I. p. 249: „videndum vero, ait, ne in eandem sententiam teneri potuerit debueritque adeo librorum scriptura, ut nempe ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα valeat: *passim per Graeciam.*" Quo tamen sensu frequentius dicitur ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα. Sed omnium codd. scripturam deserere cum vix liceat, retinui ἐπὶ cum Schaefero, Matth., Negris et recc. edd. inde a Bekkero. Unde quod vulgo interpretantur: *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*, malim reddere: *audivi eum operam suam* (in vaticinando) *passim per Graeciam elocasse* (multis); nam ἐκλαμβάνειν dicitur, qui *operam suam* certâ scil. pecuniâ s. mercede pacta, *alteri elocat.* De quo citant Plutarch. Pelop. 25. pag. 291 B. II. pag. 396 E. Polyb. III, 42. Unum negotium facessit ἐπὶ hâc notione utique insolitum, quamquam alteram si sequor interpretationem, quid hoc loco sibi velit *contra Graeciam,* haud sane percipio. Negris interpretatur: ταξιδεύων εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐχρησμολόγει ἐπὶ μισθῷ, et ἔργα ἐκλαμβάνειν idem esse ait atque ἐργολαβεῖν.

CAP. XCVI.

ὡς ἐκαλλίρησε] Vid. nott. ad VII, 134 et ad verbum ἀνάγειν VIII, 60. §. 1. VIII, 76. Mox pro νῆας reposui νέας, ut IX, 97. 98. 99. 106.

πρὸς Καλάμοισι] Hic locus vix aliunde cognitus nisi ex Athenaeo XIII, 4. pag. 572 F. Unde nunc in Herodoto editum *Καλάμοισι* pro olim vulgat. *Καλαμίσοισι*, quamquam Schweighaeusero dubitandum videtur, Herodotus num scripserit *Καλαμίσι* an *Καλάμοισι*. Tu conf. Guérin: Descript. de l'île de Patmos et de Samos p. 186 seq. Aliam eiusdem nominis urbem in Messenia affert Pausanias VI, 31, 3 itemque Stephanus Byzantinus s. v. De *Heraeo*, quod non longe remotum a mari fuisse scribunt, vid. nott. ad III, 60. Itaque accedere non possum iis, quae scribit Grote: History of Greece V. pag. 257, videri aliud hoc loco intelligendum esse Iunonis templum in alia insulae Sami parte: nec sane Guérin l. l. pag. 179 seqq. in recensendis Samiorum templis ullum novit aliud Iunonis templum praeter celeberrimum illud Heraeum, quod hoc quoque loco intelligere malim.

παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην] Voculam ὡς ante ἐς olim insertam ignorant libri, qui si ferrent, tenendum utique illud recte statuit Valckenar. citans Xenophontea [de quibus conf. Sturz. in Lex. Xenophont. IV. pag. 607] et Thucyd. VI, 67. Eandem particulam ὡς infra quoque IX, 98. 99 Noster haud apposuit. — Ad structuram verborum ἀπῆκαν ἀποπλέειν conf. nott. ad VI, 84 et ad vim particulae ὦν in verbis οὐ γὰρ ὦν ἐδόκεον Matth. Gr. Gr §. 625.

εἶναι. ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλεον, ὅκως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεζὸν
στρατὸν τὸν σφέτερον ἐόντα ἐν τῇ Μυκάλῃ, ὃς κελεύσαντος
Ξέρξεω καταλελειμμένος τοῦ ἄλλου στρατοῦ Ἰωνίην ἐφύ-
λασσε. τοῦ πλῆθος μὲν ἦν ἓξ μυριάδες, ἐστρατήγεε δὲ αὐτοῦ
Τιγράνης, κάλλεϊ τε καὶ μεγάθεϊ ὑπερφέρων Περσέων. Ὑπὸ
τοῦτον μὲν δὴ τὸν στρατὸν ἐβουλεύσαντο καταφυγόντες οἱ
τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοὶ ἀνειρύσαι τὰς νέας, καὶ περιβαλέσθαι
97 ἕρκος, ἔρυμα τῶν νεῶν καὶ σφέων αὐτῶν κρησφύγετον. Ταῦτα
βουλευσάμενοι ἀνήγοντο. ἀπικόμενοι δὲ παρὰ τὸ τῶν Ποτνι-
έων ἱρὸν τῆς Μυκάλης ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα, τῇ
Δήμητρος Ἐλευσινίης ἐστὶν ἱρὸν, τὸ Φίλιστος ὁ Πασικλέος
ἱδρύσατο, Νείλεω τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτι- 736
στὺν, ἐνθαῦτα τάς τε νέας ἀνείρυσαν, καὶ περιεβάλοντο ἕρκος

ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατὸν] i. e. *sub tutela sui ipsorum exercitus*, qui scilicet in ora maris erat collocatus. In seqq. verbum ἦν ante ἓξ deest in Schaeferi et Bekkeri editione. De *Tigrane* cf. VII, 62. IX, 102.

κάλλεϊ τε καὶ μεγάθεϊ] Vid. nott. ad IV, 12 et ad verbum ὑπερφέρων nott. ad VIII, 144. Adhibuit hunc locum quoque Pflugk ad Euripid. Heraclid. 555. De verbo ἀνειρύσαι vid. nott. ad VII, 59, de verbo περιβαλέσθαι nott. ad I, 163. Vocem κρησφύγετον illustravimus ad V, 24.

CAP. XCVII.

ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα] „*Γαίσων* fluvius, ex Ephoro notus apud Athen. VI. pag. 311 E. *Gessus* apud Plin. V, 29, 31. *Gaesus* Melae I, 17 [§. 2, ubi conf. Tzschucke nott. exegg. Vol. III. P. I. pag. 488. Grote: History of Greece V. p. 257 *Gaesonem* et oppidi et fluvii nomen fuisse suspicatur]. *Σκολοπόεις*, aliunde non cognitus, ex hoc Herodoti loco colligitur amnis fuisse, in Gaesonem haud procul ab ostio aquas suas exonerans." *Schweighaeuser*. Nec plura affert Mannert. VI, 3. pag. 292. De *Mycale* vid. nott. ad IX, 90; de templo *τῶν Ποτνιέων* nihil quidquam constat; intelligitur autem opinor templum *Eumenidum* s. *Furiarum*, quae αἱ *Πότνιαι* appellantur et ποτνιάδες θεαὶ ab Euripide in Orest. 318; πότνια Ἐρινὺς apud Aeschylum invenitur in Eumenid. 865 coll. Sept. c. Theb. 827. Quamquam apud Sophoclem in Oedip. Colon. 1048 *Πότνιαι* vocantur *Ceres* et *Proserpina* in Eleusiniis cultae: ad easdem deas spectare videntur, quae apud Pausaniam IX, 8, 1 loco lacunoso sive corrupto leguntur.

Νείλεω τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος] Conf. nott. ad I, 142. V, 65. Wesselingius de Ionum migratione Miletoque condita citat Pausan. VII, 2. §. 1 seq., ubi tamen nulla Philisti mentio, Strab. XIV. p. 633 seq., 938 seq., cui hic Codri filius, coloniae dux vocatur *Νηλεύς*. Cum Herodoto facit Pausanias, ubi exstat *Νειλεύς*." Vid. Eustath. ad Odyss. pag. 1681 et Perizon. ad Aelian. V. H. VIII, 5.

ἐπὶ Μιλήτου κτιστὺν] κτίσιν, observante Valcken., hic habet Eustath. in Dionys. 823, qui sinceram formam κτιστὺν servavit ad Homer. Ili. XIX, pag. 1245, 40 de his Ionum formis disputans. Eodem pertinent ab eodem Valckenario allata: δεμητύς· κατασκευή apud Hesych. I. pag. 1054. φραστύς· σκέψις, ἔννοια (ibid. II. pag. 1523) ἀφραστύες· ἀσυνεσίαι apud Suidam I. pag. 398. ἀποδαστὺς apud Hesych. I. pag. 458 ibique nott. coll. Plut. II. p. 933 E,

καὶ λίθων καὶ ξύλων, δένδρεα ἐκκόψαντες ἥμερα, καὶ σκόλοπας περὶ τὸ ἕρκος κατέπηξαν. καὶ παρεσκευάδατο ὡς πολιορκησόμενοι καὶ ὡς νικήσοντες, ἐπ' ἀμφότερα· ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάζοντο.

98 Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς ἐπύθοντο οἰχωκότας τοὺς βαρβάρους ἐς τὴν ἤπειρον, ἤχθοντο ὡς ἐκπεφευγότων, ἐν ἀπορίῃ τε εἴχοντο, ὅ τι ποιέωσι, εἴτε ἀπαλλάσσωνται ὀπίσω, εἴτε καταπλέωσι ἐπ' Ἑλλησπόντου. τέλος δ' ἔδοξε τούτων μὲν μηδέτερα ποιέειν, ἐπιπλέειν δὲ ἐπὶ τὴν ἤπειρον. παρασκευασάμενοι ὦν

ubi σωφρονιστύος. Apud Herod. V, 6 ληϊστύς, IV, 75 καταπλαστὺς (ut Mediceus exhibet), quae tangens idem Valcken. ad I, 85 addit Callimachum prae caeteris poëtis talia frequentasse, in cuius paucis reliquiis inveniantur ἁρπακτὺς, διωκτὺς, γελαστὺς, μαστὺς, ἀλητὺς, οἰστευτύς. Alia huiusmodi vocabula in ὺς exeuntia, ab Ionibus praesertim frequentata, attulit Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. VI, 3. T. II. pag. 433 ed. Bip., quo bene usus Stallbaum. ad Platon. De legg. XI. p. 933 E, alia quaedam addidit; de huiusmodi vocibus disseruit quoque Lobeck. in Indic. Lectt. aestat. 1836 Academiae Regiomontanae. Unde in Nicolai Excerptis nuper e codice Escorialensi publicatis Feder pag. 118 recte tuetur τῆς χρηστύος, mutatum a Muellero (Fragmm. Hist. Graecc. Vol. III. pag. 402) in τῆς κρίσεως.

ἐνθαῦτα τάς τε νέας ἀνείρυσαν καὶ περιεβάλοντο ἕρκος κ. τ. λ.] i. e. *ibi naves* (in terram) *subduxerunt easque circumdederunt septo* (muro) *lapideo et ligneo*, *arboribus caesis mansuetis* (frugiferis) *palosque circa septum hoc defixerunt acutos*. Simile quid legimus in Thucydid. IV, 9 his verbis declaratum: τὰς τριήρεις, αἵπερ ἦσαν αὐτῷ ἀπὸ τῶν καταλειφθεισῶν, ἀνασπάσας ὑπὸ τὸ τείχισμα προσεσταύρωσε, ubi Blomfield. Herodotei loci bene fuit memor. De verbo ἀνειρύειν vid. nott. ad VII, 59; ad locutionem περιεβάλοντο ἕρκος vid. nott. ad VII, 791. — Ad δένδρεα ἥμερα conf. VIII, 115, ubi opponuntur ἄγρια δένδρεα, itemque IV, 21.

παρεσκευάδατο] Conf. IX, 100 ibique nott. Ad verbum πολιορκησόμενοι vid. nott. ad V, 34 et cf. supra IX, 58. In sequentibus verbis plerumque iungunt: ἐπ' ἀμφότερα ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάζοντο hoc sensu: *ad utrumque parati erant, rem animo vertentes* s. *curantes*. Quod si admittitur, haud scio an scribi oportuit: ἐπ' ἀμφότερα γὰρ ἐπιλεγόμενοι παρεσκευάζοντο. Quare equidem cum Reiskio malui voces ἐπ' ἀμφότερα antecedentibus verbis adnectere et referre ad verba ὡς πολιορκησόμενοι καὶ ὡς νικήσοντες, in quibus vel iterata particula ὡς vim quandam habet, ut *in utrumque parati dicantur* vel *obsidionem passuri* vel (cum his munimentis magis tuti essent, facilius inde) *victoriam reportaturi: hoc enim animo* s. *ita rem animo versantes se parabant ad pugnam*. De significatione verbi ἐπιλέγεσθαι vid. allata ad V, 30.

Cap. XCVIII.

ἤχθοντο ὡς ἐκπεφευγότων] Simili modo Noster loquitur VIII, 109: οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφευγότων περιημέκτεον, ubi vid. allata. Ad verba ἐν ἀπορίῃ εἴχοντο vid. nott. ad VIII, 52 et 109. Unde intelligitur, praepositionem ἐν e duobus codd. bene a Schaefero, quem merito reliqui edd. secuti sunt, esse assumptam. — ὅ τι ποιέωσι est: *quidnam facerent* s. *facere deberent*. Nam deliberativus est coniunctivus, de quo

ἐς ναυμαχίην καὶ ἀποβάθρας καὶ τὰ ἄλλα, ὅσων ἔδεε, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Μυκάλης. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἐγίνοντο τοῦ στρατοπέδου, καὶ οὐδεὶς ἐφαίνετό σφι ἐπαναγόμενος, ἀλλὰ ὥρων νέας ἀνειλκυσμένας ἔσω τοῦ τείχεος, πολλὸν δὲ πεζὸν παρακεκριμένον παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ἐνθαῦτα πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηΐ παραπλέων ἐγχρίμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα, Λευτυχίδης ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε τοῖσι Ἴωσι λέγων· Ἄνδρες Ἴωνες, ὅσοι ὑμέων τυγχάνουσι ἐπακούοντες, μάθετε τὰ λέγω· πάντως γὰρ οὐδὲν συνήσουσι Πέρσαι, τῶν ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλομαι. ἐπεὰν συμμίσγωμεν, μεμνῆσθαί τινα χρὴ ἐλευθερίης μὲν πάντων πρῶτον, μετὰ δὲ τοῦ συνθήματος Ἥβης. καὶ τάδε ἴστω καὶ ὁ

vid. G. Hermann. Opuscc. IV. pag. 90 seq. Neque aliter ponuntur coniunctivi *ἀπαλλάσσωνται* et *καταπλέωσι.*

ἀποβάθρας] *Scalas* ad descensum *nauticas* intelligit Wesseling. citans Thucyd. IV, 12, ubi vid. Duker. et Hemsterhus. ad Lucian. Diall. mortt. X, 10. T. II. pag. 459 coll. Poll. I, 93. Sic autem vocantur non solum ponticuli illi, qui a nautis in litus vel ripam eiiciuntur tam conscendendae navi quam escendendae inservientes, sed etiam pontes illi, quibus utebantur ad transcendendum e suis navibus in naves hostiles: quales hoc loco potissimum intelligi recte monuit Schweighaeuserus. Similem in modum *ἐπιβάθρας* profert Plutarch. in Vit. Alcibiad. 17 init., ubi vid. quae p. 157 adnotavimus.

ἀνειλκυσμένας] Vulgo *ἀνελκυσμένας*, quod in *ἀνειλκυσμένας* mutandum esse monuit Bredov. pag. 303, quem Dietsch. recte secutus est. De verbi significatione vid. nott. ad VII, 59 et ad *παρακεκριμένον* cf. VIII, 70 ibique nott. Inde Schaeferus in Animadverss. ad Plutarch. Vit. T. V. pag. 311 (ad Caton. min. 13) et T. VI. p. 419 recte interpretatur: *in acie stantem.* Praepositionem *ἐν* ante *τῇ νηΐ* deleri voluerat Valckenar. Mox revocavi *ἐγχρίμψας*, quod h. l. Mediceus et Sancrofti liber cum aliis tenet, quodque etiam IV, 113 iidem codd. tenent. Florentinus liber affert *ἐγχρίψας*. Tu vid. nott. ad II, 60.

ὑπὸ κήρυκος] i. e. *voce praeconis*, ut interpretatur Wesseling., citans Theophrast. apud Stob. Serm. XLII [44]. pag. 280 s. 201. T. II Gaisf. et Xenoph. Laced. rep. XI, 6 et Aeschyl. Choëph. 838 (ubi *ὑπάγγελος* vice *ὑπ' ἀγγέλου*). „Praeconis," idem pergit *Wesseling.*, „*μεγαλοφωνοτάτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ* voce ad Ionas usum Leotychiden, auctor Diodorus est XI, 31, nonnulla eius ex ore memorans a vero alieniora." Ipsam locutionem etiam adhibent ad Homer. Iliad. XII, 277. Cf. etiam Thucydid. VI, 32, ubi *ὑπὸ κήρυκος* Haackius interpretatur: „*praecone verba praeeunte*, vota sollemnia nuncupante"; laudant quoque Pflugk. ad Euripid. Alcest. 737. — In verbis sequentibus *πάντως γὰρ οὐδὲν συνήσουσι Πέρσαι, τῶν ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλομαι* (i. e. *etenim nihil eorum, quae vobis mando,* intelligent Persae) verbum *συνήσουσι* adsciscit genitivum eodem modo, quo I, 47 (ubi vid. nott.). IV, 113. V, 19. Ad vim pronominis *τινὰ* (in verbis *μεμνῆσθαί τινα χρὴ*) vid. allata ad VIII, 109.

τοῦ συνθήματος Ἥβης] i. e. *unumquemque oportet meminisse tesserae, quae est Hebe* s. *Iuventus.* De voce *σύνθημα* vid. nott. ad VIII, 7. Pro *ἐσακούσας* Bekkerus dedit *ἐπακούσας*, idque receperunt Dindorf. et Dietsch; libri scripti in vulgata consentiunt omnes.

μὴ ἐσακούσας ὑμέων πρὸς τοῦ ἐπακούσαντος. ὡυτὸς δὴ οὗτος ἐὼν τυγχάνει νόος τοῦ πρήγματος καὶ ὁ Θεμιστοκλέος ὁ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. ἢ γὰρ δὴ λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβάρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἔπειτα ἀνενειχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι. Λευτυχίδεω δὲ 99
ταῦτα ὑποθεμένου δεύτερα δὴ τάδε ἐποίευν οἱ Ἕλληνες. προσχόντες τὰς νέας ἀπέβησαν ἐς τὸν αἰγιαλόν· καὶ οὗτοι μὲν ἐτάσσοντο. Οἱ δὲ Πέρσαι, ὡς εἶδον τοὺς Ἕλληνας παρασκευαζομένους ἐς μάχην καὶ τοῖσι Ἴωσι παραινέσαντας, τοῦτο μὲν ὑπονοήσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν, ἀπαιρέονται τὰ ὅπλα. οἱ γὰρ ὦν Σάμιοι, ἀπικομένων Ἀθηναίων αἰχμαλώτων ἐν τῇσι νηυσὶ τῶν βαρβάρων, τοὺς ἔλαβον ἀνὰ τὴν Ἀττικὴν λελειμμένους οἱ Ξέρξεω, τούτους λυσάμενοι πάντας ἀποπέμπουσι ἐποδιάσαντες ἐς τὰς Ἀθήνας· τῶν εἵνεκεν οὐκ ἥκιστα ὑποψίην εἶχον, πεντακοσίας κεφαλὰς τῶν Ξέρξεω πολε-

ὡυτὸς δὴ οὗτος ἐὼν κ. τ. λ.] Sententia scriptoris est, eandem Leotychidae mentem, idemque consilium fuisse Leotychidae per praeconem ista Ionibus significantis, quod Themistoclis fuerat, cum ad Artemisium similia lapidibus incidi curaret: de quo vid. VIII, 22. — In verbis sequentibus ἢ ἔπειτα ἀνενειχθέντα Sancrofti liber exhibet ἐπεί τε, unde ἔπειτεν reponi vult Bredov. pag. 108, hanc vocis formam Ionicam esse contendens indeque Herodoto restituendam, licet nullo Herodoti loco libri scripti hanc formam afferant: inde receperunt ἔπειτεν hoc loco Dindorf. et Dietsch. Equidem in tanto codicum dissensu mutare quidquam nolui. Ipsa Herodoti sententia haud dubia: Sperabat enim Leotychides, se vel Ionibus, si dicta haec barbaros laterent, persuasurum (ut deficerent), vel, si postea haec ad barbaros delata (indeque ipsis perspecta) essent, effecturum, ut hi Graecis (τοῖσι Ἕλλησι i. e. Ionibus) diffiderent. Ubi vocem ἀπίστους, quae ad βαρβάρους spectat, activo sensu adhibuit Noster, qui supra VIII, 22 in simili fere sententia passivo sensu eandem posuit. Dixit Sophocles in Aiac. 682: ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρίας λιμήν; plura exhibentur in Thesauro Ling. Graec. Vol. V. pag. 7342 seq. ed. Valpy.

Cap. XCIX.

ταῦτα ὑποθεμένου] i. e. *cum hocce Ionibus consilium dedisset Leotychides;* vid. nott. ad I, 107 et ad V, 92. §. 6. — Mox retinui προσχόντες, ubi Schaeferus dederat προσσχόντες. Vid. nott. ad I, 2 et ad VI, 33. Ad verba τὸ Ἑλλήνων φρονέειν cf. VII, 102 ibique nott.; ad verbum ὑπονοήσαντες conf. IX, 88 ibique nott. Valet autem: *suspicati, Samios cum Graecis sentire, arma iis adimunt.* Infra IX, 103 ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα. In verbis proxime sequentibus structuram genitivorum absolutorum qui vocantur (ἀπικομένων Ἀθηναίων αἰχμαλώτων) cum sequatur: τούτους λυσάμενοι πάντας, notavit Kuehner Gr. Gr. §. 681, b. Nec dispar est, quod Plato dixit De rep. I, 1. p. 327 C: ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων, οὕτω διανοεῖσθε, ubi vid. Stallbaumium plura proferentem p. 21. Ad οἱ Ξέρξεω cf. nott. ad VII, 104. λύεσθαι est *pecuniâ redimere aliquem captivum s. servum.* De redemptionis summa dixi ad V, 77. ἐποδιάσαντες est *viatico dato;* plura de verbo ἐφοδιάζειν vid. in The-

μίων λυσάμενοι. τοῦτο δὲ τὰς διόδους τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς
Μυκάλης φερούσας προστάσσουσι τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν, 131
ὡς ἐπισταμένοισι δῆθεν μάλιστα τὴν χώρην. ἐποίευν δὲ τούτου
εἵνεκεν, ἵνα ἐκτὸς τοῦ στρατοπέδου ἔωσι. τούτους μὲν Ἰώνων,
τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν δυνάμιος ἐπιλαβο-
μένοισι, τρόποισι τοιούτοισι προεφυλάσσοντο οἱ Πέρσαι. αὐτοὶ
δὲ συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι.

100 Ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι προσήισαν πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἰοῦσι δέ σφι φήμη τε ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατό-

sauro Ling. Graec. III. p. 2581 ed. Dindorf. — Mox e Sancrofti cod. recepi εἶχον pro ἔχον, ut IX, 67. De voce δῆθεν vid. nott. ad IX, 66. Ad ἔωσι ex antecedentibus assumendum οἱ Μιλήσιοι.

τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι] i. e. *quos etiam novi quid molituros esse putabant, facultatem* (rerum sc. novarum) *adeptos*. Ubi dativus τοῖσι — ἐπιλαβομένοισι ita offendebat Valckenarium, ut post κατεδόκεον excidisse putaret ἐνεὸν, *quibus et inesse putabant, ut facultatem adepti nova molirentur*. Et probavit Larcherus. Mihi secus videtur. Nam, quod recte monuit Schweighaeuserus probante Sommero in Schulzeit. 1833. nr. 133. pag. 1057, καταδοκεῖν vix multum significatione differre videtur a simplici verbo δοκεῖν (*existimare*), nisi quod κατὰ suam quandam retineat vim ac potestatem: *contra aliquem existimare*, cui verbo dativum adiici posse, ubi vulgo genitivus adstruitur, probant hi fere loci: VII, 9. 146. I, 212. III, 155. Matth. Gr. Gr. §. 378. not. 3. Et sane latiori sensu, ubi vis praepositionis fere exstingui videtur, utitur Noster verbo καταδοκεῖν I, 22. 79. 111. III, 27. VI, 16. VIII, 69. IX, 57. Aliter dativi rationem accipit Kuehner Gr. Gr. §. 568, I, Herodoti verba sic interpretans: „*sie glaubten* **bei ihnen**, *dass sie Neuerungen machten.*" Locutio νεοχμὸν ποιεῖν redit IX, 104; supra IV, 201. V, 19 dixit νεοχμοῦν. Ad verba: τούτους μὲν — τρόποισι τοιούτοισι προεφυλάσσοντο οἱ Πέρσαι (i. e. *ab his igitur Ionibus — hoc utroque modo sibi praecavere studebant Persae*) conf. ob usum verbi προφυλάσσεσθαι cum accusativo iuncti VII, 176 coll. VII, 130 ibique nott. — In ipso argumento cum Herodoto consentiunt Diodor. XI, 33. Polyaen. VIII, 45.

συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι] i. e. *clipeos s. crates vineas ita comportarunt, ut ipsis pro vallo essent*. Conf. IX, 61. 62. 102. Ad vocem ἕρκος cf. IX, 96.

Cap. C.

παρεσκευάδατο] Vid. IX, 97. Bekkerus quaerit, num παρεσκευάστο, idque ipsum reponi iubet Bredov. p. 334 reposuitque Dietschius, cum singularis hoc loco requiratur, nec pluralis, ut IX, 97.

φήμη τε ἐσέπτατο] i. e. *fama advolavit, subito et inopinato incessit*. Quae h. l. est φήμη, infra cap. 101 vocatur κληδών. Vid. nott. ad V, 72 coll. III, 153. IX, 91 ibique laudd. Wesselingius citaverat Procopii Epist. LII et Aeschin. De fals. legat. pag. 47 [pag. 311 R. s. §. 41]. Verbum ἐσέπτατο exstat quoque IX, 101 atque in Homeri Ili. XXI, 494: disputat de huius verbi formis apud Nostrum obviis Bredov. pag. 355. Alia dabunt ad Aeschyli Prometh. 622 (665 Blomf.) interpretes. Qui supra IX, 17 dixerat: διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ — φήμη, et qui hoc quoque loco mox scripsit: ἡ δὲ φήμη διῆλθε, is consulto hìc dixisse videtur φήμη — ἐσέπτατο Homeri

πεδον πᾶν, καὶ κηρυκήϊον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματωγῆς κείμενον. ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι ὧδε, ὡς οἱ Ἕλληνες τὴν Μαρδονίου στρατιὴν νικῷεν ἐν Βοιωτοῖσι μαχόμενοι. Δῆλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισί ἐστι τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων, εἰ καὶ τότε τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι καὶ τοῦ ἐν

ad mentem, qui similem in modum usus est voce φήμη sive (quae eodem redit) ὄσσα ad significandam vocem divinitus auditam aut talem, quae divinitus accedere cum putetur mirumque in modum homines capiat, divini quid interesse declarat indeque a diis missa habetur: qualem a vulgari hominum voce bene distinxit Homerus Odyss. I, 282 (ubi cf. Nitzsch. pag. 51 seq. et Ameis) coll. II, 35. XXIV, 412. Ili. II, 93, eumque secutus Sophocles in Oedip. Reg. 43. Ac talem φήμην, qualem etiam novit Plato De republ. III, 21. p. 415 D, Nostrum h. l. intellexisse satis patet. Quae pluribus persequitur Grote: History of Greece V. pag. 260 seq. de ea vi, quam talia in hominum animos praesertim in rebus gravioribus exerceant, monens atque, cum hoc ad omnium aetatum homines pertineat, afferens locum auctoris Gallici (Michelet: Histoire de la revolution Française ch. VII. Vol. I. p. 105), qui motus populi describit sponte ac subito ita excitati, ut omnes uno quasi animo et una voce accurrerent ad expugnandam famosam illam arcem multumque exosam, cui nomen Bastille. Mihi haec utique ab Herodoti verbis aliena esse videntur. — Ad vocem κυματωγῆς conf. nott. ad IV, 196; et vid. quoque Wesseling. Diss. Herod. IX. pag. 207, ubi inter alia Homeri Vit. cap. 19. 34 affert et ex Sophocl. Oed. Col. 1307 (1243) δειναὶ κυματοαγεῖς ἄται, de fluctibus, qui in litora impelluntur et franguntur. κηρυκήϊον (*caduceus*) quid sit, docent scholia ad Thucydid. I, 53. Plura si quis quaerat, dabit Thesaurus Ling. Graec. Vol. IV. pag. 1529 ed. Dindorf.

ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι] „*Famam de victoria ad Plataeas* a Graecis reportata, quam divinitus ortam censuit Herodotus, a Leotychide rei ignaro prudenter confictam verius alii statuerunt. Vid. Diodor. XI, 35, Casaubon. ad Polyaenum, Spartiatae strategema commemorantem I, 33.“ [Add. Iustin. II, 14, qui miratur, „tantam famae velocitatem fuisse, ut cum matutino tempore proelium in Boeotia commissum sit, meridianis horis in Asiam per tot maria et tantum spatii tam brevi horarum momento de victoria nuntiatum sit.“] *Valcken.* Equidem cur Herodoto diffidam, non habeo, de cuius sententia δῆλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισί ἐστι τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων vid. VI, 22 ibique nott. et VII, 57. Ac pertinet huc quoque insignis Plutarchi locus in Vit. Aemilii Pauli 24: ὑπερβάλλει δὲ θειότητι πάντως καὶ τύχῃ τὰ τῆς φήμης et quae sequuntur.

τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης κ. τ. λ.] Wesselingius, cui haec inconcinna et impedita videbantur, scribi maluit: τῆς αὐτῆς ἡμέρης, συμπίπτοντος τοῦ κ. τ. λ., ut intelligamus *ad Plataeas acceptam* et *ad Mycalen futuram Persarum cladem, utramque eodem die.* Wesselingio (qui de verbo συμπίπτειν confert VIII, 15. IX, 101) assensus est Larcherus. Equidem cum Schweighaeusero facere malim ita scribente: „Quod si αὐτῆς abesset, neminem turbatura erat haec locutio: *coincidente die utriusque cladis.* Ferenda vero etiam videtur vocis αὐτῆς abundantia: est enim, quasi dixisset *in eundem diem utraque clades coincidit.*“ Ac Negris quoque sine ulla necessitate scribi putat συμπίπτοντος, idemque reponi iubet Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 344), qui etiam mox, ubi Sancrofti liber habet φήμη δὲ, refingi vult φήμη ἥδε. Mihi utrum-

Μυκάλῃ μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, φήμη τοῖσι Ἕλλησι τοῖσι
ταύτῃ ἐσαπίκετο, ὥστε θαρσῆσαί τε τὴν στρατιὴν πολλῷ μᾶλ-
101 *λον καὶ ἐθέλειν προθυμότερον κινδυνεύειν. Καὶ τόδε ἕτερον*
συνέπεσε γενόμενον, Δήμητρος τεμένεα Ἐλευσινίης παρὰ ἀμ-
φοτέρας τὰς συμβολὰς εἶναι. καὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Πλαταιΐδι παρ'
αὐτὸ τὸ Δημήτριον ἐγένετο (ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται) ἡ
μάχη, καὶ ἐν Μυκάλῃ ἔμελλε ὡσαύτως ἔσεσθαι. γεγονέναι δὲ
νίκην τῶν μετὰ Παυσανίεω Ἑλλήνων ὀρθῶς σφι ἡ φήμη συν-
έβαινε ἐλθοῦσα· τὸ μὲν γὰρ ἐν Πλαταιῇσι πρωῒ ἔτι τῆς ἡμέ-
ρης ἐγίνετο, τὸ δὲ ἐν Μυκάλῃ περὶ δείλην. ὅτι δὲ τῆς αὐτῆς
ἡμέρης συνέβαινε γίνεσθαι μηνός τε τοῦ αὐτοῦ, χρόνῳ οὐ

que necessarium haud videtur, indeque intactum reliqui *συμπιπτούσης* ab omnibus libris scriptis allatum et ad *ἡμέρης* ita referendum, ut explicuit Schweigh. De voce *τρῶμα*, qua *clades* significatur, vid. nott. ad VI, 132. VII, 233. I, 18. 174.

Cap. CI.

παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον] Vid. IX, 57. 62. De voce *συμβολῆς* vid. IV 159 ibique nott.

ὀρθῶς σφι ἡ φήμη συνέβαινε ἐλθοῦσα] i. e. *recte iis accidit fama adveniens* s. recte iis fama enunciavit. Ad seqq. *πρωῒ τῆς ἡμέρης* vid. nott. ad VIII, 6 et cf. II, 173. VII, 223. *περὶ δείλην* Larcher. reddit: *l'après midi.*

μηνός τε τοῦ αὐτοῦ] „Mensis Attici Boëdromionis die tertio, teste Plutarcho in Camill. [19]. pag. 138 A. et De glor. Ath. pag. 348 F. nec sibi tamen constante in Aristid. [19]. pag. 330 F. Aeliani in sexto Thargelionis die error Var. Hist. II, 25 dudum castigatus est.“ *Wesseling.* Scripsit nimirum Plutarchus in Vit. Aristid. 19 fin., pugnam commissam esse *τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος*, additque eodem die adhuc Graecorum synedrium Plataeis convenire ac sacra ferre Iovi Liberatori in memoriam victoriae; in Vit. Camill. 19 et De glor. Atheniens. cap. 7 *μηνὸς Βοηδρομιῶνος τρίτῃ* Plataeis simul atque ad Mycalen Graecos vicisse narrat, in eo tamen sibi non constans, quod eodem loco in Camill. 19 commemorat *Metageitnionem, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσι*, quem Panemum cum Boëdromione convenire altero loco professus erat. Quae cum ita sint, Panemum cum Metageitnione (i. e. Augusto) convenire, praeeunte Boeckhio haud pauci statuerunt, dubitante quamvis C. Fr. Hermanno (Griech. Monatskunde pag. 72 seqq.), qui Panemum mensem nonum post brumam esse indeque magis ad Boëdromionem (Septembrem) accedere putat. Illam sententiam si sequimur ac Panemum cum Metageitnione congruere statuimus, quartus dies ex fine Panemi in *diem vicesimum sextum* Metageitnionis cadet eoque ipso die pugnam utramque commissam esse, igitur post medium Augustum anni 479 s. Olymp. LXXV, 2 statuendum erit cum Muenschero De rebb. Plataeenss. pag. 59 seq., alia quoque argumenta proferente: nec multum recedere inde putamus, quod die *vicesimo septimo* Metageitnionis pugnam commissam esse voluerat Boeckhius, triginta dies huic mensi tribuens, qui tantum habet undetriginta (vid. Index Lectt. Berolin. aest. 1816. p. 4); postea idem statuit (Zur Gesch. d. Mondcyclen pag. 67) pugnam Plataeensem vel aliquot diebus ante *τετράδα τοῦ Πανέμου φθίνοντος* commissam vi-

738 πολλῷ σφι ὕστερον δῆλα ἀναμανθάνουσι ἐγίνετο. Ἦν δὲ ἀρρωδίη σφι πρὶν τὴν φήμην ἐσαπικέσθαι, οὔ τι περὶ σφέων αὐτῶν οὕτω, ὡς τῶν Ἑλλήνων, μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς. ὡς μέντοι ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο, μᾶλλόν τι καὶ ταχύτερον τὴν πρόσοδον ἐποιεῦντο. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι ἔσπευδον ἐς τὴν μάχην, ὥς σφι καὶ αἱ νῆσοι καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἄεθλα προέκειτο.

Τοῖσι μέν νυν Ἀθηναίοισι καὶ τοῖσι προσεχέσι τούτοισι 102
τεταγμένοισι μέχρι κου τῶν ἡμισέων ἡ ὁδὸς ἐγίνετο κατ' αἰγιαλόν τε καὶ ἄπεδον χῶρον· τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι καὶ τοῖσι ἐπεξῆς τούτοισι τεταγμένοισι κατά τε χαράδρην καὶ οὔρεα. ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιήϊσαν, οὗτοι οἱ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ ἔτι καὶ δὴ ἐμάχοντο. Ἕως μέν νυν τοῖσι Πέρσῃσι

deri, sed postea Plataeis celebratam a Graecis hoc ipso die, Athenis autem vel serius, ineunte Boëdromione, ut Plataicae et Marathoniae pugnae sollemnia continuo sese exciperent: Marathoniae pugnae memoriam *sexto* die huius mensis celebratam esse vidimus ad VI, 106: *tertio* aut *quarto* Plataicae pugnae sollemnia peracta videntur. Quae cum ita sint, haud recte statuit Duncker: Gesch. d. Alterth. IV. p. 828, intra diem Septembris vicesimum quintum et vicesimum septimum Plataeis pugnatum esse. In seqq. verbis de structura voculae πρὶν cum infinitivo vid supra allata ad V, 118 et IX, 13. Ad verba ὡς τῶν Ἑλλήνων e proxime antecedentibus περὶ repetendum esse docuit Strange in: Jahrbb. f. Philol. Suppl. III. p. 444. Verba: μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλὰς Schweigh. sic reddidit: *ne in Mardonio offendat* s. *Mardonio succumbat Graecia.* Ubi dativi praepositionem περὶ excipientis (vid. Matthiae Gr. Gr. §. 589, 6, α) haud alia esse ratio videtur atque ea, ex qua timendi verbis περὶ cum dativis addi solet; vid. VIII, 74 ibique citt. Verbo προσπταίειν Noster saepius usus est: vid. nott. ad I, 65 et cf. IX, 107.

ὡς μέντοι ἡ κληδὼν — ἐσέπτατο] Vid. IX, 100 et ad formam comparativi ταχύτερον IV, 127 ibique nott.

ἄεθλα προέκειτο] i. e. *cum ipsis et insulae et Hellespontus tanquam praemium victoriae essent proposita.* Usum verbi προκεῖσθαι satis ostendunt I, 126. IV, 10. VII, 197. — Retinui hoc quoque loco, quod omnes ferebant codices, προέκειτο, nec scripsi προεκέετο, ut Dietschius fecit Bredovium secutus; vid. nott. ad VIII, 42.

CAP. CII.

τοῖσι προσεχέσι] Vid. nott. ad IX, 28. Verba μέχρι κου τῶν ἡμισέων valent: *usque ad dimidias fere* (exercitus) *partes*, i. e. *adeo ut acies haec* (Atheniensium et eorum, qui iuxta erant collocati) *dimidium totius exercitus contineret.* Ad vocem ἄπεδον vid. IV, 62 ibique nott. et IX, 25. Ad vocem χαράδρην (*voraginem*) conf. VII, 176 ibique nott. Quod ad ipsam pugnam attinet, cum Herodoteis conferri possunt, quae narrat Diodorus XI, 36, utrinque summa virium contentione pugnatum esse affirmans magnamque stragem factam, cum Persarum plures quadraginta milibus interempti sint.

ἔτι καὶ δὴ ἐμάχοντο] Ita libri scripti. Voculam ἔτι hinc transferre vult Stegerus et collocare post Λακεδαιμόνιοι; cui obloquitur censor Lipsiensis 1833. pag. 50. „ἤδη, ait Schweighaeuserus, exspectasses,

ὄρθια ἦν τὰ γέρρα, ἠμύνοντό τε καὶ οὐδὲν ἔλασσον εἶχον τῇ μάχῃ. ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατὸς, ὅκως ἑωυτῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακελευσάμενοι ἔργου εἴχοντο προθυμότερον, ἐνθεῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα. διωσάμενοι γὰρ τὰ γέρρα οὗτοι φερόμενοι ἐσέπεσον ἁλέες ἐς τοὺς Πέρσας· οἱ δὲ δεξάμενοι καὶ χρόνον συχνὸν ἀμυνόμενοι τέλος ἔφευγον ἐς τὸ τεῖχος. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Κορίνθιοι καὶ Σικυώνιοι καὶ Τροιζήνιοι, οὕτω γὰρ ἦσαν ἐπεξῆς τεταγμένοι, συνεπισπόμενοι συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος. ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἀραίρητο, οὔτ' ἔτι πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο οἱ βάρβαροι, πρὸς φυγήν τε ὡρμέατο οἱ ἄλλοι πλὴν Περσέων. οὗτοι δὲ, κατ' ὀλίγους γινόμενοι, ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐσπίπτουσι Ἑλλήνων. καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν Περσι-

nisi αὐτίκα δὴ forsan legendum, aut ἤδη καὶ δή." Hoegero in Actt. phill. Monacc. III. pag. 527 voculas ἔτι καὶ δὴ tanquam spurias eiicere earumque in locum substituere ἤδη placuit. Equidem, si quid eiici debeat, unam eiecerim voculam ἔτι, ortam forsitan e praegresso ἑτέρῳ. Nam καὶ δὴ Nostro satis frequens, ut IX, 7. §. 2. IX, 11. 48. 72. 88. Inde uncis circumdederunt voculam ἔτι Dindorf. et Dietsch. Itaque loci sententia erit haec: *Dum s. quo tempore Lacedaemonii circumibant* (montes et voraginem), *ii, qui in altero cornu erant collocati, manus iam conserebant.* Quamquam vel sic illud ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ, ubi ἐν exspectabas, displicet. Nec tamen discesserim in Eltzii (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 344) sententiam scribentis οὗτοι οἳ ἐπὶ τῷ κέρεϊ ἔπι, ubi ἔπι pro ἔπεισι dici vult, ut ἔνι apud Herodotum aliquoties positum invenitur pro ἔνεστι vel ἔνεισι (II, 138. 155. VII, 112), idque pro praeterito poni addit, ut V, 91. Quae mihi certe minime persuasit vir doctus.

οὐδὲν ἔλασσον εἶχον] i. e. *non inferiores erant.* Cuius contrarium legitur IX, 70: πλέον εἶχον, *superiores erant.* — Ad locutionem ἔργου ἔχεσθαι vid. VIII, 11 et II, 121. §. 1 ibique nott. Ad voces ἐνθεῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα conf. VII, 225 ibique nott. et ad verba φερόμενοι ἐσέπεσον nott. ad VII, 210. VIII, 28. Ad vocem ἁλέες vid. nott. ad I, 133.

συνεσέπιπτον] i. e. *simul unà cum illis intra murum irruerunt.* De usu verbi Valckenar. excitat III, 78. Polyaen. II, 35. III, 9. 45. VI, 1. 2. Quibus Schweighaeuserus addit Polyb. IV, 72, 12 et Appian. Ind. Graecit. Ad formam ἀραίρητο conf. I, 191 ibique nott. Locutionem πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι attigi II, 45. IX, 18. IV, 125; de particulis οὔτε — τε vid. nott. ad VI, 1. De verbo ὡρμέατο vid. IX, 61 ibique nott.

κατ' ὀλίγους γενόμενοι] Vid. nott. ad VIII, 113 et Schaefer. ad Dionys. Halicarn. De compos. verbb. p. 44, qui vulgatam interpretationem *ad paucos redacti* (sive, ut Schweigh. reddit *ad exiguum licet numerum redacti*, idem esse adiiciens atque ὀλίγοι γενόμενοι) ita corrigit: *manipulatim, acie scissa, non continua.* Equidem malim sequi Schweighaeuserum, qui in Lexic. Herodot. II. pag. 145 haec scripsit: „*Hi Persae, cum pauci essent* etc. nempe *quocunque loco pugnabatur, nonnisi pauci Persae supererant, qui contra Graecos starent.*" Ad particulae αἰεὶ elegantem usum in seqq. attendi vult Valcken. conferens IV, 162 ibique nott.

κῶν δύο μὲν ἀποφεύγουσι, δύο δὲ τελευτῶσι. Ἀρταΰντης μὲν καὶ Ἰθαμίτρης, τοῦ ναυτικοῦ στρατηγέοντες, ἀποφεύγουσι· Μαρδόντης δὲ καὶ ὁ τοῦ πεζοῦ στρατηγὸς Τιγράνης μαχόμενοι τελευτῶσι. Ἔτι δὲ μαχομένων τῶν Περσέων ἀπίκοντο Λακε- 103
δαιμόνιοι καὶ οἱ μετ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ συνδιεχείριζον. Ἔπεσον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων συχνοὶ ἐνθαῦτα, ἄλλοι τε καὶ Σικυώνιοι καὶ στρατηγὸς Περίλεως. Τῶν δὲ Σαμίων οἱ στρατευόμενοι, ἐόντες τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ Μηδικῷ καὶ ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα, ὡς εἶδον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς γινομένην
739 ἑτεραλκέα τὴν μάχην, ἔρδον ὅσον ἐδυνέατο, προσωφελέειν ἐθέλοντες τοῖσι Ἕλλησι. Σαμίους δὲ ἰδόντες οἱ ἄλλοι Ἴωνες ἄρξαντας, οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ ἀποστάντες ἀπὸ Περσέων ἐπέθεντο τοῖσι βαρβάροισι· Μιλησίοισι δὲ προσετέτακτο μὲν τῶν 104
Περσέων τὰς διόδους τηρεῖν, σωτηρίης εἵνεκά σφι· ὡς, ἢν ἄρα σφέας καταλαμβάνῃ οἷά περ κατέλαβε, ἔχοντες ἡγεμόνας, σώζωνται ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης. ἐτάχθησαν μέν νυν ἐπὶ τοῦτο τὸ πρῆγμα οἱ Μιλήσιοι, τούτου τε εἵνεκεν, καὶ ἵνα μὴ παρεόντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ τι νεοχμὸν ποιέοιεν. οἱ δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τοῦ προστεταγμένου ἐποίεον, ἄλλας τε κατηγεόμε-

Ἀρταΰντης μὲν καὶ Ἰθαμίτρης] Conf. VIII, 130 ibique nott. De *Mardonta* vid. VII, 80. VIII, 130; de *Tigrane* VII, 62. IX, 96. A venatu hoc nomen repeti posse arbitratur Pott. Etymolog. Forschungg. pag. XLIII, qui idem pag. XXXVI vocem Μαρδόντης cum aliis similibus (Ἀριόμαρδος VII, 78, Μαρδόνιος VII, 82) comparat, in quibus viri *fortis* ac *strenui* notio subsit.

CAP. CIII.

καὶ τὰ λοιπὰ συνδιεχείριζον] i. e. *et reliqua simul* (cum Atheniensibus) *peragebant*. Verbum συνδιαχειρίζειν hoc uno, quantum scio, loco obvium; vid. Thesaur. Ling. Graec. VII. p. 1272 ed. Dindorf.

ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα] Eadem locutio IX, 99. Ad κατ' ἀρχὰς conf. VII, 88 ibique nott.

ἑτεραλκέα τὴν μάχην] „*In alteram partem inclinantem* [*ancipitem*], qualis Ἄρης ἑτεραλκὴς sive νικοφόρος, uti scholia Aeschyli Pers. 956. Vid. Valcken. ad VIII, 11.“ [ubi vid. nott.] *Wesseling*. Ad formam ἐδυνέατο, quam in ἠδύναντο mutatum vult Stegerus (Ephemer. Ienens. 1828. pag. 47, ubi excitat I, 10. IV, 110. IX, 70) conf. nott. ad IX, 70. Ad usum et structuram verbi προσωφελέειν (*adiuvare*, *adiumento esse*) vid. Euripid. Alcest. 41. Heraclid. 681. 330. Suppl. 326, ne plura.

CAP. CIV.

προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων κ. τ. λ.] Ob verba Herodoti IX, 99: τὰς διόδους — προστάσσουσι τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν, haerent h. l. in genitivo τῶν Περσέων, ita ut vel πρὸς vel ἐκ praeponi debere arbitrentur. Quo neutro opus esse vidit Schweighaeuserus, iungens τῶν Περσέων τὰς διόδους, *exitus Persarum*, i. e. *exitus viarum*, *quibus se Persae recipere possent*. — Ad νεοχμὸν ποιεῖν cf. IX, 99. — In seqq. ad κατηγεόμενοι eiusque structuram conf. ad VII, 215 allata, et de

νοί σφι ὁδοὺς φεύγουσι, αἳ δὴ ἔφερον ἐς τοὺς πολεμίους, καὶ τέλος αὐτοί σφι ἐγίνοντο κτείνοντες πολεμιώτατοι. Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἀπὸ Περσέων ἀπέστη.

105 Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ Ἑλλήνων ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου, ἀνὴρ παγκράτιον ἐπασκήσας· τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμόλυκον κατέλαβε ὕστερον τούτων, πολέμου ἐόντος Ἀθηναίοισί τε καὶ Καρυστίοισι, ἐν Κύρνῳ τῆς Καρυστίης χώρης ἀποθανόντα ἐν μάχῃ κεῖσθαι ἐπὶ Γεραιστῷ. Μετὰ δὲ Ἀθηναίους Κορίνθιοι καὶ Τροιζήνιοι καὶ Σικυώνιοι

106 ἠρίστευσαν. Ἐπεί τε δὲ κατεργάσαντο οἱ Ἕλληνες τοὺς πολλοὺς, τοὺς μὲν μαχομένους, τοὺς δὲ καὶ φεύγοντας τῶν βαρβάρων, τὰς νέας ἐνέπρησαν καὶ τὸ τεῖχος ἅπαν, τὴν ληίην προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλόν· καὶ θησαυρούς τινας χρημάτων εὗρον. ἐμπρήσαντες δὲ τὸ τεῖχος καὶ τὰς νέας ἀπέπλεον. Ἀπικόμενοι δὲ ἐς Σάμον οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσιος τῆς Ἰωνίης, καὶ ὅπῃ χρεὼν εἴη τῆς Ἑλλάδος κατοικί-

participii structura vid. nott. ad I, 116. 129 et confer etiam Hartung: Lehre von den Griech. Partik. I. pag. 151. Sequitur enim in altero orationis membro verbum finitum loco participii. Quod sequitur σφι, aeque ac φεύγουσι, ad Persas s. barbaros spectat.

CAP. CV.

Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου] Euthyni, sed obscuri hominis, meminit, notante Wesselingio Aristotel. Rhett. II, 19. pag. 92; *Euthynous* apud Ciceron. Tuscc. I, 49 nominatur. *Hermolycum* pancratiastam memorat Pausan. I, 23. §. 12. Alios pancratiastas Atticos profert Krause in Theagen. pag. 77 seq. De ipso *Hermolyci* nomine ac similibus disputat Letronne in: Journal d. Sav. 1846. pag. 171. Verbum ἐπασκεῖν eadem in re VI, 92.

Καρυστίοισι] De *Carysto* vid. nott. ad VIII, 112; de *Geraesto* vid. nott. ad VIII, 7; *Cyrnus* qui fuerit locus, mihi non innotuit. Videtur autem h. l. illud respici bellum, de quo Thucydid. I, 93, quodque Dodwell. in Annall. Thucydd. refert ad Olymp. LXXVIII, 2 sive 467 a Chr. n. Idem statuit Girard: Archiv. d. Miss. scientifiq. II. p. 706; *Cyrnum*, cuius nuspiam alibi fit mentio, inter Geraestum et Carystum sitam fuisse coniicit idem pag. 722. Schöll (Philolog. IX. pag. 197) refert Carystum urbem obsessam et expugnatam ad Olymp. $\mathrm{LXXVI}^{2}/_{3}$ sive $^{475}/_{74}$ annum ante Chr. n.

CAP. CVI.

Ἐπεί τε δὲ κατεργάσαντο] i. e. *cum interfecissent*. Cf. I, 24 et de simili verbo διεργάζεσθαι V, 20 ibique nott. κατεργάζεσθαι hac notione quoque reperitur apud Plutarch. Vit. Timol. 28. Marcell. 7. Caes. 67 init. itemque apud Euripid. Hippol. 888. Iphigen. Taur. 1173, apud Sophocl. Trachin. 1094. — In seqq. pro vulg. χρεὸν dedi χρεών, ut VIII, 3 ubi vid. nott.

ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσιος κ. τ. λ.] Deliberant de Ionia transferenda eiusque incolis in ea Graeciae parte collocandis, quae in ipsorum esset potestate. Hanc enim esse τὴν ἀνάστασιν τῆς Ἰωνίης, qua incolae Ioniae ex Ionia in alias terras translati certas ibi sedes assignatas accipiant, cum Schweig-

σαι, τῆς αὐτοὶ ἐγκρατέες ἦσαν· τὴν δὲ Ἰωνίην ἀπεῖναι τοῖσι βαρβάροισι. ἀδύνατον γὰρ ἐφαίνετό σφι εἶναι ἑωυτούς τε Ἰώνων προκατῆσθαι φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον· καὶ ἑωυτῶν μὴ προκατημένων, Ἴωνας οὐδεμίαν ἐλπίδα εἶχον χαίροντας πρὸς τῶν Περσέων ἀπαλλάξειν. Πρὸς ταῦτα Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι ἐδόκεε τῶν μηδισάντων ἐθνέων τῶν Ἑλληνικῶν τὰ ἐμπόρια ἐξαναστήσαντας, δοῦναι τὴν χώρην Ἴωσι ἐνοικῆσαι· Ἀθηναίοισι δὲ οὐκ ἐδόκεε ἀρχὴν Ἰωνίην γενέσθαι ἀνάστατον, οὐδὲ Πελοποννησίοισι περὶ τῶν

haeusero (in Lex. Herod. I. p. 44) statuo. Neque aliter acceperim cum eodem Schweighaeusero, quae infra leguntur: οὐκ ἐδόκεε Ἰωνίην γενέσθαι ἀνάστατον, *non placuit Ioniae sedes relinquere, incolis in aliam terram translatis, patrio solo motis.* Ubi non de captivis loco suo vi pulsis et in alia loca traductis sermo (hoc enim est ἀνασπάστους ποιεῖν, ut monui ad III, 93 et IV, 204), sed de iis, qui loco moventur suo non tam vi adhibita quam persuasione et libera voluntate. Quamquam malam quoque in partem eandem locutionem accipi posse monstrant, quae ad I, 76 notavi. Sic malam in partem accipio illud ἐξαναστήσαντες τὰ ἐμπόρια de emporiis vi occupatis et dirutis deque incolis alio traductis, ut I, 155. VII, 170. Consentit plane cum Herodoteis Diodorus XI, 37, quo auctore Graeci in Samum regressi Iones et Aeolenses in societatem receperunt, postea autem iis persuadere studuerunt, ut Asiâ relictâ in Europam sedes transferrent, ubi agros gentium, quae a Persarum partibus stetissent, acciperent. In clausula praeterire non licet, quae scripsit Blomfield. in Glossar. ad Aeschyli Pers. 42, notatu videri dignissimum, quod nusquam ab Aeschylo in recensendis Persarum copiis mentio fiat Ionum; cuius causam inde repetendam esse censet, quod facinus indignum eorum, qui Atheniensium fuerint coloni, memorare Ionibusque, in quos bene fuerint affecti Athenienses, culpam imputare noluerit. Ad verba Ἰώνων προκατῆσθαι (i. e. *ante Iones sedere indeque eos tutari*) cf. Matth. Gr. Gr. §. 575. Tu vid. etiam Herod. VIII, 36 coll. VII, 172. Thucydid. VIII, 76 ibique Arnold.

οὐδεμίαν ἐλπίδα εἶχον χαίροντας κ. τ. λ.] i. e. „*nullo pacto sperabant fore, ut Iones tutos* (s. *salvos*) *a Persis relinquerent.*“ Ita G. Hermann. ad Viger. pag. 767, ubi vide plura. Et conf. nott. ad III, 29. IV, 135. VI, 50. Qui antecedunt genitivi ἑωυτῶν μὴ προκατημένων, licet idem sententiae sit subiectum, quod dicunt, pertinent ad similes genitivos consulto, ut videtur, positos II, 111, ubi vid. nott. I, 178. 208. Paulo infra οἱ ἐν τέλεϊ ἐόντες dicuntur *magistratus, duces*, ut III, 18, ubi vid. nott. et add. Phil. Iud. pag. 363 B et 778 B. Stob. V. pag. 63, 31 s. T. I. pag. 145 Gaisf., quae attulerunt Wesseling. et Valckenar. Ad verbum ἐνοικῆσαι conf. quae de huiusmodi verbis cum ἐν compositis allata sunt ad V, 23. VII, 59 et IX, 7. §. 2. II, 178. Ad ἀρχὴν vid. nott. ad I, 86.

οὐδὲ Πελοποννησίοισι] Schweighaeuser e coniectura scripsit Πελοποννησίους, quo haec esset loci sententia: „*neque placuit* (Atheniensibus), *ut Peloponnesii consilia agitarent de suis ipsorum* (i. e. Atheniensium) *colonis.* Inde in Latina versione reddidit: *nec decere Peloponnesios de ipsorum coloniis quidquam statuere*; quae repetiit Dindorfius, licet Πελοποννησίοισι intactum reliquerit. Atque in eandem sententiam h. l. vernacule expressit Langius. Stegerus (conf. Cens. Ien. 1828. Ergänz. Bl. nr. 45. p. 347, ubi

σφετέρων ἀποικιέων βουλεύειν. ἀντιτεινόντων δὲ τούτων προθύμως εἶξαν οἱ Πελοποννήσιοι. καὶ οὕτω δὴ Σαμίους τε καὶ Χίους καὶ Λεσβίους καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας, οἳ ἔτυχον συστρατευόμενοι τοῖσι Ἕλλησι, ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο, πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι. τούτους δὲ καταλαβόντες ὁρκίοισι ἔπλεον τὰς γεφύρας λύσοντες· ἔτι γὰρ ἐδόκεον ἐντεταμένας εὑρήσειν. οὗτοι μὲν δὴ ἐπ᾽ Ἑλλησπόντου ἔπλεον.

107 *Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βαρβάρων ἐς τὰ ἄκρα τε τῆς Μυκάλης κατειληθέντων, ἐόντων οὐ πολλῶν, ἐγίνετο κομιδὴ ἐς*

de hac vi praepositionis *ἐν* plura affert) ante *Πελοποννησίοισι* inseri voluit *ἐν*, *coram Peloponnesiis:* quod a loci sensu alienum iudicat censor Lipsiensis pag. 50, si quidem non id agebatur, ut ne coram Peloponnesiis de his deliberaretur, sed ut ne Peloponnesii partem haberent deliberationis de Atheniensium coloniis. Itaque ad *Πελοποννησίοισι* haud scio an liceat e praegressis repetere *δοκεῖν* vel simile quid hoc fere sensu: *neque Peloponnesiorum videri esse s. Peloponnesiis convenire deliberationem de ipsorum coloniis*, ut haec fere exsistat sententia: *Atheniensibus non videbatur concedendum esse Peloponnesiis, ut de suis ipsorum* (i. e. Atheniensium) *colonis deliberarent.* De verbo activo *βουλεύειν* (*deliberationem habere de aliqua re, deliberare secum vel cum aliis*) monuit Bredov. p. 24 Herodoti plures afferens locos. In verbis proxime sequentibus *ἀντιτεινόντων δὲ τούτων* (*his vero obnitentibus*) *τούτων* ad Athenienses spectare, vix opus monere.

ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο] i. e. *in sociorum numerum receperunt.* Pertinent huc Thucydidis verba III, 10, ubi Mytilenaei mentionem faciunt foederis olim inter ipsos et Athenienses initi seque socios factos esse addunt non Atheniensibus ad Graecos subigendos, sed Graecis ad liberandos eos a rege Medorum. Ad locutionem *ἐς τὸ συμμαχικὸν* conf. eundem Thucydidem VIII, 9 ibique allata a Dukero. Ad verba seqq. *πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι*, i. e. *fide et iuramento obstrictos, ut in societate constanter manerent neque deficerent*, cf. III, 74 ibique nott. et IX, 92. Sic Thucydides quoque dixit *ὅρκοις καταλαμβάνειν τινὰ* (*iuribus iurandis obstringere aliquem*) IV, 86 init., ubi plura de hac locutione affert Blomfield. — Mox in omnibus libris scriptis et edd. vetustis exstat *ἐμμένειν*, cuius loco *ἐμμενεῖν* dederat Schaeferus, ipse postea emendationem haud sane necessariam retractans ad Theocrit. 27, 60. Retinuit tamen Bekkerus *ἐμμενεῖν*, quod certe (vid. Bredov. p. 376) in *ἐμμενέειν* mutari oportuit, ut fecerunt Dindorf. et Dietsch. Equidem *ἐμμένειν* retinendum duxi, ut supra IV, 147 (ubi vid. nott.) *μένειν*, assentientibus Kuehnero in Gr. Gr. §. 445 not., Apetzio ad Euripid. Phoeniss. 1256. pag. 201, Strangio in: Seebod. et Iahn. Annall. Suppl. II, 2. p. 232 et Stallbaumio ad Plat. Criton. cap. 14. p. 52 C, qui bene praesentis infinitivum tuetur hunc in modum: „nam quod apud Herodotum additur *καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι*, id facile intelligi potest non eam vim habere, ut etiam *ἐμμενεῖν* [*ἐμμενέειν*] scribendum iudicemus. Quippe sensus verborum hic est: „*confirmantes se et nunc promissis stare velle, nec unquam postero tempore illa violaturos esse.*“ — Ad significationem verbi *ἐμμένειν* conf. VII, 151. — Ad *ἐντεταμένας* vid. VIII, 117 ibique nott. IX, 114.

Cap. CVII.

κατειληθέντων] Vid. VI, 133. IX,

Σάρδις. πορευομένων δὲ κατ' ὁδὸν Μασίστης ὁ Δαρείου παρατυχὼν τῷ πάθεϊ τῷ γεγονότι τὸν στρατηγὸν Ἀρταΰντην ἔλεγε πολλά τε καὶ κακὰ ἄλλα τε καὶ γυναικὸς κακίω φὰς αὐτὸν εἶναι τοιαῦτα στρατηγήσαντα, καὶ ἄξιον εἶναι παντὸς κακοῦ τὸν βασιλέος οἶκον κακώσαντα. παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι δέννος μέγιστός ἐστι. ὁ δὲ, ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποιεύμενος, σπᾶται ἐπὶ τὸν Μασίστην τὸν ἀκινάκεα, ἀποκτεῖναι θέλων. καί μιν ἐπιθέοντα φρασθεὶς Ξειναγόρης ὁ Πρηξίλεω, ἀνὴρ Ἁλικαρνησσεὺς, ὄπισθε ἑστεὼς αὐτοῦ Ἀρταΰντεω ἁρπάζει μέσον, καὶ ἐξαείρας παίει ἐς τὴν γῆν· καὶ

31 ibique nott. et ad vocem κομιδὴ (*reditus*) nott. ad VIII, 108. De *Masiste* cf. VII, 82. Ipsum nomen in Zendica lingua esse *Mazista*, i. e. μέγιστος, ponit Pott: Etymolog. Forsch. pag. XXXVI, ita ut Graeci haud male eum, qui Μασίστιος vocatus sit, appellarint Μακίστιον (IX, 20), qui superlativus sit, ut Φιλίστιος IX, 97, Μηκιστεὺς, alia id genus, *Maximus*, *Maximinus*, *Maximianus*. Et convenit sane hoc nomen viro Persae, qui staturâ corporis ac magnitudine excellnit, ut legimus IX, 25.

τοιαῦτα στρατηγήσαντα] i. e. qui isto (turpi) *modo bellum* (tanquam dux) *administrartt*. Verbum στρατηγεῖν, ubi accusativum additum habet, illustrat Hess. ad Plutarch. Timoleont. pag. 48. Ad vocem οἶκον cf. V, 31 ibique nott. — Seqq. γυναικὸς κακίω κ. τ. λ. habet Eustath. ad Ili. pag. 668, 44 s. 537, 51.

δέννος μέγιστός ἐστι] i. e. *maximum opprobrium*. — „Explicatur ab Eustathio [l. l., ubi haec leguntur: δέννον δὲ λέγει τὴν ὕβριν, ἐξ οὗ τὸ δεννάζειν παρὰ Σοφοκλεῖ; vid. Sophocl. Antigon. 751 ibique Brunck. Ai. 243 al. 238 ibique Musgrav.] et criticis ad Sophocl. Aiac. 243. Lycophron. Alex. 774. Persarum illud convicium innuebatur IX, 20; et recentiorum eorundem abs Theophylacto Hist. Mauric. III, 8. Non requiretur, credo, simile aliarum nationum opprobrii virus [cf. modo Homer. Ili. VIII, 163, ubi Hector Diomedem sic alloquitur: νῦν δέ σ' ἀτιμήσουσι· γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο]. Quis Virgiliani obliviscitur, *O vere Phrygiae, neque enim Phryges*, Aen. IX, 617, ubi de Persis La Cerda egregie." *Wesseling*. Ad verba δεινὰ ποιεύμενος conf. nott. ad III, 14 et ad verbum medium σπᾶσθαι nott. ad III, 29. De *acinace* vid. nott. ad III, 64. Pro ἀκινάκεα Florentinus et Sancrofti liber ἀκεινάκην, quae forma et ipsa obvia VII, 54, omnibus libris consentientibus: adeo ut hac quoque in voce utrâque formâ Nostrum esse usum appareat; vid. Bredov. p. 224.

καί μιν ἐπιθέοντα φρασθεὶς] „φθὰς [quod Aldina habet] si darent codices, videri forte poterit utrumque posuisse Herodotus: καί μιν, ἐπιθέοντα φρασθεὶς, φθὰς Ξειναγόρης — ἁρπάζει μέσον καὶ ἐξάρας παίει ἐς τὴν γῆν, *quem cum accurrentem cerneret*, *praevertens Xenagoras — medium arripit et sublatum in terram statuit;* ut apud Terentium [Ad. III, 2, 18 coll. Andr. V, 2, 20]: *Sublimem medium arriperem et capite pronum in terram statuerem*. συναρπάσας ἐξῆρε est in Xenophont. Cyropaed. pag. 35,340 [II, 4, 14] Ἄρας μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ Aristophan. Eqq. 1359." *Valcken*. Ad significationem verbi φρασθεὶς (*ubi animadvertit*) cf. VII, 46 ibique nott. coll. nott. ad III, 54. Ad verba ἁρπάζει μέσον vid. nott. ad II, 130. Mox pro vulg. ἐξάρας dedi ἐξαείρας, ut IX, 79, ubi vid. nott.

ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι οἱ Μασίστεω προέσθησαν. ὁ δὲ Ξειναγόρης ταῦτα ἐργάσατο, χάριτα αὐτῷ τε Μασίστῃ τιθέμενος καὶ Ξέρξῃ, ἐκσώζων τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐκείνου· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Ξειναγόρης Κιλικίης πάσης ἦρξε, δόντος βασιλέος. τῶν δὲ κατ' ὁδὸν πορευομένων οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τούτων, ἀλλ' ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἐν δὲ τῇσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἐὼν βασιλεὺς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἐπεί τε ἐξ Ἀθηνέων, προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ, φυγὼν ἀπίκετο.

108 Τότε δὲ ἐν τῇσι Σάρδισι ἐὼν ἄρα ἤρα τῆς Μασίστεω γυναικὸς, ἐούσης καὶ ταύτης ἐνθαῦτα. ὡς δέ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο κατεργασθῆναι, οὐδὲ βίην προσέφερε, προμηθεό-

οἱ δορυφόροι οἱ Μασίστεω] Alterum οἱ sustulerunt Schweighaeuser et Gaisf., cum additum illud sit ab eo, qui genitivum Μασίστεω a nomine δορυφόροι pendere putarit, ita ut ad verbum παρέστησαν supplendum sit αὐτοῦ scil. Μασίστεω, hoc fere sensu: *Masistae satellites ipsum protegebant, ante ipsum* scil. *collocati*. Nec sane alia ratione equidem hunc locum intelligo nec vero video iustam causam, cur voculam οἱ, quam Florentinus cum aliis tuetur, deleam, praesertim cum antecedente syllaba οι facile absorberi potuerit. Indeque cum Dietschio retinui alterum οἱ, quod Bekkerus et Dindorf. Schweighaeuserum secuti abiecerunt. In seqq. ad formulam χάριτα (quam accusativi formam notavit quoque Bredov. p. 270, cum aliis locis haud paucis Noster scribat χάριν) τίθεσθαι vid. nott. ad IX, 60 et ad verba οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο (i. e. *nihil amplius accidit*) conf. VI, 42 ibique nott. IX, 41.

Ξειναγόρης Κιλικίης πάσης ἦρξε] i. e. *Ciliciae provinciae toti praefectus fuit*, s. *satrapa factus est*. Hanc vero satrapiam unam e maioribus fuisse patet ex iis, quae ad III, 90 notata sunt.

Ἐν δὲ τῇσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἐὼν βασιλεύς] Pertinent haec ad ea, quae supra VIII, 116. 117 et seqq. enarrantur de Xerxis fuga ac reditu in Asiam. Ad verba προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ (i. e. *post cladem illam, quam Salamine acceperat*) conf. allata ad IX, 101.

CAP. CVIII.

Τότε δὲ — ἐὼν ἄρα] Voculam ἄρα postpositam attigi ad VIII, 8. Mox revocavi ἤρα, ubi Schaeferus, quem Bekkerus sequitur, e duobus codd. dederat ἔρα, quod etiam infra dedit Bekkerus. Sed Dindorf. et Dietsch. revocarunt ἤρα, quod unum hîc poni posse docuit Bredov. pag. 300. Valet autem: *deperiit* s. *amore captus est*. — De ipso hoc Xerxis amore conf. Tzetz. Chil. II, 6 et ad Lycophron. p. 142 (ubi tamen male confundit *Masistum* et *Masisten*). Maxim. Tyr. XXVI, 7.

ὡς δέ οἱ — κατεργασθῆναι κ. τ. λ.] i. e. *cum vero illa non posset adduci, ut ipsi morem gereret, neque ipse Xerxes illi vim inferre vellet*. Ad ἐδύνατο cum Schweigh. intellig. ἡ γυνή. Ad verbum κατεργάζεσθαι cf. VII, 6 init. οἱ ad Xerxem spectat, quo eodem refertur προσπέμποντι, *mittenti*, scil. eos, qui mulierem quovis modo sollicitarent eamque perducerent, ut regi amanti gratificaretur. Tu conf. de hac huius verbi significatione interprett. ad Xenophont. Ephes. pag. 216. 217 Locell. In eadem re Xenophon dixit προσενεγκεῖν λόγους in Cyropaed. VI, 1, 31, Lucianus πειρᾶν Diall. deorr. VI, 2, ubi cf. Hemsterhus. — προσέφερε e duobus codd. revocatum pro προσεφέρετο, cuius

741 μενος τὸν ἀδελφεὸν Μασίστην (τὠυτὸ δὲ τοῦτο εἶχε καὶ τὴν γυναῖκα· εὖ γὰρ ἠπίστατο βίης οὐ τευξομένη)· ἐνθαῦτα δὴ Ξέρξης ἐργόμενος τῶν ἄλλων πρήσσει τὸν γάμον τοῦτον τῷ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ Δαρείῳ, θυγατέρα τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ Μασίστεω, δοκέων αὐτὴν μᾶλλον λάμψεσθαι, ἢν ταῦτα ποιήσῃ. ἁρμόσας δὲ καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας ἀπήλαυνε ἐς Σοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖ τε ἀπίκετο καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μασίστεω μὲν γυναικὸς ἐπέπαυτο, ὁ δὲ διαμειψάμενος ἤρα τε καὶ ἐτύγχανε τῆς Δαρείου μὲν γυναικός, Μασίστεω δὲ θυγατρός· οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ταύτῃ ἦν Ἀρταΰντη. Χρόνου δὲ προϊόντος ἀνάπυστα γίνεται τρόπῳ 109

hic nullus sane locus, ut VII, 172. Conf. Schaefer. ad Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. pag. 253 et Herod. Vit. Homer. 4 a Schweighaeusero laud. — Pro οὐδὲ Sauppius in Epist. crit. ad Hermann. pag. 77 scribi vult οὐ δὲ seiunctim.

προμηθεόμενος] i. e. *reverens Masisten, respectum habens Masistis*. Attigit Priscianus XVIII. p. 1204 p. 358 Vol. II. ed. Hertz. de structura verbi προμηθεόμενος cum accusativo et genitivo monens afferensque etiam Platonis Crit. 4. p. 44 D, ubi genitivus adstruitur, quem Noster ipse II, 172 addidit, ubi vid. nott. Cf. etiam Matth. Gr. Gr. §. 348 not.

τὠυτὸ δὲ τοῦτο εἶχε καὶ τὴν γυναῖκα] i. e. *idem illud* (sc. τὸ προμηθέεσθαι) *etiam mulierem cohibuit* s. *tenuit*, *quo minus regi sollicitanti obediret*. Quod sequitur vulgo ἐπίστατο, mutavi in ἠπίστατο, ut supra quoque legitur IX, 94; tu vid. Bredov. pag. 301; sensus est: *bene enim gnara erat*, *vim sibi illatum non iri*. In seqq. verba ἐργόμενος τῶν ἄλλων, quae vulgo interpretantur: *caeteris* (viis scil., quibus, quod vellet, eius fieret compos) *prohibitus*, *exclusus*, Schweighaeusero iudice (Lexic. Herod. I. p. 278) etiam sic interpretari licebit: *abstinens*, *valedicens caeteris viis*, scil. nec vi uti nec porro frustra sollicitare mulierem volens. Equidem tamen priorem interpretationem praefero: tu vid. de verbo ἔργεσθαι nott. ad II, 18.

πρήσσει τὸν γάμον] i. e. *studiose*, *diligenter egit nuptias filii*, cui illius mulieris filia nuberet. Namque θυγατέρα per appositionem antecedenti τὸν γάμον adiici putem. Vid. Plutarch. Amator. pag. 749 D et de verbi πρήσσειν significatione Viger. De idiotissm. pag. 290, Ast. ad Platon. Phaedr. p. 330. — *Susa* regiam Persarum intelligi sedem, supra iam monitum: vid. allata ad III, 68. 70.

ἐκεῖ τε ἀπίκετο] ἐκεῖ τε pro vulg. ἐκεῖσε Florentino iubente revocavi cum recentt. edd. Vid. nott. ad VII, 147. Ad seqq. verba ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα conf. nott. ad I, 59. IV, 78. Hinc IX, 111: τῷ παιδὶ — ἤγαγεν γυναῖκα.

ὁ δὲ διαμειψάμενος] i. e. *amore suo commutato*, alio quo *translato*. — Quod sequitur ἐτύγχανε τῆς γυναικός, est: *mulierem ad suam perduxit voluntatem eaque potitus est*. In simili re Plutarchus Vit. Mar. 14: καὶ πολλάκις πειρῶν οὐκ ἐτύγχανε.

Cap. CIX.

ἀνάπυστα γίνεται] Cf. VI, 64 ibique nott. de voce ἀνάπυστα. De *Amestri*, Xerxis uxore, ob crudelitatem male nota cf. nott. ad VII, 3 et ad VII, 61. 114. Add. Heeren: Ideen I, 1. p. 421. 466 seqq. Nec sane hoc ab Orientis moribus institutisve alienum, quod regina vel etiam regis mater summum locum auctoritatemque in regia aula obtineat eiusque

τοιῷδε. ἐξυφήνασα Ἄμηστρις, ἡ Ξέρξεω γυνὴ, φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον διδοῖ Ξέρξῃ. ὁ δὲ ἡσθεὶς περιβάλλεταί τε καὶ ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀρταΰντην. ἡσθεὶς δὲ καὶ ταύτῃ ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι, ὅ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑπουργημένων· πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ· Δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω; ὁ δὲ, πᾶν μᾶλλον δοκέων ἐκείνην αἰτῆσαι, ὑπισχνέετο καὶ ὤμωσε. ἡ δὲ, ὡς ὤμωσε, ἀδεῶς αἰτέει τὸ φᾶρος. Ξέρξης δὲ παντοῖος ἐγίνετο, οὐ βουλόμενος δοῦναι· κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φυβεόμενος

consilio omnes fere res publicae peragantur: quae mulieres quantum abusae fuerint hac auctoritate ad privatas cupiditates explendas aut ad omne crudelitatis exercendum genus, satis docet historia: ut, quae h. l. enarrentur, ad verum proxime accedere minime dubitemus. Atque simul manifestum fit hac ex narratione, quo modo in regum Persarum gynaeceis agi solitum fuerit: in quam rem insigne exstat Estherae exemplum, quam ipsam nullam aliam re vera fuisse atque Amestridem, alio nomine in libris sacris vocitatam, fuere qui contenderent; vid. modo Winer: Biblisch. Reallexic. s. v. I. p. 412 et Haevernick: Einleit. ins A. T. II, 1. p. 344, qui merito id reiecit; ac nuper idem statuit Nickes: De Estherae libro P. I. pag. 31 seqq. inprimis pag. 34 seq., Estheram toto coelo ab Amestride distare recte, si quid video, pronuntians. Sed haec et alia huiuscemodi lubens hîc transeo.

ὅ τι βούλεται] De hoc indicativo vide sis nott. ad I, 163. Sic IX, 111 *ποιέειν τὰ βούλεται*. Quod antecedit *αἰτῆσαι*, in *αἰτέειν* mutari vult Naber in Mnemos. IV. p. 19 ob alterum Nostri locum VI, 48. In seqq. accusativum *πάντα* ad *αἰτήσασαν* refero neque ad *τεύξεσθαι*. Quod ad argumentum attinet, similem prorsus in modum Persarum rex, sive Xerxes fuerit sive alius quis, Estheram alloquitur, ut quid velit petatve enuntiet, adiiciens se illud daturum esse usque ad regni dimidium; vid. Esther. V, 6. Neque aliter in Evangelio S. Marci VI, 22 seqq., cum Herodes natalicia sua celebraret ac filia coram rege ac proceribus saltasset iisdemque placuisset, Herodes puellae dixit: pete a me quodcunque volueris, et dabo tibi usque ad dimidium regni mei. Quod cum rex iuramento confirmasset, illa instante matre caput Ioannis Baptistae petiit idque etiam impetravit a rege, qui contristatus noluit tamen refragari propter iusiurandum atque proceres praesentes, qui audierant. Quae omnia admodum similia iis videntur, quae de Xerxe h. l. narrantur.

τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι] Vid. I, 8 ibique nott. IV, 79 et de usu particulae *γὰρ* I, 8. 24. Voces *τῇ δὲ* non ad *πανοικίῃ* referri posse bene monet Schweigh., sed ad mulierem. Nam idem est ac si dixisset Noster: *ἡ δὲ, κακῶς γάρ οἱ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, εἶπε Ξέρξῃ*. Ad vocem *πανοικίῃ*, *cum tota domo, familia*, conf. nott. ad VII, 39. In verbis *πᾶν μᾶλλον δοκέων ἐκείνην αἰτῆσαι* Madvig in Philolog. Suppl. II. pag. 44 post *πᾶν* inseri vult *ἄν*. Quo tamen haud opus videtur. De vocula *ἀδεῶς* (*sine ullo metu*, *nihil verita nec quidquam mali suspicans*) vid. plurima, quae in Thesauro Ling. Graec. I. pag. 624 ed. Dindorf. proferuntur.

παντοῖος ἐγίνετο] i. e. *in omnes se convertit formas*, *omnia tentavit*, quibus illam averteret eiusque preces amoveret. Vid. III, 124 ibique nott. Ad seqq. *κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν* cf. nott. ad VIII, 30. Mox retinui,

δὲ Ἄμηστριν, μὴ καὶ πρὶν κατεικαζούσῃ τὰ γινόμενα οὕτω
ἐπευρηθῇ πρήσσων· ἀλλὰ πόλις δὲ ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον
καὶ στρατόν, τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη· Περσικὸν
δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶ-
ρος. ἡ δέ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἠγάλλετο·
καὶ ἡ Ἄμηστρις πυνθάνεταί μιν ἔχουσαν. Μαθοῦσα δὲ τὸ ποι- 110
εύμενον τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ εἶχε ἔγκοτον· ἡ δὲ ἐλπί-
ζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰτίην καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσ-
σειν, τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβούλευε ὄλεθρον. φυλάξασα δὲ
τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς Ξέρξεα βασιλήϊον δεῖπνον προτιθέμε-
νον· τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ
ἐν ἡμέρῃ, τῇ ἐγένετο βασιλεύς· οὔνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ

quod vulgo legitur: κατεικαζούσῃ, cuius loco Schweigh. coniecerat κατεικαζούσης. Gaisf., quem sequitur Negris, e Florentino aliisque codd. dedit κατεικάζουσα, his additis: „Legitima verborum constructio postulabat, ut sententia hunc in modum decurreret: μὴ καὶ πρὶν κατεικάζουσα τὰ γινόμενα, οὕτω Ξέρξην πρήσσοντα καταλάβοι. Eam nunc immutat scriptor, ita ut sequens verbum a remotiore nominativo pendeat.“ Sed hoc nimis videtur quaesitum, nec sane ulla apparet causa, cur scriptorem tam subito ab uno subiecto ad alterum transeuntem structuram orationis mutasse credamus. Immo plana videntur omnia, si dativum κατεικαζούσῃ referas ad passivum ἐπευρεθῇ. Timebat scil. Xerxes, *ne ab Amestride, quae iam antea coniiciebat ea, quae facta sunt, inveniretur talia agens.* — In seqq. ἐδίδου est *obtulit, se daturum pollicitus est*, nota verbi huius potestate. Vid. modo IV, 162 ibique nott. VI, 108. Ad verba: ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε conf. Matth. Gr. Gr. §. 615 et G. Hermann. ad Viger. pag. 811. Add. Herodot. I, 14 ibique nott. IV, 83. VIII, 8. IX, 27. Verbum ἀγάλλεσθαι attigi ad IV, 64. Scripsi autem, monente Bredovio pag. 205, ἠγάλλετο (ut supra I, 143) pro vulg. ἀγάλλετο.

Cap. CX.

οὐκ εἶχε ἔγκοτον] De hac locutione conf. III, 59. Add. Blomfield. Glossar. ad Aeschyli Choëphor. 37. In seqq. verbum φυλάξασα citat Suidas s. v. III. p. 642. Vid. I, 49 ibiq. nott. VIII, 9. Verba φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα κ. τ. λ. propter multa verba interiecta repetuntur quodammodo infra verbis: ταύτην δὲ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἄμηστρις, itaque valent: *Amestris diem observabat, quo Xerxes, ipsius maritus, coenam regiam* (natali suo die) *proponeret;* προθεῖναι δαῖτα Noster supra dixit I, 207 et τὴν προκειμένην δαῖτα I, 211.

ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς] Male ἐν in quibusdam omissum. Nec tamen praepositio ante pronomen relativum (τῇ) hoc loco repetitur, nec aliis locis fieri id solet, ut satis probavit Strangius in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. III. pag. 444. — Affert Herodotea Athenaeus IV, 27. pag. 146 B. Vid. de die natali Persarum nott. ad I, 133. Ipsum festi nomen τυκτὰ quid valeat, aliis disquirendum permittam. Scaliger Canon. Isag. III. pag. 260 exposuerat *thronum*. Alii aliter. Cf. Reland. Diss. de vet. ling. Pers. p. 257. *Creuzerus* haec adscripsit: „Attigerunt hunc locum interpretes Hesychii II. p. 1360 et pag. 1432. Photius p. 526 Dobr. et Lips. Τυκτόν· χειροποίητον, quod ad Odyss. ρ', 206 trahit Schleusner. in Animadverss. p. 463. Ego nihil exputo.“ Similia quaedam festa a regibus Indorum et

Περσιστὶ μὲν τυκτὰ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν τέλειον· 742
τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεὺς καὶ Πέρσας [...]
δωρέεται· ταύτην δὲ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἄμηστρις χρηΐζει τοῦ Ξέρξεω δοθῆναί οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ ἀναιτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου·
111 συνῆκε γὰρ, τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, ἐκείνης τε λιπαρεούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος, ὅτι ἀτυχῆσαι τὸν χρηΐζοντα οὔ σφι δυνατόν ἐστι βασιληΐου δείπνου προκειμένου, κάρτα δὴ ἀέκων κατανεύειν, καὶ παραδοὺς ποιέει ὧδε. τὴν μὲν κελεύει ποιέειν τὰ βούλεται· ὁ δὲ μεταπεμψάμενος τὸν ἀδελφεὸν λέγει τάδε· Μασίστα, σὺ εἷς Δαρείου τε παῖς καὶ ἐμὸς ἀδελφεὸς, πρὸς δ' ἔτι τούτοισι καὶ εἷς ἀνὴρ ἀγαθός. γυναικὶ δὲ ταύτῃ, τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε· ἀλλά τοι ἀντ' αὐτῆς ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν· ταύτῃ συνοίκεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις, οὐ γὰρ δοκέει ἐμοὶ, μὴ ἔχε γυναῖκα. Ὁ δὲ Μασίστης ἀποθωυμάσας τὰ λεγόμενα λέγει τάδε· Ὦ δέσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων με γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες

Mongolorum celebrari solita affert Kruse: Indiens älteste Geschichte pag. 135.

σμᾶται] i. e. *smegmate detergit*. Vid. citt. ad IV, 73 et III, 148 atque Casaubon. ad Athen. l. l. Alia de ipso verbo dabit a *Cr*. citatus Blomfield. ad Callimachi Lavacr. Pallad. vs. 32. Neque vero hîc puto intelligi posse *fragrantius oleum*, quo regium caput fuerit delibutum et deinde defrictum. Facit huc quoque Strabo XV. pag. 718 s. 1046 A. De structura verbi *δωρέεσθαι* cum accusativo personae monui in nott. ad VII, 31. Dedi *χρηΐζει*, ut mox *χρηΐζοντα* pro *χρήζει* et *χρήζοντα*: vid. nott. ad I, 44. V, 18. VII, 38. De locutione *δεινὸν — ἐποιέετο* vid. nott. ad III, 14.

Cap. CXI.

ἐκείνης τε λιπαρεούσης] *κείνης* e Florentino Schweighaeuser receperat. Equidem vulgatam *ἐκείνης* cum recentt. edd. revocavi. Verba: *ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος* valent: *lege prohibitus*, quo minus scil. aliter faceret petentique abnueret (cf. nott. ad VII, 96), *quia fieri nequit, regiâ coenâ propositâ, ut petenti quidquam denegetur* s. *petens voto excidat*. — Paulo infra e Florent. Schweighaeuserus eumque secutus Gaisford. recepit *γυναικὶ δὴ*, ubi vulgo *γυναικὶ δὲ*, quod post Schaeferum retinuerunt Matth., Bekkerus et recc. edd. De significatione verbi *συνοικεῖν* vid. allata ad II, 92. 120.

λόγον λέγεις ἄχρηστον] „Videtur gravius quiddam sonare quam *inutilem sermonem*, nempe *malum, importunum, infelicem, damnosum*." *Schweigh.* in Lex. Herod. I. p. 116. — In seqq. vocem *τρεῖς* post *εἰσὶ* plerique codd. ignorant, unde uncis includere malui quam prorsus eiicere, quod fecit Gaisfordius, improbantibus Schaefero, Matth. et Bekkero, quem secuti Dindorf. et Dietsch. retinuerunt vocem. Quod vero h. l. sibi quodammodo opponuntur *νεηνίαι* et *θυγατέρες*, quorum prius vocabulum vulgo non tam ad sexum quam ad aetatem respicit, id attendi vult Doederlein in Actt. phill. Monacc. I, 1. p. 41. Mihi non tam

νεηνίαι τέ εἰσι [τρεῖς] καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ
παιδὶ τῷ σεωυτοῦ ἠγάγευ γυναῖκα, αὐτή τέ μοι κατὰ νόον
τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα, ταύτην με κελεύεις μετέντα, θυγατέρα
τὴν σὴν γῆμαι; ἐγὼ δὲ, βασιλεῦ, μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμε-
νος θυγατρὸς τῆς σῆς, ποιήσω μέντοι τούτων οὐδέτερα· σὺ δὲ
μηδαμῶς βιῶ, πρήγματος τοιοῦδε δεόμενος. ἀλλὰ τῇ τε σῇ θυ-
γατρὶ ἀνὴρ ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν ἕσσων, ἐμέ τε ἔα γυ-
ναικὶ τῇ ἐμῇ συνοικέειν. Ὁ μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβεται· Ξέρ-
ξης δὲ θυμωθεὶς λέγει τάδε· Οὕτω τοι, Μασίστα, πέπρηκται·
οὔτε γὰρ ἄν τοι δοίην θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε ἐκείνῃ
πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις, ὡς μάθῃς τὰ διδόμενα δέκεσθαι.
Ὁ δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἴπας τοσόνδε ἐχώρεε ἔξω· Δέσποτα,
οὐ δή κώ με ἀπώλεσας. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐν 112
τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἄμηστρις μεταπεμψαμένη
τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, διαλυμαίνεται τὴν γυναῖκα τὴν
743 Μασίστεω· τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε καὶ
ῥῖνα καὶ ὦτα καὶ χείλεα καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα ἐς οἶκόν μιν

νεηνίαι quam *παῖδες* et *θυγατέρες* sibi opponi hoc loco videntur et *παῖδες* (*filii*) indicari iam adulti, qui eam ob causam *νεηνίαι* quoque vocantur, quemadmodum etiam VII, 99 dicitur *παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω*.

αὐτή τέ μοι] *αὐτὴ* pro *αὕτη* dedit Schaeferus, quem reliqui edd. secuti sunt. Declarat nimirum Masistes, hanc uxorem ex animi sententia ipsi esse, sibi maxime accommodatam. Sic *κατὰ νόον* V, 106. VI, 130. I, 117. IX, 45. Mox e meliorum codd. consensu dedi *θυγατέρα τὴν σὴν* pro *τὴν σεωυτοῦ*, quod cum Schaefero retinuerunt Matth. et Dietsch.

μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμενος θυγατρός] i. e. *magni facio, quod coniugio filiae tuae me digneris*. De participii usu vid. Hermann. ad Viger. p. 771. Pro *μέγα* Florentinus dat *μεγάλα*, quod Schweighaeusero arridet quodque ipsum dedit Steger. Tu vid. III, 42 ibique nott.

μηδαμῶς βιῶ] i. e. *Tu noli vim mihi inferre, me ullo modo cogere, talem rem* (a me) *postulans*. Retinui *βιῶ*, ab omnibus libris allatum nec mutandum in *βιέο*, quod nostris et auribus et oculis minus placere ipse iudicat Bredov. p. 386. Tu cf. etiam nott. ad VIII, 57 et 106. — Pro vulg. *ἥσσων* dedi *ἕσσων*: vid. modo nott. ad V, 72.

πέπρηκται] i. e. *ita sane actum est de te*. Vid. nott. ad VII, 10. §. 3. Schweighaeuserus erat interpretatus: *igitur hoc profecisti*. — Mox e Florent. Schweighaeuserus et Gaisf. receperunt *δῴην*, quod etiam habet Thomas Mag. pag. 227 h. l. citans s. v. *διδώῃ*. Vulgatam *δοίην* cum Schaefero tuentur Matth. et Bekkerus, eamque cum recentt. edd. revocavi probante Bredovio p. 401.

Δέσποτα, οὐ δή κώ με ἀπώλεσας] i. e. *Domine! nondum sane me perdidisti*. Ubi merito attendimus vim voculae *δὴ* ad confirmandum interpositae non sine ironia quadam: de qua re dixit Hartung: Lehre d. Griech. Partik. I. pag. 285 seq.

Cap. CXII.

Ἐν δὲ τούτῳ — χρόνῳ] Vid. VIII, 27 ibique nott. *διαλυμαίνεται* est *foedissime tractat*, *dilacerat*. Verba

113 *ἀποπέμπει διαλελυμασμένην. Ὁ δὲ Μασίστης οὐδέν κω ἀκηκοὼς τούτων, ἐλπόμενος δέ τί οἱ κακὸν εἶναι, ἐσπίπτει δρόμῳ ἐς τὰ οἰκία. ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευσάμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βάκτρα σύν τε τοῖσι ἑωυτοῦ υἱοῖσι καὶ δή κού τισι καὶ ἄλλοισι, ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον καὶ ποιήσων τὰ μέγιστα κακῶν βασιλέα· τά περ ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἴπερ ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἔστεργόν τε μιν καὶ ἦν ὕπαρχος τῶν Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα, πέμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν, ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου. Κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο.*

τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα in simili re exstant IV, 102. Ad perfecti passivi formam *διαλελυμασμένην* vid. Bredov. pag. 360 ibique similes formas ex Herodoto allatas. De ipso verbo *διαλυμαίνεσθαι* eiusque structura cf. Strange in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. III. pag. 587.

Cap. CXIII.

ἐλπόμενος] i. e. *suspicans* indeque *metuens*. Vid. VI, 109 ibique allata, VIII, 55.

ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον] i. e. *ut Bactriam provinciam ad defectionem sollicitaret*. Bactriana praefectura memoratur III, 92 (ubi vid. nott.), quam unam e maximis et amplissimis totius fere regni fuisse haud pauca testantur. Unde factum, ut adiuvante ipso provinciae situ et ambitu ibi crebrius exorirentur seditiones bellaque praefectorum cum regibus Persarum. Conf. Heeren. Id. II, 1. pag. 316 et quae ad Ctesiam attuli pag. 93.

ὡς ἐμοὶ δοκέειν] Ita optimi quique codd. pro *δοκέει*. Vid. IV, 168. Ad structuram *ἔφθη ἀναβὰς* vid. allata ad IX, 70. In seqq. *ὕπαρχος* est *satrapa*, ut V, 20 ibique nott.

ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα] i. e. *eum talia agitare consilia, talia moliri*. De verbo *πρήσσειν* cf. IX, 108 ibique citt. — Mox revocavi *κατέκτεινε*, ubi Schaeferus dederat *κατέκτεινεν*.

τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου] „Suspicor vocem *στρατιὴν* ex proximis inhaerentem memoriae scribentis alterius vice male fuisse repetitam. Qui Susis abierat cum liberis, *καὶ δή κου τισὶ καὶ ἄλλοισι*, quique necdum pervenerat ad suam praefecturam, is minus commode dici poterat iam nunc secum habuisse *exercitum*. Multo mihi videretur accommodatius, si a Xerxe missi in via dicerentur interfecisse *αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν θεραπηΐην τὴν ἐκείνου*, si hoc aliunde firmatum acciperem." *Valckenar*. Lectioni vulgatae haud scio an ita patrocinandum, ut in ipsa via de defectione cogitans Masistes copias collegerit, sed a Xerxis exercitu oppressus unà cum copiis interierit. Quin ipsa suspicio mihi orta est, verba *καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου* e glossa marginali in textum irrepsisse.

Κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω — τοσαῦτα ἐγένετο] His verbis finitur digressio inde a cap. 108 instituta de pravis Xerxis cupiditatibus atque Amestridis caudelitate, adducta illa quidem commemoratione ipsius Xerxis Sardes indeque Susa reversi: qua ipsa re adeo belli, quod Noster conscribendum sibi sumpserat, historia finitur: addidit

Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπ' Ἑλλησπόντου 114 *πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὥρμεον, ὑπ' ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὗρον διαλελυμένας, τὰς ἐδόκεον εὑρήσειν ἔτι ἐντεταμένας· καὶ τούτων οὐκ ἥκιστα εἵνεκεν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι μέν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδην Πελοποννησίοισι ἔδοξε ἀποπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ἀθηναίοισι δὲ καὶ Ξανθίππῳ τῷ στρατηγῷ αὐτοῦ ὑπομείναντας πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. Οἱ μὲν δὴ ἀπέ-*

tamen Noster haec, non tantum, quod huiusmodi digressiones admodum amat iisque quidquid in transcursu obiterve traditum acceperat, inserere solet, verum etiam quod in his ipsis, quae tristem, sed veram exhibent speciem vitae regum in gynaeceis peractae, vim quandam divini numinis cerni posse putabat, in pravis tyrannorum in ipsas suas familias resque domesticas saevientium animis conspicuam; tu cf. nott. ad I, 23. II, 115 coll. 121. III, 60. V, 55 et quae de hoc ipso loco monuit Geinoz. in Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXI. p. 131, probante Böttigero in Opuscc. p. 201. Ac nuper quaesivit Fuetterer (De plurimis Thucydidis Herodotique locis etc. Hagiopoli 1843. p. 2 seqq.), cur Herodotus enarrata pugna Plataeensi et Mycalensi finem operi non imposuerit, sed nonnulla adeo inde ab hoc capite 114 addiderit, idque explicari posse putat e consilio Herodoti, qui, vita viresque si suppetivissent, bella etiam sub Cimonis, Periclis, aliorum auspiciis gesta illustraturus fuisset: equidem haec ad operis Herodotei conditionem haud absolutam et perfectam illam quidem (de qua re cf. mox nott. ad IX, 122) retulerim.

Cap. CXIV.

περὶ Λεκτὸν ὥρμεον] i. e. *in statione erant prope Lectum.* Verbum *ὁρμεῖν* hoc sensu exstat VII, 22, ubi vid. nott. *Λεκτὸν*, quod rectius scribi *Λέκτον* censet Schweighaeuserus, promontorium Idae montis est, Lesbo insulae obversum, de quo Wesselingius excitavit Schol. ad Nicandr. Alexiph. 40. Athen. XII. p. 598 C. Add. Strabon. XIII. pag. 604 A. s. pag. 900 D. 606 C. s. p. 903 C. Ex loco Livii XXXVII, 37 colligit Wesselingius, illic navigantes ventis adversis saepe in cursu impeditos et retardatos fuisse. Tu vid. Forbiger.: Handb. d. alt. Geograph. I. pag. 114, quo monente nunc vocatur hoc promontorium *Cap Baba* s. *Santa Maria.* Ad verba *ἀνέμων ἀπολαμφθέντες* vid. II, 115 ibique nott. Ad *ἐντεταμένας* conf. IX, 106 ibique nott.

τοῖσι μέν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδην] Ad locutionem conf. IX, 57. Pro vulg. *Λευτυχίδεα* e Florentino recepi *Λευτυχίδην*; vid. modo nott. ad VIII, 2. Quod ad argumentum attinet, conferendus quoque est Thucydides I, 89, quo auctore post pugnam Mycalensem *Λεωτυχίδης μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῶν ἐν Μυκάλῃ Ἑλλήνων, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου, ἔχων τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου ξυμμάχους· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου ξύμμαχοι, ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως, ὑπομείναντες Σηστὸν ἐπολιόρκουν Μήδων ἐχόντων καὶ ἐπιχειμάσαντες εἷλον αὐτὴν ἐκλιπόντων τῶν βαρβάρων καὶ μετὰ τοῦτο ἀπέπλευσαν ἐξ Ἑλλησπόντου ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις.* Quae cum Herodoteis in universum prorsus convenire videmus. Incidit autem Sesti obsessio et expugnatio, cuius narratione Herodoti opus fere clauditur, in Olymp. LXXV, 2 sive 478 ante Chr. natum. Conf. infra IX, 122.

πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου] i. e. *tentare, num in suam ditionem redigere possent Chersonesum.* Sic IX, 40 *πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων.* — Mox

πλεον· Ἀθηναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσό-
115 νησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς
ἐόντος ἰσχυροτάτου τείχεος τῶν ταύτῃ, συνῆλθον, ὡς ἤκουσαν
παρεῖναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἔκ τε τῶν ἄλλων
τῶν περιοικίδων, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος Οἰόβαζος,
ἀνὴρ Πέρσης, ὃς τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐνθαῦτα ἦν κεκο-
μικώς. εἶχον δὲ ταύτην ἐπιχώριοι Αἰολέες, συνῆσαν δὲ Πέρσαι
116 τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος. Ἐτυράννευε δὲ
τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταΰκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρ-
σης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτάσθαλος, ὃς καὶ βασιλέα ἐλαύνοντα ἐπ'
Ἀθήνας ἐξηπάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ
Ἐλαιοῦντος ὑπελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλαιοῦντι τῆς Χερσονήσου

retinui, quod plerique codd. afferunt, *διαβάντες*, a Schaefero, quem Bekkerus et Dind. sequuntur, mutatum ex Sancrofti cod. et Florent. in *διαβαλόντες*, quamquam id ipsum *traiiciendi* notione haud infrequens, ut monstrant a Valcken. allata ex Herod. VI, 44. V, 33. 34. Thucyd. II, 83. VI, 30. Aristid. III. p. 577. Eunap. in Proaeres. p. 129. p. 73 Boissonad., quem ipsum conf. in annotat. pag. 270. At mihi haec lectio docti cuiusdam hominis deberi videtur industriae: indeque cum Dietschio revocandum censui *διαβάντες*, cuius mutandae nulla cernitur necessitas.

Cap. CXV.

Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην] Apud Ephorum hanc urbem *ἀρσενικῶς* dici, adnotavit Stephanus Byzantinus s. v. Inde quoque Scholiasta ad Thucydid. I, 89 *ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς* dici Sestum observat. Plura de hac urbe supra notavimus ad VII, 33, quibus adde, quae protulit Schultz: De Chersoneso Thracica pag. 41 seqq. De voce *τεῖχος* in proxime sequentibus verbis vid. VII, 59 ibique nott.

παρεῖναι — ἐς τὸν Ἑλλήσποντον] Cf. de locutione laudata ad VIII, 60. §. 3. Unde satis patet, reiiciendum esse, quod Burges in Prolegg. Thucydid. pag. 251 reponi voluit *παριέναι*. Ad verbum *συνῆλθον* pertinet *ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν περιοικίδων* (scil. *τινὲς* s. *πολλοὶ*, i. e. *nonnulli* s. *multi e caeteris oppidis circumiacentibus; περιοικίδας* scil. *πόλις* eodem sensu Noster dixit I, 76) *καὶ δὴ καὶ — Οἰόβαζος*. — De *Cardia* dixi ad VI, 33. *ὅπλα* et hoc loco et cap. 121 *armamenta* navium sive *rudentes* sunt, ut VII, 25. — *ἐνθαῦτα* accipio *huc*, *istuc;* de quo usu plura A. Bekker in Spec. Philostr. p. 77. 78. *istuc* enim (i. e. *in Sestum*) *navium armamenta detulerat* s. transportaverat; aliis locis verbum *κομίζειν* hac significatione adhibitum cum praepositione *εἰς* coniungitur. ut IV, 71. V, 98. 114. 83.

Cap. CXVI.

ὕπαρχος] Conf. nott. ad V, 20 et de voce *ἀτάσθαλος* nott. ad IX, 78. Caeterum hoc loco accuratius enarrantur, quae breviter iam supra VII, 33 (ubi vid. nott.) erant indicata.

ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑπελόμενος] Pro vulgat. *ὑφελόμενος*, cuius loco sanequam exspectabas Ionum more *ὑπελόμενος*, quod ipsum nunc dedi cum recc. edd., duo codd. cum Valla dant *αἰτήσας*, quod probant Valcken., coll. Koen. ad Gregor. Cor. De Dial. Ion. §. 18. p. 399, recepit Schaeferus. Equidem cum caeteris edd. retinui *ὑπελόμενος*, quod etiam retinendum duxit God. Hermann. ad Viger. pag. 775, de vi participiorum aoristi in his exponens. Neque aliter mox intellexerim verba: *δίκης κυρήσας ἀπέθανε*, i. e. *poenam con-*

ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν, ἔνθα ἦν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς καὶ ἐσθὴς καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταΰκτης ἐσύλησε, βασιλέος δόντος. λέγων δὲ τοιάδε Ξέρξεα διεβάλετο· Δέσποτα, ἔστι οἶκος ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ γῆν τὴν σὴν στρατευσάμενος, δίκης κυρήσας ἀπέθανε. τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί τις μάθῃ ἐπὶ γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι. ταῦτα λέγων εὐπετέως ἔμελλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶκον, οὐδὲν ὑποτοπηθέντα τῶν ἐκεῖνος ἐφρόνεε. Ἐπὶ γῆν δὲ τὴν βασιλέος στρατεύεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε, νοέων τοιάδε· τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν εἶναι Πέρσαι καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλαιοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε, καὶ ἐνέμετο· αὐτός τε ὅκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλαιοῦντα, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. Τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας· ἀφυλάκτῳ δέ κως

secutus (meritam) *est et interfectus.* De hac vi verbi **ἀπέθανε** vid. allata ad IX, 37. Unde loci hic fere sensus: „*Qui regem — deceperat atque pecunias — surripuerat.* De *Elaeunte* urbe conf. nott. ad VI, 140. VII, 33. De *Protesilao* supra diximus ad VII, 33. Inde **τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου** commemorat quoque Thucydid. VIII, 102. Ac templi, quod huic heroi dedicatum fuit, adhuc columnas quasdam superesse contendunt; vid. allata a Ferdin. Schultzio: De Chersoneso Thracica pag. 35. Pro **ἔην** restitui **ἦν** e Florentino aliisque.

Ξέρξεα διεβάλετο] i. e. *Xerxem deceperat.* Qua significatione alibi Noster activum posuit; vid. V, 50 ibique nott. VIII, 110. III, 1 ibique nott. De voce **τις** in verbis **ἵνα καί τις μάθῃ** vid. allata ad VIII, 100.

τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν εἶναι Πέρσαι κ. τ. λ.] **εἶναι Πέρσαι** e Florent. aliisque revocatum pro vulg. *Πέρσαι εἶναι*, quod Schaefer et Matth. retinent. Ipsam sententiam notavimus ad I, 4. Hinc vero (h. l. addit Wesseling.) audax finxit et importunum Artaxerxis, Persarum victis Parthis vindicis et regni instauratoris: cedere Imp. Alexandrum Romanosque omni Asia debere, **ἐᾶσαι δὲ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Καρίας· εἶναι γὰρ αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα**, *esse enim Persarum hereditarias atque a maioribus acceptas possessiones*, in Herodian. VI, 3. [VI, 4. §. 5. VI, 2. §. 2.]

καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε καὶ ἐνέμετο] **τέμενος** hic vocatur *ager exemtus et consecratus* iuxta Protesilai sepulcrum, ut IV, 161, ubi vid. nott. et II, 112 ibique nott. Sic apud Diogen. Laërt. I, 88 **οἱ Πριηνεῖς** (**Βίαντι**) **τέμενος καθιέρωσαν.** In hoc igitur agro, qui Protesilao heroi consecratus erat, *sementem fecit pecoraque sua pavit;* nam verbum **νέμεσθαι** hîc ad pascua gregesque spectare recte monet Schweighaeuserus in Lex. Herod. II. p. 122, ubi idem vir doctus haec addit: „agro sacro usus est partim ad sementem in eo faciendam, partim ad greges inibi pascendos.“ Ad verba proxime posita **ἐν τῷ ἀδύτῳ** conf. nott. ad V, 72.

ἀφυλάκτῳ δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον] **ἀφυλάκτῳ** primus dedit Schaeferus e duobus codd. pro vulg. **ἀφύκτως**, quale adverbium vereor

117 αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐπεγίνετο, καὶ ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρα-

ut exstet, cum adiectivum ἄφυκτος *de eo*, *quod evitari nequit*, haud insolitum sit: cf. Plutarch. II. pag. 107 B. Stob. Eclogg. physs. pag. 8. Alciphr. I, 25. Quae attulit *Wesselingius*, haec subiiciens: „Sed Artayctes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut apparatu ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde *ex improviso*, uti Valla, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) supervenerunt. Simile Polyaeni VIII, 36. Plutarch. II. pag. 262 C. Herodiani VI, 5." Schweighaeuserus, qui addit ἀφυλάκτως διακεῖσθαι e Polyb. IV, 36. §. 4 valdeque aptam huic loco habet scripturam ἀφυλάκτῳ, tamen vulgatam lectionem ἀφύκτως ita defendi posse existimat, ut Herodotum dixisse credamus: „*ita de improviso eum adorti sunt Athenienses*, *ut effugi non potuerint*, id est, *ut ille et qui cum eo erant*, *effugere non potuerint*": nempe (sunt ipsa Schweighaeuseri verba), „quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt et exscensione facta eandem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset. Atque haec lectio etiam significantior est; nam ἀφύλακτον fuisse eum ab hostibus invasum satis iam superioribus verbis, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς τὸν πόλεμον, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας, declaratum est. Quare, uti nunc quidem stat sententia, vulgatam olim scripturam ἀφύκτως restituendam auctori censeo." Mihi, ut dicam quod sentio, hoc ἀφύκτως magis exquisitum quam verum videtur: quare haud recepi: nec receperunt recentt. edd. inde a Bekkero. Adiectivum ἀφύλακτος pluribus locis apud Plutarchum inveniri cognovi etiam e Wyttenbach. Ind. Graecitat. T. VIII, I. pag. 304.

Cap. CXVII.

ἐπεγίνετο] Sic dedi cum Bekkero, Matth., Schaefero et recc. editoribus, neque assumpsi, quod Schweigh. et Gaisf. e tribus codd. dederunt, ἐπιγίνετο. De voce φθινόπωρον, qua autumni ea pars indicatur, quae ad hiemem inclinat, quando arboribus folia defluunt, vid. Thucyd. II, 31. III, 18; plura dabit Thesaur. Ling. Graec. VIII. p. 765. Verbum ἀσχάλλειν attigi ad III, 152. Quae verbum ἤσχαλλον antecedit vocula καὶ, a Sancrofti libro abest indeque eam sustulerunt Bekkerus, Dindorf. et Dietschius. Equidem consulto retinui voculam, quae hoc loco non tam coniungendi significationem, sed intensivam vim habere videtur: *etenim* (haec est Herodoti sententia) ubi iis, qui obsidebantur, autumnus supervenit, *etiam Athenienses* (non solum obsessi Persae, sed etiam obsidentes Athenienses) *aegre ferebant*, quod suâ patriâ (diutius) abessent urbemque capere non possent, *ducesque inde orabant*, ut domum ipsos reducerent. Ut enim participia ἀποδημέοντες et δυνάμενοι, quae ad ἤσχαλλον pertinent, per τε — καὶ iunguntur, ita verbum ἐδέοντο per additum τε adnectitur priori ἤσχαλλον. Neque sane licebit verba πολιορκεομένοισί σφι de Atheniensibus intelligere: quod vel si per passivum verbum liceret (maluerat inde πολιορκέουσι Schweighaeuserus), sequentia ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι obstare videntur: itaque σφι ad Athenienses referre non licet, sed spectat ad Persas, qui in Sesto inclusi obsidebantur ab Atheniensibus. In Latina versione sic expressit Schweighaeuserus: „*postquam vero obsessis* [*et obsidentibus*] *autumnus supervenit*." — Ad verba ὅκως ἀπάγοιεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 531. not. 2. — De usu particularum πρὶν ἤ conf. citt. ad IX, 86 et IX, 93. — τὸ Ἀθηναίων κοινὸν convenit cum Thucyd. I, 89. Sed vide quoque Herod. V, 109 ibique nott. VI, 14.

τηγῶν, ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω· οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινόν σφεας μεταπέμψηται. οὕτω δὴ ἔστεργον τὰ παρεόντα.

Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἦσαν, οὕτω 118
ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον, οὕτω δὴ ὑπὸ νύκτα οἴχονται ἀποδράντες οἵ τε Πέρσαι καὶ ὁ Ἀρταΰκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονὸς καὶ τὰς πύλας ἄνοιξαν· τῶν δὲ
745 οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον. Οἰόβαζον μέν 119
νυν ἐκφυγόντα ἐς τὴν Θρηΐκην Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες

ἔστεργον τὰ παρεόντα] i. e. *praesentem rerum statum aequo tulerunt animo, contenti erant*, s. *praesentibus acquieverunt*. De verbi στέργειν structura cum quarto casu post Gataker. ad Antonin. De se ips. VI, 44 monuerunt Matth. Gr. Gr. §. 390. not. 2, Voemel. ad Demosth. Phill. II. §. 19. Annott. p. 27 et O. Schneider ad Isocrat. orat. ad Demonic. §. 29.

Cap. CXVIII.

ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων] „τόνοι τῶν κλινέων nervi, *lectulis et sellis intendendis habiles*, quibus elixis et igne mollitis famem domare nitebantur miseri. Vid. Polluc. X, 37." *Wesseling*. τόνοι de *chordis* s. *loris*, quibus tenduntur lecti, occurrunt apud Aristophan. Lysistr. 923 (al. 856), ubi Herodotei loci bene memor fuit Dobraeus, Eqq. 533 (al. 494), ubi in Scholiis haec leguntur: τόνοι καὶ τοῦ κραββάτου τὰ σχοινία, quae eadem exstant apud Suidam s. v. τόνος; apud eundem s. v. ἤλεκτρα leguntur haec: τόνοι δὲ τῆς κλίνης τὰ σχοινία. — In seqq. verbis οἱ Χερσονησῖται, qua voce in universum significantur incolae Chersonesi et urbium in Chersoneso sitarum (vid. Boeckh: Staatshaushalt d. Athen. II. pag. 746 seq. ed. sec. et conf. Herod. VI, 39. IX, 120 itemque Voemel. ad Demosthen. Philipp. II. §. 30. pag. 29 et ad Demosthenis Contion. p. 484), memorantur apud Stephanum Byzantinum s. v. Χερρόνησος hunc in modum: Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι [Χερσονήσιοι· Ἡρόδοτος δὲ] Χερρονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός, ubi quae uncis inclusa sunt verba, inseruit Meineke; equidem malim quoque scribere ἐσήμηναν, ut in Herodoti loco legitur, pro ἐσημήναντο; quod ad reliqua attinet, vide sis, qui hunc Stephani locum pluribus tractarunt, Boeckh. l. l., F. Schultz. De Cheroneso Thracica pag. 27, Mueller: Fragmm. Historicc. Graecc. Vol. I. pag. 9 coll. p. XV et A. de Gutschmid. in Philolog. X. p. 532 seq.

Cap. CXIX.

Ἀψίνθιοι] Vid. VI, 34 ibique nott. Πλείστωρος qui fuerit, aeque ignoro atque Wesseling. — Ad locutionem οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην conf. IX, 57. Mox edidi καὶ ὡς κατελαμβάνοντο, ubi particulam καί, quam omnes codd. agnoscunt, neglexerunt Schaeferus et Matth. itemque Dietschius; retinuerunt eandem Bekkerus et Dindorf., quos secutus sum, cum, ut dudum monuit Schweighaeuserus, vix idonea cernatur causa, cur spreta auctoritate codicum haec vocula eiiciatur, licet Aldina editio et quae inde expressae

ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ· τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην ὕστεροι ὁρμηθέντες φεύγειν, καί, ὡς κατελαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς Ποταμῶν, ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. καὶ συνδήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες ἦγον ἐς Σηστὸν, μετ' αὐτῶν δὲ καὶ Ἀρταΰκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ.

120 Καὶ τεῳ τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιτέων ταρίχους ὀπτῶντι τέρας γενέσθαι τοιόνδε. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον, ὅκως περ ἰχθύες νεοάλωτοι. καὶ οἱ μὲν περιχυθέντες ἐθώμαζον. ὁ δὲ Ἀρταΰκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας τὸν ὀπτῶντα τοὺς ταρίχους ἔφη·

sunt editiones eam ignorent; pertinebit autem vocula καὶ ad ἀλεξόμενοι idque iungit antecedenti ὁρμηθέντες. ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν valet: *resistentes aliquamdiu*; ipsum verbum medium ἀλέξεσθαι obvium I, 211. II, 63. VII, 207. 225. VIII, 81. 108. Ad locutionem χρόνον ἐπὶ συχνὸν vid. allata ad IX, 22. Ad significationem verbi καταλαμβάνειν vid. nott. ad VI, 29 et cf. VIII, 6; ad verbum ἀπέθανον vid. nott. ad IX, 37. Ad verba ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν Wesseling. conferri vult Oudendorp. ad Frontin. II, 1, 18. Tu conf. Xenoph. Hellen. II, 1, 13. 14. Mel. II, 2. §. 7. Scylac. Peripl. §. 66. p. 28 ed. Huds. Cornel. Nep. Con. 1. Lys. 1. De hoc oppidulo, quod postea clade Atheniensium insigne fuit, disputat Ferd. Schultz. l. l. pag. 48 seq. Hodie ibi vicus, cui nomen *Galata*, invenitur. In fine cap. revocavi ἦγον, cuius loco Schaeferus e Sancrofti libro alteroque dedit ἤγαγον, quod hinc quoque receperunt Bekkerus et Dietschius.

CAP. CXX.

οἱ τάριχοι] *Cr.* conferri iubet Fragm. Lexici Gr. apud Hermann. De emend. Gr. Gr. pag. 325. Qui idem in Commentt. Herodd. p. 10 de huius vocis ac similium notione disputans dupliciter eas poni observat tam de quolibet salsamenti genere quam de condiendis cadaveribus, indeque etiam pendere vim ostenti, quod Herodotus referat h. l., ubi paulo post legimus τεθνεὼς καὶ τάριχος. Observat quoque Koehler (Mémoires de l'Acad. de Petersbourg. VIeme ser. T. I. ann. 1832. p. 353 seq.), τάριχος plerumque dici de *piscibus sale conditis*. Tu vid. praeter ea, quae ad IV, 53 allata sunt, plura, quae in Thesauro Ling. Graec. VII. p. 1846 seq. ed. Dindorf. afferuntur.

ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον] i. e. *pisces sale conditi, igni impositi subsiliebant palpitabantque.* Male olim ἔσπαιρον, quod ex Aldo tenuerant Gronovius et Wesselingius; Florentinus liber aliique ἤσπαιρον, ut supra quoque legitur VIII, 5; idemque haec Herodoti verba exscribentes afferunt Eustath. ad Odyss. XII, 394. p. 497, 30 s. 1728, 35 et Athenaeus III. p. 119 D. E. et incertus auctor Lexici Graeci ap. G. Hermann. de emendanda Gramm. Gr. p. 325 Ἡρόδοτος ἔνθ' οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπαιρον, quem praeter Creuzerum excitat quoque Bredov. p. 291, qui in verbo ἐπάλλοντο augmentum constanter negligi, in ἤσπαιρον servari docuit. Ad verbum πάλλεσθαι, *vibrare, concuti*, Schweigh. citat VII, 140. Homer. Ili. XXII, 452. Plutarch. Vit. Cicer. 35. Ac supra I, 141 invenimus ἰχθῦς παλλομένους. De verbo ἀσπαίρειν Wesseling. conferri iubet Apollodor. III,

Ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο· οὐ γὰρ σοὶ πέφηνε· ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ ἐν Ἐλαιοῦντι Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα

13. §. 6. Aeschyli Pers. 983. Eurip. Iphig. Aul. 1587. Tu vid. quoque allata in nott. ad VIII, 5. ὅκως περ (*sicuti*) apud poëtas aliquoties sic positum reperitur: cf. Aeschyli Prometh. 1000. Sophocl. Ai. 1179. Elect. 98. ἰχθύες νεοάλωτοι sunt *pisces recens capti.* Utitur voce νεοάλωτος *de recens subactis* gentibus Dio. Cass. XLIX, 38. p. 473 E. Dindorf. in Herodoti loco edidit νεάλωτοι, quod in Aldina aliisque etiam exstat; sed libri scripti optimi in lectione νεοάλωτος consentiunt, quam eandem tuetur Bredov. pag. 215. — Caeterum similia quaedam prodigia, quae in antiquorum scriptis reperiuntur, attulit Nitzsch. ad Odyss. l. l. pag. 407. — Ad verbum περιχυθέντες (*circumfusi, circumstantes*) conf. quae adnotavi ad Plutarch. Flamin. pag. 108.

μηδὲν φοβέο] Haud mutavi φοβέο respiciens ad ea, quae ad VII, 50 notavi. Dindorf. et Dietsch. dederunt φοβέεο.

πέφηνε] *apparuit* interpretatur Schweighaeuserus, ex antecedentibus assumens τέρας. Conf. Sophocl. Electr. 646. 1260. Oed. Col. 329. Attigit idem portentum Philostratus ad VII, 33 laudatus, ubi τὸ τάριχος ἀναβιῶναι legimus. In verbis sequentibus δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι (i. e. *vim habet a diis tributam, qua eum, qui iniuste agat, ulciscatur* s. *poenâ afficiat*) ob vim praepositionis πρὸς conf. similia, quae exstant IV, 144. VII, 139 ibique laudd.; deinde cum Matth. retinui τίνεσθαι, quod ante Schaeferum omnes libri editi itemque plerique codd. tenent, cuius loco Valckenarius maluerat τίνυσθαι, i. e. τιμωρεῖσθαι, quo ipso eadem in re utitur Pausan. III, 4. §. 5. Idem verbum τίνυσθαι utique Noster adhibuit V, 77, sed idem quoque frequenter adhibet verbum τίνεσθαι ea significatione, qua valet *ulcisci, ultionem capere* s. *sumere* I, 10. 27. 73. 123. 124. 190. III, 75. 120. Quae significatio cum huic loco valde apta videatur, nolui recipere, quod e Sancrofti libro recepit Schweighaeuserus σινέεσθαι, *nocendi* notione (in σίνεσθαι, quod duo libri recentiores quoque afferunt, certe mutandum; vid. Bredov. pag. 363), licet id ipsum dederit Schaeferus, quem recentt. edd. inde a Bekkero secuti sunt.

ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι] Ita exhibens Schweighaeus. in nota ait sibi probari Pauvii coniecturam ἄποινά μοι, quam eandem in Latina versione expressit: *nunc igitur ego hanc mihi ipse mulctam, qua redimam culpam, volo irrogare.* Mihi haud opus videtur a libris scriptis discedere. *Nunc igitur*, inquit Artayctes, *haec redemtionis pretia ei* (οἱ, i. e. αὐτῷ, Protesilao scil.) *adponam* s. *solvam*, tanquam mulctam scil. mihi sponte irrogatam: hac enim multa a poena ipsi infligenda ob iniurias Protesilao illatas se redemtum sive liberatum iri sperat Persa: itaque redemtionis praemium dicit ἄποινα, ut VI, 79: qua voce cum pretium, quo captivi in bello redimuntur, plerumque significetur, nec vero poena, Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 345) scribi vult: ἄποινά οἱ ἐθέλω ὑποστῆναι, verbum ὑποστῆναι ea significatione accipiens, qua illud sane reperitur supra IX, 34 (ubi vid. nott.); Dietschius, cui hoc audacius videtur, ipse coniicit ἀντιθεῖναι. Mihi neutrum placet, nec video, cur a vulgata ἐπιθεῖναι (cuius loco libri quidam vitiose offerunt ἐπιχθῆναι) recedam, quam vel alter Nostri locus, qui legitur I, 120 (Ἁρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην ταύ-

καταθεῖναι τῷ θεῷ· ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἀπο-
δώσω τάλαντα διηκόσια Ἀθηναίοισι περιγενόμενος. Ταῦτα
ὑπισχόμενος τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἔπειθε. οἱ γὰρ
Ἐλαιούσιοι τῷ Πρωτεσίλεῳ τιμωρέοντες ἐδέοντό μιν καταχρη-
σθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ νόος ἔφερε. ἀπα-
γαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν, ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν
πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πό-
λιος σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν, τὸν δὲ παῖδα
121 ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταΰκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιή-
σαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε ἄλλα χρήματα ἄγον-
τες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν γεφυρέων, ὡς ἀναθήσοντες
ἐς τὰ ἱρά. καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τούτων
ἐγένετο.

122 Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταΰκτεω τοῦ ἀνακρεμασθέντος προπά- 746
τωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσῃσι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν

την ἐπέθηκε) coll. nott. ad II, 136 satis probare videtur: vult enim Persa redemtionis pretium tanquam poenam bene meritam sibi ipse imponere, idque hoc modo expressit; sic in Aeschyli Perss. 813 mala, quae Persae (in pugna Plataeensi) passuri sint, dicuntur ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων. Atque haec ἄποινα, quam sibi Persa imponere (ἐπιθεῖναι) vult, mox dicitur καταθεῖναι, *deponere* in dei scil., quem laesit, templo, i. e. *solvere deo*, quo eodem fere sensu καταβάλλειν II, 149. *Centum* talenta, quae deo obtulit Persa, e Wurmii rationibus constituunt summam florenorum 260, 582 et 42 crucigg.; *ducenta* talenta, quae pro sua ipsius et filii vita pollicitus est, efficiunt 521,165 florr. et 24 crucigg.: unde exsistit summa florenorum 781,748 et 6 crucigg. Unde satis colligere licet, quantae opes Persae fuerint!

τιμωρέοντες] *ulturi* scil. Protesilaum ab Artaycta laesum. Ad verbum καταχρησθῆναι cf. nott. ad I, 82 et de forma verbi Bredov. p. 343. De *Madyto* dixi ad VII, 33.

σανίδα προσπασσαλεύσαντες] Vid. VII, 33 ibique nott. Aliquot libri σανίδας. Tu cf. haec excitantem Eustath. ad Odyss. pag. 1923, 46 s. 780 med. Quod vero Schweighaeuserus vel πρὸς ante σανίδα inserendum (quod idem placet G. Hermanno ad Aeschyli Agamemn. 801) vel σανίδι rescribendum censet (in quod idem inciderat Reiskius): mihi vix necesse videtur a codd. auctoritate recedere, modo ita intelligas: *ubi tabulam* s. *palum* fixerant scil. in terra. Schweighaeuserus interpretatus erat: *clavis asseri adfixum suspenderunt*. Caeterum hoc ex Herodoti loco interpolationem, quam in Odyss. XXII. vers. 174 statuunt, ortam esse putat Doederlein in Gloss. Hom. II. pag. 348. Ad verbum κατέλευσαν conf. nott. ad IX, 5.

Cap. CXXI.

τὰ ὅπλα] Conf. IX, 115 et ad verba οὐδὲν ἔτι (in quo conspirant codd.) πλέον nott. ad IX, 41. κατὰ τὸ ἔτος, i. e. aestate anni 478 ante Chr. n. hoc factum esse Noster declarat, de cuius ratione in anno indicando conf. quae Krueger monet ad Clinton. Fast. Hellen. Prooem. p. XXI.

Cap. CXXII.

ἐξηγησάμενος λόγον] i. e. *sermonis auctor fuit*, *primus Persas edocuit*

ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τάδε· Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοὶ, Κῦρε, κατελὼν Ἀστυάγεα· φέρε, γῆν γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχέην, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω. εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· τῶν μίαν σχόντες πλέοσι ἐσόμεθα θωυμαστότεροι. οἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας τοιαῦτα ποιέειν· κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν πάσης τε τῆς Ἀσίης; Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα· οὕτω δὲ αὐτοῖσι παραίνεε κελεύων παρασκευάζεσθαι, ὡς οὐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι· οὐ

sermonem, *quem illi surripientes Cyro attulerunt* s. proposuerunt eo scil. consilio, ut ille Persarum regnum per orbem terrarum constitueret.

ἀνδρῶν δὲ σοὶ] i. e. *inter homines autem tibi*, everso Astyage, *imperium Iuppiter tradidit.* Ubi sane exspectabas κατελόντι, cum ad Cyrum pertineat: sed refertur ad ipsum Iovem, quo adiuvante Cyrus Astyagem evertit. De Persarum *Iove* conf. I, 131. VII, 40 ibique nott.

καὶ ταύτην τρηχέην] Vid. I, 71 ibique nott. „Paria de ingenio et habitu Persicae regionis Plato De legg. III. p. 695 A. et Herodoti assectator Arrianus Exped. V, 4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, nempe principio regis Cyri." *Wesseling.* Platonis loco add. Xenoph. Cyrop. VII. p. 117, 5. [VII, 5, 67]. In seqq. pro ἑκαστέρω in tribus codd. exstat ἑκατέρω. Vid. VI, 108 ibique nott. VII, 49. Verba πλέοσι ἐσόμεθα θωυμαστότεροι valent: *pluribus hominibus maiori erimus admirationi.*

κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον] i. e. *quando enim hoc sane commodius s. melius fieri poterit.* Tu conf. III, 73 ibique nott., ne plura. Pro κότε Sancrofti codex habet κότερα, cf. I, 91. Ad verba καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον conf. Plutarch. II. pag. 172 E.

οὕτω δὲ αὐτοῖσι κ. τ. λ.] Ad Persas refero. Nec moror accusativos subsequentes ἄρξοντας et ἀρξομένους; vid. modo IX, 79 ibique allata. Participium ἀρξομένους passivo sensu accipiendum, ut πολιορκησόμενοι IX, 58 et 97. V, 34 ibique nott. Plurima exempla huius usus ex Atticis scriptoribus nunc allata video a Guil. Franckio in Philolog. Suppl. I, 4. p. 458 seqq. De voce οὐκέτι (nec μηκέτι) vid. quae monentur in Jahrbb. f. Philolog. LXXX. pag. 131.

φιλέειν γὰρ — ἄνδρας γίνεσθαι] Facit huc Hippocratis locus De aër. aq. et locc. §. 33. p. 289 s. 347 itemque Senecae De ira II, 16 et, ubi eadem sententia proditur diversis verbis, Plutarch. II. p. 172 F. Plura Cyri dicto similia collegit Gataker ad Antonin. IV, 39 coll. Dunaeo in Demosthen. p. 131. Ex Herodoto autem expressus videtur Valckenario Livii locus XXIX, 25 „fertilissimus ager eoque abundans omnium copiâ rerum est regio: et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt." Ad ipsam sententiam, quam plerumque veram, in universum tamen fallacem esse ait Wesseling., conf. Heeren: Id. I, 1. p. 194. 395. Veram illam esse contenderat quoque Larcherus, recentioris historiae exemplis quibusdam adiectis. Quin celeberrimum Montesquieu in libro de legum causis (ita enim cum I. A. Ernesto et Ruhnkenio reddere licet Latine libri titulum *Esprit des loix*) idem obser-

γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπόν τε θωυμαστὸν φύειν καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε συγγνόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου, ἄρχειν τε

vasse pluribusque exposuisse addit, quamquam, iudice Larchero, minus respexit ad Christianae religionis vim atque auctoritatem omnibus locis ac temporibus ita accommodatae, ut vix ea, quae olim fuerit, nunc quoque inveniatur aëris atque coeli vis.

τὰ πολέμια] Vid. nott. ad III, 4. Verbum *συγγνόντες* valet: *cum* (veram scil. Cyri sententiam esse) *intellexissent*. Vid. nott. ad IV, 3 et 43.

ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες — δουλεύειν] i. e. *imperare maluerunt tenuem incolentes terram, quam campestrem fertilemque colentes aliis servire*. Vocem *λυπρὴν* de solo gracili ac tenui Noster adhibuit, ut Homer. Od. XIII, 343 de Ithaca. — Post haec verba in nullo quantum scio Herodoti codice quidquam amplius legitur ipseque finis historiarum in quibusdam codicibus diserte indicatur: teste Schweighaeusero „scriba Arch. [i. e. Sancrofti] librum ita claudit: *Ἡροδότοιο βίβλος κλεινοῖο πέρας λάβεν ὧδε* [quo hexametro terminari librum hunc testatur quoque Gaisfordius]. In Codd. Pass. vero et Med. subiiciuntur haec: *ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Θ' ΧΧΗΗΠΙ*. id est: *Herodoti historiarum liber nonus, bis mille ducentis et sex versibus comprehensus*. In F. [Florentino libro] nulla alia nisi haec a prima manu subscriptio est: *Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐνάτη*. Caeterum, quod Dionysius Halicarnassensis, ubi de Herodoti historiis verba facit, ait, *τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας* (in Epistol. ad Pompei. de praecip. historicis c. 3. T. VI. p. 767 ed. Reisk.), inde collegerunt docti nonnulli viri, intercidisse in vulgatis Herodoti exemplaribus *Epilogum*, quo historiis suis coronidem olim imposuisset auctor. At in cunctis msstis codicibus, quorum ad nos notitia pervenit, post ista verba *ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν*, nihil amplius, quod ab Herodoti manu profectum sit, reperitur.“ Haec Schweighaeuseri verba retuli, quibus sane intelligitur, nullam esse causam, cur epilogum quendam interiisse existimemus, praesertim cum, Schoellium si sequimur, Herodoti narratio eo, unde exorsa erat, hîc quasi redire videatur, consilio totius operis expleto: quam in rem longior ad h. l. exstat annotatio Schoellii, vernaculi interpretis. Mihi tamen verisimilius videtur, Herodotum, quem Thuriis in opere elaborando, perficiendo, expoliendo usque ad extremum vitae diem occupatum videmus, ipsa morte superveniente impeditum esse, quo minus hanc quoque operis partem prorsus absolveret. Hanc igitur partem imperfectam a sene moribundo derelictam esse credere malim, cum quae extremo hoc capite 122 leguntur, vix iustam ac dignam operis clausulam constituant nec amplius quid ab Herodoti manu profectum esse credibile sit: immo mihi dudum oborta est suspicio, ea ipsa, quae cap. 122 exstant, vel a Grammatico quodam Herodoteis adsuta vel ab ipso Herodoto relicta esse imperfecta morte scilicet oppresso atque impedito, quo minus ultimam hisce admoveret manum. Commovet me ipsum argumentum, ipsa oratio, quae nescio quid habet insolentius ac durius, videntur sententiae grammatici seduli operâ aliorum scripta compilantis potius congestae quam ex Herodoti ingenio profectae. Nec sane liberas esse Herodoti Musas ab huiusmodi interpolationibus sive Grammaticorum additamentis, ea ostendere possunt, quae iam supra ad VI, 122. VII, 162 coll. II, 116. 117 adnotata leguntur. Quae menda cum libros scriptos nobis servatos antiquitate praevertant, hoc quoque loco certi quid constituere valde lubricum est atque

εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν.

anceps. Unum modo adiiciam testimonium Diodori Siculi XI, 37 in obsidione Sesti Herodotum opus finiri scribentis: *τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γέγραφε κοινὰς σχεδὸν τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις ἐν βιβλίοις ἐννέα καταστρέφει δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὴν περὶ τὴν Μυκάλην μάχην τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.* Quibus verbis ut satis probari puto, nihil quidquam amplius ab Herodoto esse scriptum, quod interciderit, ita vel meam suspicionem de opere Herodoteo cap. 121 finito quodammodo confirmari credam. De Herodoti opere non perfecto illo quidem omnibusque numeris absoluto vid. quae in Commentatione de vita et scriptis Herodoti §. 4 proferuntur.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἘΝΑΤΗ.



EXCURSUS

AD VIII, 55.

De Erechthei templo in Athenarum arce.

Scribit Herodotus VIII, 55: *ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι*, quibus verbis testatur, *sua ipsius aetate* (*ἔστι*) in ea arce Athenarum, quam Xerxes cepit, fuisse Erechthei terrâ nati aedem, in qua (adhuc) inveniatur olea et mare: quae ipsa Atheniensium fama fert testimonia posuisse Vulcanum et Minervam, cum de hac terra olim decertassent*). Revocamur his verbis ad antiquissima Athenarum tempora et ad primordia rerum Atticarum, ad quae haecce Erechthei aedes, quae cum Minervae Poliadis aede coniuncta erat, sic pertinuit, ut haecce aedes antiquissimam et sanctissimam Atticarum religionum partem constitueret: eamque ob causam Epidaurii quoque sacra quotannis offerre iubentur τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι καὶ τῷ Ἐρεχθέϊ V, 82, ubi vid. nott. Factum id est circa Olympiad. LX, ante Persici belli tempora, quibus hanc Erechthei aedem, Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον dixit Homerus Odyss. VII, 81, unâ cum reliquis s. templis s. aedificiis arcis incensam esse hic ipse Herodoti locus testatur**). Ac si quid tum reliquum fuit, quod a flammis consumptum non est — et credibile sane est, non omnia prorsus interiisse, quoniam secundo post incendium die Athenienses regis ipsius iussu in arcem ascendere iubentur, sacra facturi — tamen postmodo omnia absumpta sunt a Mardonio, qui ex Attica in Boeotiam regreditur *ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ εἴ κου τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας*, ut Noster tradit IX, 13: quamquam haec ipsa Herodoti verba minus stricte accipi vult Leake [Topographie v. Athen. pag. 9 ed. Turicens.***)], cui parum credibile

---

*) Verba Herodoti sunt: *ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι*: quae verba quid significent, in nott. indicavimus.

**) Scribit enim Noster: *ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων.* Atque eodem pertinent, quae antea leguntur cap. 53 fin., ubi barbari Atheniensibus omnibus (qui in templum confugerant) interfectis *τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν*, et eodem sensu Noster loquitur cap. 54 fin. de Xerxe *ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν.*

***) Idem fere sentit Beulé: L'Acropole etc. I. pag. 90, qui de Herodoteo loco IX, 13 sic statuit: „il ne faut evidemment pas prendre à la lettre ces

videtur, omnia aedificia in arce combusta funditusque eversa esse. Sed Herodoti verba, quae modo adscripsimus, si sequimur, dubitari vix poterit, omnia arcis aedificia ac praecipue templa a Persis incensa atque eversa esse; ut merito quaeras, quinam νηὸς Erechthei illo Herodoti loco, ex quo profecti sumus, intelligi debeat, cum Herodotus de hac aede ita loquatur (ἔστι — νηὸς), ut sua ipsius aetate eam exstitisse nobis persuadeamus. Qua in re probabile nobis videtur, veterem aedem a Persis dirutam, postea aliquo certe modo refectam aut denuo exstructam esse exiguo apparatu sumptibusque, cum vix credendum sit, Athenienses, cum Persae repulsi essent, hunc locum, qui totius fere civitatis primordia continebat eiusque sanctuarium quasi constituebat, desertum vastatumque reliquisse. Itaque in veteris Erechthei loco aediculam quandam ligneam vel ligno tectam (ut dixit Müller: De Minerva Poliade pag. 18 coll. Rosio Inscriptt. pag. 149) vel etiam lapideam, sed minus splendidam, quae ad sacra sufficeret veterisque religionis memoriam servaret, erectam esse eamque ipsam hoc Herodoteo loco significari credam, vel adversante Boeckhio (Corp. Inscriptt. Graec. I. pag. 264), qui non de aedicula lignea denuo exstructa hic cogitari vult, sed de ipsa vetusta aede semiruta: de qua si Noster cogitasset, vix opinor scribere potuisset ἔστι — νηὸς, quod meo quidem iudicio de aede semiruta dici vix poterit. Immo statim post Persas regressos aedem hanc aliquo certe modo refectam esse credimus, quam Noster suis ipsius oculis haud scio an viderit vel antequam Thurios abiret Athenis (i. e. ante annum 444 ante Chr. n.) vel postea, cum Thuriis Athenas profectus Propylaea a Pericle exstructa (437—431 ante Chr. n.) conspiceret, de qua re monuimus ad V, 76. 77.; nec multum inde discedunt, quae posuit Müller l. l., qui ab Herodoto haec ipsa scripta esse putat sub tertium fere belli Peloponnesiaci annum, i. e. ferme anno 429 ante Chr. n. Serius demum Athenienses, qui maximam curam adhibuerunt nec ullis sumptibus pepercerunt, ut deorum templa a Persis diruta restituerent, ad Erechtheum splendidiorem in modum exstruendum accessisse videntur, cum dudum arcis urbisque munimenta, longa moenia, Propylaea, Parthenonem, alia templa maximis sumptibus exstruxissent: atque hac ipsa re illi impediti fuisse videntur, quo minus ad Erechtheum splendidius exstruendum animum attenderent. Etenim serius demum atque haud scio an ipsis belli Peloponnesiaci temporibus hoc templum splendidius exstrui coeptum est, idque intelligitur e celeberrima inscriptione, quam exhibuerunt Rose l. l. pag. 179 seq., Leake l. l. pag. 439 seqq , Boeckh. l. l.; unde docemur, ne quarto quidem anno Olympiadis XCII (i. e. anno 409 ante Chr. n.) archonte Diocle novum hoc Erechtheum absolutum fuisse. Accedit altera inscriptio nuper reperta (vid Rangabé: Antiqq. Hellen. I. p. 45. 85. et Stephani in: Annali del instit. archeolog. anni 1845. Vol. XV. p. 286 seqq.), quae indicat vel Olympiadis XCIII anno secundo (i. e. 407 ante

---

expressions exagerées.“ Equidem nullam video causam, cur Herodotum has res oratione exaggerasse existimem.

Chr. n.) nondum prorsus finitum fuisse opus: adeo ut, cum proximo anno (Olymp. XCIII, 3 sive 406 ante Chr. n.) templum flammis arreptum esset teste Xenophonte in Hellen. I, 6, 2, multo post demum hoc novum Erechtheum absolutum esse putandum sit, circa Olympiadem CXIII, ut ponit Müller. l. l. Hoc Erechtheum, quod Herodoto videre haud licuit, vidit ac descripsit Pausanias I, 26. 27 eiusdemque partes nonnullas adhuc superesse nemo nescit: in quibus describendis explicandisque summâ diligentiâ nostrae aetatis viri docti sunt versati: C. O. Müller (De Minerv. Poliad. l. l. Kleine deutsche Schrift II. pag. 141 seqq. Archaeolog. § 109, 4), Leake (Topographie v. Athen. pag. 243 seqq. 428 seqq. ed. Turic.), Raoul-Rochette (Journal d. Savans 1850. p. 661. seqq. 751 sqq. 1851. p. 27 seqq. 79 sq.), Beulé (L'Acropole d'Athèn. II. p. 217 seqq. 231 seqq.) et potissimum Thiersch (Abhandl. d. Bayr. Akad. d. Wissensch. philol. hist. Classe. V. p. 81 seqq. 173 seqq. VIII. p. 93 seqq.): cui in singulis quibusdam constituendis ac definiendis alii viri docti sunt oblocuti, de quorum scriptis vid. Stark in Philolog. XIV. pag. 701 seqq. Ad Herodotum haec minus pertinent; quem enim vidit atque indicavit Ἐρεχθέος νηὸν, eum ad antiquiora tempora pertinere monstravimus. Atque in hac antiquiore Erechthei aede utique fuit *olea* et *mare*, ut Noster h. l. diserte pronuntiat: ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἐνι. Pausaniam si sequimur (I, 26. §. 6), non tam in Erechthei aede, quam in alterius aedis huic adiectae parte, in Minervae Poliadis sacrario *mare* (θάλασσα, sive ut Pausanias scribit, ὕδωρ θαλάσσιον) fuit, idemque etiam mox (I, 27. § 2) de *olea* sic refert, ut in eiusdem deae cella fuisse perhibeatur (vid. Leake l. l. p. 244, Müller: Kleine deutsche Schrift. II. p. 143); in Pandroseo, quod contiguum erat cellae Minervae, oleam fuisse testatur Apollodor. III, 14. § 3 itemque Philochorus apud Dionys. Halicarnass. de Dinarch. 3. pag. 636.

Sed haec pertinere putamus ad illud templum, quod belli Peloponnesiaci temporibus exstrui coeptum modo diximus, Herodoto haud cognitum, cuius auctoritas his posterae aetatis testimoniis haud infringitur, si olea et mare, cuius locus prius in Erechthei aede fuit, postea, cum novum templum splendidius exstrueretur, in aliam aedis adiunctae cellam transferebatur ibique Pausaniae aetate cernebatur. Namque Herodotum minus accurate scripsisse atque Erechthei aedem cum diceret, intellexisse cellam Minervae Poliadis, cuius aedes adiuncta erat, ut credam, a me impetrare nequeo. Tu conf. etiam Müllerum: De Minerv. Poliad. p. 22., Stuart et Revett Alterthüm. I. pag. 472. 581, Beulé: L'Acropole d'Athèn. II. pag. 232 seq. 248.

117 αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐπεγίνετο, καὶ ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρα-

ut exstet, cum adiectivum ἄφυκτος *de eo, quod evitari nequit*, haud insolitum sit: cf. Plutarch. II. pag. 107 B. Stob. Eclogg. physs. pag. 8. Alciphr. I, 25. Quae attulit *Wesselingius*, haec subiiciens: „Sed Artayctes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut apparatu ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde *ex improviso*, uti Valla, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) supervenerunt. Simile Polyaeni VIII, 36. Plutarch. II. pag. 262 C. Herodiani VI, 5." Schweighaeuserus, qui addit ἀφυλάκτως διακεῖσθαι e Polyb. IV, 36. §. 4 valdeque aptam huic loco habet scripturam ἀφυλάκτῳ, tamen vulgatam lectionem ἀφύκτως ita defendi posse existimat, ut Herodotum dixisse credamus: „*ita de improviso eum adorti sunt Athenienses, ut effugi non potuerint*, id est, *ut ille et qui cum eo erant, effugere non potuerint*": nempe (sunt ipsa Schweighaeuseri verba), „quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt et exscensione facta eandem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset. Atque haec lectio etiam significantior est; nam ἀφύλακτον fuisse eum ab hostibus invasum satis iam superioribus verbis, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς τὸν πόλεμον, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας, declaratum est. Quare, uti nunc quidem stat sententia, vulgatam olim scripturam ἀφύκτως restituendam auctori censeo." Mihi, ut dicam quod sentio, hoc ἀφύκτως magis exquisitum quam verum videtur: quare haud recepi: nec receperunt recentt. edd. inde a Bekkero. Adiectivum ἀφύλακτος pluribus locis apud Plutarchum inveniri cognovi etiam e Wyttenbach. Ind. Graecitat. T. VIII, I. pag. 304.

Cap. CXVII.

ἐπεγίνετο] Sic dedi cum Bekkero, Matth., Schaefero et recc. editoribus, neque assumpsi, quod Schweigh. et Gaisf. e tribus codd. dederunt, ἐπιγίνετο. De voce φθινόπωρον, qua autumni ea pars indicatur, quae ad hiemem inclinat, quando arboribus folia defluunt, vid. Thucyd. II, 31. III, 18; plura dabit Thesaur. Ling. Graec. VIII. p. 765. Verbum ἀσχάλλειν attigi ad III, 152. Quae verbum ἤσχαλλον antecedit vocula καί, a Sancrofti libro abest indeque eam sustulerunt Bekkerus, Dindorf. et Dietschius. Equidem consulto retinui voculam, quae hoc loco non tam coniungendi significationem, sed intensivam vim habere videtur: *etenim* (haec est Herodoti sententia) ubi iis, qui obsidebantur, autumnus supervenit, *etiam Athenienses* (non solum obsessi Persae, sed etiam obsidentes Athenienses) *aegre ferebant*, quod suâ patriâ (diutius) abessent urbemque capere non possent, *ducesque inde orabant*, ut domum ipsos reducerent. Ut enim participia ἀποδημέοντες et δυνάμενοι, quae ad ἤσχαλλον pertinent, per τε — καὶ iunguntur, ita verbum ἐδέοντο per additum τε adnectitur priori ἤσχαλλον. Neque sane licebit verba πολιορκεομένοισί σφι de Atheniensibus intelligere: quod vel si per passivum verbum liceret (maluerat inde πολιορκέουσι Schweighaeuserus), sequentia ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι obstare videntur: itaque σφι ad Athenienses referre non licet, sed spectat ad Persas, qui in Sesto inclusi obsidebantur ab Atheniensibus. In Latina versione sic expressit Schweighaeuserus: „*postquam vero obsessis* [*et obsidentibus*] *autumnus supervenit*." — Ad verba ὅκως ἀπάγοιεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 531. not. 2. — De usu particularum πρὶν ἤ conf. citt. ad IX, 86 et IX, 93. — τὸ Ἀθηναίων κοινὸν convenit cum Thucyd. I, 89. Sed vide quoque Herod. V, 109 ibique nott. VI, 14.

τηγῶν, ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω· οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινόν σφεας μεταπέμψηται. οὕτω δὴ ἔστεργον τὰ παρεόντα.

Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἦσαν, οὕτω 118
ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον, οὕτω δὴ ὑπὸ νύκτα οἴχονται ἀποδράντες οἵ τε Πέρσαι καὶ ὁ Ἀρταΰκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονὸς καὶ τὰς πύλας ἄνοιξαν· τῶν δὲ
745 οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον. Οἰόβαζον μέν 119
νυν ἐκφυγόντα ἐς τὴν Θρηΐκην Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες

ἔστεργον τὰ παρεόντα] i. e. *praesentem rerum statum aequo tulerunt animo, contenti erant*, s. *praesentibus acquieverunt*. De verbi στέργειν structura cum quarto casu post Gataker. ad Antonin. De se ips. VI, 44 monuerunt Matth. Gr. Gr. §. 399. not. 2, Voemel. ad Demosth. Phill. II. §. 19. Annott. p. 27 et O. Schneider ad Isocrat. orat. ad Demonic. §. 29.

Cap. CXVIII.

ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων] „τόνοι τῶν κλινέων nervi, *lectulis et sellis intendendis habiles*, quibus elixis et igne mollitis famem domare nitebantur miseri. Vid. Pollux. X, 37.“ *Wesseling*. τόνοι de *chordis* s. *loris*, quibus tenduntur lecti, occurrunt apud Aristophan. Lysistr. 923 (al. 856), ubi Herodotei loci bene memor fuit Dobraeus, Eqq. 533 (al. 494), ubi in Scholiis haec leguntur: τόνοι καὶ τοῦ κραββάτου τὰ σχοινία, quae eadem exstant apud Suidam s. v. τόνος; apud eundem s. v. ἤλεκτρα leguntur haec: τόνοι δὲ τῆς κλίνης τὰ σχοινία. — In seqq. verbis οἱ Χερσονησῖται, qua voce in universum significantur incolae Chersonesi et urbium in Chersoneso sitarum (vid. Boeckh: Staatshaushalt d. Athen. II. pag. 746 seq. ed. sec. et conf. Herod. VI, 39. IX, 120 itemque Voemel. ad Demosthen. Philipp. II. §. 30. pag. 29 et ad Demosthenis Contion. p. 484), memorantur apud Stephanum Byzantinum s. v. Χερρόνησος hunc in modum: Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι [Χερσονήσιοι· Ἡρόδοτος δὲ] Χερρονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός, ubi quae uncis inclusa sunt verba, inseruit Meineke; equidem malim quoque scribere ἐσήμηναν, ut in Herodoti loco legitur, pro ἐσημήναντο; quod ad reliqua attinet, vide sis, qui hunc Stephani locum pluribus tractarunt, Boeckh. l. l., F. Schultz. De Cheroneso Thracica pag. 27, Mueller: Fragmm. Historicc. Graecc. Vol. I. pag. 9 coll. p. XV et A. de Gutschmid. in Philolog. X. p. 532 seq.

Cap. CXIX.

Ἀψίνθιοι] Vid. VI, 34 ibique nott. Πλείστωρος qui fuerit, aeque ignoro atque Wesseling. — Ad locutionem οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην conf. IX, 57. Mox edidi καὶ ὡς κατελαμβάνοντο, ubi particulam καί, quam omnes codd. agnoscunt, neglexerunt Schaeferus et Matth. itemque Dietschius; retinuerunt eandem Bekkerus et Dindorf., quos secutus sum, cum, ut dudum monuit Schweighaeuserus, vix idonea cernatur causa, cur spreta auctoritate codicum haec vocula eiiciatur, licet Aldina editio et quae inde expressae

ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ· τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην ὕστεροι ὁρμηθέντες φεύγειν, καὶ, ὡς κατελαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς Ποταμῶν, ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. καὶ συνδήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες ἦγον ἐς Σηστὸν, μετ' αὐτῶν δὲ καὶ Ἀρταΰκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ.

120 Καί τεῳ τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιτέων ταρίχους ὀπτῶντι τέρας γενέσθαι τοιόνδε. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον, ὅκως περ ἰχθύες νεοάλωτοι. καὶ οἱ μὲν περιχυθέντες ἐθώμαζον. ὁ δὲ Ἀρταΰκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας τὸν ὀπτῶντα τοὺς ταρίχους ἔφη·

sunt editiones eam ignorent; pertinebit autem vocula καὶ ad ἀλεξόμενοι idque iungit antecedenti ὁρμηθέντες. ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν valet: *resistentes aliquamdiu;* ipsum verbum medium ἀλέξεσθαι obvium I, 211. II, 63. VII, 207. 225. VIII, 81. 108. Ad locutionem χρόνον ἐπὶ συχνὸν vid. allata ad IX, 22. Ad significationem verbi καταλαμβάνειν vid. nott. ad VI, 29 et cf. VIII, 6; ad verbum ἀπέθανον vid. nott. ad IX, 37. Ad verba ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν Wesseling. conferri vult Oudendorp. ad Frontin. II, 1, 18. Tu conf. Xenoph. Hellen. II, 1, 13. 14. Mel. II, 2. §. 7. Scylac. Peripl. §. 66. p. 28 ed. Huds. Cornel. Nep. Con. 1. Lys. 1. De hoc oppidulo, quod postea clade Atheniensium insigne fuit, disputat Ferd. Schultz. l. l. pag. 48 seq. Hodie ibi vicus, cui nomen *Galata,* invenitur. In fine cap. revocavi ἦγον, cuius loco Schaeferus e Sancrofti libro alteroque dedit ἤγαγον, quod hinc quoque receperunt Bekkerus et Dietschius.

Cap. CXX.

οἱ τάριχοι] *Cr.* conferri iubet Fragm. Lexici Gr. apud Hermann. De emend. Gr. Gr. pag. 325. Qui idem in Commentt. Herodd. p. 10 de huius vocis ac similium notione disputans dupliciter eas poni observat tam de quolibet salsamenti genere quam de condiendis cadaveribus, indeque etiam pendere vim ostenti, quod Herodotus referat h. l., ubi paulo post legimus τεθνεὼς καὶ τάριχος. Observat quoque Koehler (Mémoires de l'Acad. de Petersbourg. VIeme ser. T. I. ann. 1832. p. 353 seq.), τάριχος plerumque dici de *piscibus sale conditis.* Tu vid. praeter ea, quae ad IV, 53 allata sunt, plura, quae in Thesauro Ling. Graec. VII. p. 1846 seq. ed. Dindorf. afferuntur.

ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον] i. e. *pisces sale conditi, igni impositi subsiliebant palpitabantque.* Male olim ἔσπαιρον, quod ex Aldo tenuerant Gronovius et Wesselingius; Florentinus liber aliique ἤσπαιρον, ut supra quoque legitur VIII, 5; idemque haec Herodoti verba exscribentes afferunt Eustath. ad Odyss. XII, 394. p. 497, 30 s. 1728, 35 et Athenaeus III. p. 119 D. E. et incertus auctor Lexici Graeci ap. G. Hermann. de emendanda Gramm. Gr. p. 325 Ἡρόδοτος ἔνθ' οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπαιρον, quem praeter Creuzerum excitat quoque Bredov. p. 291, qui in verbo ἐπάλλοντο augmentum constanter negligi, in ἤσπαιρον servari docuit. Ad verbum πάλλεσθαι, *vibrare, concuti,* Schweigh. citat VII, 140. Homer. Ili. XXII, 452. Plutarch. Vit. Cicer. 35. Ac supra I, 141 invenimus ἰχθῦς παλλομένους. De verbo ἀσπαίρειν Wesseling. conferri iubet Apollodor. III,

ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο· οὐ γὰρ σοὶ πέφηνε· ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ ἐν Ἐλαιοῦντι Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα

13. §. 6. Aeschyli Pers. 983. Eurip. Iphig. Aul. 1587. Tu vid. quoque allata in nott. ad VIII, 5. ὅκως περ (*sicuti*) apud poëtas aliquoties sic positum reperitur: cf. Aeschyli Prometh. 1000. Sophocl. Ai. 1179. Elect. 98. ἰχθύες νεοάλωτοι sunt *pisces recens capti*. Utitur voce νεοάλωτος *de recens subactis* gentibus Dio. Cass. XLIX, 38. p. 473 E. Dindorf. in Herodoti loco edidit νεάλωτοι, quod in Aldina aliisque etiam exstat; sed libri scripti optimi in lectione νεοάλωτος consentiunt, quam eandem tuetur Bredov. pag. 215. — Caeterum similia quaedam prodigia, quae in antiquorum scriptis reperiuntur, attulit Nitzsch. ad Odyss. I. l. pag. 407. — Ad verbum περιχυθέντες (*circumfusi, circumstantes*) conf. quae adnotavi ad Plutarch. Flamin. pag. 108.

μηδὲν φοβέο] Haud mutavi φοβέο respiciens ad ea, quae ad VII, 50 notavi. Dindorf. et Dietsch. dederunt φοβέεο.

πέφηνε] *apparuit* interpretatur Schweighaeuserus, ex antecedentibus assumens τέρας. Conf. Sophocl. Electr. 646. 1260. Oed. Col. 329. Attigit idem portentum Philostratus ad VII, 33 laudatus, ubi τὸ τάριχος ἀναβιῶναι legimus. In verbis sequentibus δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι (i. e. *vim habet a diis tributam, qua eum, qui iniuste agat, ulciscatur* s. *poenâ afficiat*) ob vim praepositionis πρὸς conf. similia, quae exstant IV, 144. VII, 139 ibique laudd.; deinde cum Matth. retinui τίνεσθαι, quod ante Schaeferum omnes libri editi itemque plerique codd. tenent, cuius loco Valckenarius maluerat τίνυσθαι, i. e. τιμωρεῖσθαι, quo ipso eadem in re utitur Pausan. III, 4. §. 5. Idem verbum τίνυσθαι utique Noster adhibuit V, 77, sed idem quoque frequenter adhibet verbum τίνεσθαι ea significatione, qua valet *ulcisci, ultionem capere* s. *sumere* I, 10. 27. 73. 123. 124. 190. III, 75. 120. Quae significatio cum huic loco valde apta videatur, nolui recipere, quod e Sancrofti libro recepit Schweighaeuserus σινέεσθαι, *nocendi* notione (in σίνεσθαι, quod duo libri recentiores quoque afferunt, certe mutandum; vid. Bredov. pag. 363), licet id ipsum dederit Schaeferus, quem recentt. edd. inde a Bekkero secuti sunt.

ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι] Ita exhibens Schweighaeus. in nota ait sibi probari Pauvii coniecturam ἄποινά μοι, quam eandem in Latina versione expressit: *nunc igitur ego hanc mihi ipse mulctam, qua redimam culpam, volo irrogare.* Mihi haud opus videtur a libris scriptis discedere. *Nunc igitur*, inquit Artayctes, *haec redemtionis pretia ei* (οἱ, i. e. αὐτῷ, Protesilao scil.) *adponam* s. *solvam*, tanquam mulctam scil. mihi sponte irrogatam: hac enim multa a poena ipsi infligenda ob iniurias Protesilao illatas se redemtum sive liberatum iri sperat Persa: itaque redemtionis praemium dicit ἄποινα, ut VI, 79: qua voce cum pretium, quo captivi in bello redimuntur, plerumque significetur, nec vero poena, Eltz (Jahrbb. f. Philolog. Suppl. IX. p. 345) scribi vult: ἄποινά οἱ ἐθέλω ὑποστῆναι, verbum ὑποστῆναι ea significatione accipiens, qua illud sane reperitur supra IX, 34 (ubi vid. nott.); Dietschius, cui hoc audacius videtur, ipse coniicit ἀντιθεῖναι. Mihi neutrum placet, nec video, cur a vulgata ἐπιθεῖναι (cuius loco libri quidam vitiose offerunt ἐπιχθῆναι) recedam, quam vel alter Nostri locus, qui legitur I, 120 (Ἁρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην ταύ-

καταθεῖναι τῷ θεῷ· ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποδώσω τάλαντα διηκόσια Ἀθηναίοισι περιγενόμενος. Ταῦτα ὑπισχόμενος τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἔπειθε. οἱ γὰρ Ἐλαιούσιοι τῷ Πρωτεσίλεῳ τιμωρέοντες ἐδέοντό μιν καταχρησθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ νόος ἔφερε. ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν, ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν, τὸν δὲ παῖδα
121 ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταΰκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν γεφυρέων, ὡς ἀναθήσοντες ἐς τὰ ἱρά. καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τούτων ἐγένετο.

122 Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταΰκτεω τοῦ ἀνακρεμασθέντος προπά- 746
τωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσῃσι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν

την ἐπέθηκε) coll. nott. ad II, 136 satis probare videtur: vult enim Persa redemtionis pretium tanquam poenam bene meritam sibi ipse imponere, idque hoc modo expressit; sic in Aeschyli Perss. 813 mala, quae Persae (in pugna Plataeensi) passuri sint, dicuntur ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων. Atque haec ἄποινα, quam sibi Persa imponere (ἐπιθεῖναι) vult, mox dicitur καταθεῖναι, *deponere* in dei scil., quem laesit, templo, i. e. *solvere deo*, quo eodem fere sensu καταβάλλειν II, 149. *Centum* talenta, quae deo obtulit Persa, e Wurmii rationibus constituunt summam florenorum 260, 582 et 42 crucigg.; *ducenta* talenta, quae pro sua ipsius et filii vita pollicitus est, efficiunt 521,165 florr. et 24 crucigg.: unde exsistit summa florenorum 781,748 et 6 crucigg. Unde satis colligere licet, quantae opes Persae fuerint!

τιμωρέοντες] *ulturi* scil. Protesilaum ab Artaycta laesum. Ad verbum καταχρησθῆναι cf. nott. ad I, 82 et de forma verbi Bredov. p. 343. De *Madyto* dixi ad VII, 33.

σανίδα προσπασσαλεύσαντες] Vid. VII, 33 ibique nott. Aliquot libri σανίδας. Tu cf. haec excitantem Eustath. ad Odyss. pag. 1923, 46 s. 780 med. Quod vero Schweighaeuserus vel πρὸς ante σανίδα inserendum (quod idem placet G. Hermanno ad Aeschyli Agamemn. 801) vel σανίδι rescribendum censet (in quod idem inciderat Reiskius): mihi vix necesse videtur a codd. auctoritate recedere, modo ita intelligas: *ubi tabulam* s. *palum* fixerant scil. in terra. Schweighaeuserus interpretatus erat: *clavis asseri adfixum suspenderunt*. Caeterum hoc ex Herodoti loco interpolationem, quam in Odyss. XXII. vers. 174 statuunt, ortam esse putat Doederlein in Gloss. Hom. II. pag. 348. Ad verbum κατέλευσαν conf. nott. ad IX, 5.

Cap. CXXI.

τὰ ὅπλα] Conf. IX, 115 et ad verba οὐδὲν ἔτι (in quo conspirant codd.) πλέον nott. ad IX, 41. κατὰ τὸ ἔτος, i. e. aestate anni 478 ante Chr. n. hoc factum esse Noster declarat, de cuius ratione in anno indicando conf. quae Krueger monet ad Clinton. Fast. Hellen. Prooem. p. XXI.

Cap. CXXII.

ἐξηγησάμενος λόγον] i. e. *sermonis auctor fuit*, *primus Persas edocuit*

ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τάδε· Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοὶ, Κῦρε, κατελὼν Ἀστυάγεα· φέρε, γῆν γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχέην, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω. εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· τῶν μίαν σχόντες πλέοσι ἐσόμεθα θωυμαστότεροι. οἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας τοιαῦτα ποιέειν· κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν πάσης τε τῆς Ἀσίης; Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα· οὕτω δὲ αὐτοῖσι παραίνεε κελεύων παρασκευάζεσθαι, ὡς οὐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι· οὐ

sermonem, quem illi surripientes Cyro attulerunt s. proposuerunt eo scil. consilio, ut ille Persarum regnum per orbem terrarum constitueret.

ἀνδρῶν δὲ σοὶ] i. e. *inter homines autem tibi*, everso Astyage, *imperium Iuppiter tradidit*. Ubi sane exspectabas κατελόντι, cum ad Cyrum pertineat: sed refertur ad ipsum Iovem, quo adiuvante Cyrus Astyagem evertit. De Persarum *Iove* conf. I, 131. VII, 40 ibique nott.

καὶ ταύτην τρηχέην] Vid. I, 71 ibique nott. „Paria de ingenio et habitu Persicae regionis Plato De legg. III. p. 695 A. et Herodoti assectator Arrianus Exped. V, 4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, nempe principio regis Cyri." *Wesseling*. Platonis loco add. Xenoph. Cyrop. VII. p. 117, 5. [VII, 5, 67]. In seqq. pro ἑκαστέρω in tribus codd. exstat ἑκατέρω. Vid. VI, 108 ibique nott. VII, 49. Verba πλέοσι ἐσόμεθα θωυμαστότεροι valent: *pluribus hominibus maiori erimus admirationi*.

κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον] i. e. *quando enim hoc sane commodius s. melius fieri poterit*. Tu conf. III, 73 ibique nott., ne plura. Pro κότε Sancrofti codex habet κότερα, cf. I, 91. Ad verba καὶ οὐ θωυμάσας τὸν λόγον conf. Plutarch. II. pag. 172 E.

οὕτω δὲ αὐτοῖσι κ. τ. λ.] Ad Persas refero. Nec moror accusativos subsequentes ἄρξοντας et ἀρξομένους; vid. modo IX, 79 ibique allata. Participium ἀρξομένους passivo sensu accipiendum, ut πολιορκησόμενοι IX, 58 et 97. V, 34 ibique nott. Plurima exempla huius usus ex Atticis scriptoribus nunc allata video a Guil. Franckio in Philolog. Suppl. I, 4. p. 458 seqq. De voce οὐκέτι (nec μηκέτι) vid. quae monentur in Jahrbb. f. Philolog. LXXX. pag. 131.

φιλέειν γὰρ — ἄνδρας γίνεσθαι] Facit huc Hippocratis locus De aër. aq. et locc. §. 33. p. 289 s. 347 itemque Senecae De ira II, 16 et, ubi eadem sententia proditur diversis verbis, Plutarch. II. p. 172 F. Plura Cyri dicto similia collegit Gataker ad Antonin. IV, 39 coll. Dunaeo in Demosthen. p. 131. Ex Herodoto autem expressus videtur Valckenario Livii locus XXIX, 25 „fertilissimus ager eoque abundans omnium copiâ rerum est regio: et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt." Ad ipsam sententiam, quam plerumque veram, in universum tamen fallacem esse ait Wesseling., conf. Heeren: Id. I, 1. p. 194. 395. Veram illam esse contenderat quoque Larcherus, recentioris historiae exemplis quibusdam adiectis. Quin celeberrimum Montesquieu in libro de legum causis (ita enim cum I. A. Ernesto et Ruhnkenio reddere licet Latine libri titulum *Esprit des loix*) idem obser-

γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπόν τε θωυμαστὸν φύειν καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε συγγνόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κῦρον, ἄρχειν τε

vasse pluribusque exposuisse addit, quamquam, iudice Larchero, minus respexit ad Christianae religionis vim atque auctoritatem omnibus locis ac temporibus ita accommodatae, ut vix ea, quae olim fuerit, nunc quoque inveniatur aëris atque coeli vis.

τὰ πολέμια] Vid. nott. ad III, 4. Verbum συγγνόντες valet: *cum* (veram scil. Cyri sententiam esse) *intellexissent*. Vid. nott. ad IV, 3 et 43.

ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες — δουλεύειν] i. e. *imperare maluerunt tenuem incolentes terram, quam campestrem fertilemque colentes aliis servire*. Vocem λυπρὴν de solo gracili ac tenui Noster adhibuit, ut Homer. Od. XIII, 343 de Ithaca. — Post haec verba in nullo quantum scio Herodoti codice quidquam amplius legitur ipseque finis historiarum in quibusdam codicibus diserte indicatur: teste Schweighaeusero „scriba Arch. [i. e. Sancrofti] librum ita claudit: Ἡροδότοιο βίβλος κλεινοῖο πέρας λάβεν ὧδε [quo hexametro terminari librum hunc testatur quoque Gaisfordius]. In Codd. Pass. vero et Med. subiiciuntur haec: ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ Θʹ ΧΧΗΗΠΙ. id est: *Herodoti historiarum liber nonus, bis mille ducentis et sex versibus comprehensus.* In F. [Florentino libro] nulla alia nisi haec a prima manu subscriptio est: Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐνάτη. Caeterum, quod Dionysius Halicarnassensis, ubi de Herodoti historiis verba facit, ait, τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας (in Epistol. ad Pompei. de praecip. historicis c. 3. T. VI. p. 767 ed. Reisk.), inde collegerunt docti nonnulli viri, intercidisse in vulgatis Herodoti exemplaribus *Epilogum*, quo historiis suis coronidem olim imposuisset auctor. At in cunctis msstis codicibus, quorum ad nos notitia pervenit, post ista verba ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν, nihil amplius, quod ab Herodoti manu profectum sit, reperitur." Haec Schweighaeuseri verba retuli, quibus sane intelligitur, nullam esse causam, cur epilogum quendam interiisse existimemus, praesertim cum, Schoellium si sequimur, Herodoti narratio eo, unde exorsa erat, hîc quasi redire videatur, consilio totius operis expleto: quam in rem longior ad h. l. exstat annotatio Schoellii, vernaculi interpretis. Mihi tamen verisimilius videtur, Herodotum, quem Thuriis in opere elaborando, perficiendo, expoliendo usque ad extremum vitae diem occupatum videmus, ipsa morte superveniente impeditum esse, quo minus hanc quoque operis partem prorsus absolveret. Hanc igitur partem imperfectam a sene moribundo derelictam esse credere malim, cum quae extremo hoc capite 122 leguntur, vix iustam ac dignam operis clausulam constituant nec amplius quid ab Herodoti manu profectum esse credibile sit: immo mihi dudum oborta est suspicio, ea ipsa, quae cap. 122 exstant, vel a Grammatico quodam Herodoteis adsuta vel ab ipso Herodoto relicta esse imperfecta morte scilicet oppresso atque impedito, quo minus ultimam hisce admoveret manum. Commovet me ipsum argumentum, ipsa oratio, quae nescio quid habet insolentius ac durius, videntur sententiae grammatici seduli operâ aliorum scripta compilantis potius congestae quam ex Herodoti ingenio profectae. Nec sane liberas esse Herodoti Musas ab huiusmodi interpolationibus sive Grammaticorum additamentis, ea ostendere possunt, quae iam supra ad VI, 122. VII, 162 coll. II, 116. 117 adnotata leguntur. Quae menda cum libros scriptos nobis servatos antiquitate praevertant, hoc quoque loco certi quid constituere valde lubricum est atque

εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν.

anceps. Unum modo adiiciam testimonium Diodori Siculi XI, 37 in obsidione Sesti Herodotum opus finiri scribentis: *τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γέγραφε κοινὰς σχεδὸν τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις ἐν βιβλίοις ἐννέα καταστρέφει δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὴν περὶ τὴν Μυκάλην μάχην τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.* Quibus verbis ut satis probari puto, nihil quidquam amplius ab Herodoto esse scriptum, quod interciderit, ita vel meam suspicionem de opere Herodoteo cap. 121 finito quodammodo confirmari credam. De Herodoti opere non perfecto illo quidem omnibusque numeris absoluto vid. quae in Commentatione de vita et scriptis Herodoti §. 4 proferuntur.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἘΝΑΤΗ.



EXCURSUS

AD VIII, 55.

De Erechthei templo in Athenarum arce.

Scribit Herodotus VIII, 55: *ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι*, quibus verbis testatur, *sua ipsius aetate* (*ἔστι*) in ea arce Athenarum, quam Xerxes cepit, fuisse Erechthei terrâ nati aedem, in qua (adhuc) inveniatur olea et mare: quae ipsa Atheniensium fama fert testimonia posuisse Vulcanum et Minervam, cum de hac terra olim decertassent*). Revocamur his verbis ad antiquissima Athenarum tempora et ad primordia rerum Atticarum, ad quae haecce Erechthei aedes, quae cum Minervae Poliadis aede coniuncta erat, sic pertinuit, ut haecce aedes antiquissimam et sanctissimam Atticarum religionum partem constitueret: eamque ob causam Epidaurii quoque sacra quotannis offerre iubentur *τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι καὶ τῷ Ἐρεχθέϊ* V, 82, ubi vid. nott. Factum id est circa Olympiad. LX, ante Persici belli tempora, quibus hanc Erechthei aedem, *Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον* dixit Homerus Odyss. VII, 81, unâ cum reliquis s. templis s. aedificiis arcis incensam esse hic ipse Herodoti locus testatur**). Ac si quid tum reliquum fuit, quod a flammis consumptum non est — et credibile sane est, non omnia prorsus interiisse, quoniam secundo post incendium die Athenienses regis ipsius iussu in arcem ascendere iubentur, sacra facturi — tamen postmodo omnia absumpta sunt a Mardonio, qui ex Attica in Boeotiam regreditur *ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ εἴ κου τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας*, ut Noster tradit IX, 13: quamquam haec ipsa Herodoti verba minus stricte accipi vult Leake [Topographie v. Athen. pag. 9 ed. Turicens.***)], cui parum credibile

---

*) Verba Herodoti sunt: *ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι*: quae verba quid significent, in nott. indicavimus.

**) Scribit enim Noster: *ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων*. Atque eodem pertinent, quae antea leguntur cap. 53 fin., ubi barbari Atheniensibus omnibus (qui in templum confugerant) interfectis *τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν*, et eodem sensu Noster loquitur cap. 54 fin. de Xerxe *ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν*.

***) Idem fere sentit Beulé: L'Acropole etc. I. pag. 90, qui de Herodoteo loco IX, 13 sic statuit: „il ne faut evidemment pas prendre à la lettre ces


videtur, omnia aedificia in arce combusta funditusque eversa esse. Sed Herodoti verba, quae modo adscripsimus, si sequimur, dubitari vix poterit, omnia arcis aedificia ac praecipue templa a Persis incensa atque eversa esse; ut merito quaeras, quinam νηὸς Erechthei illo Herodoti loco, ex quo profecti sumus, intelligi debeat, cum Herodotus de hac aede ita loquatur (ἔστι — νηὸς), ut sua ipsius aetate eam exstitisse nobis persuadeamus. Qua in re probabile nobis videtur, veterem aedem a Persis dirutam, postea aliquo certe modo refectam aut denuo exstructam esse exiguo apparatu sumptibusque, cum vix credendum sit, Athenienses, cum Persae repulsi essent, hunc locum, qui totius fere civitatis primordia continebat eiusque sanctuarium quasi constituebat, desertum vastatumque reliquisse. Itaque in veteris Erechthei loco aediculam quandam ligneam vel ligno tectam (ut dixit Müller: De Minerva Poliade pag. 18 coll. Rosio Inscriptt. pag. 149) vel etiam lapideam, sed minus splendidam, quae ad sacra sufficeret veterisque religionis memoriam servaret, erectam esse eamque ipsam hoc Herodoteo loco significari credam, vel adversante Boeckhio (Corp. Inscriptt. Graec. I. pag. 264), qui non de aedicula lignea denuo exstructa hic cogitari vult, sed de ipsa vetusta aede semiruta: de qua si Noster cogitasset, vix opinor scribere potuisset ἔστι — νηὸς, quod meo quidem iudicio de aede semiruta dici vix poterit. Immo statim post Persas regressos aedem hanc aliquo certe modo refectam esse credimus, quam Noster suis ipsius oculis haud scio an viderit vel antequam Thurios abiret Athenis (i. e. ante annum 444 ante Chr. n.) vel postea, cum Thuriis Athenas profectus Propylaea a Pericle exstructa (437—431 ante Chr. n.) conspiceret, de qua re monuimus ad V, 76. 77.; nec multum inde discedunt, quae posuit Müller l. l., qui ab Herodoto haec ipsa scripta esse putat sub tertium fere belli Peloponnesiaci annum, i. e. ferme anno 429 ante Chr. n. Serius demum Athenienses, qui maximam curam adhibuerunt nec ullis sumptibus pepercerunt, ut deorum templa a Persis diruta restituerent, ad Erechtheum splendidiorem in modum exstruendum accessisse videntur, cum dudum arcis urbisque munimenta, longa moenia, Propylaea, Parthenonem, alia templa maximis sumptibus exstruxissent: atque hac ipsa re illi impediti fuisse videntur, quo minus ad Erechtheum splendidius exstruendum animum attenderent. Etenim serius demum atque haud scio an ipsis belli Peloponnesiaci temporibus hoc templum splendidius exstrui coeptum est, idque intelligitur e celeberrima inscriptione, quam exhibuerunt Rose l. l. pag. 179 seq., Leake l. l. pag. 439 seqq , Boeckh. l. l.; unde docemur, ne quarto quidem anno Olympiadis XCII (i. e. anno 409 ante Chr. n.) archonte Diocle novum hoc Erechtheum absolutum fuisse. Accedit altera inscriptio nuper reperta (vid Rangabé: Antiqq. Hellen. I. p. 45. 85. et Stephani in: Annali del instit. archeolog. anni 1845. Vol. XV. p. 286 seqq.), quae indicat vel Olympiadis XCIII anno secundo (i. e. 407 ante

---

expressions exagerées." Equidem nullam video causam, cur Herodotum has res oratione exaggerasse existimem.

Chr. n.) nondum prorsus finitum fuisse opus: adeo ut, cum proximo anno (Olymp. XCIII, 3 sive 406 ante Chr. n.) templum flammis arreptum esset teste Xenophonte in Hellen. I, 6, 2, multo post demum hoc novum Erechtheum absolutum esse putandum sit, circa Olympiadem CXIII, ut ponit Müller. l. l. Hoc Erechtheum, quod Herodoto videre haud licuit, vidit ac descripsit Pausanias I, 26. 27 eiusdemque partes nonnullas adhuc superesse nemo nescit: in quibus describendis explicandisque summâ diligentiâ nostrae aetatis viri docti sunt versati: C. O. Müller (De Minerv. Poliad. l. l. Kleine deutsche Schrift II. pag. 141 seqq. Archaeolog. § 109, 4), Leake (Topographie v. Athen. pag. 243 seqq. 428 seqq. ed. Turic.), Raoul-Rochette (Journal d. Savans 1850. p. 661. seqq. 751 sqq. 1851. p. 27 seqq. 79 sq.), Beulé (L'Acropole d'Athèn. II. p. 217 seqq. 231 seqq.) et potissimum Thiersch (Abhandl. d. Bayr. Akad. d. Wissensch. philol. hist. Classe. V. p. 81 seqq. 173 seqq. VIII. p. 93 seqq.): cui in singulis quibusdam constituendis ac definiendis alii viri docti sunt oblocuti, de quorum scriptis vid. Stark in Philolog. XIV. pag. 701 seqq. Ad Herodotum haec minus pertinent; quem enim vidit atque indicavit Ἐρεχθέος νηὸν, eum ad antiquiora tempora pertinere monstravimus. Atque in hac antiquiore Erechthei aede utique fuit *olea et mare*, ut Noster h. l. diserte pronuntiat: ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι. Pausaniam si sequimur (I, 26. §. 6), non tam in Erechthei aede, quam in alterius aedis huic adiectae parte, in Minervae Poliadis sacrario *mare* (θάλασσα, sive ut Pausanias scribit, ὕδωρ θαλάσσιον) fuit, idemque etiam mox (I, 27. § 2) de *olea* sic refert, ut in eiusdem deae cella fuisse perhibeatur (vid. Leake l. l. p. 244, Müller: Kleine deutsche Schrift. II. p. 143); in Pandroseo, quod contiguum erat cellae Minervae, *oleam* fuisse testatur Apollodor. III, 14. § 3 itemque Philochorus apud Dionys. Halicarnass. de Dinarch. 3. pag. 636.

Sed haec pertinere putamus ad illud templum, quod belli Peloponnesiaci temporibus exstrui coeptum modo diximus, Herodoto haud cognitum, cuius auctoritas his posterae aetatis testimoniis haud infringitur, si olea et mare, cuius locus prius in Erechthei aede fuit, postea, cum novum templum splendidius exstrueretur, in aliam aedis adiunctae cellam transferebatur ibique Pausaniae aetate cernebatur. Namque Herodotum minus accurate scripsisse atque Erechthei aedem cum diceret, intellexisse cellam Minervae Poliadis, cuius aedes adiuncta erat, ut credam, a me impetrare nequeo. Tu conf. etiam Müllerum: De Minerv. Poliad. p. 22., Stuart et Revett Alterthüm. I. pag. 472. 581, Beulé: L'Acropole d'Athèn. II. pag. 232 seq. 248.



COMMENTATIO

DE

VITA ET SCRIPTIS HERODOTI.



PROOEMIUM.

De Herodoti vita et scriptis praeter *Bouhierum* (*Io. Bouhier:* Recherches et Dissertations sur Herodote. Dijon 1746. 4.) et *Petr. Wesselingium* in Dissertatione Herodotea, quae prodiit Ultraiect. 1758, 8. potissimum consulantur:

Fabric. Bibliothec. Graec. Lib. II. cap. XX. Vol. II. p. 327 ed. quart. — *Larcher:* La Vie d'Herodote, in primo Tomo Gallicae versionis. — *Fr. Creuzer.:* Die historische Kunst der Griechen in ihrer Entstehung und Fortbildung. Leipzig 1803. Ed. sec. 1845. pag. 74 peqq. — *D. Schulz:* Dissertat. De Herodoti vita, dialecto et scribendi genere (in edit. Herodot.) Halae 1809. — *Jac. Adolph. Car. Rovers:* Responsio ad quaestionem literariam: „Quaenam sunt praecipue Herodoti in rebus gentium enarrandis dotes atque virtutes" in Annall. Academ. Rhenan. Traiect. 1821/22. 8. — *F. C. Dahlmann:* Herodot. Aus seinem Buche sein Leben. Altona. 1823. 8. (Etiam sub titulo: Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte. II. Band. I. Abtheil.)

The life of Herodotus drawn out from his book, translated from the German of Prof. Dahlmann by G. V. Cox. Oxford. 1845. 8. — *C. G. L. Heyse:* De Herodoti vita et itineribus. Dissertat. inaugural. etc. Berol. 1826. 8. — *H. Ferd. Iaeger:* Disputationes Herodoteae duae. Gotting. 1828. 8. — *G. Bötticher:* De θείῳ Herodoteo s. de Herodoti in componendis rerum monumentis pietate. Berolin. 1830. 4. — *Ev. Wardenburg*: Diss. de nativa simplicitate Herodoti. Lugdun. Batav. 1830. 8. — *K. Hoffmeister.:* Sittlich-religiöse Lebensansicht des Herodotus. Essen 1832. 8. (Etiam sub titulo: Beiträge zur wissenschaftlichen Kenntniss des Geistes der Alten, zweites Bändchen.) — *Albert. de Iongh*: Disquisitio de Herodoti philosophia. Traiect. ad Rhen. 1833. 8. (Conf. *A. Ekker.* in Symboll. literr. Amstelodam. 1837. I. pag. 67 seqq.). — *K. L. Blum:* Herodot und Ktesias, die frühsten Geschichtsforscher des Orients. Heidelberg 1836. 8. p. 35 seqq. — *F. Hand* in Encyclopaed. Erschii et Gruberi Ser. II. Vol. VI. p. 308 seqq. — *K. Hüllmann:* Griechische Denkwürdigkk. Bonn. 1840. 8. pag. 143 seqq. — *K. O. Müller:* Geschichte d. griechisch. Literat. etc. Breslau 1841. 8. I. pag. 480 seqq. — *P. C. F. Daunou:* Cours d'études historiques T. VIII. et IX. Paris 1844 et 1845. 8. (vid. quae retuli in: Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. XLVI. p. 433 seqq.) — *W. Rogge:* Die Logographen und Herodot, in Prutz: Literarhistor. Taschenbuch 1847. p. 75 seqq. — *W. Mure:* Critical history of the language and literat. of ancient Greece. Vol. IV. (London 1853.) pag. 241 seqq. — *A. Schoell:* Ueber Herodots Lebenszeit in: Philolog. Vol. IX (1854.) pag. 193 seqq. et: Herodots Entwicklung zu seinem Beruf ibid. X. (1855.) p. 25 seqq. Herodots Vorlesungen ibid. pag. 410 seqq. — *George Rawlinson*: The history of Herodotus. A new English Version etc. (London 1858. 8.) Vol. I. p. 1—149: On the life and writings of Herodotus. Quibus denique addere licet, quae ipse exposui in Pauly: Realencyclopädie des class. Alterthums III. pag. 1242 seqq. et in Germanica Herodoti versione, quae prodiit Stuttgardiae 1859. 12. P. I. p. 1—24.

Imaginariam quandam Herodoti vitam, quae simul complectitur historiam aetatis, qua vixit Herodotus, et descriptionem regionum et locorum maxime memorabilium, ad quae ille pervenisse perhibetur, composuit Anglus vir doctus hoc sub titulo: The Life and Travels of Herodotus in the fifth century before Christ: an imaginary biography founded on fact, illustrative of the history, manners, religion, literature, arts and social condition of the Greeks, Egyptians, Persians, Babylonians, Hebrews, Scythians and other ancient nations, in the days of Pericles and Nehemiah. By *J. Talboys Wheeler*. London 1855. 2 Voll. in 8.

Alia Herodotum illustrantia scripta aut suis quaeque locis indicavimus aut infra §. 7 in fin. (de rebus geographicis), §. 12 (de rebus divinis), §. 14 (de formis sermonis Herodotei et de dialecto), §. 15 (de ora-

tione Herodotea), denique §. 18 huius Commentat. enumeravimus. Quae vero in hac nostra Commentatione tractantur, indicabit hicce singull. capp. index:



§. 1.

Exordiamur a locis classicis Suidae et Auli Gellii, quorum ille sic habet (II. p. 76 Kuster. s. T. I p. 1697 Gaisf. Vol. I. P. 2. p. 893 ed. Bernhardy, p. 214 Vitt. Graecc. sc.iptt. ed. Westermann.):

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεύς, τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς Θεόδωρον· μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν, τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισίνδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας, τοῦ δὲ Πισινδήλιδος Λύγδαμις. Ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ', ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως· ἐλθὼν δ' εἰς Ἁλικαρνασσὸν καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπ' Ἀθηναίων ἐθελοντὴς ἦλθε· κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται. Τινὲς δ' ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. Ἐπιγράφονται δ' οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι.

Quae sequuntur reliqua, ad nostram rem minus spectant.

Alter locus Gelii est in Noctt. Att. XV, 23 sic scribentis:

„Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem fere temporibus laude ingenti floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, *Herodotus tres et quinquaginta*, Thucydides quadraginta. Scriptum est hoc in libro XI Pamphilae.“ *)

Unde consequens est, bellum Peloponnesiacum ortum cum sit Olymp. LXXXVII, 1 sive 431 a. Chr. n., Herodotum fuisse natum Olymp. LXXIV, 1 sive 484 a. Chr. n., sex igitur annis post pugnam Marathoniam et quattuor annis ante Xerxis expeditionem in Graeciam pugnamque Salaminiam; ita ut, qui puer bella Persica videre vix potuit, eos tamen, qui his bellis interfuerant, cognoscere potuerit; cuius rei indicium praebere videtur sermo cum Thersandro Orchomenio habitus IX, 16. Et congruunt cum hac temporum notatione testimonia Dionysii Halicarnassensis, qui in Iudic. de Thucydid. 5 p. 820 Reisk. sic scribit: *ὁ δ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν*, et Diodori Siculi II, 32, ubi haec leguntur: *Ἡρόδοτος κατὰ Ξέρξην γεγονὼς τοῖς χρόνοις*. Itaque non audiendus est Eusebius, qui in Chronic. ad Olymp. LXXVIII (pag. 168) i. e. 468—464 a. Chr. n. haec scripsit: *Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεὺς ἱστοριογρά-*

*) Quae mulier docta, Neronis aequalis, historiarum libros XXXIII scripsisse et Ctesiae Persica in epitomen redegisse fertur. Cf. Suidas T. III p. 14 Kust. Phot. Cod. CLXXV. Schoell. Hist. litt. Graec. II. p. 380 et vid. Müller: Fragmentt. Historicc. Graecc. III. pag. 520 seq. Sed Pamphilae, ut monet *Creuzerus*, in nonnullis refragaturus erat Krüger. Vid. ad Clintonis Fast. Hellen. I. p. 23 coll. p. 29.

φος ἐγνωρίζετο, neque Tzetzes, qui Euripide minorem facit Herodotum. (Cf. Poppo Prolegg. ad Thucydid. I. p. 321). Ex Eusebio tamen profectus Ad. Schoellius in Philolog. IX. p. 211 seq. Herodoti natales ad annum 489 ante Chr. n. reiici vult, cum Herodotus, qui ex Eusebii testimonio Xerxis aetate (circa 465 a. Chr. n.) floruit, tum XIX annos tantum natus iam floruisse putandus sit, in lucem editus scilicet e Pamphilae testimonio anno 484 ante Chr. n.: quod cum statui vix posse existimet, loco anni 484 mavult ex coniectura reponere annum 489 ante Chr. n.; quo anno natum Herodotum si ponamus, viginti quinque certe annos illum habuisse putat Schoellius, cum (ex Eusebii testimonio) florere inciperet. Equidem Eusebii indicio minus certo tantam vim tantamque fidem haud tribuam, ut a certis aliorum scriptorum fide dignorum testimoniis, quibus Herodotum anno 484 ante Csr. n. natum esse apparet, recedam.

Ipsum nomen scriptoris omni dubitatione exemtum videtur, quippe quod in omnibus quantum scio libris scriptis ipsisque numis *) pariter scriptum invenitur Ἡρόδοτος idemque etiam nomen aliis Graeciae viris tribuitur ac probatur alius cuiusdam *Herodoti* commemoratione VIII, 132 haud inconsulto, uti videtur, facta. Ab Ἥρας voce deductum nomen docet Etymologus Gudianus p. 248 **), ut sane *Iunoni datum s. dedicatum* intelligas. Itaque non mirum crebrius hoc nomen reperiri per Graecorum scripta, in quibus praeter Herodotum nostrum hi inveniuntur *Herodoti* ***):

1. Is *Herodotus*, cuius modo mentionem fecimus, Basilidae filius, Ionius, de quo vid. Nostrum VIII, 132.
2. *Herodotus* Clazomenius, qui Olympiae vicit, teste Pausania VI, 17. §. 2.
3. *Herodotus*, Asopodori filius, quem Pindarus celebrat Isthmm. I.
4. *Herodotus*, Democriti frater, teste Suida s. v. Δημοκρ. T. I. p. 542 coll. Aelian. V. H. IV, 20 ibique Perizon. p. 288. Mullach. ad Democriti fragmm. pag. 36 seqq.
5. *Herodotus* statuarius, Olyntho oriundus, Praxitelis ferme aequalis, apud Tatian. advers. Graec. LIII, 54. Conf. Brunn: Geschichte d. Griech. Künstl. I. p. 391.
6. *Herodotus* mimus Antiochi secundi aetate, de quo Athenaeus I, 34. p. 19 C. p. 72 Schweigh.
7. *Herodotus*, qui Cephaloedi (in Sicilia) sacerdotium petit, teste Cicerone in Verr. Act. II, 2, 52. §. 128.

---

*) Affert numum Halicarnassensem Antonini Pii aetate cusum Hamilton: Researches in Asia minor etc. II. p. 35, in quo numo leguntur haec: *ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ*. In reliquis urbis Halicarnassensis numis, quos affert Rasche: Lexic. Rei Num. II, 2. p. 53 seqq., plerosque illos quidem ex imperatorum Romanorum aetate, Herodoti nomen inscriptum non invenitur.

**) „τὰ γὰρ παρὰ τὴν Ἥραν ὀνόματα εἰς ο̅ς σύνθετα διὰ τοῦ ο λέγεται, Ἡρόδοτος, Ἡροδικός.“ Add. Cramer. Anecdd. Oxonn. III. p. 350: Ἡρόδοτος ὁ τῇ Ἥρᾳ δοτός, ὄνομα κύριον κ. τ. λ.

***) Conf. etiam Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. p. 347 et Hand. in Ersch. et Gruberi Encyclop. Ser. II. Vol. VI. p. 394 seq.

8. *Herodotus*, philosophus, qui de Epicuri adolescentia (περὶ Ἐπικούρου ἐφηβείας) et fortasse etiam de Epicuri decretis scripsit, idemque, ut videtur, ad quem primam Epistolam scripsit Epicurus; vid. Diogen. Laërt. X, 3. §. 4 et 29.

9. *Herodotus*, Olophyxo (in Thracia) oriundus, incertae aetatis auctor, qui teste Stephano Byzantino s. v. Ὀλόφυξος de nymphis ac diis scripsit: unde glossa irrepsit in Suidam s. v. Ὀλόφυξις (II. p. 680 ed. Küster.), nunc eiecta a Bernhardyo; eadem inde habet Eustathius ad Iliad. V, 683. In Germanici scholiis huius Herodoti mentio quoque fit; vid. Breysig. De Nigidii fragmm. (Berolin. 1854) pag. 9.

10. *Herodotus* Tarsensis, philosophus, Ariei filius, Sexti Empirici praeceptor, teste Diogene Laërtio IX, 12, 7 (§. 116); unde diversus

11. *Herodotus*, Sexti Chaeronensis praeceptor, Philadelphenus; qui Sextus cum Marci Antonini aetate floruisse perhibeatur, Plutarchi ἀδελφιδοῦς, inde huius quoque Herodoti aetas quodammodo constitui poterit; vid. Suidas s. v. Σέξτων T. III. p. 299 ibique Küster (II, 2. pag. 214 ed. Bernhardy).

12. *Herodotus*, medicus e Pneumaticorum schola, discipulus Athenaei, Attalensis Cilicis, Hadriani temporibus vixisse et medicinam Romae exercuisse videtur, scriptis compluribus insignis indeque a Galeno pluribus locis citatus (vid. modo VI. p. 775. X. p. 474. XI. 432. 442. 443. XIII. p. 788. 801. XIX p. 343 ed. Kühn.) atque ab Oribasio quoque exscriptus (Collect. X, 37: περὶ τῆς εἰς ἔλαιον ἐμβάσεως· ἐκ τῶν Ἡροδότου· ἐκ τοῦ Περὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων βοηθημάτων); conf. Fabricii Bibl. Graec. XIII. p. 184 ed. prim., Sprengel: Gesch. d. Arzneikunde II p. 124, Hecker: Gesch. d. Heilkunde I. p. 461. II. p. 67, Haller: Biblioth. Botan. I. p. 99, et vid. quae ab hoc Herodoto scripta feruntur in: Medicorum XXI vett. et clarr. Graecorum varia opuscula, ed. Ch. F. de Matthaei. Mosquae 1808. Qui Herodotus num auctor sit libri, qui inscribitur ὁ ἰατρὸς (cf. Galen. V. p. 472 et IV. p. 109. 355), an alius ab hoc diversus Herodotus, ambigitur, itemque incertum, num idem sit, qui libellum, inter Galeni opera receptum (T. XIV. p. 674 seqq.) et inscriptum Εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρὸς, composuerit atque eiusdem Galeni alterum librum, qui inscribitur ὅροι ἰατρικοί (T. XIX. p. 456), revera scripserit.

13. *Herodotus*, Menandri Protectoris frater, qui sub Mauritio imperatore historiam inde ab Aagathiae morte conscripsit, teste Suida s. v. Μένανδρος II. p. 531 s. II. 1. p. 780 Bernh. coll. Codin. De orig. Constant. (Corp. Byzant. T. XX. p. 26) et Malel. Chronic. I. p. 200. Wesseling. Diss. Herodot. p. 5.

14. Frequens *Herodoti* nomen occurrit in inscriptionibus *Graecis*; legitur Ἡρόδοτος in Locrica inscriptione: vid. Corp. Inscriptt. nr. 1754 (Vol. pag. 856), itemque Ἡρόδοτος, Menodoti filius, in Teia inscriptione ibid. nr. 3052 (Vol. II. p. 639); Ἡρόδοτος

Γαΐον Ἰουλίου Ἀσκληπιαδοῦ Πιναρεὺς ibid. nr. 4224. d. (Vol. III. p. 1119), *Ἡρόδοτος* in Thasia inscriptione: vid. Conze: Reise z. d. Inseln d. thrak. Meeres pag. 27.; *Ἡρόδοτος* ap. Rangabé: Antiquités Helleniques II. pag. 1026 nr. 2460 coll. p. 778 nr. 1214. Attici archontis nomen *Ἡρόδοτος* in Attica inscriptione nuper detecta exstare videtur: vid. Meier: Comment. epigraph. (Hal. 1852) pag. 38 seq. Ac denique in *Latina* inscriptione invenitur *L. Staius Herodotus*: vid. Inscriptt. regni Neapolit. Latt. (ed. Mommsen) nr. 1746.

15. Alios, qui *Herodoti* nomine olim in libris et scriptis et editis ferebantur, omisi, si quidem in *Herodoti* locum nunc *Herodori* aut *Herodiani* aut alius cuiusdam nomen successit; nemo enim nescit, quam frequens in libris reperiatur horum nominum confusio, de qua iam monuerat Wesseling. in Dissert. Herod. III. p. 20. IV. p. 27. Hand. l. l. pag. 380 itemque nuper monuerunt Meineke: Phil. Exercitt. in Athen. Spec. I. pag. 9 et Ritschl: De Oro et Orione pag. 58 seq. 74, alii.

§. 2.

Patriam Herodotus ipse in operis prooemio indicat *Halicarnassum*: ad quam urbem spectant hi quoque loci I, 144. II, 178. VII, 99 seq., atque Strabonis testimonium XIV p. 656 s. 970 A. Illustribus parentibus natum esse disertis verbis tradit Suidas supra laudatus. Nec sane credibile est, eum, quem tanta itinera fecisse accepimus, ignobili loco natum aut exiguis opibus fuisse instructum. Pater Herodoti vocatur *Λύξης* (*Lyxes**) a Suida l. l., Luciano (De dom. §. 20. T. VIII. p. 107 ed. Bip.), et in epitaphio Herodoti, quod servarunt Scholiasta Aristophan. ad Nub. 331 et Stephanus Byzantinus s. v. *Θούριος* (ubi exstat *Λύξου*). Unde Tzetzem corrigendum esse patet, qui Herodotum *Oxyli* (*τοῦ Ὀξύλου*) reddit filium Chil. I, 19, quam formam ipse Tzetzes improbans in margine codicis Parisini *Ξύλου* veram vocis formam esse pronuntiat, teste Duebnero in Mus. Rhen. IV. p. 6. 20: quo recte utitur Tzschirner Fragmm. Panyasid. p. 13. His adde quae leguntur in Scholiis ad Tzetzae Chiliadd. nuper publicatis a Cramero (Anecdd. Oxonn. III. p. 350: Ὀξύλου] *Ξύλου παῖς Ἡρόδοτος· Ὀξύλου παῖς Ἡρόδοτος γεγραμμένον εὑρίσκων ἀμφέβαλον ὁπότερον δεῖ γράφειν Λουκιανῷ δὲ καίπερ ὀρθῶς καὶ ἀναμφισβήτως* (ita Dübnerus) *γράφοντι οὐκ ἐπειθόμην· φησὶ γὰρ Ἡρόδοτον Ξύλου τὸν Ἁλικαρνασσόθεν* (vid. Luciani l. l., in quo tamen nunc recte editum legitur *Λύξου*), *ὅτι πολλαχοῦ ψευδογραφεῖ· ἐπείσθην δὲ ὡς Ξύλου δεῖ γράφειν, ἐντυχὼς τούτῳ ἐπιγράμματι, οὗ Ζήνων ἐν τετάρτῃ τῶν εὐθυνῶν μνημονεύει* (sequitur epitaphium infra §. 6. tractandum).

*) „An forte communi dialecto *Lyxas?* Conf. Gregor. Corinth. pag. 384 Schaef. Maittaire pag. 138 ed. Sturz." *Creuzer*. Conf. Tzschirner: Panyasid. Fragmm. p. 13.

ἐκ τούτου δῆλον ὅτι Ξύλου δεῖ γράφειν καὶ οὐκ Ὀξύλου. Quae diversitas nominis *Λύξου* et *Ξύλου* quomodo explicanda et num ad dialectos provocandum sit, quaerit Tzschirner: mihi e corruptela ortum videtur utrumque et *Ξύλου* et *Ὀξύλου*, indeque *Λύξου* unum verum habeo *Lyxam*que appellari existimo patrem Herodoti.

Matrem Suidas l. l. vocat *Dryo*, quam quod alio loco (s. v. *Πανύασις* T. III. p. 22) appellat *Rhoeo* (*Ῥοιώ*), id et ipsum ex corruptela fluxisse videtur. Tu conf. eundem Tzschirnerum l. l. pag. 13. 14. Praeterea *Theodorum* fratrem affert Suidas l. l. (II. 2. p. 55 ed. Bernh. Vitt. Graecc. Scriptt. p. 80 seq. ed. Westermann.), cognatum *Panyasin*, epicum poëtam celeberrimum: *Πανύασις Πολυάρχου, Ἁλικαρνασσεύς, τερατοσκόπος καὶ ποιητὴς ἐπῶν, ὃς σβεσθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγεν· Δοῦρις δὲ Διοκλέους τε παῖδα ἀνέγραψε καὶ Σάμιον, ὁμοίως δὲ καὶ Ἡρόδοτος* (*Ἡρόδοτον* proposuit Wesseling. in Dissertat. Herod. pag. 9. itemque Heyse et Funke l. mox l. pag. 134, Stoll in Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1844. nr. 57, pag. 451. Alia tentat Tzschirneri l. l. pag. 10, ubi vid. plura) *Θούριον· ἱστόρηται δὲ Πανύασις Ἡροδότου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος· γέγονε γὰρ Πανύασις Πολυάρχου, ὁ δ' Ἡρόδοτος Λύξου, τοῦ Πολυάρχου ἀδελφοῦ· τινὲς δ' οὐ Λύξην, ἀλλὰ Ῥοιώ, τὴν μητέρα Ἡροδότου, Παννάσιδος ἀδελφὴν ἱστόρησαν. Ὁ δὲ Πανύασις γέγονε κατὰ τὴν οή ὀλυμπιάδα, κατὰ δέ τινας πολλῷ πρεσβύτερος· γέγονε γὰρ ἐπὶ τῶν Περσικῶν· ἀνῃρέθη δ' ὑπὸ Λυγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἁλικαρνασσοῦ.* In quo loco, alia ut mittam, quae ad Panyasim*) potius quam ad Herodotum pertinent, id unum hic quaerendum videtur, quonam cognationis vinculo uterque fuerit coniunctus: quamquam vel hac in re diversum in modum iam veteres statuisse ipse Suidae locus satis docere potest, e cuius verbis, modo commutes *Παννάσιδος ἀδελφὴν* in *Πολυάρχου ἀδελφήν*, id sibi effecisse videtur Heyse De Herodot. vit. et itinn. pag. 15, ut aut patrueles aut amitini fuerint; in quo assensus est Funke Jahrbb. f. Philolog. u. Paedag. XXXIX. p. 134, utriusque propinquitatem ad id genus revocans, quod nos vocamus *Geschwisterkind*. Equidem, qui mutandi necessitatem nullam esse arbitror, huic sententiae, quae Panyasim et Herodotum fratrum (Polyarchi et Lyxae) filios reddit, alteram apud Suidam obstare credam, ex qua Herodoti mater fuerit Panyasidis soror, indeque Panyasis Herodoti avunculus: atque hanc sententiam vel propter temporum rationes ad verum magis accedere puto, quam eandem quoque proposuerunt Naekius ad Choerili fragm. et Tzschirner Panyasidis Fragmm. pag. 14. Qui idem quod alterum Panyasim proponit minorem natu, Panyasidis poëtae

---

*) De Panyaside poëta post Fabricium in Bibl. Graec. I. p. 734 seq. plures exposuerunt excitati a Tzschirnero l. l. p. 2. Tu vid. potissimum J. Tranér: Panyasis Halic. symposiacus Graecc. poëta. Upsalae 1833. 4. P. Tzschirner: De Panyasidis Halic. epici poëtae vita et carminn. P. I. Vratislav. 1836. 4 atque inprimis: Panyasidis Halicarnassei Heracleadis Fragmenta. Praemissis de Panyasidis vita et carminibus commentationibus ed. Pistoth. Tzschirner. Vratislav. 1842. 4. Fr. Ph. Funcke: De Panyasidis Halic. vita ac poësi. Bonn. 1837. 8.

nepotem, philosophum, qui Herodotum Thurios proficiscentem comitatus domicilium Thuriis cum Herodoto posuerit (pag. 72), id ex coniectura eaque valde incerta fluxisse mihi videtur. Nullus praeterea Herodoti cognatus memoratur. Qui enim VIII, 132 memoratur *Herodotus*, Basilidae filius, Chius, cognatus num fuerit, dubium; namque nominis similitudo scriptorem movere potuit, ut huius potissimum mentionem faceret.

§. 3.

De educatione et institutione Herodoti nihil traditum accepimus. Homeri carminibus eximiam illum dedisse operam vel inde colligi posse putat Iaeger Disputt. Herodd. p. 5, quod tot Homeri sententiae in Herodoti Musis expressae occurrant, addo tot verba, tot locutiones inde depromptae, quin omnis orationis forma et indoles ad poëticum s. epicum sermonem ascendens ipsumque argumentum ad epici carminis rationem distributum et conformatum. Vid. infra §. 12. Ac praeterea adolescens lectitasse videtur Hecataei Milesii libros, per Ioniam Graeciamque tunc temporis valde propagatos et celebratos *); unde iuvenilem scriptoris animum ad similia tentanda incensum fuisse haud improbabilis eiusdem Iaegeri est coniectura l. l. p. 6. Logographorum scripta Herodotum novisse cum Creuzero **) statuas licet; et potuit sane Panyasis, vir aetate provectior idemque et eruditissimus et celebratissimus, iuvenis animum ad literas tractandas erigere et ad altiora studia promovere ***). Hoc modo maturius in adolescentis animo illud consilium historiae scribendae orbisque terrarum in hunc finem peragrandi oriri potuit, quod postea tot annorum decursu tam eximie illum exsecutum esse videmus.

Halicarnasso Samum migrasse Herodotum ob Lygdamidis tyrannidem inque Samo Ionicam dialectum (vid. infra §. 14.) edoctum historias conscripsisse indeque in urbem Halicarnassum regressum, cum tyranno eiecto a civibus invidiâ pressum se videret, Thurios hinc discessisse †) Suidas refert l. supra l. vera, ut videtur, falsis commiscens, nulla etiam addita temporum annique, quo singula haec acciderint, notatione. Quae vero idem Suidas ††) de commercio Herodoti cum Choerilo poëta tradit

---

*) Conf. Creuzer. in Historicc. antiquiss. fragmm. p. 16. Vid. infra §. 8.

**) ibid. p. 95 seq. Vid. infra §. 8.

***) Pluribus haec persequitur Schoell in Philolog. X. pag. 38 seqq. ad Panyasim referens, quaecunque in Herodoti Musis leguntur de antiquioribus poëtis eorumque carminibus, itemque rerum divinarum illud studium, quod tot Musarum loci declarant.

†) Hinc Wesseling. in Praefat. p. 3, quem sequitur Larcherus, statuit a Samo profectum Herodotum itinera suscepisse, e quibus reversum cives suos ad patriam Halicarnassi liberandam adiuvisse. Res incerta ac dubia.

††) s. v. T. III. p. 695 (II, 2. p. 1691 Bernh.): *Χοιρίλος Σάμιος· τινὲς δ' Ἰασέα, ἄλλοι δ' Ἁλικαρνασσέα ἱστοροῦσι, γενέσθαι δὲ κατὰ Πανύασιν τοῖς χρόνοις, ἐπὶ δὲ τῶν Περσικῶν ὀλυμπιάδι οε΄ νεανίσκον ἤδη εἶναι, δοῦλόν τε Σαμίου τινὸς αὐτὸν γενέσθαι, εὐειδῆ πάνυ τὴν ὥραν, φυγεῖν*

qui adolescens Herodoti auditor adeoque amasius fuerit, temporum rationes ita repugnant, ut Choerilum, si, quemadmodum tradit Suidas, adolescens fuerit Olymp. LXXV (circa 480 a. Chr. n.; fuit autem Herodotus, ut supra vidimus §. 1, natus 484 ante Chr. n.), octo certe aut decem, adeoque pluribus annis Herodoto maiorem fuisse statuamus necesse sit, adeo ut minime discipulus Herodoti eiusque auditor et amasius haberi possit. Vid. Naeke ad Choerili fragmm. p. 19 seq.; quare cum eodem viro docto, qui Suidae testimonium, quod at tempus attinet, falsum esse satis probavit, Choerili natales satius erit (vid. p. 28) reiicere ad Olymp. LXXVII, 1 sive ann. 472 ante Chr. n. „Sic Herodoti (verba sunt Naekii l. l.), quo ille duodecim annis minor esset, commode potest et auditor et deliciae fuisse. Potest fuisse: nam declaratum est supra, me nihil aliud tenere, quam hoc, ut esse potuerit per temporum rationem. Sed ut accipiamus illa, quae prodidit Suidas, Choerilus fortasse Ol. LXXXI, 4 (circa 453 ante Chr. n.), quo annum aetatis decimum octavum expleverat, Samo profugus Herodoti discipulus, vel quod malo, auditor factus est et deliciae.“ In his plane subsistendum esse existimo: reliqua enim omnia incerta; nec magis certum, qua ipsa de causa et quo tempore Herodotus relictâ patriâ Samum adierit. Ob Lygdamidem tyrannum id factum esse tradit Suidas l. supra l. ac probabile id reddit Herodoti animus a tyrannorum imperio maxime alienus. Haec Herodoti sive commigratio sive expulsio ex Halicarnasso urbe ob Lygdamidem tyrannum Iaegero l. l. p. 7 opportune videtur cohaerere cum Panyasidis cognati calamitate, si quidem hic a Lygdamide tyranno interfectus est teste Suida l. supra l. Et habet sane hoc quandam veri speciem. Quamquam quo anno id factum sit, si quaeras, in diversas partes abire videmus viros doctos, cum vix certum supersit temporis indicium. C. O. Müller Dor. II. p. 499 Panyasim Olymp. LXXVIII, 4 s. 465 a Lygdamide interfectum esse posuerat: Clinton hoc refert ad Olymp. LXXX, 4 sive 457 eumque plures viri docti secuti sunt, quos laudat Tzschirner (Panyasid. Fragmm. p. 17), qui ipse ponit, Panyasim interfectum esse aut Olymp. LXXXII, 3 (sive 450 ante Chr. n.) aut uno duobusve annis post, obloquente Funckio in Jahrbb. f. Philol. XXXIX. pag. 135. Itaque Clintonis in sententiam aliis quoque viris doctis probatam si discedimus, Herodotus, vir iuvenis viginti septem annorum ferme, in Samum se recepisse putandus erit, in quam, Schoellium si sequimur (Philolog. X. pag. 27), dudum antea, circa Olymp. LXXVIII s. 468 ante Chr. n. profectus est una cum Panyaside avunculo, quem Sami receptum utque longius commoratum esse idem Schoellius statuit propter Duridis testimonium apud Suidam l. supra l., de quo equidem dubito: id unum mihi certum neque ullo modo dubitandum videtur, Herodotum patriâ relictâ Samum se contulisse ibique aliquamdiu commoratum literis vacasse in urbe, quae non commercio tantum rebusque navalibus, verum

τ' ἐκ Σάμου καὶ Ἡροδότῳ τῷ ἱστορικῷ παρεδρεύσαντα λόγων ἐρασθῆναι· οὗτινος αὐτὸν καὶ παιδικὰ γεγονέναι φασίν.

etiam literarum studiis floruit adeoque excelluit. A Samo profectus num itinera instituerit illa per omnem fere terrarum orbem illa aetate cognitum facta, an patria ex urbe progressus eadem, ex parte certe, susceperit, id utique ob testimoniorum inopiam in ambiguo relictum velim, cum certi quid asseverare haudquaquam liceat. Quod vero idem Iaegerus l. l. p. 20. 21 contendit, Herodotum perfectis longis itineribus in Samum, ubi iam antea, Halicarnasso ob Lygdamidis tyrannidem relicta, domicilium fixerat, reversum historiae scribundae operam ibi dedisse, occupatum in consignandis et digerendis iis, quae in itineribus sibi antea collegisset, praesertim Aegypti in rebus, qua in terra non longe ante fuerit commoratus: obstare videtur temporum ratio, quae in aliam nos deduxit sententiam. Vid. infra §. 7.

§. 4.

Cursum vitae Herodoteae persequentibus magna obiicitur difficultas ex illa, quam Olympiae habuisse fertur, operis recitatione; cuius primarium habemus testem Lucianum, loco maxime memorabili, quem integrum huc adscribere iuvat (Herod. s. Aet. §. 1. 2. Tom. IV. p. 116 seqq. ed. Bipont.):

Πλεύσας γὰρ (sc. Herodotus) *οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγραμμάτια· τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι· οὐκοῦν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν, οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν καὶ συλλέγειν τὴν γνῶσιν· ἐπεβούλευε δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας· ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν παρεῖχεν ἑαυτὸν Ὀλυμπίων, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι, καὶ εἴπου γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ· οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα καὶ κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.*

Addunt, huic recitationi Thucydidem puerum adfuisse eundemque ita commotum fuisse, ut lacrimas effuderit et historiae conscribundae consilium inde ceperit. Auctor est Suidas s. v. *Θουκυδίδης* T. II p. 199

A. et s. v. ὀργᾶν T. II. p. 707 (I, 2. pag. 1193 et II, 1. p. 1148 ed. Bernhardy). Marcellinus in Vita Thucydid. §. 54: λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὥς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν· ἔπειτά φασι τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον· ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. Nec aliter fere Photius in Cod. LX fin. (p. 19 Bekk.) coll. Tzetz. Chil. I, 19 et Tzetz. Schol. in Hermogen. (Cramer Anecdd. Oxonn. IV. p. 142), ubi haec leguntur: ὅτε τὰς ἱστορίας γὰρ Ἡρόδοτος ἦν γράφων, παιδίσκος ὢν ἐδάκρυσεν ἀκούσας Θουκυδίδης· τῷ Θουκυδίδου πατρὶ Ἡρόδοτος εἰρήκει· ὁ σὸς υἱός, ὦ Ὄλορε, ὀργῶσαν ψυχὴν ἔχει. Neque tamen ab his scriptoribus indicatur tempus recitationis; quam post itinera maximam certe partem confecta iustamque operis materiem inde collectam locum habuisse ponimus, ante Olymp. LXXXIX, 1 s. 444 a. Chr. n., quo scilicet anno Thurios cessisse fertur Herodotus*), nisi cum Thuriis postea iterum occasione oblata in Graeciam revertisse ibique recitasse statuas: qua de re iam supra diximus in nott. ad V, 77 et plura §. 5 infra dicemus; quamquam illud haud congruere videtur, quod recitationis tempore Thucydides puer fuisse narratur; unde Heyse mavult recitationis tempus referre ad Olymp. LXXXI s. 456 a. Chr. n., quo quidem anno Thucydides annum agebat decimum quintum, Herodotus duodetricesimum aut, si Krügerum sequaris, in libro de vita Thucydidis p. 32, Thucydides annum decimum aut duodecimum: quo posito omnes difficultates e temporum ratione ortas tolli posse idem Krügerus arbitratur. Et vid. quoque Voemel. in programm.: Quo anno Thurii sint conditi p. 9. Obiiciuntur his bina; alterum Plinii testimonium, H. N. XII, 4 s. 8, qui urbis Romae anno trecentesimo decimo Herodotum historiam suam Thuriis in Italia condidisse scribit, anno igitur 444 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIV, 1, quo ipso anno illum Thurios migrasse supra diximus; alterum illud est, quod in Herodoti opere adhuc superstite plura inveniuntur tradita, quae post illam recitationem, si quidem ea ante annum 444 ante Chr. n. habita est, acciderunt. De Sitalce sermo est IV, 80 et VII, 137: quo loco quae commemorantur, ea incidunt, ut in notis ad h. l. monuimus, in ann. 430 ante Chr. n. (Olymp. LXXXVII, 3); quae narrantur VII, 233 de Thebanorum expeditione in Plataeas, pertinent, ut ad h. l. monuimus, ad annum 431 ante Chr. n., ad quem eundem retulimus, quae de Decelea IX, 73 (ubi vid. nott.) afferuntur; alia, quae ad belli Peloponnesiaci tempora spectant, invenimus indicata V, 76 et 77. III, 49. VI, 98. VII, 106, ad quos locos vid. nott. Neque vero huc referri posse, quae de Amyrtaeo III, 15, et I, 130 de Medis, qui a Dario defecerunt, traduntur, in nott.

---

*) C. Fr. Hermann (vid. T. II. p. 207 ed. nostr.) posuit Olymp. LXXXIII, 3 sive 446 ante Chr. n.: quo anno cum Eusebius Athenis libros suos recitasse Herodotum ponat, id ad Olympicam recitationem ille referri vult. Lahmeyer (De libelli Plutarchei, qui de malignitate Herodoti inscribitur, auctoritate p. 15) cum Krügero mavult annum ipsum 444 ante Chr. n. ponere, quo recitatio Olympiae habita sit.

ad hos locos monstravimus, sed probabiliter cum Schoellio (in Philolog. IX. p. 198) huc refero, quae VII, 114 de Amastride narrantur, quae *γηράσασα* bis septem pueros defodisse vivos dicitur; haec enim Xerxis uxor brevi ante Artaxerxem, qui exeunte anno 425 ante Chr. n. mortuus est, obiisse traditur. Tu vide de his omnino Schoell. l. l. coll. Dahlmanno in libro, qui Herodotus inscribitur, pag. 38—47 et Heysio l. l. p. 69, 74 seq.

Neque vero his eam, quam de recitationis tempore posui, sententiam convelli posse putem. Quod enim ad Plinium attinet Thuriis Herodotum opus suum *condidisse* (i. e. *composuisse, scripsisse*) *) dicentem, et ipse statuo Thuriis **) Herodotum opus dudum inceptum et inchoatum denuo retractasse et in eam, quam adhuc habemus, redegisse formam, ne dicam absolvisse, si quidem vel sic imperfectum mansit illud ***), neque in fine, neque in aliis partibus plane absolutum †), cum senem in elaborando, perficiendo, limando occupatum praematura mors oppressisse videatur, adeo ut vel fine careret liber, quem ulterius e scriptoris consilio spectasse haud male coniecit Dahlmann. l. l. p. 137. 217, qui idem recte statuit pag. 48 seq. senem fuisse Herodotum, cum Thuriis opus suum conderet. Nec male Iaegerus l. l. p. 16: „Libri scriptionem in ultimam vitae Herodoti partem incidere, clamat denique totus operis color, senilis ingenii indolem redolens. Judicandi disserendique ratio, per totum librum obvia, ut de vitae humanae conditione rerumque humanarum cursu, hominis est multas experti variasque res.“ In Graecia magna Herodotum historias suas absolvisse probant etiam, quae ad IV, 95 coll. 99 et IX, 73 notavi. Ac Thuriis historiis suis addidisse atque inseruisse videtur ut multa alia, ita potissimum ea, quae in hisce Musarum libris obvia ad seriorem aetatem pertinent ††) supra iam allata. Sed

---

*) Cf. Heyse l. l. p. 71.

**) Sic, uti hoc utar, in Italia literis mandata esse apparet, quae leguntur IV, 15, ubi vid. not. IV, 99. V, 44, ubi vid. nott. Conf. Krüger: De vit. Thucyd. p. 25.

***) Vid. nott. ad I, 106. V, 27. VII, 213. VIII, 104. (coll. 132.) IX, 122. Conf. Dahlmann. p. 48. 217. Iaeger. l. l. p. 13. Aliter de his statuit Mure l. supra l. IV. pag. 547 seqq.

†) Hinc sponte concidunt, quae olim tradebant de Herodoto, qui praeter libros Musarum titulis insignitos hodieque superstites alios quoque rerum *Assyriacarum* aut *Libycarum* (conf. 106 et II, 161 ibique nott.) libros conscripserit; qua de re olim disputarat Wesseling. in Dissert. Herod. I et II. p. 1 seq. 9 seqq. Accedit, quod Herodoti nomen a librariis haud raro cum Herodori, aliorum nominibus similibus prave confundebatur (cf. §. 1) nec raro inde Herodoti sub nomine afferebantur sententiae ac voces in Horodoti Musis minime obviae, quas ex aliis Herodoti scriptis depromptas esse opinabantur. Sed meliora iam docuit idem Wesseling. Diss. Herod. III, pag. 16 seqq.

††) „In Bibl. Coisliniana cod. CLXXVII leges in Graecorum fuisse proverbio: *εἰς τὴν Ἡροδότου σκιὰν, ἐπὶ τῶν μὴ τελεσιουργούντων ἃ προείλοντο*; nam Herodotus legere libros suos volens in Olympicis sole nimium splendente propositum ex penuria umbrae non executus dicitur. Nostra hic non interest an revera partes publici lectoris susceperit nec ne: satis est, e proverbio patere aut totam aut maiorem certe historia-

haec nihil obstant, quo minus quae iam antea in itineribus longinquis de Asia, de Persarum, Graecorum, aliorum rebus sibi collecta et parata habuerit *) pater historiae, Olympiae praelegerit speciminis causa, antequam Thurios discessisset, Graecorum in notitiam quo veniret. Nam multum abest, ut opus, quale nunc exstat, illa sollemni occasione, ab Herodoto totum recitatum fuisse putemus; partem operis ille qualemcunque, sive λόγον, ut dicere solet **), praelegit, Graecis monstraturus, quid de se ipso deque opere suo exspectandum esset, partem dico vel rerum Asiaticarum, ut Heysio placet l. l. p. 41, cui haud scio an recte in eo obloquatur Iaegerus l. l. p. 9, vel rerum Graecarum. Nam, quod recte contendit Krüger l. l. p. 31, valde fit probabile, Herodotum iam Olymp. LXXXIII, 3 et LXXXIV, 1 tantum habuisse elaboratum, quantum ad praelectionem habendam sufficeret; nec prorsus inde reiiciendum Suidae testimonium, *Sami* historias suas Herodotum conscripsisse: modo ne totum quale nunc manibus terimus opus ibi elaboratum fuisse existimes ***); quamquam longius Nostrum hac in insula commoratum fuisse valde probabile. Vid. nott. ad III, 60 et 139. Hinc igitur, itineribus per Asiam, Africam, alias orbis terrarum partes factis, in Graeciam profectus recitare Herodotus potuit Olympiae: quo loco istiusmodi recitationes fuisse habitas vel ea, quae Dahlm. l. l. p. 19 attulit, satis probant; affirmant recitationes, quas Herodotum Athenis, Corinthi et fortasse etiam Thebis habuisse tradunt †). Sed id hac in tota quaestione potissimum teneri velim, non totum, quale nunc exstat, opus ab Herodoto praelectum fuisse, sed partes tantum operis quasdam ante elaboratas; ut adeo totum opus recitatum si pronuntiat Lucianus l. supra l., rem pro more exornasse et amplificasse putandus sit; ex quo tamen minime id sequitur, omnem recitationis narrationem continuo pro falsa et ficticia esse habendam ††): ad quam probandam vel aliud afferre licet antiquitatis testimonium, ex quo certe intelligitur, hanc famam de Herodoti recitatione Olympiae habita ita antiquitus propagatam fuisse, ut vel proverbio ori-

---

rum partem ab Herodoto in Graecia iam absolutam fuisse, licet altera parte postea temporis ad finem perducta; sed quinam libri Thuriis seu scripti fuerint seu correcti et emendati, neminem facile definiturum puto.“ L. Lehnert: De foedere Ionico disquis. (Berolin. 1830) p. 55.

*) Conf. Krüger. l. l. p. 31.

**) Vid. infra §. 13.

***) Schoellius (Philolog. IX. p. 29 seqq. 69), qui et ipse existimat Herodotum per omnem vitae cursum in opere conscribendo et perficiendo versatum esse, primum tamen Sami conscripta perhibet ea, quae nunc fere libris VII—IX continentur, una cum prooemio, quod hi libri sive hae operis, quale nun exstat, partes continuo exceperint, ita ut cum eo ipso unum quoddam totum constituerint: in iis vero, quae post accesserint, potissimum cerni vult eam vim, quam Panyasidis consuetudo in Herodoti iuvenis animum exercuerit, ad poëtas, vates, oracula, alia id genus respicientis et ita scribentis, ut oraculorum dignitatem atque vim in omnes res humanas illustrandam sibi putaret.

†) Vid. Krüger. l. l. p. 23. 24.

††) Vid. Heyse l. l. p. 27. Krüger l. l. p. 30.

ginem dare potuerit. Quod enim a Montefalconio in Biblioth. Coislin. pag. 609 editum est proverbium, indeque receptum in Paroemiographorum collectiones (vid. T. I. p. 400 ed. Gotting.), sic se habet: εἰς τὴν Ἡροδότου σκιάν· ἐπὶ τῶν μὴ τελεσιουργούντων ἃ προείλοντο· φασὶ γὰρ Ἡρόδοτον τὸν λογογράφον Ὀλυμπιάσι δεῖξαι βουληθέντα τὴν ἑαυτοῦ ἱστορίαν ἀναβάλλεσθαι ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, φάσκοντα σκιᾶς εἰ ἐπιλάβοιτο ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ὀλυμπίου, δείξειν τὴν ἱστορίαν· ἐστὶ γὰρ δεινῶς προσήλιον τὸ χωρίον· ἔλαθεν οὖν αὐτὸν διαλυθεῖσα ἡ πανήγυρις οὐκ ἐπιδειξάμενον τὰς ἱστορίας.

Sed de hac ipsa recitatione quid omnino statuendum sit, antequam accuratius videamus, dicendum erit de eo, quod supra Suida potissimum ac Marcellino testibus retulimus de Thucydide puero praesente et Herodoti recitatione excitato ad simile opus historiarum condendum. Etenim plures exstiterunt, qui de hac narratione prorsus dubitarent eandemque adeo plane reiicerent: inter quos primo loco ponendus Heilmannus in Vita Thucydidis, quam interpretationi Germanicae praefixit, atque ei adstipulans Poppo in Prolegg. ad Thucydid. Vol. I. p. 24 seqq. 335, tum chronologicis rationibus ductus, „quod Thucydide puero Herodotus modo tredecim annos natu maior libros suos demum multis terris peragratis scriptos recitare haud facile potuerit, tum vero etiam eo, quod haec res ipsa per se incredibilis videatur, cum Thucydidis ingenio repugnet, qui vulgi iudicis contemptorem se ostendat neque ullam unquam Herodoti historiae ab iis, quae ipse in historia spectanda putaret, alienissimae admirationem prodat.“ Quae pluribus licet refutare studuerit Heyse*) probaturus haud incredibilem videri hanc de Thucydide narrationem, quod idem statuerunt Krüger**), Vömel***), alii: tamen fictam prorsus habendam esse hanc famam statuerunt ii, qui omnem illam de Herodoti recitatione Olympica narrationem ad fabulas relegarunt, veluti Dahlmannus†), Mure††), alii; dubitanter pronuntiarunt ii, qui illam recitationem fieri potuisse licet minime negarent, tamen ea, quae de Thucydide praesente feruntur, vera vix haberi posse sibi persuaderent, ut Hüllmannus†††), Göller*†), ac potissimum Lahmeyer**†), qui admodum accurate hanc quaestionem tractavit atque vel propter dubiam testium fidem hanc narrationem addubitari posse professus est. Equidem quamquam neque Suidae neque Marcellini narrationem prorsus fictam, sed ex antiquioribus certe fontibus ductam esse mihi persuadeo indeque

*) De Herodoti vit. et itinn. p. 28 seqq.

**) Untersuchungg. über das Leben des Thucydid. p. 9 seq. 24 seq.

***) In programmate, quod 1833 Francofurti prodiit: Quo anno libri conditi sint pag. 9.

†) Herodot. p. 216.

††) History of the language etc. IV. p. 267 seqq.

†††) Griechische Denkwürdigkk. p. 178.

*†) In Vita Thucyd. p. 30—43 ed. sec.

**†) De libelli Plutarchei, qui de malignitate Herodoti inscribitur, fide et auctoritate (Gotting. 1848) p. 14.

idoneam dubitandi causam haud afferri, praesertim cum temporum rationes vix refragentur, modo id teneamus, Herodotum partem tantum operis Olympiae recitasse idque factum esse brevi ante annum 444 ante Chr. n., quo tempore Thucydidem, natum illum quidem circa annum 456—452 ante Chr. n., puerum adesse potuisse perspicuum est. Tamen id maximam mihi movet dubitandi suspicionem, quod nullo modo, ut nunc mihi satis intellexisse videor, sibi invicem cogniti fuerunt Herodotus atque Thucydides, nec ullum exstat vestigium, ex quo certo ac iure colligi possit, alterum alterius opus cognitum habuisse: etenim ut iam supra professus sum in nott. ad VI, 57. 98 coll. ad IX, 53 nott., haud mihi persuasit Ern. Ad. Salomon, qui in Programm. Berolinensi anni 1851 („De Thucydide et Herodoto: Quaestionum historicarum Specimen") p. 14 seqq., 17 seqq. Herodotum recitantem aliquo certe loco ab Thucydide auditum esse contendit Thucydidique in historia conscribenda Herodoteum opus ad manus fuisse e pluribus locis colligi posse putat: de quibus locis aliter mihi statuendum videri dixi assentientemque reperio, qui de eodem argumento scripsit Chr. Fuetterer („De plurimis Thucydidis Herodotique locis, in quibus uterque scriptor de iisdem rebus disserit. Hagiopol. 1843), qui et ipse negat Thucydidi opus Herodoteum unquam cognitum fuisse eundemque tecte, ut volunt, Herodoti Musas aliquot locis perstrinxisse; vid. potissimum p. 31. Quare falli putamus Blomfieldium, qui aliquot Thucydidis locis (v. c. II, 71. 76. 84. V, 105. VI, 19) vestigia imitationis Herodoteae sibi deprehendisse visus est: tu vid. rectius de his statuentem Popponem in Commentarr. Part. III. Vol. I. p. 177. Vol. III. p. 713*). Quae cum ita sint, facile tamen intelligitur, quomodo postera aetate haec fama oriri potuerit, cum inter viros antiquitatis insignes, qui in eodem literarum genere excelluerint, necessitudinem quandam constituere sedulo studuerint grammatici**): nec sane necesse erit, regredi ad ipsa Thucydidis verba, quae leguntur I, 21 et 22: unde hanc famam ita ortam esse putat Ideler***), ut verbis Thucydideis (I, 21: *ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει.* I, 22: *καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ξύγκειται* et I, 2: *ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξύγκειται*) usus sit poëta quidam hanc famam commenturus.

His igitur monitis de ea fama, quae Thucydidem puerum adolescentemve Herodoto viro iuveni adiunxit, ad ipsam illam recitationem Olympiae habitam animum advertamus. Etenim nostra aetate exstitit Dahlmannus, qui in libro supra laudato copiosa disputatione (pag. 12 seqq.) id efficere studuit, ut hanc traditionem de Herodoto opus suum praelegente omnem a Luciano, scriptore mendaci nec ulla fide digno, confictam esse putemus. Ac vel eo usque progreditur vir doctissimus, ut Graecos talis operis recitationem audire potuisse neget, quin taedium inde cape-

*) Nec magis *Xenophontem* inter Herodoti imitatores retuleris: vid. nott. ad VIII, 96.

**) Cf. Lahmeyer l. l.

***) Die Sage vom Schuss des Tell. pag. 69 not.

rint virique iuvenis reprehensionem Graecas res elevantis aegre tulerint! cum neminem sane fugiat, Herodoti historias non ad elevandam, sed ad illustrandam Graeci nominis gloriam in rebus Persicis maxime conspicuam esse conscriptas. Nec firmiora esse quae alia attulit idem Dahlmannus argumenta, Heysius ostendit copiosa et accurata disputatione pag. 30—49, quam hic repetere non vacat. Ubi merito vir doctus Luciani suscepit patrocinium p. 38, quem eundem scriptorem hac in causa studiose tuetur Iacob in libro de scriptis et indole Luciani p. 134 seq. coll. C. Fr. Hermanno ad Lucian.: Quo modo histor. scr. p. 257 et potissimum Krügero in Annall. Berolinenss. 1828. nr. 29 et in libro de Thucydidis Vita pag. 12—21, qui etiam reliqua Dahlmanni fregit argumenta. Quin in ipsis Herodoti verbis III, 80 et VI, 43 Krüger l. l. p. 23 vestigium cognosci posse putat, ex quo Herodotum ante opus finitum atque emissum singulas quasdam historiarum partes publice praelegisse suspiceris. Quod uti fieri potuisse minime nego, ex his tamen locis vix certo colligi posse existimo.

Post Dahlmannum, in cuius partes plures viri docti*) discesserunt, idem argumentum denuo persecutus est Mure**), prorsus falsa ac ficta esse pronuntians ea, quae de Herodoti recitatione tradantur Olympiae facta: idemque etiam nuper probare studuit Schoellius***) contra eos potissimum disputans, qui, uti Heysius atque Krüger illam Luciani narrationem tueri conati sunt, sed cautius in disputationis institutae fine id monens, *potuisse utique fieri*, ut aliquando Herodotus historiae suae partem quandam Olympiae recitarit: sed inde non sequi, ut revera id fecisse putandus sit, neque Luciani fidem sufficere posse, ut Herodotum recitasse credamus. Quem ita potius egisse putat Nissen †), ut ex itineribus reversus per Graeciam peregrinando variis locis, in quibus commoratus est, Graecis circa ipsum confluentibus viva voce quae vidisset adeoque etiam literis iam consignasset, exposuerit, Sophistarum fere in modum ἐπιδείξεις celebrantium: unde famam de Herodoti recitationibus ortam esse idem existimat. Alii viri docti ††) in ea acquieverunt sententia, ut de recitationis Olympiae habitae fide vix dubitari posse existimarent: modo id non de toto Herodoti opere, sed de parte quadam intelligas: eandemque sententiam pluribus denuo corroborare studuit Lahmeyer †††), nihil sane esse commonstrans, cur de recitatitionis Olympicae veritate dubitandum sit; haec vero recitatio ut revera fieri potuisse putanda est, ita vel maxime congrua invenitur moribus Graecorum in

---

*) V. c. Jäger l. supra l. pag. 8—19, vir doctus in Ephemeridd. Jenenss. 1828. nr. 187. p. 51 seqq., Fr. Ritter ibid. 1842. p. 347.

**) History etc. IV. p. 254 seqq. 539.

***) in Philolog. X. p. 410—417.

†) Zeitschrift für Alterthumswissensch. 1839. nr. 25. pag. 197.

††) Vid. Hüllmann: Griech. Denkwürdigk. p. 168 seqq., Westermann. ad G. J. Voss. de histor. Graecc. p. 37, Roscher: Klio p. 92 seqq. 117, alii, quos excitavit Lahmeyer l. l. p. 9.

†††) l. l. pag. 10 seqq.

idoneam dubita
nes vix refrage
ris Olympiae r
Chr. n., quo t
456—452 ante
id maximam mil
nunc mihi satis
tus atque Thuc
iure colligi poss
iam supra prof
haud mihi pers
anni 1851 („De
cimen“) p. 14 s
ab Thucydide au
benda Herodoteu
putat: de quibu
que reperio, qui
mis Thucydidis I
rebus disserit. H
doteum unquam c
Musas aliquot l
putamus Blomfiel
V, 105. VI, 19) v
est: tu vid. rectiu
Vol. I. p. 177. V
telligitur, quomod
viros antiquitatis
necessitudinem qu
sane necesse erit,
et 22: unde hanc f
cydideis (I, 21: ἐπ
ἀκρόασιν ξύγκειται
sit poëta quidam I

His igitur n
temve Herodoto
piae habitam an
mannus, qui in
id efficere stud
gente omnem
sse putemus.
alis operis r

[illegible] Herodoti [illegible] manifestam [illegible] Antigona [illegible] ante Chr. n. edita statuere [illegible] quos nunc novimus, librorum historicorum [illegible] simillimum est, Sophoclem, cui notus [illegible] libri clare ex Antigonae illo [illegible] et ipsum [illegible] interfuisse [illegible] convertisse [illegible] Vol. I. [illegible] sui partem [illegible] spectantia [illegible] sententia supra allata [illegible] VIII. [illegible] Herodoto [illegible] quamquam, quod [illegible] libri unius elaborati atque perfecti [illegible] causam ad posteram Herodoti [illegible] ad illa tempora, quibus ab itineribus [illegible] scribere coepit atque conscripta praelegisse [illegible] hanc quaestionem in dubio relinquere malo [illegible]

[illegible] Olympiae habitae alteram iungamus testi[illegible] [illegible] cap. 26 p. 862 B †) atque Euseb[illegible] Plutarch[illegible] Herod. [illegible]

*) Hanc [illegible] Daunou (Cours d'études historiques T. VIII. p. 44 [illegible] Herodotum coram Graecis in conventu Olympico (456—452 ante Chr. n.) partem quandam operis, quam [illegible] [illegible]tam et paratam habuerit, recitasse statuit.

**) p. 42. 48.

***) p. 15.

[illegible] ipsum paulo [illegible] integrum: ἀλλα [illegible] antecedentibus Herodotum [illegible] Atheniensibus, cum [illegible] res scribere professus sit [illegible] prae ceteris [illegible] τοῦ Ἡροδότου πρὸς ἐκεῖνον [illegible]

onicc. p. 169 sub Olymp. LXXXIII, 4*) *Athenis* habitam et quidem, si vere prodit Eusebius, anno a. Chr. n. 445 s. Olymp. LXXXIII, ut, quae Scaligeri (ad Euseb. l. l.) est opinio Herodotum magnorum athenaeorum sollemnibus recitasse suspicantis, anno Olymp. LXXXIII, 446 a. Chr. n., quamquam iudice Heysio p. 54 nihil certe obstat, quo s recitationem Panathenaeorum minorum festo quotannis celebrari habitam esse existimemus: utroque enim in festo poëtica et musica mina locum habuisse constat. Vide Heysium l. l. Qua in recitatione non aliter atque in Olympiaca eam operis partem, quam elaboraque paratam habuit scriptor, praelectam fuisse, utique videtur taneum: quae tamen fuerit ista pars, non magis habeo certo diam Heyse, qui recte, opinor, sic statuit: „Vel maxime consentavidetur, eam potissimum partem hac occasione in lucem esse pro, quae Graeciae et ante omnes Atheniensium fortiter et gloriose narrabat: Persica dico bella. Quorum enarrationem si audivisse is Athenienses, facile intelliges, cur non satis sibi habuerint s et plausu prosecutos esse auctorem, sed insuper praemio eum rint. Praemium enim retulisse Herodotum neque per se improst, neque magnum virum dedecet, modo ne corruptum sed ornac pretio eum putes"**). Et hinc fortasse originem ista cepit ua in historia Atheniensibus nimis favisse, Spartanis infensum ierodotum clamabant, partium scil. studio abductum. Quae quam it criminatio atque futilis, satis docebunt ad VI, 108. VII, 102. IX, 22 notata: quamquam satis inde cognoscitur, quantâ curâ Noster Atheniensium res amplexus quamque benevolo animo dem fuerit affectus, ut vel inde haud incredibile videatur, quod tione Athenis ab Herodoto facta traditum accepimus; quae si cidit anno, quo posuit Eusebius, 445 ante Chr. n., omnia bene intelligimus, si quidem probabilius videtur, Herodotum, anterios cum Atheniensium colonis proficisceretur, hac ipsa recitaeniensibus se adeo commendasse conspicuumque reddidisse, ut olonis adscribi eundem paterentur. Unum id minus congruit, archus vel potius Diyllus Herodotum decem talenta dono acceit ex decreto Atheniensium, quod scripsit Anytus: quod si t, ipsa recitatio ad longe posteriora tempora reiiciatur necesse post annum 412 (quo anno vix in vivis amplius fuisse Nostrum) hanc recitationem factam statuas cum C. Fr. Hermanno (vid. T. II.

ω ταῦτ' Ἀθηναίοις, οὐκ ἂν εἴασαν οὐδὲ περιεῖδον, ἐνάτῃ τὸν ίδην παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης μένον καὶ ταῦτα δευτεραῖον εἰς Σπάρτην ἐξ Ἀθηνῶν (ὡς αὐτὸς) ἀπιγμένον· εἰ μὴ μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους Ἀθηναῖοι μετντο τοὺς συμμάχους· ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ων, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν ημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος εἴρηκεν.

Ubi haec legimus: Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῶν Ἀθηναίων βουναγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους.

) Vid. l. l. p. 56.

sollemnibus festis conventibusque publicis opera sua vel certe partes quasdam insignes, sive ligato sive soluto sermone compositas, recitantium, quo aequalium animos ad haec ipsa adverterent seque ipsos quodammodo commendarent. Neque alia de causa Herodotus quoque publice praelegisse putandus erit: quod declarant praeter hanc, de qua diximus, Olympicam recitationem aliae quoque recitationes aliis locis habitae quae feruntur fidemque adeo conciliant recitationi Olympicae*). In qua quamnam operis, quale nunc exstat, partem Herodotus praelegerit, si quaeras, certo id constitui vix poterit, praesertim cum Herodotum usque ad summam senectutem in opere perficiendo et illustrando versatum esse videamus, ut quid initio conscriptum habuerit et quid postea accesserit literisque mandatum sit, difficulter pronunties. De Asiaticis libri primi historiis cogitandum esse quod statuit Heyse**), merito refragatus est Lahmeyer***), qui propter manifestam, ut putat, Herodotei loci III, 119 imitationem in Sophoclis Antigona (v. 902 seqq.) triennio fere post annum 444 ante Chr. n. edita statuere mavult, „ex tertio fortasse eorum, quos nunc novimus, librorum historicum Olympiae recitasse: veri enim simillimum est, Sophoclem, cui notam fuisse partem illius libri clare ex Antigonae illo loco apparet, et ipsum Olympiae recitationi interfuisse indeque narrationem illam intertextam in suum usum convertisse.“ De qua viri docti suspicione quid statuendum sit, vel ex iis intelligi poterit, quae ad illum Herodoti locum Vol. II. p. 230 seqq. adnotavimus. Ac probabilius sane videtur magisque consentaneum, Herodotum in sollemni Graecorum conventu operis sui partem quandam recitasse ad bella inter Graecos et barbaros gesta spectantem: idque haud scio an conveniat cum Schoellii sententia supra allata, qua primum Sami ab Herodoto exarata putat ea, quae libris VII. VIII. IX continentur una cum prooemio: quamquam, quod vix quemquam fugere posse existimo, hi libri minus elaborati atque perfecti videntur quam ii, qui antecedunt, eamque ob causam ad posteram Herodoti aetatem potius erunt referendi, quam ad illa tempora, quibus ab itineribus reversus historiae opus conscribere coepit atque conscripta praelegisse putandus est. Quare totam hanc quaestionem in dubio relinquere malim quam certi quid pronuntiare.

Huic vero recitationi Olympiae habitae alteram iungamus testibus Plutarcho De malignit. Herod. cap. 26 p. 862 B†) atque Eusebio in

---

*) Hanc ob causam quoque Daunou (Cours d'études historiques T. VIII. p. 44 coll. VII. p. 28) Herodotum coram Graecis in conventu Olympico (456—452 ante Chr. n.) partem quandam operis, quam elaboratam et paratam habuerit, recitasse statuit.

**) p. 42. 48.

***) p. 15.

†) Locum ipsum paulo obscuriorem adscribam integrum: *ἀλλὰ τοῦτό γε* (in proxime antecedentibus Herodotum ait Atheniensibus, cum omnium Graecorum res scribere professus sit, insigni modo prae ceteris studuisse) *βοηθεῖ τῷ Ἡροδότῳ πρὸς ἐκείνην τὴν διαβολήν, ἣν ἔχει κολακεύσας τοὺς Ἀθηναίους, ἀργύριον πολὺ λαβεῖν παρ' αὐτῶν· εἰ γὰρ*

Chronicc. p. 169 sub Olymp. LXXXIII, 4*) *Athenis* habitam et quiquidem, si vere prodit Eusebius, anno a. Chr. n. 445 s. Olymp. LXXXIII, 4, aut, quae Scaligeri (ad Euseb. l. l.) est opinio Herodotum magnorum Panathenaeorum sollemnibus recitasse suspicantis, anno Olymp. LXXXIII, 3 s. 446 a. Chr. n., quamquam iudice Heysio p. 54 nihil certe obstat, quo minus recitationem Panathenaeorum minorum festo quotannis celebrari solito habitam esse existimemus: utroque enim in festo poëtica et musica certamina locum habuisse constat. Vide Heysium l. l. Qua in recitatione Attica non aliter atque in Olympiaca eam operis partem, quam elaboratam atque paratam habuit scriptor, praelectam fuisse, utique videtur consentaneum: quae tamen fuerit ista pars, non magis habeo certo dicere quam Heyse, qui recte, opinor, sic statuit: „Vel maxime consentaneum videtur, eam potissimum partem hac occasione in lucem esse protractam, quae Graeciae et ante omnes Atheniensium fortiter et gloriose facta enarrabat: Persica dico bella. Quorum enarrationem si audivisse statueris Athenienses, facile intelliges, cur non satis sibi habuerint laudibus et plausu prosecutos esse auctorem, sed insuper praemio eum donaverint. Praemium enim retulisse Herodotum neque per se improbabile est, neque magnum virum dedecet, modo ne corruptum sed ornatum hoc pretio eum putes" **). Et hinc fortasse originem ista cepit fama, qua in historia Atheniensibus nimis favisse, Spartanis infensum fuisse Herodotum clamabant, partium scil. studio abductum. Quae quam inanis sit criminatio atque futilis, satis docebunt ad VI, 108. VII, 102. VIII, 3. IX, 22 notata: quamquam satis inde cognoscitur, quantâ curâ omnino Noster Atheniensium res amplexus quamque benevolo animo erga eosdem fuerit affectus, ut vel inde haud incredibile videatur, quod de recitatione Athenis ab Herodoto facta traditum accepimus; quae si revera accidit anno, quo posuit Eusebius, 445 ante Chr. n., omnia bene congruere intelligimus, si quidem probabilius videtur, Herodotum, antequam Thurios cum Atheniensium colonis proficisceretur, hac ipsa recitatione Atheniensibus se adeo commendasse conspicuumque reddidisse, ut ipsorum colonis adscribi eundem paterentur. Unum id minus congruit, quod Plutarchus vel potius Diyllus Herodotum decem talenta dono accepisse tradit ex decreto Atheniensium, quod scripsit Anytus: quod si verum est, ipsa recitatio ad longe posteriora tempora reiiciatur necesse est, sive post annum 412 (quo anno vix in vivis amplius fuisse Nostrum existimo) hanc recitationem factam statuas cum C. Fr. Hermanno (vid. T. II.

ἀνέγνω ταῦτ' Ἀθηναίοις, οὐκ ἂν εἴασαν οὐδὲ περιεῖδον, ἐνάτῃ τὸν Φιλιππίδην παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης γεγενημένον καὶ ταῦτα δευτεραῖον εἰς Σπάρτην ἐξ Ἀθηνῶν (ὥς αὐτός φησιν) ἀπιγμένον· εἰ μὴ μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους Ἀθηναῖοι μετεπέμποντο τοὺς συμμάχους· ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος εἴρηκεν.

*) Ubi haec legimus: *Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῶν Ἀθηναίων βουλῆς ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους.*

**) Vid. l. l. p. 56.

p. 700 ed. nostr.), sive, quod certe minus offendit, paucis annis ante cladem Siciliensem habitam censeas cum Lahmeyero (l. l. p. 19), cum Herodotus Thuriis iter Athenas fecisset (vid. nott. ad V, 77). Quae cum ita sint, malim utique Eusebium sequi, quem eundem quoque secutus est Schoellius l. l. pag. 417—423 pluribus de hac recitatione eiusque argumento disputans; praesertim cum quae Diyllus narrat, dubiam fidem habeant omnisque haec res *ἐκ τῆς κατεψευσμένης ἱστορίας* arrepta prorsusque ficta videatur, Cobeto iudice in Mnemosyn. VII. p. 268.

His recitationibus tertia adeo accedet, si respicimus ea, quae in oratione Corinthiaca, quae Dioni Chrysostomo vulgo tribuitur et in eiusdem orationes recepta est (nr. XXXVII), leguntur §. 7. pag. 456 sive p. 103 Reisk.: *ἧκε δὲ καὶ Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς* (scil. Corinthum) *ὡς ὑμᾶς λόγους φέρων Ἑλληνικοὺς ἄλλους τε καὶ Κορινθίους οὐδέπω ψευδεῖς, ἀνθ᾽ ὧν ἠξίου παρὰ τῆς πόλεως μισθὸν ἄρνυσθαι· διαμαρτὼν δὲ καὶ τούτου (οὐ γὰρ ἠξίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δόξαν ἀγοράζειν) μετεσκεύασεν ἐκεῖνα, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα, τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον*: quae verba, quod ad Corinthios attinet animumque scriptoris in Corinthios non malevolum, iam tractavimus in nott. ad VIII, 94. Etenim si quid veri subest, haec verba id certe docent, Herodotum eodem fere modo, quo Olympiae atque Athenis, *Corinthi* quoque historiarum partem, Corinthiorum in gratiam, quibus opus suum innotescere voluit, praelegisse; eodemque spectare videntur verba Luciani supra allata: *τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι*: quamquam nec de tempore, quo haec recitatio facta est, neque de argumento eius quidquam certi constat. Tu conf. Heysium l. l. pag. 58 seq. et quae plura exposuerunt Lahmeyer l. l. pag. 19 seq. et Schoellius l. l. p. 424 seq. Atque aliis quoque locis per Graeciam recitasse Herodotum haud absonum erit statuere (cf. Schoell. l. l.) ipsumque Luciani locum l. quis afferre possit commonstraturus, coram Argivis et Lacedaemoniis recitasse Nostrum: de qua re equidem certi nihil affirmaverim secutus Lahmeyerum p. 21. Quin *Thebis* quoque Nostrum recitasse suspiceris e Plutarchi loco De Herod. malignit. cap. 31, nisi haec tota narratio a posterioris aetatis grammatico malevolo ficta est, quam usquequaque veram esse vix mihi persuadere possum. Conf. Heyse p. 60 seq.

§. 5.

Si igitur brevi ante annum 444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1 Olympiae et anno 446 s. 445 (Olymp. LXXXIII, 3 s. 4) Athenis recitavit Herodotus, illum hoc tempore in Graecia ipsa commoratum fuisse oportet, reversum ex itineribus longinquis. Neque vero uno Athenarum loco illum commoratum esse credibile fit, sed reliquas etiam Graeciae partes peragrasse videtur historiae perficiundae causa usque ad annum

444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1: quo ipso anno *) coloniae Athenis Thurios deductae Herodotum se addidisse Suidas refert; quocum faciunt hac in re Strabo XIV. p. 656 s. 970 *A*. Plutarch. II. p. 604 F. sive De exsil. cap. 13 coll. Herodoti epitaphio apud schol. ad Aristophan. Nubb. 331. Ac vel si duas Thurios missas colonias secernendas existimes, prouti compluribus viris doctis nunc placet (vid. Theod. Müller: De Thuriorum republ. pag. 4 seqq., Lud. Schiller: De Thuriorum rebb. p. 11 seqq., qui praeterea laudat Hoelscher. de vita et scriptt. Lysiae p. 17 seq. et Bergk. in Commentatt. de reliquiis comoediae Atticae p. 51 seqq.), alteram archonte Callimacho missam Olymp. LXXXIII, 3, alteram archonte Praxitele missam Olymp. LXXXIV, 1, huic secundae interfuisse et Herodotum et Lysiam certum est. Quae causae Nostrum impulerint, ut Graecia relictâ in Italiam discederet, nemo facile dixerit; in tumuli inscriptione hoc nescio unde traditum legimus:

Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
*Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην***),

quamquam accuratiora desunt. Minus vero ad temporum rationes recte constituendas hoc congruere videtur, quod Sophocles quinquaginta quinque annos natus, anno igitur 440 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 1 (si quidem natus est hic poëta Olymp. LXXI, 2 s. 495 a. Chr. n. ***) carmen (ᾠδὴν) Herodoto composuisse fertur †), teste Plutarcho An seni

*) Malim sequi hanc rationem, Plinii (H. N. XII, 4, 8) auctoritate munitam, quam alteram, quae Thurios auctore Diodoro (XII, 10) conditos ponit anno 446 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIII, 3. Vid. Heys. l. l. p. 64. 65 et, qui rem confecit, Voemelius in programmate supra laud. pag. 5. 6. coll. Osanno: Beiträge z. Griech. u. Röm. Liter. Gesch. I. p. 80 seq. De ipsis Thuriis conditis enarrat Diodor. XII, 9 seqq. coll. Strabone VI. p. 263 s. 404 B. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331. Plura de his vid. apud Mueller. et Schiller. l. supra l.

**) Vid. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331, ibique cf. Hermann. p. 265 ed. sec. Steph. Byz. s. v. *Θούριος* p. 311.

***) Sic certe vulgo ponunt, probantibus Lessingio, Boeckhio, aliis: vid. Heyse l. l. p. 67. et, qui accurata disputatione hoc ad verum maxime accedere comprobavit F. Schultz De vita Sophoclis poëtae (Berolin. 1836) §. III. pag. 24 seqq.: unde paulum discedit S. A. Naber: De vita Sophoclis (in Miscell. philologg. et paedagg. Nov. Ser. fasc. III. p. 32 seq.) annum ponens antecedentem Olymp. LXXI, 1 sive 496 ante Chr. n., quem qui praecedit annus 497 s. Olymp. LXX, 4., sumit C. G. Lange in Comment. de Sophocl. vita (Halis 1833) cap. 3. pag. 10—14 itemque Witzschel in Pauly Realencyclopaed. VI, 1. pag. 1294. Olymp. LXXI, 1 Sophoclem natum esse statuit Th. Bergk in Comment. de vita Sophoclis p. XIII seq. (edit. Sophocl. Tauchnitz. 1858) Diodorum (XIII, 103) secutus, qui ipse Apollodori chronicis fide admodum dignis usus esse videatur.

†) Boeckh. in Commentt. societ. reg. Berolin. 1824. p. 59 seq. coll. Jaegero l. l. p. 22 seq. hoc refert ad ann. Olymp. LXXXIV, 4 s. 441 a. Chr. n.; quo scilicet anno Sophocles, dux contra Samios ab Atheniensibus constitutus cum Herodoto Sami vivente et historias scribente familiaritatem contraxerit, ita ut hoc eodem anno Herodotum cum Sophocle una Athenas adiisse putemus, longioris obsidionis, quae insecuta

ger. resp. p. 785 B. cap. 3; quod si verum est, illud certe verum esse vix potest, hoc tempore Herodotum Athenis fuisse, unde quattuor ante annis (444 a. Chr. n.) Thurios illum discessisse colonum modo posuimus. Quae cum ita sint, id unum mihi inde iure colligi posse videtur, Herodotum hoc tempore (i. e. anno 440 ante Chr. n.) Sophocli bene iam cognitum fuisse ipsumque Herodoti opus ex parte quidem poëtae iam innotuisse, si quidem hicce non solum in Antigona, quae acta est Olympiad. LXXXIV, 3 vel 4 (i. e. 441 vel 440 ante Chr. n.), Herodoteam sententiam expressisse videri potest (vid. III, 119 ibique nott.), verum etiam aliis tragoediarum locis Herodoteas sententias, voces ipsasque dictiones adhibuisse videtur: de qua re vid. C. Fr. Hermann. Vol. II. p. 707 seq. ed. nostr. et nott. ad I, 2. 32. II, 35. III, 119. VII, 46, quamquam cautius hac quoque in re agendum erit, quando videmus sententias, quae utrique scriptori communes sunt, apud alios quoque scriptores reperiri adeoque celebrari; in singulis vocibus dictionibusque atque omnino in usu verborum multa inveniri utrique scriptori paria, adeo ut alter ex altero haud raro illustrari possit, saepius in notis indicavimus. Neque vero ullum aliud vestigium amicitiae sive familiaritatis, quae inter historicum et poëtam intercesserit, exstat: quare quae de Herodoto arctius cum Sophocle iuncto, Athenis commorante et Periclis consilia in republica administranda adiuvante nunc proferuntur (v. A. Schoell: Sophocles. Sein Leben u. Wirken p. 123 seqq. coll. Witzschelio in Jahrbb. f. Philolog. XLIX. p. 255 seq.), coniecturis potius quam certis veterum testimoniis nituntur: id unum „satis constare videtur (verba „sunt C. Fr. Hermanni l. l. p. 706), Herodotum et Sophoclem non aetatibus „tantum suppares, sed etiam inter se notos adeoque familiaritatis aliquo „vinculo iunctos fuisse:“ quod ipsum quo iure neget Mure l. l. IV. pag. 273, haud intelligo. Hanc igitur amicitiam sive familiaritatem utriusque viri equidem referendam puto ad ea tempora, quibus Herodotus ab itineribus per Asiam factis redux Athenas invisit ibique commoratus est, antequam Thurios proficisceretur, id est, ante annum 444 ante Chr. n. Qui enim propter carmen Herodoto a Sophocle compositum anno 440 ante Chr. n. ad hunc ipsum annum utriusque viri amicitiam referunt, necesse est statuant, hoc ipso anno Herodotum, qui quattuor ante annis Thurios discesserat, Thuriis denuo iter fecisse Athenas ibique aliquantisper substitisse; quod cum ipsum per se parum credibile videatur, accedit alterum, quod propylaea tum videre Noster non potuit, quae intra annos 438 et 431 exstructa cum viderit (vid. V, 77 ibique nott.), satius certe erit statuere, Herodotum post annum 437 *) Athenas iterum invisisse, itinere facto ex Italia; neque inde in eorum partem discesse-

---

est, molestias evitaturum. At, si quid video, longe antea Athenas iam Noster inviserat, unde tribus ante annis Thurios discesserat: de quo sine causa mihi dubitare videtur Boeckh: Zur Antigone d. Sophocl. pag. 144

*) Amphipolin, quae anno 437 a. Chr. condita est, Noster ignorasse videtur; nulla quippe notitia huius coloniae ad Herodotum in Italia commorantem devenisse videtur. Cf. VII, 114 ibique nott.

rim, qui (vid. Heyse l. l. p. 68 et Iaeger p. 27) Herodotum primis colonis, qui Thurios anno 444 a. Chr. n. discesserunt, accenseri posse negantes aliquot post annis in coloniam iam conditam illum se recepisse ponunt: ut iam non quadragenarius, sed quinquagenarius ferme illuc abiisse putandus sit. Sed, alia ut taceam, diserta Plinii et Strabonis testimonia supra allata prorsus refragantur, bene monente quoque Voemelio l. l. p. 7. 8. Itaque acquiescendum est in ea, quam posuimus, sententia, Herodotum, qui anno 444 a. Chr. n. Thurios utique cesserat colonus, postea et quidem circa annum 431 iterum in Graeciam revertisse eaque occasione Athenas visisse: quod idem Lysiam fecisse accepimus. Athenas igitur si invisit Noster circa annum 431, belli Peloponnesiaci initia, quae commemorat IX, 73 (ubi vid. nott.) videre eiusdemque belli mala et calamitates cognoscere potuit, quas ita commemorat VI, 98, ut accuratius cognitas habuisse illas suspiceris longiusque in ipsa Graecia versatum esse Nostrum concludas: itaque etiam in haec tempora operis Herodotei, quod tum certe magis elaboratum esse adeoque absolutum fere debuit, recitationem Athenis factam a nonnullis viris doctis relegari supra vidimus: cui opinioni quae obstant, ibi iam significavimus.

§. 6.

Quae praeterea Herodoto acciderint et qualis fuerit vitae cursus, ex quo Thurios cesserat, plane ignoramus, cum nihil quidquam de his alibi traditum exstet et pauca tantum ex ipsius Herodoti scriptis coniecturâ potius assequi liceat. Qui cum occasione oblata nonnulla tradat, quae ad seriora pertineant tempora, inde consequitur, eo usque *illum* extendisse vitam. Pertinent haec, quae supra iam attigimus §. 4, ad res anno 431 s. 430 usque ad annum 425 ante Chr. n. fere gestas; neque enim ad annum 408 usque Nostrum vitam extendisse credimus, ut olim e locis I, 130 et III, 15 falso intellectis probare conati erant viri docti; neque aliud vitae longius productae vestigium in opere superstite invenias, nisi huc referre velis locum VII, 170, ubi clades, quam Tarentini passi sunt, omnium maxima inter Graecos fuisse dicitur: ὥστε φόνος Ἑλληνικὸς μέγιστος οὗτος δὴ ἐγένετο τῶν ἡμεῖς ἴδμεν κ. τ. λ.: quae verba Herodotum vix scribere potuisse existimo, si cognovisset cladem maximam, quam in Sicilia Athenienses anno 413 a. Chr. n. perpessi sunt, praesertim cum Atheniensium rebus tantam curam Noster impenderit, ut verbo certe huius Siculae cladis mentionem fecisset, si eam cognitam ullo modo habuisset*). Quare hoc ipso anno Herodotum in vivis non amplius fuisse arbitror: itaque ante annum 413 a. Chr. n.

*) Quare etiam accedere non possum Dahlmanno (Herodot p. 38 seq.) et Grotefendio (Geschichte u. Geograph. von Altitalien I. p. 34), qui Herodotum haec verba scripsisse putant ante hanc ipsam cladem: quam si postea cognovisset, certe id, opinor, indicasset.

eundem extremum diem obiisse statuendum erit; quo autem anno diem ille obierit, accuratius constituere si velis, vix licebit. Qui singulari cura in haec inquisiverunt viri docti nostrae aetatis, probabilitatem quandam magis secuti quam certa veterum testimonia, Rubino*) ac Schoellius **), Herodoti vitam supra annum 425 extendi posse negarunt. Paulo post annum 424 exacto sexagesimo vel sexagesimo primo aetatis anno diem supremum obiisse Herodotum pronuntiat Rubino***): quem si sequamur, Herodotus initia tantum belli Peloponnesiaci anno 431 exorti videre potuit, cuius calamitates sic indicat VI, 98 (*ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενομένα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων*), ut, licet mortuus sit Artaxerxes anno 424, plura tamen ac maiora belli Peloponnesiaci mala Noster cognovisse putandus sit, quam quae primis tantum belli huius annis acciderant. Itaque si quid hariolari in talibus liceat, malim Herodoti vitam extendere usque ad medium fere bellum Peloponnesiacum, adeo ut recte ille dici possit *παρεκτείνας μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν*, quae Dionysii sunt verba supra §. 1 allata; sed intra annum 413 subsistam neque Herodotum anno sequente (412) amplius in vivis fuisse credam: quo ipso anno cum Athenienses Thuriis eiecti sint, Herodotum aeque atque Lysiam inde discessisse Athenasque denuo petiisse quod plures viri docti statuunt †), equidem ob illas quas protuli temporum rationes, accedere nequeo. Haec sane sunt, quae de tempore, quo Herodotus vitam finierit, aliqua cum probabilitatis specie erui possunt. Iam si quaeras, quid per illud temporis spatium, ex quo Thurios discessit, usque ad obitum gesserit; expletum certe credas licet tum historiarum opere in ordinem redigendo, perficiendo, limando, tum itineribus per Graeciam magnam Siciliamque, quin ipsam per Graeciam (si recte supra statuimus) factis: quamquam ne sic quidem opus prorsus absolvere licuit, cum morte oppressus opus ad eam quam voluit perfectionem perducere iustamque ei clausulam imponere non posset (vid. nott. ad IX, 122). Nec desunt sane loci, quos in Italia conscriptos esse dubium vix est: IV, 46 coll. 15. IV, 99. V, 44 ibique nott. Et diutius Nostrum Thuriis commoratum esse vel inde quis colligat, quod a

---

*) De mortis Herodoti tempore disputatio. Marburgi 1848. Conferas quoque Ley: De tempore, quo Herodotus mortem obiit. Colon. 1836.

**) in Philolog. IX. p. 199—211.

***) l. l. pag. 11. Inde Henr. Fischer (in thesibus adiunctis dissertationi: Historiae Argivorum fragmm. P. I. Vratislav. 1850) hanc ponit thesin: Herodotum diutius quam usque ad Olymp. XC (i. e. 420 ante Chr. n.) vixisse et scripsisse probari non potest.

†) Conf. C. Fr. Hermann. Vol. II. p. 700 ed. nostr., cui adsentitur Schiller: De Thuriorr. rebus p. 33 itemque Th. Müller: De Thuriorum republ. p. 48, Lahmeyer: De libelli Plutarchei etc. auctoritate p. 20 seq.

quibusdam serioris aetatis scriptoribus*) *Thurius* vocatur, ac si natalis hic esset locus vereque patrius, et Plinius Hist. Nat. XII, 4 (8) Herodotum Thuriis in Italia historiam condidisse scribit; indeque etiam haud scio an explicandum sit, quod belli Peloponnesiaci, quod illa aetate quam maxime saeviit tantamque Graeciae rebus conversionem attulit, rarior in Musis Herodoteis mentio fiat, praesertim cum Herodotus pro operis sui consilio, quo Graecorum res illustrare ac celebrare debebat, vix lubenter huius belli calamitates attigerit: de qua re dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LVI. p. 7 seq. *Thuriis* mortuum inque foro sepultum esse Herodotum tradit Suidas loco supra allato: tumuli inscriptionem hancce offerunt Stephanus Byzant. s. v. Θούριος et Aristophanis Scholiasta ad Nubb. 331 (coll. Brunck. Analectt. Vol. III. p. 263. epigr. 533), itemque nuper editus Tzetzae Scholiasta in Crameri Anecdott. Oxonn. III. p. 350 et in Tzetzae Epist. ed. a Presselio pag. 97:

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν.
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Quod Marcellinus in Vit. Thucyd. §. 18**) *Athenis* Herodoti memorat sepulcrum, id si verum est neque *Herodoti* nomen, uti contendit Viscontius, male huc irrepsit, cum Fabricio, Wesselingio, Larchero, Heysio, qui ipse accuratius in haec inquisivit p. 80. 81, intelligendum de cenotaphio, quod viro de omni Graecia ac singillatim de Atheniensibus, quos tantis laudibus exornaverit, meritissimo Athenienses publice posuerint. Quod vero *Pellae* in Macedonia Herodotum obiisse alii perhibebant, teste Suida l. l., id, nisi prorsus confictum esse putemus, non nisi hac ratione probabile reddi poterit, ut Herodotum cogitemus ad Archelaum, Macedoniae regem, quem doctos homines Athenis ad se invitasse novimus, tunc temporis profectum, fatis subito abreptum fuisse: atque sic etiam statuere videmus eos viros doctos, qui Herodotum senem anno 412 ante Chr. n. Thuriis profectum denuo Athenas petiisse indeque ad Archelaum (qui anno antecedente rex erat factus) se contulisse volunt: quorum opinioni temporum rationes obstare, quae Herodotum illo anno in vivis

---

*) Sic Strabo XIV. 2. p. 656 s. 970 A. Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν. Add. Iuliani Epist. 22 init. Avien. or. marit. 49. Plutarch. De malign. Herod. 35 init. De exsilio cap. 13 fin. Plura Wesseling. Diss. Herod. p. 9, Heyse l. l. p. 70 seqq., Hand. l. l. p. 384.

**) Locus sic se habet: πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος, ubi Viscontius (Iconograph. Grecq. I. p. 315) mendum suspicans vocem Ἡροδότου e textu tolli vult, in Ἡρώδου mutari iubet Coraës ad Plutarchi Cimon. 4: quod idem Schaefero, Krügero, aliis placuit. Contra Sauppe (in Actt. societatis Graec. II. 2. p. 430) mavult Ὀλόρου, quod recepit Westermann. Vitt. Graecc. scriptt. pag. 189; et conf. quae ipse de his dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LIV. p. 119. Qui nuper Marcellini vitam ediderunt, Poppo et Böhme, nihil in Marcellini verbis mutandum censuerunt.

eundem extremum diem obiisse statuendum erit; quo autem anno diem ille obierit, accuratius constituere si velis, vix licebit. Qui singulari cura in haec inquisiverunt viri docti nostrae aetatis, probabilitatem quandam magis secuti quam certa veterum testimonia, Rubino*) ac Schoellius**), Herodoti vitam supra annum 425 extendi posse negarunt. Paulo post annum 424 exacto sexagesimo vel sexagesimo primo aetatis anno diem supremum obiisse Herodotum pronuntiat Rubino***): quem si sequamur, Herodotus initia tantum belli Peloponnesiaci anno 431 exorti videre potuit, cuius calamitates sic indicat VI, 98 (ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενομένα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων), ut, licet mortuus sit Artaxerxes anno 424, plura tamen ac maiora belli Peloponnesiaci mala Noster cognovisse putandus sit, quam quae primis tantum belli huius annis acciderant. Itaque si quid hariolari in talibus liceat, malim Herodoti vitam extendere usque ad medium fere bellum Peloponnesiacum, adeo ut recte ille dici possit παρεκτείνας μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν, quae Dionysii sunt verba supra §. 1 allata; sed intra annum 413 subsistam neque Herodotum anno sequente (412) amplius in vivis fuisse credam: quo ipso anno cum Athenienses Thuriis eiecti sint, Herodotum aeque atque Lysiam inde discessisse Athenasque denuo petiisse quod plures viri docti statuunt†), equidem ob illas, quas protuli temporum rationes, accedere nequeo. Haec sane sunt, quae de tempore, quo Herodotus vitam finierit, aliqua cum probabilitatis specie erui possunt. Iam si quaeras, quid per illud temporis spatium, ex quo Thurios discessit, usque ad obitum gesserit; expletum certe credas licet tum historiarum opere in ordinem redigendo, perficiendo, limando, tum itineribus per Graeciam magnam Siciliamque, quin ipsam per Graeciam (si recte supra statuimus) factis: quamquam ne sic quidem opus prorsus absolvere licuit, cum morte oppressus opus ad eam quam voluit perfectionem perducere iustamque ei clausulam imponere non posset (vid. nott. ad IX, 122). Nec desunt sane loci, quos in Italia conscriptos esse dubium vix est: IV, 46 coll. 15. IV, 99. V, 44 ibique nott. Et diutius Nostrum Thuriis commoratum esse vel inde quis colligat, quod a

---

*) De mortis Herodoti tempore disputatio. Marburgi 1848. Conferas quoque Ley: De tempore, quo Herodotus mortem obiit. Colon. 1836.

**) in Philolog. IX. p. 199—211.

***) l. l. pag. 11. Inde Henr. Fischer (in thesibus adiunctis dissertationi: Historiae Argivorum fragmm. P. I. Vratislav. 1850) hanc ponit thesin: Herodotum diutius quam usque ad Olymp. XC (i. e. 420 ante Chr. n.) vixisse et scripsisse probari non potest.

†) Conf. C. Fr. Hermann. Vol. II. p. 700 ed. nostr., cui adsentitur Schiller: De Thuriorr. rebus p. 33 itemque Th. Müller: De Thuriorum republ. p. 48, Lahmeyer: De libelli Plutarchei etc. auctoritate p. 20 seq.

quibusdam serioris aetatis scriptoribus*) *Thurius* vocatur, ac si natalis hic esset locus vereque patrius, et Plinius Hist. Nat. XII, 4 (8) Herodotum Thuriis in Italia historiam condidisse scribit; indeque etiam haud scio an explicandum sit, quod belli Peloponnesiaci, quod illa aetate quam maxime saeviit tantamque Graeciae rebus conversionem attulit, rarior in Musis Herodoteis mentio fiat, praesertim cum Herodotus pro operis sui consilio, quo Graecorum res illustrare ac celebrare debebat, vix lubenter huius belli calamitates attigerit: de qua re dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LVI. p. 7 seq. *Thuriis* mortuum inque foro sepultum esse Herodotum tradit Suidas loco supra allato: tumuli inscriptionem hancce offerunt Stephanus Byzant. s. v. *Θούριος* et Aristophanis Scholiasta ad Nubb. 331 (coll. Brunck. Analectt. Vol. III. p. 263. epigr. 533), itemque nuper editus Tzetzae Scholiasta in Crameri Anecdott. Oxonn. III. p. 350 et in Tzetzae Epist. ed. a Presselio pag. 97:

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν.
Δωριέων πάτρης βλαστόντ᾽ ἄπο, τῶν ἄρ᾽ ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Quod Marcellinus in Vit. Thucyd. §. 18**) *Athenis* Herodoti memorat sepulcrum, id si verum est neque *Herodoti* nomen, uti contendit Viscontius, male huc irrepsit, cum Fabricio, Wesselingio, Larchero, Heysio, qui ipse accuratius in haec inquisivit p. 80. 81, intelligendum de cenotaphio, quod viro de omni Graecia ac singillatim de Atheniensibus, quos tantis laudibus exornaverit, meritissimo Athenienses publice posuerint. Quod vero *Pellae* in Macedonia Herodotum obiisse alii perhibebant, teste Suida l. l., id, nisi prorsus confictum esse putemus, non nisi hac ratione probabile reddi poterit, ut Herodotum cogitemus ad Archelaum, Macedoniae regem, quem doctos homines Athenis ad se invitasse novimus, tunc temporis profectum, fatis subito abreptum fuisse: atque sic etiam statuere videmus eos viros doctos, qui Herodotum senem anno 412 ante Chr. n. Thuriis profectum denuo Athenas petiisse indeque ad Archelaum (qui anno antecedente rex erat factus) se contulisse volunt: quorum opinioni temporum rationes obstare, quae Herodotum illo anno in vivis

---

*) Sic Strabo XIV. 2. p. 656 s. 970 A. *Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν.* Add. Iuliani Epist. 22 init. Avien. or. marit. 49. Plutarch. De malign. Herod. 35 init. De exsilio cap. 13 fin. Plura Wesseling. Diss. Herod. p. 9, Heyse l. l. p. 70 seqq., Hand. l. l. p. 384.

**) Locus sic se habet: *πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος,* ubi Viscontius (Iconograph. Grecq. I. p. 315) mendum suspicans vocem *Ἡροδότου* e textu tolli vult, in *Ἡρώδου* mutari iubet Coraës ad Plutarchi Cimon. 4: quod idem Schaefero, Krügero, aliis placuit. Contra Sauppe (in Actt. societatis Graec. II. 2. p. 430) mavult *Ὀλόρου*, quod recepit Westermann. Vitt. Graecc. scriptt. pag. 189; et conf. quae ipse de his dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LIV. p. 119. Qui nuper Marcellini vitam ediderunt, Poppo et Böhme, nihil in Marcellini verbis mutandum censuerunt.

non amplius fuisse arguunt, iam dixi in Jahrbb. f. Philolog. LIV. p. 119 et supra quoque monui. Nec magis eaedem temporum rationes permittunt, ut vera esse credamus, quae apud Suidam s. v. *Ἑλλάνικος* (p. 212 Westermann. Vitt. Graecc. scriptt.) leguntur: *διέτριψε δ' Ἑλλάνικος σὺν Ἡροδότῳ παρ' Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μακρῷ πρός· ἐξέτεινε δὲ καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων κ. τ. λ.*, in quibus, ut temporum rationes sibi constarent, pro *Ἀμύντᾳ* Clinton II. p. 271 reponi voluit *Περδίκκᾳ* et *Ἀρχελάου* pro *Περδίκκου*: etenim Suidae verba si sequamur, Hellanicus *una cum Herodoto* apud Amyntam (qui regnavit Ol. LVI, 4 — LXIX, 1) commoratus est atque aetatem extendit usque ad Perdiccae tempora, qui regnum adeptus est Olymp. LXXIX, 4 sive 461 ante Chr. n. Quod cum pateat falsum esse, rectius utique cum Muellero (Fragm. Graec. hist. I. p. XXIV seq.) Hellanicum intra Olymp. LXXIV, 3 — XLV, 4 sive 482—397 ante Chr. n. vixisse statues: adeo ut Herodoti aetatem longe hic superaverit. Nec tamen in tanta famae incertitudine ac discrepantia adduci possum, ut Herodotum et Hellanicum unâ in aula regis Macedonum, sive Archelaus sive alius quis fuerit, commoratum esse ibique Herodotum mortuum esse credam: acquiescere malim in ea fama, quae Herodotum Thuriis et mortuum et sepultum esse tradit.

Uxoris, liberorumque aeque atque cognatorum Herodoti (si ab uno Panyasi discedas) nulla reperitur mentio. Tradit quidem (in Photii Bibl. Cod. 190. p. 246 H. p. 148 Bekk.) Ptolemaeus Hephaestio, Herodotum secum habuisse amasium quendam Plesirrhoum, Thessalum genere eundemque opum haeredem, a quo etiam historiae Herodoteae prooemium fuerit compositum, reliquisse; sed firmo argumento haec carere videatur, quamquam inde colligi posse videtur C. O. Muellero (Kleine deutsche Schrift. I. p. 30), ab hoc Plesirrhoo Herodoti opus post mortem Herodoti esse editum. Neque ab hoc eodem Plesirrhoo prooemium Herodoteum esse conscriptum, iam supra (Vol. I. p. 4) monuimus iterumque hoc loco monendum putamus, cum denuo nuper vir doctus (La Roche in Philolog. XIV. p. 287 seqq.) hoc prooemium ab ipso Herodoto conscriptum esse negaverit, Plesirrhoo huic aut posterioris aetatis scriptori, ut opinatur, tribuendum. Vid. nott. T. I. p. 4.

De Herodoti imaginibus haec olim adscripsit Creuzerus: „quarum plures antiquitus exstitisse vix dubium est, cum adhuc carmen supersit Christodori Coptitae in Herodoti imaginem, quae Constantinopolin translata erat. Vid. Analectt. II. pag. 470. Ac lapis hodieque exstat in Museo Regis Neapolitani, ex collectione Farnesiana illatus, qui Herodoti et Thucydidis simulacra iuncta simul exhibet. Vid. Imag. ex Bibl. F. Ursini 1570 Rom. et Visconti Iconograph. grecq. I. pl. 27 (p. 315 seqq. ed. Milan.) [Unde Herodoti imago quoque delineata conspicitur in fronte Italae nostri scriptoris versionis.] Aliam adhuc incognitam imaginem e numo Halicarnassensi temporis Antonini Pii publicavit idem Viscontius l. l. [cui addas alterum numum supra §. 2 commemoratum]. Monstrat ille

altera in parte Antonini imperatoris imaginem addita inscriptione, in altera parte imaginem capitis, quod Herodoti esse et comparatio cum illo lapide et ipsae literae adiectae confirmant. Cf. Millin. Annall. Encycloped. 1817 Aout p. 218—220." Equidem plura afferre non habeo. Quae enim apud Gronovium exstant in Antiqq. Graecc. II. tab. LXXI coll. Mus. Capitol. I. tab. LXVII et Winckelmann. Hist. Art. IV. IV (Opp. T. VI, 1. p. 30 et 2. p. 44), quem sequitur Gurlitt. Archaeolog. Schrift. p. 287, iis meliora edocuit Viscontius a Creuzero allatus l. l. Qui idem Creuzerus postea haec adiicit: „Est etiam protome marmorea in museo Comitum de Erlach, quam Herodoti esse dicunt, nec Viscontio neque cuiquam, quod sciam, memorata: cuius ectypam e gypso imaginem Francisci Comitis τοῦ μακαρίτου munificentiae acceptam referimus." Ridicula fere imago conspicitur in fronte operis, quod inscribitur: Illustrirte Weltgeschichte. Ein Buch für's Volk von Held und Corvin. Leipzig. 1844: exhibetur enim Herodotus caput coronâ cinctus, qui sedens in Graecorum conventu historiam suam praelegit.

§. 7.

Vel ex iis, quae ante disputata sunt, bene intelligitur non uno eodemque tenore Herodotum sua absolvisse itinera nec certum constare ordinem, quo illa perfecerit. Id unum iure quodam nobis sumere posse videmur, illum, antequam Olympiae recitasset Thuriosque abiisset, peragrasse et Asiam et Africam et, quod mihi certe est veri simillimum, plerasque etiam ipsius Graeciae partes; a Thuriis inde eundem per Italiam inferiorem, Siciliam et forsitan etiam iterum per ipsam Graeciam instituisse itinera, indefessum et in suo opere perficiendo totum occupatum. Sed plura et accuratiora de his itineribus afferre vixdum licebit. Neque enim is est Herodotus, qui de se ipse suisque itineribus nos accuratius et consulto edoceat: immo non nisi coactus fere de his loquitur, ubi scilicet testibus aliquid probandum, aut mirae atque insolitae rei fides facienda erat legentibus, aut incredibilium rerum in narratione suum ipsius utpote suis haec oculis inspicientis auribusve accipientis testimonium erat adponendum. Itaque nec de tempore *), nec de ordine, quo singulas illas instituerit peregrinationes, nec de ratione, qua illas fecerit, cum certi quid constitui possit, id unum restat, ut regiones et loca indicemus, ad quae pervenisse Nostrum ex ipso opere superstite certo colligi possit. Qua in re cum post alios viros doctos **)

*) In Artaxerxis aetatem, qui Xerxis filius huic ipsi successit, Herodoti itinera reiicit Dahlmann. l. l. p. 54. Nos illud modo affirmare audemus, itinera ab Herodoto per Asiam et Africam facta cadere ante recitationem Olympiacam (vid. supra §. 4) indeque antecedere annum 444 ante Chr. n. Unde iter in Aegyptum susceptum circa annum 450 vel intra annos 454—444 probabiliter poni diximus in nott. ad II, 1. T. I. p. 428.

**) Ukert. Geogr. Graecc. et Romm. I, 1. p. 71 seqq., Dahlmann. l. l. p. 53 seqq.

laudabilem operam collocarit Heyse l. l. cap. V. p. 84 seqq., eo breviores esse poterimus. De peregrinandi modo si quaeras, valde probabile fit, mercatoribus peregrinantibus se patrem historiae adiunxisse socium*): quo enim alio modo illa praesertim aetate ad Asiae plagas interiores, ad Aegyptum, ut has potissimum nominem regiones, penetrare multosque alios aliarum terrarum homines mercaturae causa illuc confluentes cognoscere ac sciscitari potuisset?

Exordiamur a patria Herodoti terra *Caria*, quam aeque atque *Ioniam* et *Aeolidem* a scriptore peragratam fuisse ut ipsa suadet res, ita certis probatur testibus. Tu conf. modo de *Caria* et de *Doriensium pentapoli* I, 141. 144. 174 coll. 171 et 172; de *Rhodo* insula, quam adiit, II, 182 coll. III, 47. De *Ionia* insignis locus exstat I, 142 coll. VI, 14; de *Mileto* I, 21 ibique nott. coll. 137; de *Mycale* et *Panionio* I, 148 coll. IX, 97; de *Epheso* Ephesioque agro I, 26. 92 nott. II, 148 coll. II, 10. 106; de *Phocaea* I, 163; de *Samo* dixi in nott. ad III, 60 coll. VI, 14. Quo eodem pertinent, bene notante Heysio**), hi quoque loci: II, 148. 182. III, 47. 54. 60. 123, 142. IV, 88. 152. VI, 14 coll. I, 70. De *Aeolia* conf. I, 149, ***) de *Lesbiis* I, 23. 24 coll. IV, 61. In *Troadem* excurrisse Herodotum quamquam vix dubium, certa tamen desunt testimonia, nisi quod aliquoties Troiani agri fit mentio. Ac *Sigeum* promontorium, quod proxime Troadem esse nemo nescit, ipsum inspexisse, e loco IV, 38 coll. V, 65 quodammodo colligas; neque incognitam ipsi regionem fuisse, indicare videtur alter locus II, 10. *Lydiam* Nostrum visisse plura evincunt testimonia I, 93 ibique nott. I, 94. IV, 45; de urbe *Sardibus* loquitur I, 80. 84. III, 5; de *Maeandro* Maeandrique campis pluribus locis, quos citavimus ad I, 18, ubi vid. potissimum II, 10. 29. VII, 26. Nec *Mysiae* cognitione Herodotum caruisse, ex accurata descriptione itineris a Xerxe Sardibus Abydum facti (VII, 42 seqq.) merito concludit Heyse l. l. p. 90 afferens quoque hosce locos II, 10 (de *Ilio* et *Teuthrania*). IV, 14. 15 de *Cyzico* et *Proconneso*, cuius incolae laudantur testes eorum, quae de Aristea retulit, I, 57 de *Placia* et *Scylace*. *Thraces Bithynos* Noster visit, ut ex VII, 75 apparet, itemque omnem meridionalem Ponti Euxini tractum usque ad *Thermodontem*, de quo II, 104 coll. IV, 86, ubi *Themiscyrae* mentio, et II, 34, ubi *Sinope* affertur. Nec iniuriâ suspiceris, ad *Halyn* usque (de quo fluvio conf. I, 72. VII, 26. V, 52) Herodotum pervenisse, si quidem omnem dixeris Asiam minorem eâ viâ, qua mercatores coniuncti peregrinari solent Sardibus Susa tendentes, illum permeasse, ob accuratam huius itineris descriptionem V, 52, ubi vid. nott. (T. III. p. 80) coll. VII, 26. 30. Tum quoque *Lycios*, de quibus vid. I, 176, adiisse videtur, itemque *Cretam* insulam, de qua conf. I, 171.

*) Hinc ipse pater historiae talia mercatorum itinera descripsisse videtur; vid. V, 52 ibique nott.

**) l. l. p. 88.

***) Quem huc quoque trahere vult Heyse l. l. p. 89 locum III, 55 de *Pitana*, eum alio spectare, in nott. ad h. l. iam monui.

VII, 171. III, 59 et *Cyprum*, de qua insula vid. I, 105. 199. V, 114. VII, 90.

E Cypro vel ex Aegypto traiecit ad *Phoenices*, quos aliquoties citat testes et auctores; II, 104. VII, 89. I, 2. 5. III, 37 coll. II, 79 et inprimis II, 44, ubi Tyrum se navi venisse declarat, coll. II, 106 et, qui eodem spectant loci, I, 105. II, 157. Ex illo loco II, 106 *Palaestinam* quoque Herodotum adiisse apparet, sed, ut mea fert sententia, non nisi eius tractum maritimum, quem permeans de *Cadyto* urbe quae refert II, 159 et III, 5, audivisse videtur. Tu vid. Vol. I. p. 889 ed. nostr. et conf. II, 104. 106: ad quos locos respiciens Iosephus contr. Apion. I, 22 (Vol. VI. p. 199 Bekk.) Herodoto Iudaeorum gentem innotuisse statuit. Neque tamen illum ad interiores Palaestinensis terrae regiones penetrasse neque Hierosolyma vidisse arbitror, assentiente quoque E. Naegelsbachio (in H. Reuteri: Allgem. Repertor. für die theolog. Litt. 1851. Vol. LXXIII (N. F. XXVI) pag. 194; quod vero in lacuna, quae VII, 76 reperitur, *Iudaeos* s. *Solymos* (quod nomen Herodotus haud novit, *Syros Palaestinenses* vocans) olim commemoratos esse in Xerxis exercitu militantes quidam statuunt, id coniecturâ eâque incertâ nititur meritoque reiicitur a Guil. Kellero De fragmm. Manethon. (Marburgi Catt. 1859) p. 40; ac nihil dubium, quin Noster de Iudaeorum gente maxime memorabili, sed peregrinos aditu prohibente, plura retulisset, si eo usque pervenisset terramque ipsam invisisset. Quae de *Arabia* scripsit III, 107, e mercatoribus, qui inde in Aegyptum aliave loca venerant, eum accepisse putem; nam collocutum cum hisce Nostrum docent hi loci III, 108. 111 in. II, 75.

In *Aegyptum* qua via venerit et qua ex regione, haud liquet. Pedestri itinere e Palaestina per regiones Arabiae desertas, e loco III, 5, ubi hoc ipsum iter describit, coll. III, 8, quis colligat; navi e Graecia aut e Phoenicia, cum qua utraque frequens florebat Aegyptiorum commercium, in Aegyptum advectum esse illum placet Heysio (p. 97 nott.) comparanti hos locos: III, 6 init. et II, 5. Utut statuis, omnem Aegyptum ab Herodoto perlustratam fuisse, certum est, et probat secundi libri tertiique ex parte argumentum; unde quae huc spectant, omnia accurate collegit Heyse l. l. pag. 108 seq. Quaecunque enim in his libris de Aegypti natura, historia, ambitu, incolis eorumque institutis tradita inveniuntur, ea vel ab ipso Herodoto cognita et observata vel e sacerdotum inprimis, quos consuluit, mercatorum, aliorum sermonibus percepta putanda sunt. Atque ipse historiae pater hac in re ita pronuntiat II, 99: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε* (sequitur Aegypti historia) *Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον. προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Et II, 147 init. *ὅσα δὲ οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέσται δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Add. II, 5. 29, ne plura. Pertinet huc accurata terrae descriptio II, 5 seqq., institutorum, morum II, 35 seqq. et praecipue II, 122. 164 seqq.; pertinent huc ser-

p. 700 ed. nostr.), sive, quod certe minus offendit, paucis annis ante cladem Siciliensem habitam censeas cum Lahmeyero (l. l. p. 19), cum Herodotus Thuriis iter Athenas fecisset (vid. nott. ad V, 77). Quae cum ita sint, malim utique Eusebium sequi, quem eundem quoque secutus est Schoellius l. l. pag. 417—423 pluribus de hac recitatione eiusque argumento disputans; praesertim cum quae Diyllus narrat, dubiam fidem habeant omnisque haec res ἐκ τῆς κατεψευσμένης ἱστορίας arrepta prorsusque ficta videatur, Cobeto iudice in Mnemosyn. VII. p. 268.

His recitationibus tertia adeo accedet, si respicimus ea, quae in oratione Corinthiaca, quae Dioni Chrysostomo vulgo tribuitur et in eiusdem orationes recepta est (nr. XXXVII), leguntur §. 7. pag. 456 sive p. 103 Reisk.: ἧκε δὲ καὶ Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς (scil. Corinthum) ὡς ὑμᾶς λόγους φέρων Ἑλληνικοὺς ἄλλους τε καὶ Κορινθίους οὐδέπω ψευδεῖς, ἀνθ' ὧν ἠξίου παρὰ τῆς πόλεως μισθὸν ἄρνυσθαι· διαμαρτὼν δὲ καὶ τούτου (οὐ γὰρ ἠξίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δόξαν ἀγοράζειν) μετεσκεύασεν ἐκεῖνα, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα, τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον: quae verba, quod ad Corinthios attinet animumque scriptoris in Corinthios non malevolum, iam tractavimus in nott. ad VIII, 94. Etenim si quid veri subest, haec verba id certe docent, Herodotum eodem fere modo, quo Olympiae atque Athenis, *Corinthi* quoque historiarum partem, Corinthiorum in gratiam, quibus opus suum innotescere voluit, praelegisse; eodemque spectare videntur verba Luciani supra allata: τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι: quamquam nec de tempore, quo haec recitatio facta est, neque de argumento eius quidquam certi constat. Tu conf. Heysium l. l. pag. 58 seq. et quae plura exposuerunt Lahmeyer l. l. pag. 19 seq. et Schoellius l. l. p. 424 seq. Atque aliis quoque locis per Graeciam recitasse Herodotum haud absonum erit statuere (cf. Schoell. l. l.) ipsumque Luciani locum l. quis afferre possit commonstraturus, coram Argivis et Lacedaemoniis recitasse Nostrum: de qua re equidem certi nihil affirmaverim secutus Lahmeyerum p. 21. Quin *Thebis* quoque Nostrum recitasse suspiceris e Plutarchi loco De Herod. malignit. cap. 31, nisi haec tota narratio a posterioris aetatis grammatico malevolo ficta est, quam usquequaque veram esse vix mihi persuadere possum. Conf. Heyse p. 60 seq.

§. 5.

Si igitur brevi ante annum 444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1 Olympiae et anno 446 s. 445 (Olymp. LXXXIII, 3 s. 4) Athenis recitavit Herodotus, illum hoc tempore in Graecia ipsa commoratum fuisse oportet, reversum ex itineribus longinquis. Neque vero uno Athenarum loco illum commoratum esse credibile fit, sed reliquas etiam Graeciae partes peragrasse videtur historiae perficiundae causa usque ad annum

444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1: quo ipso anno*) coloniae Athenis Thurios deductae Herodotum se addidisse Suidas refert; quocum faciunt hac in re Strabo XIV. p. 656 s. 970 *A*. Plutarch. II. p. 604 F. sive De exsil. cap. 13 coll. Herodoti epitaphio apud schol. ad Aristophan. Nubb. 331. Ac vel si duas Thurios missas colonias secernendas existimes, prouti compluribus viris doctis nunc placet (vid. Theod. Müller: De Thuriorum republ. pag. 4 seqq., Lud. Schiller: De Thuriorum rebb. p. 11 seqq., qui praeterea laudat Hoelscher. de vita et scriptt. Lysiae p. 17 seq. et Bergk. in Commentatt. de reliquiis comoediae Atticae p. 51 seqq.), alteram archonte Callimacho missam Olymp. LXXXIII, 3, alteram archonte Praxitele missam Olymp. LXXXIV, 1, huic secundae interfuisse et Herodotum et Lysiam certum est. Quae causae Nostrum impulerint, ut Graecià relictâ in Italiam discederet, nemo facile dixerit; in tumuli inscriptione hoc nescio unde traditum legimus:

Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
*Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην***),

quamquam accuratiora desunt. Minus vero ad temporum rationes recte constituendas hoc congruere videtur, quod Sophocles quinquaginta quinque annos natus, anno igitur 440 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 1 (si quidem natus est hic poëta Olymp. LXXI, 2 s. 495 a. Chr. n. ***) carmen (*ᾠδὴν*) Herodoto composuisse fertur †), teste Plutarcho An seni

---

*) Malim sequi hanc rationem, Plinii (H. N. XII, 4, 8) auctoritate munitam, quam alteram, quae Thurios auctore Diodoro (XII, 10) conditos ponit anno 446 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIII, 3. Vid. Heys. l. l. p. 64. 65 et, qui rem confecit, Voemelius in programmate supra laud. pag. 5. 6. coll. Osanno: Beiträge z. Griech. u. Röm. Liter. Gesch. I. p. 80 seq. De ipsis Thuriis conditis enarrat Diodor. XII, 9 seqq. coll. Strabone VI. p. 263 s. 404 B. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331. Plura de his vid. apud Mueller. et Schiller. l. supra l.

**) Vid. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331, ibique cf. Hermann. p. 265 ed. sec. Steph. Byz. s. v. *Θούριος* p. 311.

***) Sic certe vulgo ponunt, probantibus Lessingio, Boeckhio, aliis: vid. Heyse l. l. p. 67. et, qui accurata disputatione hoc ad verum maxime accedere comprobavit F. Schultz De vita Sophoclis poëtae (Berolin. 1836) §. III. pag. 24 seqq.: unde paulum discedit S. A. Naber: De vita Sophoclis (in Miscell. philologg. et paedagg. Nov. Ser. fasc. III. p. 32 seq.) annum ponens antecedentem Olymp. LXXI, 1 sive 496 ante Chr. n., quem qui praecedit annus 497 s. Olymp. LXX, 4., sumit C. G. Lange in Comment. de Sophocl. vita (Halis 1833) cap. 3. pag. 10—14 itemque Witzschel in Pauly Realencyclopaed. VI, 1. pag. 1294. Olymp. LXXI, 1 Sophoclem natum esse statuit Th. Bergk in Comment. de vita Sophoclis p. XIII seq. (edit. Sophocl. Tauchnitz. 1858) Diodorum (XIII, 103) secutus, qui ipse Apollodori chronicis fide admodum dignis usus esse videatur.

†) Boeckh. in Commentt. societ. reg. Berolin. 1824. p. 59 seq. coll. Jaegero l. l. p. 22 seq. hoc refert ad ann. Olymp. LXXXIV, 4 s. 441 a. Chr. n.; quo scilicet anno Sophocles, dux contra Samios ab Atheniensibus constitutus cum Herodoto Sami vivente et historias scribente familiaritatem contraxerit, ita ut hoc eodem anno Herodotum cum Sophocle una Athenas adiisse putemus, longioris obsidionis, quae insecuta

ger. resp. p. 785 B. cap. 3; quod si verum est, illud certe verum esse vix potest, hoc tempore Herodotum Athenis fuisse, unde quattuor ante annis (444 a. Chr. n.) Thurios illum discessisse colonum modo posuimus. Quae cum ita sint, id unum mihi inde iure colligi posse videtur, Herodotum hoc tempore (i. e. anno 440 ante Chr. n.) Sophocli bene iam cognitum fuisse ipsumque Herodoti opus ex parte quidem poëtae iam innotuisse, si quidem hicce non solum in Antigona, quae acta est Olympiad. LXXXIV, 3 vel 4 (i. e. 441 vel 440 ante Chr. n.), Herodoteam sententiam expressisse videri potest (vid. III, 119 ibique nott.), verum etiam aliis tragoediarum locis Herodoteas sententias, voces ipsasque dictiones adhibuisse videtur: de qua re vid. C. Fr. Hermann. Vol. II. p. 707 seq. ed. nostr. et nott. ad I, 2. 32. II, 35. III, 119. VII, 46, quamquam cautius hac quoque in re agendum erit, quando videmus sententias, quae utrique scriptori communes sunt, apud alios quoque scriptores reperiri adeoque celebrari; in singulis vocibus dictionibusque atque omnino in usu verborum multa inveniri utrique scriptori paria, adeo ut alter ex altero haud raro illustrari possit, saepius in notis indicavimus. Neque vero ullum aliud vestigium amicitiae sive familiaritatis, quae inter historicum et poëtam intercesserit, exstat: quare quae de Herodoto arctius cum Sophocle iuncto, Athenis commorante et Periclis consilia in republica administranda adiuvante nunc proferuntur (v. A. Schoell: Sophocles. Sein Leben u. Wirken p. 123 seqq. coll. Witzschelio in Jahrbb. f. Philolog. XLIX. p. 255 seq.), coniecturis potius quam certis veterum testimoniis nituntur: id unum „satis constare videtur (verba „sunt C. Fr. Hermanni l. l. p. 706), Herodotum et Sophoclem non aetatibus „tantum suppares, sed etiam inter se notos adeoque familiaritatis aliquo „vinculo iunctos fuisse:“ quod ipsum quo iure neget Mure l. l. IV. pag. 273, haud intelligo. Hanc igitur amicitiam sive familiaritatem utriusque viri equidem referendam puto ad ea tempora, quibus Herodotus ab itineribus per Asiam factis redux Athenas invisit ibique commoratus est, antequam Thurios proficisceretur, id est, ante annum 444 ante Chr. n. Qui enim propter carmen Herodoto a Sophocle compositum anno 440 ante Chr. n. ad hunc ipsum annum utriusque viri amicitiam referunt, necesse est statuant, hoc ipso anno Herodotum, qui quattuor ante annis Thurios discesserat, Thuriis denuo iter fecisse Athenas ibique aliquantisper substitisse; quod cum ipsum per se parum credibile videatur, accedit alterum, quod propylaea tum videre Noster non potuit, quae intra annos 438 et 431 exstructa cum viderit (vid. V, 77 ibique nott.), satius certe erit statuere, Herodotum post annum 437 *) Athenas iterum invisisse, itinere facto ex Italia; neque inde in eorum partem discesse-

est, molestias evitaturum. At, si quid video, longe antea Athenas iam Noster inviserat, unde tribus ante annis Thurios discesserat: de quo sine causa mihi dubitare videtur Boeckh: Zur Antigone d. Sophocl. pag. 144.

*) Amphipolin, quae anno 437 a. Chr. condita est, Noster ignorasse videtur; nulla quippe notitia huius coloniae ad Herodotum in Italia commorantem devenisse videtur. Cf. VII, 114 ibique nott.

rim, qui (vid. Heyse l. l. p. 68 et Iaeger p. 27) Herodotum primis colonis, qui Thurios anno 444 a. Chr. n. discesserunt, accenseri posse negantes aliquot post annis in coloniam iam conditam illum se recepisse ponunt: ut iam non quadragenarius, sed quinquagenarius ferme illuc abiisse putandus sit. Sed, alia ut taceam, diserta Plinii et Strabonis testimonia supra allata prorsus refragantur, bene monente quoque Voemelio l. l. p. 7. 8. Itaque acquiescendum est in ea, quam posuimus, sententia, Herodotum, qui anno 444 a. Chr. n. Thurios utique cesserat colonus, postea et quidem circa annum 431 iterum in Graeciam revertisse eaque occasione Athenas visisse: quod idem Lysiam fecisse accepimus. Athenas igitur si invisit Noster circa annum 431, belli Peloponnesiaci initia, quae commemorat IX, 73 (ubi vid. nott.) videre eiusdemque belli mala et calamitates cognoscere potuit, quas ita commemorat VI, 98, ut accuratius cognitas habuisse illas suspiceris longiusque in ipsa Graecia versatum esse Nostrum concludas: itaque etiam in haec tempora operis Herodotei, quod tum certe magis elaboratum esse adeoque absolutum fere debuit, recitationem Athenis factam a nonnullis viris doctis relegari supra vidimus: cui opinioni quae obstant, ibi iam significavimus.

§. 6.

Quae praeterea Herodoto acciderint et qualis fuerit vitae cursus, ex quo Thurios cesserat, plane ignoramus, cum nihil quidquam de his alibi traditum exstet et pauca tantum ex ipsius Herodoti scriptis coniecturâ potius assequi liceat. Qui cum occasione oblata nonnulla tradat, quae ad seriora pertineant tempora, inde consequitur, eo usque illum extendisse vitam. Pertinent haec, quae supra iam attigimus §. 4, ad res anno 431 s. 430 usque ad annum 425 ante Chr. n. fere gestas; neque enim ad annum 408 usque Nostrum vitam extendisse credimus, ut olim e locis I, 130 et III, 15 falso intellectis probare conati erant viri docti; neque aliud vitae longius productae vestigium in opere superstite invenias, nisi huc referre velis locum VII, 170, ubi clades, quam Tarentini passi sunt, omnium maxima inter Graecos fuisse dicitur: ὥστε φόνος Ἑλληνικὸς μέγιστος οὗτος δὴ ἐγένετο τῶν ἡμεῖς ἴδμεν κ. τ. λ.: quae verba Herodotum vix scribere potuisse existimo, si cognovisset cladem maximam, quam in Sicilia Athenienses anno 413 a. Chr. n. perpessi sunt, praesertim cum Atheniensium rebus tantam curam Noster impenderit, ut verbo certe huius Siculae cladis mentionem fecisset, si eam cognitam ullo modo habuisset*). Quare hoc ipso anno Herodotum in vivis non amplius fuisse arbitror: itaque ante annum 413 a. Chr. n.

*) Quare etiam accedere non possum Dahlmanno (Herodot p. 38 seq.) et Grotefendio (Geschichte u. Geograph. von Altitalien I. p. 34), qui Herodotum haec verba scripsisse putant ante hanc ipsam cladem: quam si postea cognovisset, certe id, opinor, indicasset.

eundem extremum diem obiisse statuendum erit; quo autem anno diem ille obierit, accuratius constituere si velis, vix licebit. Qui singulari cura in haec inquisiverunt viri docti nostrae aetatis, probabilitatem quandam magis secuti quam certa veterum testimonia, Rubino*) ac Schoellius**), Herodoti vitam supra annum 425 extendi posse negarunt. Paulo post annum 424 exacto sexagesimo vel sexagesimo primo aetatis anno diem supremum obiisse Herodotum pronuntiat Rubino***): quem si sequamur, Herodotus initia tantum belli Peloponnesiaci anno 431 exorti videre potuit, cuius calamitates sic indicat VI, 98 (*ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενομένα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων*), ut, licet mortuus sit Artaxerxes anno 424, plura tamen ac maiora belli Peloponnesiaci mala Noster cognovisse putandus sit, quam quae primis tantum belli huius annis acciderant. Itaque si quid bariolari in talibus liceat, malim Herodoti vitam extendere usque ad medium fere bellum Peloponnesiacum, adeo ut recte ille dici possit *παρεκτείνας μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν*, quae Dionysii sunt verba supra §. 1 allata; sed intra annum 413 subsistam neque Herodotum anno sequente (412) amplius in vivis fuisse credam: quo ipso anno cum Athenienses Thuriis eiecti sint, Herodotum aeque atque Lysiam inde discessisse Athenasque denuo petiisse quod plures viri docti statuunt †), equidem ob illas, quas protuli temporum rationes, accedere nequeo. Haec sane sunt, quae de tempore, quo Herodotus vitam finierit, aliqua cum probabilitatis specie erui possunt. Iam si quaeras, quid per illud temporis spatium, ex quo Thurios discessit, usque ad obitum gesserit; expletum certe credas licet tum historiarum opere in ordinem redigendo, perficiendo, limando, tum itineribus per Graeciam magnam Siciliamque, quin ipsam per Graeciam (si recte supra statuimus) factis: quamquam ne sic quidem opus prorsus absolvere licuit, cum morte oppressus opus ad eam quam voluit perfectionem perducere iustamque ei clausulam imponere non posset (vid. nott. ad IX, 122). Nec desunt sane loci, quos in Italia conscriptos esse dubium vix est: IV, 46 coll. 15. IV, 99. V, 44 ibique nott. Et diutius Nostrum Thuriis commoratum esse vel inde quis colligat, quod a

---

*) De mortis Herodoti tempore disputatio. Marburgi 1848. Conferas quoque Ley: De tempore, quo Herodotus mortem obiit. Colon. 1836.

**) in Philolog. IX. p. 199—211.

***) l. l. pag. 11. Inde Henr. Fischer (in thesibus adiunctis dissertationi: Historiae Argivorum fragmm. P. I. Vratislav. 1850) hanc ponit thesin: Herodotum diutius quam usque ad Olymp. XC (i. e. 420 ante Chr. n.) vixisse et scripsisse probari non potest.

†) Conf. C. Fr. Hermann. Vol. II. p. 700 ed. nostr., cui adsentitur Schiller: De Thuriorr. rebus p. 33 itemque Th. Müller: De Thuriorum republ. p. 48, Lahmeyer: De libelli Plutarchei etc. auctoritate p. 20 seq.

quibusdam serioris aetatis scriptoribus*) *Thurius* vocatur, ac si natalis hic esset locus vereque patrius, et Plinius Hist. Nat. XII, 4 (8) Herodotum Thuriis in Italia historiam condidisse scribit; indeque etiam haud scio an explicandum sit, quod belli Peloponnesiaci, quod illa aetate quam maxime saeviit tantamque Graeciae rebus conversionem attulit, rarior in Musis Herodoteis mentio fiat, praesertim cum Herodotus pro operis sui consilio, quo Graecorum res illustrare ac celebrare debebat, vix lubenter huius belli calamitates attigerit: de qua re dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LVI. p. 7 seq. *Thuriis* mortuum inque foro sepultum esse Herodotum tradit Suidas loco supra allato: tumuli inscriptionem hancce offerunt Stephanus Byzant. s. v. Θούριος et Aristophanis Scholiasta ad Nubb. 331 (coll. Brunck. Analectt. Vol. III. p. 263. epigr. 533), itemque nuper editus Tzetzae Scholiasta in Crameri Anecdott. Oxonn. III. p. 350 et in Tzetzae Epist. ed. a Presselio pag. 97:

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν.
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Quod Marcellinus in Vit. Thucyd. §. 18**) *Athenis* Herodoti memorat sepulcrum, id si verum est neque *Herodoti* nomen, uti contendit Viscontius, male huc irrepsit, cum Fabricio, Wesselingio, Larchero, Heysio, qui ipse accuratius in haec inquisivit p. 80. 81, intelligendum de cenotaphio, quod viro de omni Graecia ac singillatim de Atheniensibus, quos tantis laudibus exornaverit, meritissimo Athenienses publice posuerint. Quod vero *Pellae* in Macedonia Herodotum obiisse alii perhibebant, teste Suida l. l., id, nisi prorsus confictum esse putemus, non nisi hac ratione probabile reddi poterit, ut Herodotum cogitemus ad Archelaum, Macedoniae regem, quem doctos homines Athenis ad se invitasse novimus, tunc temporis profectum, fatis subito abreptum fuisse: atque sic etiam statuere videmus eos viros doctos, qui Herodotum senem anno 412 ante Chr. n. Thuriis profectum denuo Athenas petiisse indeque ad Archelaum (qui anno antecedente rex erat factus) se contulisse volunt: quorum opinioni temporum rationes obstare, quae Herodotum illo anno in vivis

*) Sic Strabo XIV. 2. p. 656 s. 970 A. Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν. Add. Iuliani Epist. 22 init. Avien. or. marit. 49. Plutarch. De malign. Herod. 35 init. De exsilio cap. 13 fin. Plura Wesseling. Diss. Herod. p. 9, Heyse l. l. p. 70 seqq., Hand. l. l. p. 384.

**) Locus sic se habet: πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος, ubi Viscontius (Iconograph. Grecq. I. p. 315) mendum suspicans vocem Ἡροδότου e textu tolli vult, in Ἡρώδου mutari iubet Coraës ad Plutarchi Cimon. 4: quod idem Schaefero, Krügero, aliis placuit. Contra Sauppe (in Actt. societatis Graec. II. 2. p. 430) mavult Ὀλόρου, quod recepit Westermann. Vitt. Graecc. scriptt. pag. 189; et conf. quae ipse de his dixi in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. LIV. p. 119. Qui nuper Marcellini vitam ediderunt, Poppo et Böhme, nihil in Marcellini verbis mutandum censuerunt.

non amplius fuisse arguunt, iam dixi in Jahrbb. f. Philolog. LIV. p. 119 et supra quoque monui. Nec magis eaedem temporum rationes permittunt, ut vera esse credamus, quae apud Suidam s. v. *Ἑλλάνικος* (p. 212 Westermann. Vitt. Graecc. scriptt.) leguntur: *διέτριψε δ' Ἑλλάνικος σὺν Ἡροδότῳ παρ' Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μακρῷ πρός· ἐξέτεινε δὲ καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων κ. τ. λ.*, in quibus, ut temporum rationes sibi constarent, pro *Ἀμύντᾳ* Clinton II. p. 271 reponi voluit *Περδίκκᾳ* et *Ἀρχελάου* pro *Περδίκκου*: etenim Suidae verba si sequamur, Hellanicus *una cum Herodoto* apud Amyntam (qui regnavit Ol. LVI, 4 — LXIX, 1) commoratus est atque aetatem extendit usque ad Perdiccae tempora, qui regnum adeptus est Olymp. LXXIX, 4 sive 461 ante Chr. n. Quod cum pateat falsum esse, rectius utique cum Muellero (Fragm. Graec. hist. I. p. XXIV seq.) Hellanicum intra Olymp. LXXIV, 3 — XLV, 4 sive 482—397 ante Chr. n. vixisse statues: adeo ut Herodoti aetatem longe hic superaverit. Nec tamen in tanta famae incertitudine ac discrepantia adduci possum, ut Herodotum et Hellanicum unâ in aula regis Macedonum, sive Archelaus sive alius quis fuerit, commoratum esse ibique Herodotum mortuum esse credam: acquiescere malim in ea fama, quae Herodotum Thuriis et mortuum et sepultum esse tradit.

Uxoris, liberorumque aeque atque cognatorum Herodoti (si ab uno Panyasi discedas) nulla reperitur mentio. Tradit quidem (in Photii Bibl. Cod. 190. p. 246 H. p. 148 Bekk.) Ptolemaeus Hephaestio, Herodotum secum habuisse amasium quendam Plesirrhoum, Thessalum genere eundemque opum haeredem, a quo etiam historiae Herodoteae prooemium fuerit compositum, reliquisse; sed firmo argumento haec carere videntur, quamquam inde colligi posse videtur C. O. Muellero (Kleine deutsche Schrift. I. p. 36), ab hoc Plesirrhoo Herodoti opus post mortem Herodoti esse editum. Neque ab hoc eodem Plesirrhoo prooemium Herodoteum esse conscriptum, iam supra (Vol. I. p. 4) monuimus iterumque hoc loco monendum putamus, cum denuo nuper vir doctus (La Roche in Philolog. XIV. p. 287 seqq.) hoc prooemium ab ipso Herodoto conscriptum esse negaverit, Plesirrhoo huic aut posterioris aetatis scriptori, ut opinatur, tribuendum. Vid. nott. T. I. p. 4.

De Herodoti imaginibus haec olim adscripsit Creuzerus: „quarum plures antiquitus exstitisse vix dubium est, cum adhuc carmen supersit Christodori Coptitae in Herodoti imaginem, quae Constantinopolin translata erat. Vid. Analectt. II. pag. 470. Ac lapis hodieque exstat in Museo Regis Neapolitani, ex collectione Farnesiana illatus, qui Herodoti et Thucydidis simulacra iuncta simul exhibet. Vid. Imag. ex Bibl. F. Ursini 1570 Rom. et Visconti Iconograph. grecq. I. pl. 27 (p. 315 seqq. ed. Milan.) [Unde Herodoti imago quoque delineata conspicitur in fronte Italae nostri scriptoris versionis.] Aliam adhuc incognitam imaginem e numo Halicarnassensi temporis Antonini Pii publicavit idem Viscontius l. l. [cui addas alterum numum supra §. 2 commemoratum]. Monstrat ille

altera in parte Antonini imperatoris imaginem addita inscriptione, in altera parte imaginem capitis, quod Herodoti esse et comparatio cum illo lapide et ipsae literae adiectae confirmant. Cf. Millin. Annall. Encycloped. 1817 Aout p. 218—220.“ Equidem plura afferre non habeo. Quae enim apud Gronovium exstant in Antiqq. Graecc. II. tab. LXXI coll. Mus. Capitol. I. tab. LXVII et Winckelmann. Hist. Art. IV. IV (Opp. T. VI, 1. p. 30 et 2. p. 44), quem sequitur Gurlitt. Archaeolog. Schrift. p. 287, iis meliora edocuit Viscontius a Creuzero allatus l. l. Qui idem Creuzerus postea haec adiicit: „Est etiam protome marmorea in museo Comitum de Erlach, quam Herodoti esse dicunt, nec Viscontio neque cuiquam, quod sciam, memorata: cuius ectypam e gypso imaginem Francisci Comitis *τοῦ μακαρίτου* munificentiae acceptam referimus.“ Ridicula fere imago conspicitur in fronte operis, quod inscribitur: Illustrirte Weltgeschichte. Ein Buch für's Volk von Held und Corvin. Leipzig. 1844: exhibetur enim Herodotus caput coronâ cinctus, qui sedens in Graecorum conventu historiam suam praelegit.

§. 7.

Vel ex iis, quae ante disputata sunt, bene intelligitur non uno eodemque tenore Herodotum sua absolvisse itinera nec certum constare ordinem, quo illa perfecerit. Id unum iure quodam nobis sumere posse videmur, illum, antequam Olympiae recitasset Thuriosque abiisset, peragrasse et Asiam et Africam et, quod mihi certe est veri simillimum, plerasque etiam ipsius Graeciae partes; a Thuriis inde eundem per Italiam inferiorem, Siciliam et forsitan etiam iterum per ipsam Graeciam instituisse itinera, indefessum et in suo opere perficiendo totum occupatum. Sed plura et accuratiora de his itineribus afferre vixdum licebit. Neque enim is est Herodotus, qui de se ipse suisque itineribus nos accuratius et consulto edoceat: immo non nisi coactus fere de his loquitur, ubi scilicet testibus aliquid probandum, aut mirae atque insolitae rei fides facienda erat legentibus, aut incredibilium rerum in narratione suum ipsius utpote suis haec oculis inspicientis auribusve accipientis testimonium erat adponendum. Itaque nec de tempore*), nec de ordine, quo singulas illas instituerit peregrinationes, nec de ratione, qua illas fecerit, cum certi quid constitui possit, id unum restat, ut regiones et loca indicemus, ad quae pervenisse Nostrum ex ipso opere superstite certo colligi possit. Qua in re cum post alios viros doctos**)

*) In Artaxerxis aetatem, qui Xerxis filius huic ipsi successit, Herodoti itinera reiicit Dahlmann. l. l. p. 54. Nos illud modo affirmare audemus, itinera ab Herodoto per Asiam et Africam facta cadere ante recitationem Olympiacam (vid. supra §. 4) indeque antecedere annum 444 ante Chr. n. Unde iter in Aegyptum susceptum circa annum 450 vel intra annos 454—444 probabiliter poni diximus in nott. ad II, 1. T. I. p. 428.

**) Ukert. Geogr. Graecc. et Romm. I, 1. p. 71 seqq., Dahlmann. l. l. p. 53 seqq.

laudabilem operam collocarit Heyse l. l. cap. V. p. 84 seqq., eo breviores esse poterimus. De peregrinandi modo si quaeras, valde probabile fit, mercatoribus peregrinantibus se patrem historiae adiunxisse socium*): quo enim alio modo illa praesertim aetate ad Asiae plagas interiores, ad Aegyptum, ut has potissimum nominem regiones, penetrare multosque alios aliarum terrarum homines mercaturae causa illuc confluentes cognoscere ac sciscitari potuisset?

Exordiamur a patria Herodoti terra *Caria*, quam aeque atque *Ioniam* et *Aeolidem* a scriptore peragratam fuisse ut ipsa suadet res, ita certis probatur testibus. Tu conf. modo de *Caria* et de *Doriensium pentapoli* I, 141. 144. 174 coll. 171 et 172; de *Rhodo* insula, quam adiit, II, 182 coll. III, 47. De *Ionia* insignis locus exstat I, 142 coll. VI, 14; de *Mileto* I, 21 ibique nott. coll. 137; de *Mycale* et *Panionio* I, 148 coll. IX, 97; de *Epheso* Ephesioque agro I, 26. 92 nott. II, 148 coll. II, 10. 106; de *Phocaea* I, 163; de *Samo* dixi in nott. ad III, 60 coll. VI, 14. Quo eodem pertinent, bene notante Heysio**), hi quoque loci: II, 148. 182. III, 47. 54. 60. 123, 142. IV, 88. 152. VI, 14 coll. I, 70. De *Aeolia* conf. I, 149, ***) de *Lesbiis* I, 23. 24 coll. IV, 61. In *Troadem* excurrisse Herodotum quamquam vix dubium, certa tamen desunt testimonia, nisi quod aliquoties Troiani agri fit mentio. Ac *Sigeum* promontorium, quod proxime Troadem esse nemo nescit, ipsum inspexisse, e loco IV, 38 coll. V, 65 quodammodo colligas; neque incognitam ipsi regionem fuisse, indicare videtur alter locus II, 10. *Lydiam* Nostrum visisse plura evincunt testimonia I, 93 ibique nott. I, 94. IV, 45; de urbe *Sardibus* loquitur I, 80. 84. III, 5; de *Maeandro* Maeandrique campis pluribus locis, quos citavimus ad I, 18, ubi vid. potissimum II, 10. 29. VII, 26. Nec *Mysiae* cognitione Herodotum caruisse, ex accurata descriptione itineris a Xerxe Sardibus Abydum facti (VII, 42 seqq.) merito concludit Heyse l. l. p. 90 afferens quoque hosce locos II, 10 (de *Ilio* et *Teuthrania*). IV, 14. 15 de *Cyzico* et *Proconneso*, cuius incolae laudantur testes eorum, quae de Aristea retulit, I, 57 de *Placia* et *Scylace*. *Thraces Bithynos* Noster visit, ut ex VII, 75 apparet, itemque omnem meridionalem Ponti Euxini tractum usque ad *Thermodontem*, de quo II, 104 coll. IV, 86, ubi *Themiscyrae* mentio, et II, 34, ubi *Sinope* affertur. Nec iniuriâ suspiceris, ad *Halyn* usque (de quo fluvio conf. I, 72. VII, 26. V, 52) Herodotum pervenisse, si quidem omnem dixeris Asiam minorem eâ viâ, quâ mercatores coniuncti peregrinari solent Sardibus Susa tendentes, illum permeasse, ob accuratam huius itineris descriptionem V, 52, ubi vid. nott. (T. III. p. 80) coll. VII, 26. 30. Tum quoque *Lycios*, de quibus vid. I, 176, adiisse videtur, itemque *Cretam* insulam, de qua conf. I, 171.

*) Hinc ipse pater historiae talia mercatorum itinera descripsisse videtur; vid. V, 52 ibique nott.

**) l. l. p. 88.

***) Quem huc quoque trahere vult Heyse l. l. p. 89 locum III, 55 de *Pitana*, eum alio spectare, in nott. ad h. l. iam monui.

VII, 171. III, 59 et *Cyprum*, de qua insula vid. I, 105. 199. V, 114. VII, 90.

E Cypro vel ex Aegypto traiecit ad *Phoenices*, quos aliquoties citat testes et auctores; II, 104. VII, 89. I, 2. 5. III, 37 coll. II, 79 et inprimis II, 44, ubi Tyrum se navi venisse declarat, coll. II, 106 et, qui eodem spectant loci, I, 105. II, 157. Ex illo loco II, 106 *Palaestinam* quoque Herodotum adiisse apparet, sed, ut mea fert sententia, non nisi eius tractum maritimum, quem permeans de *Cadyto* urbe quae refert II, 159 et III, 5, audivisse videtur. Tu vid. Vol. I. p. 889 ed. nostr. et conf. II, 104. 106: ad quos locos respiciens Iosephus contr. Apion. I, 22 (Vol. VI. p. 199 Bekk.) Herodoto Iudaeorum gentem innotuisse statuit. Neque tamen illum ad interiores Palaestinensis terrae regiones penetrasse neque Hierosolyma vidisse arbitror, assentiente quoque E. Naegelsbachio (in H. Reuteri: Allgem. Repertor. für die theolog. Litt. 1851. Vol. LXXIII (N. F. XXVI) pag. 194; quod vero in lacuna, quae VII, 76 reperitur, *Iudaeos* s. *Solymos* (quod nomen Herodotus haud novit, *Syros Palaestinenses* vocans) olim commemoratos esse in Xerxis exercitu militantes quidam statuunt, id coniecturâ eâque incertâ nititur meritoque reiicitur a Guil. Kellero De fragmm. Manethon. (Marburgi Catt. 1859) p. 40; ac nihil dubium, quin Noster de Iudaeorum gente maxime memorabili, sed peregrinos aditu prohibente, plura retulisset, si eo usque pervenisset terramque ipsam invisisset. Quae de *Arabia* scripsit III, 107, e mercatoribus, qui inde in Aegyptum aliave loca venerant, eum accepisse putem; nam collocutum cum hisce Nostrum docent hi loci III, 108. 111 in. II, 75.

In *Aegyptum* qua via venerit et qua ex regione, haud liquet. Pedestri itinere e Palaestina per regiones Arabiae desertas, e loco III, 5, ubi hoc ipsum iter describit, coll. III, 8, quis colligat; navi e Graecia aut e Phoenicia, cum qua utraque frequens florebat Aegyptiorum commercium, in Aegyptum advectum esse illum placet Heysio (p. 97 nott.) comparanti hos locos: III, 6 init. et II, 5. Utut statuis, omnem Aegyptum ab Herodoto perlustratam fuisse, certum est, et probat secundi libri tertiique ex parte argumentum; unde quae huc spectant, omnia accurate collegit Heyse l. l. pag. 108 seq. Quaecunque enim in his libris de Aegypti natura, historia, ambitu, incolis eorumque institutis tradita inveniuntur, ea vel ab ipso Herodoto cognita et observata vel e sacerdotum inprimis, quos consuluit, mercatorum, aliorum sermonibus percepta putanda sunt. Atque ipse historiae pater hac in re ita pronuntiat II, 99: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε* (sequitur Aegypti historia) *Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον. προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Et II, 147 init. *ὅσα δὲ οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέσται δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Add. II, 5. 29, ne plura. Pertinet huc accurata terrae descriptio II, 5 seqq., institutorum, morum II, 35 seqq. et praecipue II, 122. 164 seqq.; pertinent huc ser-

mones cum Aegyptiis, ad quos testes provocat, habiti II, 3. 15. 19. 54. 55. 100. 102. 107 seqq. 113. 116. 118. 120. 130. 142. 147. 150: quos locos bene attulit Heyse l. l. p. 109. Videtur autem ipse Aegyptiacae linguae imperitus per interpretem cum Aegyptiis egisse II, 125. Omnem terram perlustravit ad ultimos quosque terminos profectus. Sic Casium montem Sebonidemque lacum visit (II, 6. 158. III, 5) itemque Pelusium (III, 12), omne Delta (II, 15), Nili ostia, eiusque ipsius cursum ita advertit, ut navi vectum credas; unde tam accurate in causas inundationis inquisivit II, 19 seqq. Adiit urbes Papremin, Buto (II, 155), Chemmin insulam (II, 156), Sain (II, 28. 130. 131. 175), Bubastin (II, 137. 138), Heliopolin (II, 3. 7 seq.), ubi cum sacerdotibus colloquia habuit. Inde in mediam progressus Aegyptum Memphi aliquantum commoratus et cum sacerdotibus collocutus est, vid. II, 3; ex eorum enim narrationibus maximam partem ducta videntur, quae de Aegypti regum historia aut de religionibus enarrantur II, 99. 108. 110. 121. 136. 153. 176. Visit Noster pyramides, quas accurate descripsit singulas II, 124 seq. 127. 134. 136, labyrinthum cum Moeridis lacu memorabili II, 148 seqq., alia. Quin superiorem quoque in Aegyptum escendit usque ad terminos meridionales prope Elephantinem, ut ipse testatur II, 29 coll. II, 9. Chemmin invisit (II, 91) ac Thebas (II, 3. 143): qua de re conf. nott. ad II, 15 coll. II, 143 ibique nott.

Quae de *Aethiopia* affert Herodotus, additis vocibus λέγεται, φασὶ etc., de Nili fontibus (II, 28 seqq.), de Meroë (II, 29), de ipsis Aethiopibus (III, 17 seqq. II, 30 de Automolis, IV, 183 de Troglodytis), ea, opinor, fando audierat in ipsa Aegypto tum ab Aegyptiis sacerdotibus, harum rerum gnaris, tum ab ipsis huius terrae indigenis, quos commercii causa in Aegyptum delatos convenerat. Idem statuo de iis, quae ad interioris *Libyae* tractus spectant IV, 181 seqq. 184. Neque ad *Ammonios* Herodotum venisse credam: ita ut, quae de illorum regione leguntur II, 42. III, 26, ex aliorum, sacerdotum praecipue, narrationibus fluxisse videantur. Cf. Heyse l. l. p. 114. 115. Nec aliter de iis statuendum, quae de regionibus ab oriente Aegypti sitis, de montibus Arabicis (II. 8), aliis, traduntur.

Quae occidentem versus ab Aegypto praetenditur *Libyae* ora, dubium sane videtur, num ipse eam adierit, an, quae de illa refert, indigenis, quos in Aegypto aut Cyrene convenit, debeat. Nam frequenter in hac narratione obvium illud λέγουσι, λέγεται IV, 173. 187. 191 coll. 155. 189: quibus adde sis eos locos, ubi de Libyae situ (II, 32. IV, 168 seq.) et de gentibus eam incolentibus (II, 32. IV, 180. 190 etc.) exponit; nam ad eas usque Nostrum pervenisse vix credibile videbitur ei, qui itineris difficultates per deserta ista reputaverit. *Cyrenen* venisse Herodotum, idque navi, coniicias utique ex accurata et urbis et regionis descriptione II, 32. 33. IV, 154. 155. 157. 199. II, 96 et potissimum ex II, 181, ubi statuam ad suum tempus adhuc salvam memorat. Hac ex urbe ad gentes proximas, de quibus nonnulla traduntur (IV, 157. 198), ipsum excurrisse Herodotum vix credam: veri similius est illum haecce

accepisse vel a Cyrenaeis vel ab ipsis harum gentium indigenis, quos Cyrene viderat. Vid. nott. ad IV, 167 coll. nott. ad II, 28. Et hic sane *Carthaginienses* potuit invenire, mercatores, opinor, quos testes citat IV, 43. 195. 196. VII, 167: nisi in Sicilia id factum esse existimes, ad quam Herodotum e Thuriis inde venisse infra probabimus. Nam ipsam Carthaginem ille haud adiisse videtur: tu vid. quae de his monuimus in nott. ad IV, 167. (Vol. II. p. 599). Nec alio ex fonte ducta videntur, quae de aliis Libyae gentibus Noster memoriae prodidit IV, 191. 192. 194. 195.

Ac denique de tempore profectionis in Aegyptum vicinasque Africae partes si quaeras, ipse significat Herodotus *), se post annum 462 a. Chr. n. in Aegypto fuisse; quo tempore quod saeviit in Aegypto inferiori bellum ab Inaro rebelli contra Persas motum cum anno 456 a. Chr. n. demum esset finitum, haud credibile videtur Dahlmanno **) per huius belli vices iter ab Herodoto factum esse in Aegypto, quam potius ille intra annos 454—444 a. Chr. n. peragrasse videtur, ut supra iam monuimus in nott. ad II, 1, ubi etiam eorum opinionem commemoravimus, minus utique credibilem, ex qua Herodoti iter in Aegyptum circa annum 460 susceptum ponitur.

Revertamur in *Asiam*, cuius interiores quoque plagas Herodotum invisisse certum est. Iter Sardibus Susa ducens tam accurate describi, ut ab ipso historiae patre tritum credas, supra iam monuimus. *Babylonem* terramque Babylonicam se vidisse ipse testatur I. 193, ubi cf. nott., I, 200. I, 181—183 (ubi colloquia cum Chaldaeis habita referuntur), I, 178 not., I, 181 seqq. de ipsa Babylone. Ad *Susa* usque *Cissiorumque* regionem Nostrum venisse haud affirmem (cf. nott. ad V, 53. pag. 87), quamquam non prorsus improbabilis est coniectura Heysii l. l. p. 100 provocantis potissimum ad VI, 119, ubi de Ardericca scribit, quem locum usque ad suam ipsius aetatem Eretrienses a Dario huc translati tenuerint. Quin ad *Bactrios* venisse suspicatur Iaegerus l. l. p. 20, ob locum IV, 304; ubi quae narrantur, fando quoque ab aliis Herodotus audire potuit: tu vide sis ad Herodoti locum quae monuimus Vol. II. p. 668. Magis probabile est *Mediam* hac occasione perlustratam fuisse: cf. I, 110. III, 106 et potissimum I, 98, ubi pater historiae, ambitum moenium Ecbatanorum comparans cum ambitu Athenarum se illuc pervenisse illaque moenia suis oculis vidisse indicare videtur: vid. Heyse l. l. p. 100 seq.; quare sine causa Ecbatana Herodotum ipsum vidisse negat Wheeler: Geography of Herod. pag. 289, mirorque utique virum doctum (Quatremère in Mém. de l'Academ. des Inscriptt. T. XIX, 1. p. 388 seq. 440), qui Herodotum Assyriam, Babyloniam, Mediam invisisse negat. Immo quae nostra demum aetate in his terris detecta sunt monumenta literis cuneatis inscripta (cf. nott. ad III, 30. T. II. p. 65. et nott. ad III, 89. T. II. p. 170) et ad res a Persarum regibus gestas spectantia, ea et si

*) Vid. III, 12 ibiq. nott. T. II. p. 24.
**) l. l. p. 68—70. Adstipulatur Heyse l. l. p. 41. 50. 112 seqq.

quae alia antiquitus exstiterunt, a Nostro inspecta esse arbitror et in usum suum conversa. Sed remotiores Persarum regni provincias haud adiisse videtur; vidit igitur neque Ariam neque Bactriam neque alias terras, quarum in luculentissima satrapiarum recensione III, 89 seqq. mentio fit; neque dubium, quin quae de *India* refert III, 98 seqq., e Persarum aliorumve hominum fluxerint narrationibus. Cf. nott. T. II. p. 684 seqq. Neque *Araxem*, opinor, vidit, de quo fluvio tanta est virorum doctorum dissensio; cf. nott. ad I, 202. Mare Indicum quod vocant sinumque Persicum pernavigasse Herodotum iure, si quid video, negat Heyse p. 104; sinum Arabicum quod affirmat ob locos II, 159 et II, 11, equidem id unum inde colligi posse puto, Herodotum ad hunc sinum pedestri itinere pervenisse videri.

Ad septentrionales Asiae plagas si nos vertamus, apparet e locis II, 104 coll. IV, 105. IV, 86, in *Colchidem* venisse Herodotum, illa haud scio an occasione, qua navi vectus et Olbiam et reliquas Graecorum in illa Ponti Euxini ora sitas colonias invisit. Hinc Colchide Phasique fluvio Asiam omnino terminari statuerat pro illius aetatis sententia recepta: vid. IV, 45 ibique nott. (Vol. II. p. 390) coll. 38. 47. Neque vero ad interiores Caucasi plagas montesque (cf. I, 203), neque ad Caspium usque mare, cuius tamen accuratam habuit notitiam (cf. nott. ad I, 202) neque ad Scytharum illic vagantium terras progressus esse videtur: ut, quae de his inveniuntur tradita, aliorum e sermonibus fluxisse putanda sint. Conf. nott. ad I, 202. Vol. I. p. 403 et 408. coll. I, 203. Heysio l. l. p. 104. 105. Septentrionales Europae tractus, qui Scytharum vulgo dicuntur, a Ponti Euxini ora Graecis colonis repleta septentrionem versus extensos aliqua certe ratione inspectos esse ab Herodoto, a vero non prorsus abhorrere videtur, si accuratam et copiosam huius regionis descriptionem reputaveris, quam merito fide dignam et in optimis totius operis partibus habendam iudicat Grote: History of Greece III. p. 320 coll. Ed. a Wietersheim: Geschichte d. Völkerwanderungg. II. p. 347. Vide sis modo, ne plura, IV, 46 seqq. IV, 86 ibique nott. IV, 81, et conf. I, 105. II, 103. IV, 5. 7. 8, ubi ad Scythas auctores provocat. Reliqua, quae huc faciunt, tantâ industriâ indicavit Heyse l. l. p. 131—133, ut nihil sane addere ego habeam. Hunc si sequamur, usque ad Borysthenem in Hylaeam regionem Herodotus penetravit, Gerrho fluvio itinerum termino constituto. Mihi vix multum introrsus ad loca mediterranea progressus esse videtur Herodotus, quem magis credam in Graecis coloniis ad septentrionalem Ponti oram conditis versantem a Scythis ex interioribus regionibus huc commercii causa profectis accepisse, quaecunque de his ipsis regionibus earumque incolis memoriae prodidit*). Huc refero, quae IV, 22—36 de Iyrcis, Issedonibus, aliis, quae IV, 100. 104 seqq. de Agathyrsis, Neuris, Budinis, Gelonis, aliis profert. Ex ora Ponti septentrionali maritimo potius quam pedestri itinere in patriam regres-

*) Idem fere statuit Hansen: Osteuropa pag. 6, itemque Kolster in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. XII. pag. 594.

sum esse Nostrum dubitari nequit; si quidem terras trans Danubium, i. e. a Danubii septentrione sitas haud cognoverit. Cf. modo V, 9. 10. Navi igitur profectus Olbiâ pervenit ad Istri ostia visitque Istriam Milesiorum coloniam, de qua tradit II, 33. 34: quamquam quae de ipso Istro fluvio perscribit, talia sunt, ut fluvium illum Herodotum adiisse vix credas. Sic, uti hoc utar, IV, 48 quod narrat Istrum semper sibi parem fluere aestate atque hieme, verum haudquaquam esse quivis intelligit et bene notavit Kruse in Commentat. de Istri ostiis p. 28 seqq. Nam satis constat eo, quod fluvius hicce modo auctiori modo minori aquarum copia profluat, ostiorum atque terrae adiacentis speciem valde immutari. Hinc in talibus alios auctores secutus esse videtur, cum ipsi haec adire minime licuerit. Scribit enim II, 34 init., Istrum fluvium *πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι.* Vid. infra §. 8. A Sinopensi nauta sive mercatore haec Nostrum edoctum retulisse coniicit Kruse l. l. p. 33. 34. Ad Maeoticam paludem aeque atque ad interiores Crimmae peninsulae tractus Herodotum pervenisse nego. Vid. nott. ad IV, 86. 87. IV, 99. Heyse l. l. p. 134. Sed *Pontum Euxinum*, *Bosporum*, *Propontidem*, *Hellespontum* bene novit ipse, mensuras accurate indicans. Vid. IV, 81. 85. VII, 34 et quae ad hos locos adnotata sunt. *Thraciam* quoque ipsi cognitam fuisse monstrant hi loci: II, 103. IV, 33. 74. Neque vero ad interiores tractus penetrasse videtur (cf. V, 2 ibique nott. V, 3. 10), sed in meridionali tractu se continuisse maris oram potissimum legens indeque etiam Xerxis iter quam accuratissime potuit describens: eoque pertinent, quae VII, 58. 59. 108. 109. 111. 112 leguntur, quae de Thaso II, 44. VI, 47, de Samothrace II, 51, de Chersoneso VI, 36. VII, 33. 58. IX, 116. 120, atque de Hellesponto IV, 95 traduntur

Sic quoque *Macedoniae* oram maritimam legens audivit, opinor, quae de interioribus Macedoniae regionibus, v. c. de Crestone I. 57. VIII, 138 retulit, testes citans Macedones V, 22. VII, 73. VIII, 138. Et quamquam nuper exstitit *), qui Herodotum in Xerxis itinere per Macedoniam indicando (VII, 121 seqq.) ita lapsum diceret, ut ipsam Macedoniam adiisse minime sit putandus historiae pater, equidem non facile animum inducere possum, ut, quae tam accurate Noster retulit de illa terra VIII, 113. 114. 115. 122. 123. 124. 127 coll. V, 15—17 et IV, 33 fin., de Athone monte VII, 22. 23, de Pallene VIII, 129, non nisi aliorum e sermonibus fluxisse putem. Quin haud scio an huc vel illud referri possit, quod Pellae in ipsa Macedonia versatum ac sepultum esse Herodotum quidam perhibent: vid. supra §. 6. Eodem, opinor, itinere *Thessaliae* oram ingressus Tempe adiit (VII, 128. 129 ibid. nott. VII, 173) indeque per Thessaliam (VII, 129. 183) *Thermopylarum* fauces intravit, de qua re dixi in not. ad VII, 225. Ad *Dodonam* accessisse coniicias ex II, 52 coll. 53. 55 init., itemque ad *Delphos*, uti recte posuit Heyse l. l. pag. 124, *Abas* quoque Herodotum venisse coniiciens (VIII, 27. 33), *Parnassumque* escen

*) Vid. Cousinéry: Voyage en Maced. II. p. 33: sed vid. quoque Letronne, qui Herodoto patrocinatur, in: Journal d. Sav. 1835. Févr. p. 78.

disse (VIII, 32. 39) et *Doridem* invisisse VIII, 31. Addit idem Heyse p. 124 videri Herodotum *Aetoliam* quoque adiisse et *Acarnaniam*, coll. II, 10. *Boeotiam* terram accurate eum perlustrasse, nonus liber satis indicat, bene monente eodem Heysio, qui inprimis attendi vult ad IX, 15. 16. 25. 51. 52. 85 seq. *Thebas* venisse Herodotum, colligas ex V, 59 coll. I, 52. 92; *Delium* (VI, 118), *Ptoum* (VII, 135), *Orchomenum* (IX, 16) adiisse illum probabile videtur Heysio l. l. Quae contigua est *Attica* regio, eius ambitum optime novit, vid. IV, 99. *Athenienses*, apud quos aliquamdiu eum commoratum esse supra posuimus, saepius testes adhibet V, 63. 85. 87. VI, 75. 137. 138. VII, 189. VIII, 41. 84. 94. IX, 73, urbisque Athenarum cognitionem prodit certam II, 7. V, 77. 89 coll. VI, 103. VIII, 52. 53. 55 *). *Salaminem* quoque vidit locumque celeberrimae pugnae; tu cf. inprimis VIII, 76. 90. Ad *Aeginam* Herodotum iter fecisse credam Heysio p. 119 citanti V, 83. 86. 87. 88. VIII, 84 itemque ad *Euboeam* ob VII, 176, *Corinthum* ob I, 23. 24. V, 87. VIII, 94, *Isthmum* ob VIII, 121. IX, 81: e quibus locis admodum fit probabile, Nostrum haec ipsa loca invisisse. Idem dixerim de aliis Peloponnesi locis, quorum mentio fit per Herodoti historias, quamquam ibi se fuisse expressis verbis non enuntiat. Referas huc locos Heysii industriâ iam collectos p. 120 seq. de *Arcadia* VI, 127, de *Tegea* I, 66. IX, 70, de *Nonacri* et *Stygia aqua* VI, 74, de *Elide* IV, 30, de *Triphylia* IV, 148, de *Olympia* VII, 171. IX, 81. II, 7, de *Sicyone* V, 67, de *Epidauro* V, 83, de *fluvio Erasino* VI, 76, de *Argivis* V, 88, quos eosdem testes profert V, 87. VI, 75. 84. VII, 148. 150. 152. *Spartae* fuisse Herodotum nihil est dubium; vid. quae dixi ad III, 55. VII, 214, unde Lacedaemoniis saepius utitur testibus: I, 70. III, 47. IV, 150. V, 49. VI, 52. 53. VI, 84, quos locos collegit idem Heyse l. l. p. 120, qui huc etiam referri voluit *Taenarum* promontorium I, 23, *Therapnas* VI, 61, *Cytheram* insulam (I, 105) ac *Theram* IV, 147. seq. 150, *Syphnum* III, 57, *Parum* VI, 134, *Delum* II, 170. IV, 33. 34. 35. VI, 98, *Zacynthum* IV, 195. Hinc *Cycladas* etiam insulas, quarum frequens mentio, visisse Herodotum a vero haud abhorrere videtur.

Quae ad occidentem et septentrionem vergunt Europae partes, eas historiae patri non magis cognitas fuisse quam aequalibus suis satis docent hi loci: IV, 45. III, 115 (ubi haec scribit: *περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς ἑσπέρην ἐσχατιέων ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν κ. τ. λ.*, additque se nihil quidquam de his accepisse ab ullo homine, qui haec suis ipse oculis viderit) aut quae de Istro habet II, 33. IV, 49. *Apolloniam* in Illyria Nostrum venisse Heyse p. 138 colligi vult ex IX, 93, itemque ad *Venetos* ex V, 9 et I, 196.

Italiam, i. e. inferiorem eius, quae nunc sic vocatur, partem **) Nostrum peragrasse, Thuriis cum domicilium fixisset, nihil dubium. Et bene huc Heysius l. l. p. 138 retulit hos locos: IV, 15. 99. V, 44. 45 de Sybari et Crotone, de qua urbe etiam vide sis III, 131. 137. 138. Haud

---

*) Vid. Heyse l. l. p. 122, qui hos locos iam attulit.
**) Cf. nott. ad I, 167. III, 136. IV, 15. V, 43. VI, 127.

vidit Sardiniam (cf. nott. ad I, 170 et V, 106) Corsicamque (cf. I, 165 ibique nott.), cuius utriusque insulae modo notitiam aliquam acceperat, qualem etiam de Tyrrhenis atque Umbris nactum eum esse apparet ex I, 94. IV, 49. I, 163. 166 seq. VI, 22; nam eo usque venisse Herodotum, quibus testibus probem, non habeo. Inde etiam ea, quae de *Agyllaeis* ac *Velia* narrantur I, 163, aliorum ex sermonibus referri credibile est: neque enim ad has regiones Noster pervenit (cf. Grotefend: Geschichte u. Geograph. v. Altitalien I. p. 32), neque *Romam* venit, cuius nullam cognitionem Nostrum habuisse recte Iosephus*) pronuntiat, licet, quo anno Herodotus in Italiam venit Thurios (444 ante Chr. n. = 310 urbis Romanae conditae), Romanorum imperium iam satis crevisset, legibus duodecim tabularum latis tribunisque plebis creatis ipsisque tribunis militum pro consulibus magistratum ineuntibus hoc ipso anno. In *Siciliam* Nostrum profectum esse notavi ad VII, 153. 165, ubi cf. nott.; ibique, si recte ponit Heyse p. 139 seq., vidit *Egestam* V, 47, *Zanclen* VI, 25, *Syracusas* VII, 167, *Camicum* VII, 170.

Haec igitur de terris locisque ab Herodoto peragratis indeque in ipsius opere commemoratis uno in conspectu posita eo consilio proponere voluimus, ut inde appareat, omnem fere terrarum orbem Graecis illa aetate cognitum ab Herodoto esse perlustratum ipsumque Herodotum pro primario veteris geographiae fonte merito haberi, praesertim cum Hecataei, qui et ipse plurimas terras peragravit et descripsit, scripta aeque atque omnium, qui post Herodoti aetatem talia tractarunt, opera omnia usque ad Romanorum fere aetatem interierint. Quare nostrae aetatis viri docti in hanc partem accuratius inquirere atque Herodoti geographiam peculiaribus libris illustrare studuerunt, inter quos primo loco repono:

I. Rennel: The geographical system of Herodotus examined and explained etc. London 1800. 4. et 1832. II. Voll. 8. (Im Auszug übersetzt u. durch Anmerkk. u. eigene Untersuchungen berichtigt und erweitert von *G. G. Bredow* in: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie. II Stück. Altona 1802. 8. **).

G. G. Bredow: Geographiae et Uranologiae Herodoteae Specimina. Helmstad. 1804. 4.

Larcher: Histoire d'Herodote. Tom. VIII: Table géographique. (Paris 1802).

I. B. Gail: Geographie d'Herodote. Paris 1823. 2 Voll. 8.

---

*) Contra Apion. I, 12 (Vol. VI. p. 183 Bekk.): *τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην ἐκ μακροῦ δύναμιν κεκτημένης καὶ τοιαύτας πράξεις κατορθούσης πολεμικὰς οὔτ' ὁ Ἡρόδοτος οὔτ' ὁ Θουκυδίδης οὔτε τῶν ἅμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἷς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὀψέ ποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἡ γνῶσις διεξῆλθεν.*

**) Continentur hoc volumine etiam: *Gosselin:* „Ueber die Kenntniss der Alten von der West- und Ostküste Africa's u. über die Umschiffung dieses Erdtheils," et *Vincent:* „Ueber den Handelsverkehr der Alten mit Indien und ihre Kenntniss von der Ostküste Africa's."

I. B. Gail: Atlas cont. par ordre de temps, les cartes relatives à la géographie d'Herodote, Thucydide, Xenophon, les plans des batailles decrites etc. Paris 1825. 4. (cum tabulis CVII ad Herodotum maximam partem spectantibus).

B. G. Niebuhr: Ueber die Geographie Herodots in: Klein. hist. u. philol. Schrift. I. Bonn. 1828. 8.

Guil. Doenniges: Comment. de geographia Herodoti cum tabula orbis terrarum ex ipsius opinione. Berolin. 1835. 8.

Herm. Bobrik: Geographie d. Herodot, vorzugsweise aus dem Schriftsteller selbst dargestellt, mit einem Atlas von zehn Karten (fol.). Königsberg. 1838. 8.

W. Tzschackert: Herodot als Geograph. Trzemeszno. 1851. 4.

J. Talboys Wheeler: The geography of Herodotus developed, explained and illustrated from modern researches and discoveries, with maps and plans. London 1854. 8.

H. Schlichthorst: Geographia Africae Herodoteae. Gotting. 1788. 4.

C. Seiferling: Comment. de geographia Africae Herodoteae. Marburg. 1844. 8.

Th. Chr. Breiger: Comment. de difficilioribus quibusdam Asiae Herodoteae. Gotting. 1793. 4.

Asiae Herodoteae Difficiliora. Auctore *Ch. G. H. Froemmicher*, post eius obitum ex eius schedis collecta et disposita a Iul. Billerbeck. Gotting. 1794. 4.

J. Ch. Gatterer: De Herodoti ac Thucydidis Thracia in: Commentatt. societ. reg. Gotting. IV. p. 87. V. pag. 59. VI. p. 1 seqq.

(Abhandlung von Thracien nach Herodot. u. Thucydid. übersetzt von H. Schlichthorst. Goetting. 1800. 8.)

D. F. Kruse: Ueber Herodots Ausmessung des Pontus Euxinus, des Bosporus Thracius, der Propontis u. des Hellespontus sowie über die Schiffbrücken u. s. w. Breslau 1818. 8. mit zwei Karten. (Cf. nott. ad VII, 36.)

J. Lelewel: Beschreibung des Herodoteischen Scythiens, in: Kleinere Schriften. Leipzig 1836.

Fr. A. Brandstaeter: Scythica. Regiomont. Pruss. 1837. 8.

Fr. Ludw. Lindner: Skythien u. die Skythen des Herodot etc. Stuttgart 1841. 8.

A. Hansen: Osteuropa nach Herodot (Beyträge z. Gesch. d. Völkerwanderung. I). Dorpat 1844. 8.

W. H. Kolster: Das Land der Scythen bei Herodot u. s. w. (1846) in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. Vol. XII et XIII.

G. Knoes: Disquisitio de fide Herodoti quâ perhibet Phoenices Africam navibus circumvectos esse etc. Gotting. 1805. 4. (vid. Excurs. XI ad Herod. IV, 42).

Io. Sandberg: Disp. hist. de Africa a Phoenicibus iussu Neconis circumnavigata. Traiecti ad Rhen. 1860. 8.

Alia, quae ad singulos Herodoti locos illustrandos pertinent, suis quaeque locis indicavimus: satis erat hoc loco ea scripta enumerare, quae vel in universum Herodoti geographiam tractant, vel maiores quasdam partes illustrant.

§. 8.

De fontibus historiae Herodoteae dicturi proficiscimur e loco classico II, 99, unde *triplicem* fere narrationis fontem fuisse scriptori colligas accurate discernenti inter ea, quae a se ipso visa et conspecta retulit (ὄψις) et inter ea, quae ex aliis sciscitando cognovit (ἱστορίη), et denique inter ea, quae sua ipsius opinione ductus statuit (γνώμη). Verba ipsa afferam: μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον·*) προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Ad quae conf. nott. pag. 640 seq. Vol. I. Nam ubicunque Herodotus non expresse addit, se ab aliis edoctum haec enarrare, ipse haec inspexisse indeque retulisse putandus est. Quaecunque aliis debuit aut aliunde accepta retulit, ea non nisi fonte, ex quo manarunt, indicato solet afferre, addens verbum φασὶ aut λέγουσι aut simile quid: unde vel itinerum ab Herodoto factorum testimonia haud raro repeti posse supra §. 7 vidimus. Et haec tam aperta sunt inque conspicuo posita, ut nemo quisquam, nisi praeoccupato iudicio captus, intelligere nequeat: illud vero gravius atque difficilius constituere, si quos alios praeterea fontes Noster adierit, si aliorum scripta consuluerit et ex iis haud pauca hic illic in suos libros transtulerit: praesertim cum ante Herodotum plures constet fuisse logographos sive rerum scriptores, quibus ipsis Nostrum quodammodo accensere liceat. Hos vero si Herodotus consuluerit et in usum suum adhibuerit, indicari utique consentaneum est a scriptore alioqui in talibus tam accurato. At vix ullum certum huius rei uspiam exstat vestigium, nisi *Hecataei Milesii*, de quo continuo sumus dicturi, mentionem huc referre malis: nam quod ad *Xanthum* respexisse volunt Herodotum I, 93, de eo nunc non dicam, id unum certo poni posse ratus, Herodotum in Lydorum rebus enarrandis Xanthi scripta minime compilasse: vid. Vol. I. p. 204 seq. Nec aliter statuerim de *Charone Lampsaceno* **), uti iam dixi ad I,

*) Ex his ipsis verbis *quartum* adeo narrationum genus constitui vult Lahmeyer (De libelli Plutarchei qui de malignitate Herodoti inscribitur auctoritate pag. 8 seq.), ubi Herodotus, cum neque testibus oculatis neque auritis uti licuisset „simpliciter, quaecunque audivit, memoriae prodidit (κατὰ ἤκουον); de quibus nihil aliud nobis persuadere vult, nisi revera ita *narrari*, cum de factorum veritate ipse haud raro dubia sua proferat." Atque Creuzerus quoque (Histor. Kunst d. Griech. pag. 85 ed. sec.) a tribus illis narrationum fontibus distinguit id, quod *famâ* (die blosse Sage) continetur. Mihi hoc et ipsum ad ea pertinere videtur, quae in universum ἱστορίη complectitur.

**) Quod in Tertulliani loco de Anima cap. 46 (quem in nott. ad I, 107 exscripsi), ubi de Astyage et Mandane Herodotus citatur, addi-

160. Vol. I. p. 317 coll. VI, 37. Vol. III. pag. 269 atque de *Hellanico*, cuius libros ut Herodoto cognitos fuissse statuam, quemadmodum quibusdam placuisse video, abs me impetrare haud possum, cum certa huius rei indicia desint omnia: immo recte mihi statuere videtur Dahlmann. (in Herodot. p. 127), et Hellanicum, qui Herodoto fuit non multo iunior*), et Herodotum ita scripsisse, ut neuter alterius scripta cognita habuerit**). Quo et illud facit, quod Sturzium ad Hellanici fragmm. p. 16 observasse video: Herodotum primum sibi videri exponere de constitutione reipublicae Laconicae VI, 55, quamvis e Strabone pateat, iam Hellanicum ea de re egisse. Atque idem Sturzius l. l. p. 13—16 talia affert, e quibus Herodotum potius ab Hellanico compilatum fuisse coniicias. Hinc vero diiudicanda erunt, quae Dionysius Halicarnassensis ad Cn. Pompei. p. 128 scripsit: *Ἡρόδοτος — τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου δὲ καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν, ὅπερ καὶ πεποίηκε.* Quibus obstare videntur, quae ex Porphyrio refert Eusebius in Praeparat. Evangel. X, 3. pag. 466 (T. II. p. 459 Gaisford.): *καὶ τί ὑμῖν λέγω, ὡς τὰ βαρβαρικὰ νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάσου* (leg. *Δαμάστου*; nam *Δαμάστης* Hellanici discipulus dicitur apud Suidam s. v. *Δαμάστης*) *συνῆκται*: unde Herodoti scrinia Hellanicum compilasse eo magis credas, quod sane nonnulla ex hoc Hellanici opere proferuntur, cum Herodoteis ita congruentia, ut inde ducta videantur: sed satis probarunt viri docti (Müller Fragmm. hist. Graec. I. p. XXX seqq., Preller De Hellanico Lesbio p. 5, A. de Gutschmid in Philolog. X. p. 538 seq.) ipsique iam supra in nott. ad IV, 95 Vol. II. p. 486 monuimus, hic cogitandum esse de posterioris aetatis opere, quod sub falso Hellanici nomine vulgatum est. Itaque in ea sententia persisto, ut neque Herodotum ab Hellanico, neque Hellanicum ab Herodoto adhibitum esse existimem. *Cadmum Milesium*, unum e prioris aetatis logographis, num Herodotus noverit atque in opere suo, ubi de Aegypto disputat, respexerit, haud affirmem: fieri certe id potuisse contendit A. de Gutschmid l. l. pag. 522 seq. Quae cum ita sint, unus certe est *Hecataeus*, quem Noster pluribus sane locis respexit, praesertim in iis,

---

tum legitur: „hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit," minime eam vim habere potest, ut Charonem ab Herodoto consultum aut exscriptum esse existimemus. Tu conf. etiam Müller. Fragmm. historicc. Graecc. (I.) pag. XVI seqq.

*) Vixit enim Hellanicus, ut iam supra §. 6 fin. Müllerum secuti statuimus, intra annos 482—397 ante Chr. n. Herodotus (v. supra §. 1) natus est 484 ante Chr n. (vel 489) et vixit certe usque ad annum 424, vel etiam aliquot annos amplius; vid. §. 7.

**) Idem statuerunt C. Müller Fragmm. Hist. I. p. XXIX, Preller De Hellanico Lesbio pag. 52 et quodammodo etiam Mure: History etc. IV. p. 308. Unum obstare videtur, quod in Scholiis ad Sophoclis verba *εὔστομ' ἔχε* in Philoctet. 201 adscriptum legitur: *τὸ δὲ τοιοῦτο κεχίασται, ὅτι Ἑλλάνικός ποτε ἀναγινώσκων τὰ Ἡροδότου* (respicit ad II. 171, ubi vid. nott. Vol. I. p. 814) *ἔλεγε· περὶ δὲ τῶνδέ μοι εὔστομα κείσθω, οὐ διαιρῶν εἰς δύο λέξεις, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι, ταῦτα εὔστομα.*

quae de Aegypto tradit, de qua terra ante Herodotum neminem Hecataeo accuratius inter Graecos scripsisse certum est.

De *Hecataeo Milesio* ita scribit Suidas I. p. 687: Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν, et Hermogenes de Ideis II, 12 (p. 399 Walz. p. 423 Spengel.): Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μέν ἐστι καὶ σαφὴς κ.τ.λ., itemque Porphyrius apud Eus. Praep. Ev. X, 3. p. 466 B. (II. p. 459 Gaisf.): Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας*); nominat autem Porphyrius in his descriptionem hippopotami (II, 71. Vol. I. p. 588) et narrationem de venatione crocodilorum (II, 70). Quibus Creuzerus in fragmm. historicc. p. 19. 20 adiicit etiam narrationem de Phoenice ave II, 73 [Vol. I. p. 591**)] accedente Klausenio ad Hecataei fragmm. pag. 126, qui quaecunque de crocodilis et hippopotamo II, 68. 69. 70. 71 narrantur, ex Hecataeo ducta vult l. l. p. 128, itemque (p. 132) narrationes de serpentibus alatis et Ibide ave II, 75. 76, si quidem horum animalium, quae mira alit Aegyptus, naturam diligentius ab Hecataeo explicatam fuisse credibile fiat. Neque tamen ex eo solo, opinor, effici poterit, hasce animalium descriptiones, quas offert Herodotus, ex Hecataeo deprómptas esse, nec satis equidem intelligere possum, cur ad hunc scriptorem, quem aliis locis cavillatur, necesse habuerit confugere Noster in iis, quae ipse suis oculis melius percipere potuit quaeque ita etiam refert, ut suis ipsum oculis talia inspexisse facile appareat. Hecataeo narratis similia quaedam cum prodat II, 77, coniecturam inde ducunt, ex Hecataeo haec quoque deprompta esse: cf. nott. Vol. I. p. 598 et add. Klausen. l. l. p. 125. Cum Hecataeo quoque consentit Aegyptum Nili donum esse asserens II, 5, de quo loco vid. Vol. I. p. 847 et Klausen. l. l. p. 122. Quod vero idem Klausen. l. l. p. 95 satrapiarum descriptionem III, 89 seqq. ex Hecataeo haustam vult, alitier mihi videri iam dixi Vol. II. p. 170.

*) I. e. *brevia immutando adulterans*, ut interpretatur A. de Gutschmid l. l. pag. 535 totam sententiam sic reddens: „*Herodotus Hecataeum ad verbum exscripsit, si brevia quaedam excipis enunciata, quae mutando adulteravit.*" De verbo παραποιεῖν conf. allata in Thesauro Ling. Graec. Vol. VI. p. 364 ed. Dindorf. et Jacobs: Vermischte Schrift. V. p. 582. Sed Porphyrii, levis auctoritatis scriptoris, verbis nullam vim nullamque fidem prorsus tribuendam esse recte monuit idem Gutschmid l. l. Müller l. l. pag. XIV haec ita intellexerat, ut Porphyrium diceret incidisse in περιήγησιν, quae ex Herodoto aliisque historicis compilata Hecataei nomen sit mentita.

**) Ubi quae Herodotus tradit, ex imagine ipsius avis, quam in monumentis adspexit, fluxisse probavimus; accedunt ea, quae sacerdotes Heliopolitae narraverant, ipsi Herodoto haud probata. Quae eadem ad Hecataeum spectare putat Müller Fragmm. hist. Graecc. I. p. 21, haud recte ex mea sententia, cum quae ex Hecataeo deprompta hic velit, ea ab Heliopolitis auctoribus ab Herodoto indicentur. Nec magis ex Hecataeo desumptam crediderim crocodili descriptionem, uti idem Müller l. l. arbitratur.

Contra aliquot sane in Herodoti libris superstitibus inveniuntur loci, in quibus Hecataeum vel expresse vel tacite tangi, dubium esse non potest. Cavillari Hecataeum et aequalium risui exponere Noster videtur II, 143, ubi vid. nott. Vol. I. p. 755 et add. Klausen. l. l. p. 6 seq., nec melius eundem tractat VI, 137 coll. V, 36, ubi Hecataeus bellum cum Persis ineundum dissuadens laudatur addito titulo τοῦ λογοποιοῦ, ut II, 143. Quin acerbius Hecataeum tangit I, 146, ubi cf. nott. Vol. I. p. 300 et Klausen. l. l. p. 108, II, 21. 23, ubi vid. nott. Vol. I. p. 413 coll. IV, 8. p. 302. Vol. II et IV, 36. pag. 371, adeo ut terrae descriptionem minime ex Hecataeo repetendam crediderim, ut quibusdam placuit: cf. Dönnniger: De geographia Herodoti p. 5, Grotefend. Geograph. u. Gesch. v. Altital. I. p. 14. Atque etiam de Caspio mari quae Noster scribit vera I, 202, ea contra Hecataeum, qui Caspium mare pro Oceani sinu habuerit, scripta esse contendit Klausen. l. l. pag. 92, cui etiam (p. 131) Herodotus II, 3: Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμὼν κ. τ. λ. hanc fabulae discrepantiam in Hecataei libro legisse videtur, quique (p. 128) eundem Hecataeum intelligi et respici putat II, 15 in iis, quae de rebus geographicis Iones statuunt, et II, 156 in iis, quae de insula mobili habet Herodotus parum ipsi credibilia. Vid. fragm. Hecat. p. 123. Et Hecataeum Milesium aliosque Milesios auctores, Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem, Cadmum, quorum populares plurima commercia per Scythiam egerint, secutus videtur Herodotus II, 34, ubi narrat Istrum πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι: conf. etiam II, 33. Vol. I. p. 498 et vid. Kruse: De Istri ostiis p. 20. In rebus Scythicis adeo novasse nonnulla Herodotum opinatur Brandstäter (Scythicc. p. 13. 14.), ut Hecataeo, qui de iisdem retulisset, se opponeret.

Haec quidem omnia in unum conspectum posita quamquam satis commonstrare videntur, Herodoto Hecataei, viri inter aequales suos eminentioris, ut vel e loco V, 36 apparet, scripta cognita fuisse ac digna quoque habita, quae propter scriptoris auctoritatem*) crebrius respiceret, minime tamen illud usquequaque efficere posse videntur, ut Herodotum Hecataei libros compilasse indeque haud pauca in suam narrationem transtulisse arbitremur, praesertim cum ea, quae ex Hecataeo hausta putentur, e suo quoque penu non minus bene proferre potuerit Noster, quem ista loca ipsum adiisse supra evicimus. Conf. etiam Müller. l. l. pag. XIV seq. Immo haud pauca, quae, ut his utar, in Aegypti descriptione ab Herodoto praetermissa miramur**), vel eam ob causam ab Halicarnassensi omissa esse crediderim, quod haec uberius iam exposita viderat ab Hecataeo, cuius scripta multum manibus terebant

*) De qua vid. quae exposuerunt Westermann in Pauly Realencyclop. III. pag. 1083, Creuzer: Histor. Kunst d. Griech. p. 280 ed. secund., Mure: History etc. IV. pag. 140.

**) Sic de Thebis: vid. nott. ad II, 15, p. 463 et ad II, 28. p. 482 Vol. I propter multa alia in rebus Aegyptiacis ab Herodoto omissa; cf. quoque nott. ad VI, 55. Vol. III. p. 293.

aequales; sed quae falsa ab Hecataeo referri viderat, ea ob magnam, qua floruisse videntur Hecataei scripta, auctoritatem corrigere et emendare cum voluisset Noster, hinc ni fallor explicandum, quod hic illic acerbius Hecataeum tetigerit: nisi etiam privatam quandam sive inimicitiam sive aemulationem inter utrumque intercessisse putes, de qua tamen nihil quidquam uspiam traditum reperi.

§. 9.

Hisce argumentis permotus, Herodotum ex aliorum sive historicorum sive logographorum, quales tum fuere, scriptis haud sane multa hausisse arbitror. Nec tantum tribuam loco I, 1 (*Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι κ. τ. λ.*), quantum tribui vult Dahlmann l. l. p. 108. Namque Herodotus ut alibi, v. c. in rebus Aegyptiis Aegyptios sacerdotes, ita h. l. Persarum viros doctos sive Magos laudat, quibus hanc narrationem debeat. Nec magis scriptos fontes agnoscere possum II, 100, ubi Aegyptiorum sacerdotes regum nomina e libro dicuntur recitasse Herodoto, qui ipsam Aegyptiorum linguam haud novit, quique triplicem suae narrationis fontem ipse paulo antea II, 99 (vid. quae §. 8. initio disseruimus) indicans libros scriptos utique haud commemorat. Eodem modo, quo I, 1, Persas testes citat I, 95; nec tamen inde sequitur, scripta Persarum de suis rebus volumina Nostrum adiisse et excerpsisse. Sed quae III, 89 de Satrapiarum descriptione et VII, 60 seqq. de Xerxis exercitu perscribit, ea si non omnia, ad magnam certe partem e regiis Persarum annalibus, ad quos scriptori Asiam perlustranti aditus patuerit, hausta esse videntur. Vid. nott. ad hos locos Vol. II. p. 170 et III. p. 541 seq., ac vel e publicis regum monumentis et inscriptionibus, quas ipsum vidisse et consuluisse videri iam supra § 7 diximus (cf. nott. ad III, 30 et 89*), nonnihil Noster trahere inque suum usum convertere potuit. Pertinent huc quoque, quae de itinere Susa ducente tradit V, 52, ubi vid. nott. T. III. p. 51. In Graecia *exegetas* s. *periegetas* consulere atque ea, quae ex horum ore acceperat, referre potuit: ex hoc fonte fluxisse videntur Prellero (ad Polemon. p. 165. 169) ea, quae de Delphicis donariis traduntur I, 14. 20 (ubi haec leguntur: *Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι*) 25. 50. 51. Quin e *sophistarum* scholis quaedam ad Herodoti libros transiisse praesertim in quaestionibus de re publica constituenda, illo tempore maxime agitatis, haud vana fit suspicio; vid. VIII, 140. §. 1 ibiq. nott. IX, 48. III, 80 ibique nott. Vol. II. p. 152. Nec inde mirabimur, Persis, aliis barbaris, subinde

---

*) Hinc recte pronuntiasse existimo Oppertum (in: Journal Asiatique Ser. IV. Tom. XVIII. p. 349) haec: „Si l'inscription de Bisoutoun ne nous constatait que le fait, que le père de l'histoire, quoiqu' il ait été calomnié et traité de menteur, est l'historien le plus sincère et le plus consciencieux de l'antiquité, nous lui serions redevable de beaucoup au nom de l'appréciation de la literature grecque."

ea tribui, quae in Graecum potius hominem, sophistarum et rhetorum in scholis nutritum et educatum conveniant. Vid. III, 71. 72. 80. V, 4 (T. III. p. 7). V, 24. VII, 10. §. 4 coll. VII, 102. 152. VIII, 26. VIII, 140. §. 1 et conf. annotationem ad hos locos. Add. I, 8. III, 53, alia id genus; eodemque haud scio an pertineant, quae Solonem et Croesum colloquentem (I, 30 seqq.)*), aut quae I, 207 Croesum dicentem facit**). *Anaxagorae* philosophiam Herodoto cognitam fuisse e loco III, 80, ubi sententiam Anaxagorae decretis similem enuntiat***), quis colligat; praesertim cum alio loco II, 22 (ubi conf. nott. Vol. I. p. 473) contra Anaxagorae sententiam de Nili inundantis causis edisserat historiae scriptor et aliis quoque in rebus ab hoc philosopho valde dissentiat.

§. 10.

Sed haec exigua modo fontium indicia sunt, e quibus Herodoteum opus fluxisse existimemus! Multo plura, imo plurima, quae eo continentur, ipse in itineribus comperit, ipse vidit; eoque potissimum praeter locorum et regionum, quas ipse visit, descriptiones retulerim quae de templis, portentis, oraculis, donariis, aliis id genus, aut etiam de ipsa rerum historia his ipsis in locis comperta perscribit nunquam non indicato fonte vel auctore. Ut paucis dicam, quod sentio, vel ipse vidit, quae scripsit, vel a sacerdotibus, quos illa aetate per orientem inprimis suos doctos gerum gestarum notitiam habuisse constat, accepit sciscitando vel a mercatoribus, quos in itineribus convenit, uti iam supra monuimus. Praeiverant Herodoto qui vulgo vocantur logographi, qui fabulas antiquitus traditas literis ut consignarent eoque modo posteritatis memoriae traderent cum unice sibi proposuissent, in ipsum rerum sic traditarum argumentum minime inquisiverunt, satis habentes, ea, quae ore tantum adhuc tradita erant, scriptis mandata posteris tradere. Quam logographorum rationem iam Hecataeum quodammodo deseruisse indicat prooemium illud, quod ad Genealogiarum opus nunc referunt (cf. Müller Fragm. hist. Graecc. I. p. 25), apud Demetr. de Elocut. §. 12 his verbis conceptum: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα

---

*) Vid. quae de his monuimus in notis ad h. l. Vol. I. pag. 64 seq. Quare Daunou (Cours d'Etudes historiques T. VIII. pag. 116) valde veretur, ut totum hoc colloquium revera unquam fuerit habitum.

**) Quod vero I, 155, ubi Croesus Cyro consilium dat, Lydos ut effeminatos reddat, Wachsmuth (Hellen. Alterthumsk. II, 2. p. 17 s. II. p. 352 ed. sec.) quaerit, hoc Croesi consilium ex iis, quae Graeci tyranni iam tum fecerint, num profectum sit, an ex Graeca omnino fluxerit sententia, frustra mihi quaerere videtur. Neque enim talia absunt a regum orientalium more atque indole.

***) Ubi in fine leguntur haec: ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα, quibuscum iungere licet, quae I, 103 exstant: πρὸ τοῦ δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα, ad quos locos vid. nott.

δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν. Quae sane indicant scriptoris animum a receptis superstitionibus liberum et veri inveniendi studiosum, ingenium acre et sollers in fabularum traditarum farraginem inquirens eamque diiudicans: adeo ut auctore Creuzero *) Hecataeum rerum scriptorem *criticum* utique vocare possimus, praesertim cum alia quoque, eodem docente Creuzero, accedant, e quibus crisin quandam illum historiae adhibuisse luculenter pateat. Herodotum eodem titulo quin ornemus, nil video, quod obstet; ut in quo scriptore omnia concurrunt, quae *patrem historiae* illum summo iure vocari evincunt. Cum enim prioris aetatis historiam perscribenti ad antiquitatem esset regrediundum, quae non nisi e monumentis, templis, carminibus, fabulis cognosci poterat **), Herodotus quatenus quae de his tradita invenit accepitque, literis consignavit et qui ferebantur λόγοι, eos in suum retulit opus, ipse quodammodo λογογράφων in numero iure habetur. Neque vero in eo acquievit, in quo priores λογογράφους ante ipsum substitisse modo diximus, sed amplius in rerum traditarum nexum causasque et in eam, quae inde enascitur, rerum gestarum veritatem ordinemque inquirendum ratus a priorum scriptorum via multum discessit, eoque ipso ostendit veram historiae notionem se animo impressam habuisse. Unde sane nemo mirabitur in tali scriptore *artis criticae* initia bene cognosci posse. Vid. modo nott. ad III, 122 (Vol. II. p. 237). IV, 173. p. 610, IV, 179. p. 618. Vol. II, et VII, 30 p. 479. Vol. III. Cum igitur veri historici partes, hoc modo vera a falsis seiungens, explere studuerit Noster, quaeritur, num qui verum scribere *voluerit*, id etiam praestare *potuerit* ***). Nam *voluisse* verum tradere Herodotum, neminem, qui Herodoteas Musas accuratius perlegerit, dubitaturum confido, nec opus pluribus commonstrare, nullo timore partiumve studio captum fuisse Herodotum, quo minus quod verum ipsi fuisset visum, libere et ingenue enuntiaret. Vid. modo, ne plura, nott. ad VII, 132. Vol. III p. 634. et ad VIII, 123. et conf. Meierotto: Sur Herodote et le but de son histoire (Mémoir. de l'Academie royale de Berlin 1792 et 1793. p. 615. 618. 620 seq.). Pertinent huc etiam, quae pluribus locis in annotatione diximus de nimio, quod scriptori imputant, erga Athe-

*) Die histor. Kunst der Griech. pag. 86 coll. 78 (p. 68. 280 ed. sec.). Fragmm. historicc. pag. 15. Aliter de his statuit Mure: Critical history of the language etc. IV. p. 159.

**) Hinc tam sedulo donaria, portenta, oracula ubivis recenset: quippe unde narrationi ex parte fides erat adstruenda, praesertim in rebus dubiis aut vario modo traditis. Conf. modo I, 50. 52. 92. II, 44, ne plura. Bene dixit Meierotto in scriptione mox laudanda p. 602. 603: „Les oracles, accomplis ou non, n'en étoient pas moins de nouvelles sources historiques où l'on puisoit ce qui avoit dû être un objet de recherche et devenir un principe d'action pour des états entiers ou pour des personnages célébres; c'étoient des textes d'événemens toujours énoncés dans le style favori des Grecs: Herodote ne pouvoit donc les passer sous silence."

***) Vid. Creuzer: Histor. Kunst d. Griech. p. 100—112 (p. 79 seqq. ed. sec.).

nienses studio ac voluntate deque inimicitia in Spartanos*) Corinthiosque**).

Atque illud veri studium in Herodoto arcte coniunctum invenimus cum omni animi indole, ut sane quaecunque mortalem illa aetate praestare potuisse consentaneum est, ea Herodotum eximie praestitisse putemus. Insignis hanc quoque in rem locus II, 99, unde tota disputatio nostra erat exorsa, ut in quo tam diligenter ea, quae ipse vidit, comperit, iudicavit, ab iis, quae aliorum narrationibus debuit, distinguit; haec enim, uti diximus, affert addito verbo *λέγουσι*, *φασί* etc. Conf. Meierotto l. l. p. 610 et vid. potissimum Herodot. I, 184: *ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω*, et locos paulo ante allatos IV, 173. 179 ibiq. nott. Sic scribit II, 43: *ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει.* Add. II, 123 init. *τοῖσι μέν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων ἀκοῇ γράφω.* II, 120 init. *ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱρέες ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι τάδε ἐπιλεγόμενος.* Et confer sis quoque II, 29. 53. 113 seqq. III, 45. IV, 173. 187, ne plura. Hinc maxima cum religione in rebus dubiis mirisve suam sententiam eloquitur nec raro se quid certo affirmare posse negat, uti III, 115 *ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν* et quae similes formulae exstant I, 57. IV, 16, ubi cf. nott. p. 304. IV, 25 ibiq. nott. p. 326. I, 172. IV, 187. V, 9. VI, 14. VIII, 8 ibiq. nott. T. IV. p. 12. Contra I, 140 init. ait: *ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν.* Hinc quoque fluxit illud studium diversas, quae super eadem re ferebantur, traditiones colligendi, discernendi et diiudicandi (ut VII, 150. VI, 134. IV, 11. 12. V, 44. 45. 85. 86) suamque ipsius hinc deductam sententiam subiiciendi (ut II, 53. IV, 96. III, 45), quo verum omnino erueret, ut I, 22. II, 120 coll. 1, 5; hinc illae dubitationes in rerum mirarum enarratione, quibus illa aetas eam fidem habebat, quam ipse scriptor addere non audet minime credulus aut eo usque superstitiosus, ut portentorum narrationes a naturali rerum cursu alienas continuo probet. Praeter locum supra iam allatum II, 123 coll. II, 45 vid. potissimum I, 182 (*φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες κ. τ. λ.*) ibiq. nott. Vol. I. p. 362. IV, 96 (*ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου* [de Zamolxi agitur] *καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην*) ibiq. nott. Vol. II. p. 487. V, 86 (*ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ*) coll. IV, 42. III, 3. (*λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός* II. p. 7), III, 115. II, 156. VI, 84. 121. VII, 133 coll. 137. IV, 105 (*ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες*). V, 22: *Ἕλληνας δὲ εἶναι τούτους*

---

*) Vid. VI, 108. Vol. III. p. 378. VII, 102. p. 589 seq. VIII, 3. VIII, 94. 139 coll. VII, 139. IX, 21. 22. Add. qui in eandem fere sententiam disputavit, Friedrich in Programmate Zerbst. 1852. 4.: Herodoti de Atheniensium et Lacedaemoniorum ingenio et moribus quae sententia fuerit.

**) VIII, 94, ubi vid. nott.

τοὺς ἀπὸ Περδίκκεω γεγονότας, κατάπερ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε οὕτω τυγχάνω ἐπιστάμενος καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὥς εἰσι Ἕλληνες. Add. VIII, 30. *) Talia qui scribit, eum vulgi superstitionibus superiorem fuisse iure dixeris; praesertim cum studium res miraculosas e naturali rerum cursu explicandi insigniter prodat IV, 32. VI, 84. II, 21 coll. VII, 133. VII, 20. Ac parem diligentiam produnt disputationes de Nili incremento eiusque causis II, 21 seq., de aetate sacrorum Herculis II, 44; de literarum et scripturae inventione V, 58; de Helena rebusque Troianis II, 113 seqq. 120 seqq. (cf. nott. Vol. I. p. 674 seq. 687); de Cypriis carminibus II, 117; de Cyro I, 95; de Melampode II, 49; de Aegypti natura II, 5. II, 12: τὰ περὶ Αἴγυπτον ὦν καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδὼν κ. τ. λ., alia. Neque in talibus poëtarum auctoritatem ipsi offecisse, e loco insigniori II, 120 apparet **), quamquam in rebus sacris arcanisve religione quadam se obstrictum fuisse, quo minus non omnia, quae cognita habuit, eloqueretur, sed silentio quaedam praetermitteret, ipse ingenue profitetur II, 3. 45. 46. 65. 170. 171. Qui autem tanta cum cura et veri studio ubivis egit, qui verum sine ullo timore enuntiare audet ***), ab omni mendacio alienus †); cum verum unum in omnibus ut erueret, sibi propositum haberet, eum verum dicere *voluisse* utique concedemus.

Iam venio ad alterum, quod requirimus, verum ut tradere *potuerit* Herodotus. Qui verum unum ut traderet, longinqua suscepit itinera, omnes subiit viarum molestias atque labores, quo ipse singula loca invisens verum videre aut sciscitando a singulis comperire posset, qui si qua mira parumve credibilia aut a rerum naturali cursu abhorrentia acceperat, diligentius in ista inquisivit iustamque his adhibendam esse sibi persuasit crisin, nec superstitionibus vulgi nec praeiudicatis opinionibus captus nec credulus nimiumque religiosus, sed perspicax et in iis, quae ipse observavit, enarrandis, accuratissimus, num eum vera scribere *potuisse* negabimus? At verba dare poterant ipsi quos sciscitatus est sive sacerdotes sive mercatores eoque modo ipsum fallere et in errores implicare. Num vero, quaeso, in toto historiarum opere talem se praebet historiae pater, cui tam facile imponas? Equidem hoc vix fieri potuisse puto in viro tam cauto tamque sollerti et diligenti rerum indagatore, qualem Nostrum fuisse libri superstites indicant, in quibus vix ullus reperitur locus, e quo illum consulto in errores deductum aut se decipi passum esse, liquido commonstrare possis. Nam quod ad *Aegyptias* res potissimum confugiunt, a sacerdotibus Aegyptiis verba Herodoto data esse clamitantes, id quam infirmum sit, singulis locis in annotatione

---

*) Similem fere in modum scripsit Arrianus Exped. Alex. II, 12, 12: καὶ ταῦτα ἐγὼ οὔθ' ὡς ἀληθῆ οὔτε ὡς πάντῃ ἄπιστα ἀνέγραψα. VII, 15, 8: καὶ ταῦτα οὔτε ὡς ἀτρεκὲς οὔτε ὡς ἄπιστον πάντῃ ἀνέγραψα: quae una cum aliis attulit Sintenis. in Jahrbb. f. Philolog. Vol. XVI. p. 162 seq.

**) Conf. Creuzer: Hist. Kunst d. Gr. p. 105 (p. 83 ed. sec.).

***) Conf., ut alia taceam, nott. ad VIII, 72.

†) Conf. V, 50 ibique nott. Vol. III. p. 78 seq.

ostendimus; alia hanc in rem disputavi in Iahnii et Klotzii Nov. Annall. philoll. et paedagg. VI. p. 209 seq., quae hic repetere non vacat. Non loquor hic de iis, quae ad ipsam terram eiusque naturam pertinent, aut ad animalia, quae Aegyptus nutrit, aut ad homines eorumque mores ac totam vivendi rationem, aut ad templa aliaque monumenta miranda, quae ab Herodoto describuntur; ipse enim haec vidit comperitque Aegyptum totam perlustrans; sed ea potissimum intelligo, quae praeterea ille tradit ad religiones spectantia aut ad historiam et cum ea coniunctam chronologiam: eoque potissimum refero, quae loco iam supra laudato II, 99 leguntur: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον, προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Aegyptiorum igitur sermones se referre profitetur, idque non sine cautione quadam, quae satis ostendit, Herodotum non eum fuisse, qui tam facile sibi imponi passus sit aut temere fidem narratis tribuerit. *Heliopolitas* autem sacerdotes et *Memphiticos* potissimum fuisse, cum quibus Herodotus (per interpretes opinor) versatus sit, iam in nott. ad II, 3 (Vol. I. p. 432) et II, 99 (Vol. I. p. 641) significavimus*) indeque etiam haud scio an repetendum sit, quod de Thebis ac Thebanis rebus pauciora nobis traduntur (cf. II, 15 ibique nott.): quamquam Thebas quoque Nostrum adiisse, sacerdotes consulturum satis patet ex iis, quae II, 3 leguntur. Quo eodem loco de rebus Aegyptiorum sacris Noster haec pronuntiat: *τὰ μέν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων, οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι, ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτῶν μοῦνον, νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι* **). Itaque non ex professo de rebus sacris ipsisque diis se scripturum esse declarat, sed obiter tantum nec nisi ipsa re quasi coactum; idque ita peragit, ut, si quid prodat, quod ad altiorem harum rerum scientiam pertineat, veniam a diis sibi petendam putet (II, 45: *καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ τῶν ἡρώων εὐμενείη εἴη*) atque aliis locis ea, quae dicenda sint, silentio premere malit, ne res arcanas effutire videatur (vid. II, 46. 47. 51. 171), inter alia haec professus II, 65: *τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ εἰ λέγοιμι, καταβαίην ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέεσθαι.* Cum igitur maxime refugiat de rebus sacris dicere, nil mirum, vel de deorum ordinibus, quod est

*) Conf. etiam II, 105. 142. Ab his *sacerdotum* relationibus bene distinguit Noster ea, quae per *interpretem* (*ἑρμηνέα*) accepit II, 125, ubi vid. nott. Unde quod Lepsius (Chronolog. d. Aegypt. I. p. 248) effici posse putat, Herodotum rarius cum ipsis sacerdotibus esse collocutum, ac pleraque debere his interpretibus, hominibus plebeiis atque rudibus, ex genere eorum, qui nunc Cicerones apud Italos vocantur, merito adversatus est Alfr. de Gutschmid in Philolog. X. p. 643 seq. ad Herodotum ipsum iure provocans, qui ipsos sacerdotes auctores semper indicat atque ab his interpretibus probe distinguit.

**) Conf. quoque Nitzsch: „Herodotea“ in programmate Duisburgensi anni 1857. 4.

fundamentum omnis de diis Aegyptiis doctrinae (II, 43. 46. 145), pauciora tradi, quam vellemus, neque ea, quae ad systema, ut dicunt, Aegyptiorum numinum constituendum atque Aegyptium Olympum componendum sufficere queant: quod eo magis dolendum est, quando recentioris aetatis viros doctos, qui ex ipsis Aegyptiorum monumentis haec constituere conati sunt, mirum quantum inter se differre videmus, adeo ut vix quidquam certi de his constare videatur. De singulis autem diis eorumque nominibus (cf. II, 50. 63) et muneribus si quae traduntur, illud teneri volumus, Herodotum, Graecis cum scriberet, id semper conatum esse, ut Aegyptiorum deos ad eos Graecorum deos referret, qui similem quandam vim ac naturam habere viderentur, eoque spectant, quae de Iove (II, 42 seq.), de Hercule (II, 42. 43. 145), de Osiride-Dionyso (II, 42. 123. 144), de Marte (II, 63), de Pane (II, 46 coll. 145. 146), de Horo-Apolline (II, 144), de Iside-Cerere (II, 59), de Diana (II, 156), de Vulcano (II, 3. 99), aliis produntur. Atque haec ipsa res viam nobis quodammodo indicat, qua ad numina Aegyptiaca ipsa intelligenda eorumque vim comprehendendam accedere possimus, adiuvantibus ipsis numinum imaginibus, quae in monumentis adhuc conspiciuntur, atque inscriptionibus, quae notis hieroglyphicis, ut vocant, insculptae sunt: quamquam maximam cautionem in his rebus, quae nondum ad liquidum prorsus adductae sunt, adhibendum esse nemo nescit: si vero lucis quid inde acceperit Noster, id certe valere potest ad fidem scriptori vel in his rebus firmandam eiusdemque studium comprobandum. Quod ad *historiam* attinet et *chronologiam* cum ea coniunctam, Herodotum in plerisque certe vera tradere, quae cum iis congruant, quae ex ipsis Aegyptiorum monumentis cum aliqua certitudine eruta sunt, satis monuimus singulis locis, quibus haec traduntur: sed simul ea in universum respici volumus, quae in not. ad II, 124 (Vol. II. p. 707) et in Excurs. XIII. ibid. p. 882 monuimus, ad ea, quae de Aegypti historia, praecipue de singulis regibus eorumque temporibus proferuntur, recte diiudicanda, praesertim cum, quae Noster memoriae prodit, ea haud raro ab ipsis monumentis, quae adhuc exstant, comprobata inveniantur. Quare rectum de his iudicium tulisse existimamus Grotium: History of Greece III. p. 407 summa fide dignum esse Herodotum arbitrantem in iis, quae ipse viderit, eundemque ea quoque, quae ab aliis acceperit, accurate quidem referre nec vero temere omnibus fidem habere, sed admodum caute in omnibus agere. Ac nuper qui eandem quaestionem de fide Herodoti in rebus Aegyptiacis tradendis accurate tractavit Al. de Gutschmid in Philolog. X. p. 636 seqq., is recte (p. 652) pronuntiat, quin Herodotus fidelissime quaecunque audivisset, retulerit, neminem dubitaturum, qui reliquos eius libros probe legerit: qui quod nonnulla Graeco colore tinxerit, id eius aetati esse condonandum: atque, ut supra iam monuimus, semper in his id tenendum esse volumus, Graecorum in gratiam Nostrum scripsisse iisque se accommodare semper studuisse, ut, quae scriberet, facilius et melius intelligi possent a Graecis, quippe colore Graeco quodam inducta. Optimis sacerdotum fontibus Herodotum in enarranda Ae-

160. Vol. I. p. 317 coll. VI, 37. Vol. III. pag. 269 atque de *Hellanico*, cuius libros ut Herodoto cognitos fuissse statuam, quemadmodum quibusdam placuisse video, abs me impetrare haud possum, cum certa huius rei indicia desint omnia: immo recte mihi statuere videtur Dahlmann. (in Herodot. p. 127), et Hellanicum, qui Herodoto fuit non multo iunior*), et Herodotum ita scripsisse, ut neuter alterius scripta cognita habuerit**). Quo et illud facit, quod Sturzium ad Hellanici fragmm. p. 16 observasse video: Herodotum primum sibi videri exponere de constitutione reipublicae Laconicae VI, 55, quamvis e Strabone pateat, iam Hellanicum ea de re egisse. Atque idem Sturzius l. l. p. 13—16 talia affert, e quibus Herodotum potius ab Hellanico compilatum fuisse coniicias. Hinc vero diiudicanda erunt, quae Dionysius Halicarnassensis ad Cn. Pompei. p. 128 scripsit: *Ἡρόδοτος—τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου δὲ καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν, ὅπερ καὶ πεποίηκε.* Quibus obstare videntur, quae ex Porphyrio refert Eusebius in Praeparat. Evangel. X, 3. pag. 466 (T. II. p. 459 Gaisford.): *καὶ τί ὑμῖν λέγω, ὡς τὰ βαρβαρικὰ νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάσου* (leg. *Δαμάστου*; nam *Δαμάστης* Hellanici discipulus dicitur apud Suidam s. v. *Δαμάστης*) *συνῆκται*: unde Herodoti scrinia Hellanicum compilasse eo magis credas, quod sane nonnulla ex hoc Hellanici opere proferuntur, cum Herodoteis ita congruentia, ut inde ducta videantur: sed satis probarunt viri docti (Müller Fragmm. hist. Graec. I. p. XXX seqq., Preller De Hellanico Lesbio p. 5, A. de Gutschmid in Philolog. X. p. 538 seq.) ipsique iam supra in nott. ad IV, 95 Vol. II. p. 486 monuimus, hic cogitandum esse de posterioris aetatis opere, quod sub falso Hellanici nomine vulgatum est. Itaque in ea sententia persisto, ut neque Herodotum ab Hellanico, neque Hellanicum ab Herodoto adhibitum esse existimem. *Cadmum Milesium*, unum e prioris aetatis logographis, num Herodotus noverit atque in opere suo, ubi de Aegypto disputat, respexerit, haud affirmem: fieri certe id potuisse contendit A. de Gutschmid l. l. pag. 522 seq. Quae cum ita sint, unus certe est *Hecataeus*, quem Noster pluribus sane locis respexit, praesertim in iis,

---

tum legitur: „hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit," minime eam vim habere potest, ut Charonem ab Herodoto consultum aut exscriptum esse existimemus. Tu conf. etiam Müller. Fragmm. historicc. Graecc. (I.) pag. XVI seqq.

*) Vixit enim Hellanicus, ut iam supra §. 6 fin. Müllerum secuti statuimus, intra annos 482—397 ante Chr. n. Herodotus (v. supra §. 1) natus est 484 ante Chr n. (vel 489) et vixit certe usque ad annum 424, vel etiam aliquot annos amplius; vid. §. 7.

**) Idem statuerunt C. Müller Fragmm. Hist. I. p. XXIX, Preller De Hellanico Lesbio pag. 52 et quodammodo etiam Mure: History etc. IV. p. 308. Unum obstare videtur, quod in Scholiis ad Sophoclis verba *εὔστομ' ἔχε* in Philoctet. 201 adscriptum legitur: *τὸ δὲ τοιοῦτο κεχίασται, ὅτι Ἑλλάνικός ποτε ἀναγινώσκων τὰ Ἡροδότου* (respicit ad II, 171, ubi vid. nott. Vol. I. p. 814) *ἔλεγε· περὶ δὲ τῶνδέ μοι εὔστομα κείσθω, οὐ διαιρῶν εἰς δύο λέξεις, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι, ταῦτα εὔστομα.*

quae de Aegypto tradit, de qua terra ante Herodotum neminem Hecataeo accuratius inter Graecos scripsisse certum est.

De *Hecataeo Milesio* ita scribit Suidas I. p. 687: *Ἡρόδοτος δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν*, et Hermogenes de Ideis II, 12 (p. 399 Walz. p. 423 Spengel.): *Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μέν ἐστι καὶ σαφής κ.τ.λ.*, itemque Porphyrius apud Eus. Praep. Ev. X, 3. p. 466 B. (II. p. 459 Gaisf.): *Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας* *); nominat autem Porphyrius in his descriptionem hippopotami (II, 71. Vol. I. p. 588) et narrationem de venatione crocodilorum (II, 70). Quibus Creuzerus in fragmm. historicc. p. 19. 20 adiicit etiam narrationem de Phoenice ave II, 73 [Vol. I. p. 591 **)] accedente Klausenio ad Hecataei fragmm. pag. 126, qui quaecunque de crocodilis et hippopotamo II, 68. 69. 70. 71 narrantur, ex Hecataeo ducta vult l. l. p. 128, itemque (p. 132) narrationes de serpentibus alatis et Ibide ave II, 75. 76, si quidem horum animalium, quae mira alit Aegyptus, naturam diligentius ab Hecataeo explicatam fuisse credibile fiat. Neque tamen ex eo solo, opinor, effici poterit, hasce animalium descriptiones, quas offert Herodotus, ex Hecataeo depromptas esse, nec satis equidem intelligere possum, cur ad hunc scriptorem, quem aliis locis cavillatur, necesse habuerit confugere Noster in iis, quae ipse suis oculis melius percipere potuit quaeque ita etiam refert, ut suis ipsum oculis talia inspexisse facile appareat. Hecataeo narratis similia quaedam cum prodat II, 77, coniecturam inde ducunt, ex Hecataeo haec quoque deprompta esse: cf. nott. Vol. I. p. 598 et add. Klausen. l. l. p. 125. Cum Hecataeo quoque consentit Aegyptum Nili donum esse asserens II, 5, de quo loco vid. Vol. I. p. 847 et Klausen. l. l. p. 122. Quod vero idem Klausen. l. l. p. 95 satrapiarum descriptionem III, 89 seqq. ex Hecataeo haustam vult, alitier mihi videri iam dixi Vol. II. p. 170.

---

*) I. e. *brevia immutando adulterans*, ut interpretatur A. de Gutschmid l. l. pag. 535 totam sententiam sic reddens: „*Herodotus Hecataeum ad verbum exscripsit, si brevia quaedam excipis enunciata, quae mutando adulteravit.*“ De verbo *παραποιεῖν* conf. allata in Thesauro Ling. Graec. Vol. VI. p. 364 ed. Dindorf. et Jacobs: Vermischte Schrift. V. p. 582. Sed Porphyrii, levis auctoritatis scriptoris, verbis nullam vim nullamque fidem prorsus tribuendam esse recte monuit idem Gutschmid l. l. Müller l. l. pag. XIV haec ita intellexerat, ut Porphyrium diceret incidisse in *περιήγησιν*, quae ex Herodoto aliisque historicis compilata Hecataei nomen sit mentita.

**) Ubi quae Herodotus tradit, ex imagine ipsius avis, quam in monumentis adspexit, fluxisse probavimus; accedunt ea, quae sacerdotes Heliopolitae narraverant, ipsi Herodoto haud probata. Quae eadem ad Hecataeum spectare putat Müller Fragmm. hist. Graecc. I. p. 21, haud recte ex mea sententia, cum quae ex Hecataeo deprompta hic velit, ea ab Heliopolitis auctoribus ab Herodoto indicentur. Nec magis ex Hecataeo desumptam crediderim crocodili descriptionem, uti idem Müller l. l. arbitratur.

Contra aliquot sane in Herodoti libris superstitibus inveniuntur loci, in quibus Hecataeum vel expresse vel tacite tangi, dubium esse non potest. Cavillari Hecataeum et aequalium risui exponere Noster videtur II, 143, ubi vid. nott. Vol. I. p. 755 et add. Klausen. l. l. p. 6 seq., nec melius eundem tractat VI, 137 coll. V, 36, ubi Hecataeus bellum cum Persis ineundum dissuadens laudatur addito titulo τοῦ λογοποιοῦ, ut II, 143. Quin acerbius Hecataeum tangit I, 146, ubi cf. nott. Vol. I. p. 300 et Klausen. l. l. p. 108, II, 21. 23, ubi vid. nott. Vol. I. p. 413 coll. IV, 8. p. 302. Vol. II et IV, 36. pag. 371, adeo ut terrae descriptionem minime ex Hecataeo repetendam crediderim, ut quibusdam placuit: cf. Dönnniger: De geographia Herodoti p. 5, Grotefend. Geograph. u. Gesch. v. Altital. I. p. 14. Atque etiam de Caspio mari quae Noster scribit vera I, 202, ea contra Hecataeum, qui Caspium mare pro Oceani sinu habuerit, scripta esse contendit Klausen. l. l. pag. 92, cui etiam (p. 131) Herodotus II, 3: Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμὼν κ. τ. λ. hanc fabulae discrepantiam in Hecataei libro legisse videtur, quique (p. 128) eundem Hecataeum intelligi et respici putat II, 15 in iis, quae de rebus geographicis Iones statuunt, et II, 156 in iis, quae de insula mobili habet Herodotus parum ipsi credibilia. Vid. fragm. Hecat. p. 123. Et Hecataeum Milesium aliosque Milesios auctores, Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem, Cadmum, quorum populares plurima commercia per Scythiam egerint, secutus videtur Herodotus II, 34, ubi narrat Istrum πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι: conf. etiam II, 33. Vol. I. p. 498 et vid. Kruse: De Istri ostiis p. 20. In rebus Scythicis adeo novasse nonnulla Herodotum opinatur Brandstäter (Scythicc. p. 13. 14.), ut Hecataeo, qui de iisdem retulisset, se opponeret.

Haec quidem omnia in unum conspectum posita quamquam satis commonstrare videntur, Herodoto Hecataei, viri inter aequales suos eminentioris, ut vel e loco V, 36 apparet, scripta cognita fuisse ac digna quoque habita, quae propter scriptoris auctoritatem*) crebrius respiceret, minime tamen illud usquequaque efficere posse videntur, ut Herodotum Hecataei libros compilasse indeque haud pauca in suam narrationem transtulisse arbitremur, praesertim cum ea, quae ex Hecataeo hausta putentur, e suo quoque penu non minus bene proferre potuerit Noster, quem ista loca ipsum adiisse supra evicimus. Conf. etiam Müller. l. l. pag. XIV seq. Immo haud pauca, quae, ut his utar, in Aegypti descriptione ab Herodoto praetermissa miramur**), vel eam ob causam ab Halicarnassensi omissa esse crediderim, quod haec uberius iam exposita viderat ab Hecataeo, cuius scripta multum manibus terebant

---

*) De qua vid. quae exposuerunt Westermann in Pauly Realencyclop. III. pag. 1083, Creuzer: Histor. Kunst d. Griech. p. 280 ed. secund., Mure: History etc. IV. pag. 140.

**) Sic de Thebis: vid. nott. ad II, 15, p. 463 et ad II, 28. p. 482 Vol. I propter multa alia in rebus Aegyptiacis ab Herodoto omissa; cf. quoque nott. ad VI, 55. Vol. III. p. 293.

aequales; sed quae falsa ab Hecataeo referri viderat, ea ob magnam, qua floruisse videntur Hecataei scripta, auctoritatem corrigere et emendare cum voluisset Noster, hinc ni fallor explicandum, quod hic illic acerbius Hecataeum tetigerit: nisi etiam privatam quandam sive inimicitiam sive aemulationem inter utrumque intercessisse putes, de qua tamen nihil quidquam uspiam traditum reperi.

§. 9.

Hisce argumentis permotus, Herodotum ex aliorum sive historicorum sive logographorum, quales tum fuere, scriptis haud sane multa hausisse arbitror. Nec tantum tribuam loco I, 1 (*Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι κ. τ. λ.*), quantum tribui vult Dahlmann l. l. p. 108. Namque Herodotus ut alibi, v. c. in rebus Aegyptiis Aegyptios sacerdotes, ita h. l. Persarum viros doctos sive Magos laudat, quibus hanc narrationem debeat. Nec magis scriptos fontes agnoscere possum II, 100, ubi Aegyptiorum sacerdotes regum nomina e libro dicuntur recitasse Herodoto, qui ipsam Aegyptiorum linguam haud novit, quique triplicem suae narrationis fontem ipse paulo antea II, 99 (vid. quae §. 8. initio disseruimus) indicans libros scriptos utique haud commemorat. Eodem modo, quo I, 1, Persas testes citat I, 95; nec tamen inde sequitur, scripta Persarum de suis rebus volumina Nostrum adiisse et excerpsisse. Sed quae III, 89 de Satrapiarum descriptione et VII, 60 seqq. de Xerxis exercitu perscribit, ea si non omnia, ad magnam certe partem e regiis Persarum annalibus, ad quos scriptori Asiam perlustranti aditus patuerit, hausta esse videntur. Vid. nott. ad hos locos Vol. II. p. 170 et III. p. 541 seq., ac vel e publicis regum monumentis et inscriptionibus, quas ipsum vidisse et consuluisse videri iam supra § 7 diximus (cf. nott. ad III, 30 et 89*), nonnihil Noster trahere inque suum usum convertere potuit. Pertinent huc quoque, quae de itinere Susa ducente tradit V, 52, ubi vid. nott. T. III. p. 51. In Graecia *exegetas* s. *periegetas* consulere atque ea, quae ex horum ore acceperat, referre potuit: ex hoc fonte fluxisse videntur Prellero (ad Polemon. p. 165. 169) ea, quae de Delphicis donariis traduntur I, 14. 20 (ubi haec leguntur: *Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι*) 25. 50. 51. Quin e *sophistarum* scholis quaedam ad Herodoti libros transiisse praesertim in quaestionibus de re publica constituenda, illo tempore maxime agitatis, haud vana fit suspicio; vid. VIII, 140. §. 1 ibiq. nott. IX, 48. III, 80 ibique nott. Vol. II. p. 152. Nec inde mirabimur, Persis, aliis barbaris, subinde

*) Hinc recte pronuntiasse existimo Oppertum (in: Journal Asiatique Ser. IV. Tom. XVIII. p. 349) haec: „Si l'inscription de Bisoutoun ne nous constatait que le fait, que le père de l'histoire, quoiqu' il ait été calomnié et traité de menteur, est l'historien le plus sincère et le plus consciencieux de l'antiquité, nous lui serions redevable de beaucoup au nom de l'appréciation de la literature grecque."

ea tribui, quae in Graecum potius hominem, sophistarum et rhetorum in scholis nutritum et educatum conveniant. Vid. III, 71. 72. 80. V, 4 (T. III. p. 7). V, 24. VII, 10. §. 4 coll. VII, 102. 152. VIII, 26. VIII, 140. §. 1 et conf. annotationem ad hos locos. Add. I, 8. III, 53, alia id genus: eodemque haud scio an pertineant, quae Solonem et Croesum colloquentem (I, 30 seqq.)*), aut quae I, 207 Croesum dicentem facit**). *Anaxagorae* philosophiam Herodoto cognitam fuisse e loco III, 80, ubi sententiam Anaxagorae decretis similem enuntiat***), quis colligat; praesertim cum alio loco II, 22 (ubi conf. nott. Vol. I. p. 473) contra Anaxagorae sententiam de Nili inundantis causis edisserat historiae scriptor et aliis quoque in rebus ab hoc philosopho valde dissentiat.

§. 10.

Sed haec exigua modo fontium indicia sunt, e quibus Herodoteum opus fluxisse existimemus! Multo plura, imo plurima, quae eo continentur, ipse in itineribus comperit, ipse vidit; eoque potissimum praeter locorum et regionum, quas ipse visit, descriptiones retulerim quae de templis, portentis, oraculis, donariis, aliis id genus, aut etiam de ipsa rerum historia his ipsis in locis comperta perscribit nunquam non indicato fonte vel auctore. Ut paucis dicam, quod sentio, vel ipse vidit, quae scripsit, vel a sacerdotibus, quos illa aetate per orientem inprimis unos doctos gerum gestarum notitiam habuisse constat, accepit sciscitando vel a mercatoribus, quos in itineribus convenit, uti iam supra monuimus. Praeiverant Herodoto qui vulgo vocantur logographi, qui fabulas antiquitus traditas literis ut consignarent eoque modo posteritatis memoriae traderent cum unice sibi proposuissent, in ipsum rerum sic traditarum argumentum minime inquisiverunt, satis habentes, ea, quae ore tantum adhuc tradita erant, scriptis mandata posteris tradere. Quam logographorum rationem iam Hecataeum quodammodo deseruisse indicat prooemium illud, quod ad Genealogiarum opus nunc referunt (cf. Müller Fragm. hist. Graecc. I. p. 25), apud Demetr. de Elocut. §. 12 his verbis conceptum: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα

---

*) Vid. quae de his monuimus in notis ad h. l. Vol. I. pag. 64 seq. Quare Daunou (Cours d'Etudes historiques T. VIII. pag. 116) valde veretur, ut totum hoc colloquium revera unquam fuerit habitum.

**) Quod vero I, 155, ubi Croesus Cyro consilium dat, Lydos ut effeminatos reddat, Wachsmuth (Hellen. Alterthumsk. II, 2. p. 17 s. II. p. 352 ed. sec.) quaerit, hoc Croesi consilium ex iis, quae Graeci tyranni iam tum fecerint, num profectum sit, an ex Graeca omnino fluxerit sententia, frustra mihi quaerere videtur. Neque enim talia absunt a regum orientalium more atque indole.

***) Ubi in fine leguntur haec: ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα, quibuscum iungere licet, quae I, 103 exstant: πρὸ τοῦ δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα, ad quos locos vid. nott.

δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν. Quae sane indicant scriptoris animum a receptis superstitionibus liberum et veri inveniendi studiosum, ingenium acre et sollers in fabularum traditarum farraginem inquirens eamque diiudicans: adeo ut auctore Creuzero *) Hecataeum rerum scriptorem *criticum* utique vocare possimus, praesertim cum alia quoque, eodem docente Creuzero, accedant, e quibus crisin quandam illum historiae adhibuisse luculenter pateat. Herodotum eodem titulo quin ornemus, nil video, quod obstet; ut in quo scriptore omnia concurrunt, quae *patrem historiae* illum summo iure vocari evincunt. Cum enim prioris aetatis historiam perscribenti ad antiquitatem esset regrediundum, quae non nisi e monumentis, templis, carminibus, fabulis cognosci poterat**), Herodotus quatenus quae de his tradita invenit accepitque, literis consignavit et qui ferebantur λόγοι, eos in suum retulit opus, ipse quodammodo λογογράφων in numero iure habetur. Neque vero in eo acquievit, in quo priores λογογράφους ante ipsum substitisse modo diximus, sed amplius in rerum traditarum nexum causasque et in eam, quae inde enascitur, rerum gestarum veritatem ordinemque inquirendum ratus a priorum scriptorum via multum discessit, eoque ipso ostendit veram historiae notionem se animo impressam habuisse. Unde sane nemo mirabitur in tali scriptore *artis criticae* initia bene cognosci posse. Vid. modo nott. ad III, 122 (Vol. II. p. 237). IV, 173. p. 610, IV, 179. p. 618. Vol. II, et VII, 30 p. 479. Vol. III. Cum igitur veri historici partes, hoc modo vera a falsis seiungens, explere studuerit Noster, quaeritur, num qui verum scribere *voluerit*, id etiam praestare *potuerit****). Nam *voluisse* verum tradere Herodotum, neminem, qui Herodoteas Musas accuratius perlegerit, dubitaturum confido, nec opus pluribus commonstrare, nullo timore partiumve studio captum fuisse Herodotum, quo minus quod verum ipsi fuisset visum, libere et ingenue enuntiaret. Vid. modo, ne plura, nott. ad VII, 132. Vol. III p. 634. et ad VIII, 123. et conf. Meierotto: Sur Herodote et le but de son histoire (Mémoir. de l'Academie royale de Berlin 1792 et 1793. p. 615. 618. 620 seq.). Pertinent huc etiam, quae pluribus locis in annotatione diximus de nimio, quod scriptori imputant, erga Athe-

---

*) Die histor. Kunst der Griech. pag. 86 coll. 78 (p. 68. 280 ed. sec.). Fragmm. historicc. pag. 15. Aliter de his statuit Mure: Critical history of the language etc. IV. p. 159.

**) Hinc tam sedulo donaria, portenta, oracula ubivis recenset: quippe unde narrationi ex parte fides erat adstruenda, praesertim in rebus dubiis aut vario modo traditis. Conf. modo I, 50. 52. 92. II, 44, ne plura. Bene dixit Meierotto in scriptione mox laudanda p. 602. 603: „Les oracles, accomplis ou non, n'en étoient pas moins de nouvelles sources historiques où l'on puisoit ce qui avoit dû être un objet de recherche et devenir un principe d'action pour des états entiers ou pour des personnages célébres; c' étoient des textes d'événemens toujours énoncés dans le style favori des Grecs: Herodote ne pouvoit donc les passer sous silence."

***) Vid. Creuzer: Histor. Kunst d. Griech. p. 100—112 (p. 79 seqq. ed. sec.).

nienses studio ac voluntate deque inimicitia in Spartanos*) Corinthiosque**).

Atque illud veri studium in Herodoto arcte coniunctum invenimus cum omni animi indole, ut sane quaecunque mortalem illa aetate praestare potuisse consentaneum est, ea Herodotum eximie praestitisse putemus. Insignis hanc quoque in rem locus II, 99, unde tota disputatio nostra erat exorsa, ut in quo tam diligenter ea, quae ipse vidit, comperit, iudicavit, ab iis, quae aliorum narrationibus debuit, distinguit; haec enim, uti diximus, affert addito verbo *λέγουσι*, *φασί* etc. Conf. Meierotto l. l. p. 610 et vid. potissimum Herodot. I, 184: *ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω*, et locos paulo ante allatos IV, 173. 179 ibiq. nott. Sic scribit II, 43: *ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμῇ γνώμῃ αἱρέει.* Add. II, 123 init. *τοῖσι μέν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων ἀκοῇ γράφω.* II, 120 init. *ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱρέες ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι τάδε ἐπιλεγόμενος.* Et confer sis quoque II, 29. 53. 113 seqq. III, 45. IV, 173. 187, ne plura. Hinc maxima cum religione in rebus dubiis mirisve suam sententiam eloquitur nec raro se quid certo affirmare posse negat, uti III, 115 *ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν* et quae similes formulae exstant I, 57. IV, 16, ubi cf. nott. p. 304. IV, 25 ibiq. nott. p. 326. I, 172. IV, 187. V, 9. VI, 14. VIII, 8 ibiq. nott. T. IV. p. 12. Contra I, 140 init. ait: *ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν.* Hinc quoque fluxit illud studium diversas, quae super eadem re ferebantur, traditiones colligendi, discernendi et diiudicandi (ut VII, 150. VI, 134. IV, 11. 12. V, 44. 45. 85. 86) suamque ipsius hinc deductam sententiam subiiciendi (ut II, 53. IV, 96. III, 45), quo verum omnino erueret, ut I, 22. II, 120 coll. 1, 5; hinc illae dubitationes in rerum mirarum enarratione, quibus illa aetas eam fidem habebat, quam ipse scriptor addere non audet minime credulus aut eo usque superstitiosus, ut portentorum narrationes a naturali rerum cursu alienas continuo probet. Praeter locum supra iam allatum II, 123 coll. II, 45 vid. potissimum I, 182 (*φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες κ. τ. λ.*) ibiq. nott. Vol. I. p. 362. IV, 96 (*ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου* [de Zamolxi agitur] *καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην*) ibiq. nott. Vol. II. p. 487. V, 86 (*ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ*) coll. IV, 42. III, 3. (*λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός* II. p. 7), III, 115. II, 156. VI, 84. 121. VII, 133 coll. 137. IV, 105 (*ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες*). V, 22: *Ἕλληνας δὲ εἶναι τούτους*

---

*) Vid. VI, 108. Vol. III. p. 378. VII, 102. p. 589 seq. VIII, 3. VIII, 94. 139 coll. VII, 139. IX, 21. 22. Add. qui in eandem fere sententiam disputavit, Friedrich in Programmate Zerbst. 1852. 4.: Herodoti de Atheniensium et Lacedaemoniorum ingenio et moribus quae sententia fuerit.

**) VIII, 94, ubi vid. nott.

τοὺς ἀπὸ Περδίκκεω γεγονότας, κατάπερ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε οὕτω τυγχάνω ἐπιστάμενος καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὥς εἰσι Ἕλληνες. Add. VIII, 30.*) Talia qui scribit, eum vulgi superstitionibus superiorem fuisse iure dixeris; praesertim cum studium res miraculosas e naturali rerum cursu explicandi insigniter prodat IV, 32. VI, 81. II, 21 coll. VII, 133. VII, 20. Ac parem diligentiam produnt disputationes de Nili incremento eiusque causis II, 21 seq., de aetate sacrorum Herculis II, 44; de literarum et scripturae inventione V, 58; de Helena rebusque Troianis II, 113 seqq. 120 seqq. (cf. nott. Vol. I. p. 674 seq. 687); de Cypriis carminibus II, 117; de Cyro I, 95; de Melampode II, 49; de Aegypti natura II, 5. II, 12: *τὰ περὶ Αἴγυπτον ὦν καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδὼν κ. τ. λ.*, alia. Neque in talibus poëtarum auctoritatem ipsi offecisse, e loco insigniori II, 120 apparet**), quamquam in rebus sacris arcanisve religione quadam se obstrictum fuisse, quo minus non omnia, quae cognita habuit, eloqueretur, sed silentio quaedam praetermitteret, ipse ingenue profitetur II, 3. 45. 46. 65. 170. 171. Qui autem tanta cum cura et veri studio ubivis egit, qui verum sine ullo timore enuntiare audet***), ab omni mendacio alienus †); cum verum unum in omnibus ut erueret, sibi propositum haberet, eum verum dicere *voluisse* utique concedemus.

Iam venio ad alterum, quod requirimus, verum ut tradere *potuerit* Herodotus. Qui verum unum ut traderet, longinqua suscepit itinera, omnes subiit viarum molestias atque labores, quo ipse singula loca invisens verum videre aut sciscitando a singulis comperire posset, qui si qua mira parumve credibilia aut a rerum naturali cursu abhorrentia acceperat, diligentius in ista inquisivit iustamque his adhibendam esse sibi persuasit crisin, nec superstitionibus vulgi nec praeiudicatis opinionibus captus nec credulus nimiumque religiosus, sed perspicax et in iis, quae ipse observavit, enarrandis, accuratissimus, num eum vera scribere *potuisse* negabimus? At verba dare poterant ipsi quos sciscitatus est sive sacerdotes sive mercatores eoque modo ipsum fallere et in errores implicare. Num vero, quaeso, in toto historiarum opere talem se praebet historiae pater, cui tam facile imponas? Equidem hoc vix fieri potuisse puto in viro tam cauto tamque sollerti et diligenti rerum indagatore, qualem Nostrum fuisse libri superstites indicant, in quibus vix ullus reperitur locus, e quo illum consulto in errores deductum aut se decipi passum esse, liquido commonstrare possis. Nam quod ad *Aegyptias* res potissimum confugiunt, a sacerdotibus Aegyptiis verba Herodoto data esse clamitantes, id quam infirmum sit, singulis locis in annotatione

*) Similem fere in modum scripsit Arrianus Exped. Alex. II, 12, 12: *καὶ ταῦτα ἐγὼ οὔθ' ὡς ἀληθῆ οὔτε ὡς πάντη ἄπιστα ἀνέγραψα.* VII, 15, 8: *καὶ ταῦτα οὔτε ὡς ἀτρεκὲς οὔτε ὡς ἄπιστον πάντη ἀνέγραψα*: quae una cum aliis attulit Sintenis. in Jahrbb. f. Philolog. Vol. XVI. p. 162 seq.

**) Conf. Creuzer: Hist. Kunst d. Gr. p. 105 (p. 83 ed. sec.).

***) Conf., ut alia taceam, nott. ad VIII, 72.

†) Conf. V, 50 ibique nott. Vol. III. p. 78 seq.

ostendimus; alia hanc in rem disputavi in Iahnii et Klotzii Nov. Annall. philoll. et paedagg. VI. p. 209 seq., quae hîc repetere non vacat. Non loquor hîc de iis, quae ad ipsam terram eiusque naturam pertinent, aut ad animalia, quae Aegyptus nutrit, aut ad homines eorumque mores ac totam vivendi rationem, aut ad templa aliaque monumenta miranda, quae ab Herodoto describuntur; ipse enim haec vidit comperitque Aegyptum totam perlustrans; sed ea potissimum intelligo, quae praeterea ille tradit ad religiones spectantia aut ad historiam et cum ea coniunctam chronologiam: eoque potissimum refero, quae loco iam supra laudato II, 99 leguntur: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη· ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον, προσέσται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος.* Aegyptiorum igitur sermones se referre profitetur, idque non sine cautione quadam, quae satis ostendit, Herodotum non eum fuisse, qui tam facile sibi imponi passus sit aut temere fidem narratis tribuerit. *Heliopolitas* autem sacerdotes et *Memphiticos* potissimum fuisse, cum quibus Herodotus (per interpretes opinor) versatus sit, iam in nott. ad II, 3 (Vol. I. p. 432) et II, 99 (Vol. I. p. 641) significavimus*) indeque etiam haud scio an repetendum sit, quod de Thebis ac Thebanis rebus pauciora nobis traduntur (cf. II, 15 ibique nott.): quamquam Thebas quoque Nostrum adiisse, sacerdotes consulturum satis patet ex iis, quae II, 3 leguntur. Quo eodem loco de rebus Aegyptiorum sacris Noster haec pronuntiat: *τὰ μέν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων, οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι, ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτῶν μοῦνον, νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι· τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι* **). Itaque non ex professo de rebus sacris ipsisque diis se scripturum esse declarat, sed obiter tantum nec nisi ipsa re quasi coactum; idque ita peragit, ut, si quid prodat, quod ad altiorem harum rerum scientiam pertineat, veniam a diis sibi petendam putet (II, 45: *καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ τῶν ἡρώων εὐμενείη εἴη*) atque aliis locis ea, quae dicenda sint, silentio premere malit, ne res arcanas effutire videatur (vid. II, 46. 47. 51. 171), inter alia haec professus II, 65: *τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ εἰ λέγοιμι, καταβαίην ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέεσθαι.* Cum igitur maxime refugiat de rebus sacris dicere, nil mirum, vel de deorum ordinibus, quod est

---

*) Conf. etiam II, 105. 142. Ab his *sacerdotum* relationibus bene distinguit Noster ea, quae per *interpretem* (*ἑρμηνέα*) accepit II, 125, ubi vid. nott. Unde quod Lepsius (Chronolog. d. Aegypt. I. p. 248) effici posse putat, Herodotum rarius cum ipsis sacerdotibus esse collocutum, ac pleraque debere his interpretibus, hominibus plebeiis atque rudibus, ex genere eorum, qui nunc Cicerones apud Italos vocantur, merito adversatus est Alfr. de Gutschmid in Philolog. X. p. 643 seq. ad Herodotum ipsum iure provocans, qui ipsos sacerdotes auctores semper indicat atque ab his interpretibus probe distinguit.

**) Conf. quoque Nitzsch: „Herodotea" in programmate Duisburgensi anni 1857. 4.

fundamentum omnis de diis Aegyptiis doctrinae (II, 43. 46. 145), pauciora tradi, quam vellemus, neque ea, quae ad systema, ut dicunt, Aegyptiorum numinum constituendum atque Aegyptium Olympum componendum sufficere queant: quod eo magis dolendum est, quando recentioris aetatis viros doctos, qui ex ipsis Aegyptiorum monumentis haec constituere conati sunt, mirum quantum inter se differre videmus, adeo ut vix quidquam certi de his constare videatur. De singulis autem diis eorumque nominibus (cf. II, 50. 63) et muneribus si quae traduntur, illud teneri volumus, Herodotum, Graecis cum scriberet, id semper conatum esse, ut Aegyptiorum deos ad eos Graecorum deos referret, qui similem quandam vim ac naturam habere viderentur, eoque spectant, quae de Iove (II, 42 seq.), de Hercule (II, 42. 43. 145), de Osiride-Dionyso (II, 42. 123. 144), de Marte (II, 63), de Pane (II, 46 coll. 145. 146), de Horo-Apolline (II, 144), de Iside-Cerere (II, 59), de Diana (II, 156), de Vulcano (II, 3. 99), aliis produntur. Atque haec ipsa res viam nobis quodammodo indicat, qua ad numina Aegyptiaca ipsa intelligenda eorumque vim comprehendendam accedere possimus, adiuvantibus ipsis numinum imaginibus, quae in monumentis adhuc conspiciuntur, atque inscriptionibus, quae notis hieroglyphicis, ut vocant, insculptae sunt: quamquam maximam cautionem in his rebus, quae nondum ad liquidum prorsus adductae sunt, adhibendum esse nemo nescit: si vero lucis quid inde acceperit Noster, id certe valere potest ad fidem scriptori vel in his rebus firmandam eiusdemque studium comprobandum. Quod ad *historiam* attinet et *chronologiam* cum ea coniunctam, Herodotum in plerisque certe vera tradere, quae cum iis congruant, quae ex ipsis Aegyptiorum monumentis cum aliqua certitudine eruta sunt, satis monuimus singulis locis, quibus haec traduntur: sed simul ea in universum respici volumus, quae in not. ad II, 124 (Vol. II. p. 707) et in Excurs. XIII. ibid. p. 882 monuimus, ad ea, quae de Aegypti historia, praecipue de singulis regibus eorumque temporibus proferuntur, recte diiudicanda, praesertim cum, quae Noster memoriae prodit, ea haud raro ab ipsis monumentis, quae adhuc exstant, comprobata inveniantur. Quare rectum de his iudicium tulisse existimamus Grotium: History of Greece III. p. 407 summa fide dignum esse Herodotum arbitrantem in iis, quae ipse viderit, eundemque ea quoque, quae ab aliis acceperit, accurate quidem referre nec vero temere omnibus fidem habere, sed admodum caute in omnibus agere. Ac nuper qui eandem quaestionem de fide Herodoti in rebus Aegyptiacis tradendis accurate tractavit Al. de Gutschmid in Philolog. X. p. 636 seqq., is recte (p. 652) pronuntiat, quin Herodotus fidelissime quaecunque audivisset, retulerit, neminem dubitaturum, qui reliquos eius libros probe legerit: qui quod nonnulla Graeco colore tinxerit, id eius aetati esse condonandum: atque, ut supra iam monuimus, semper in his id tenendum esse volumus, Graecorum in gratiam Nostrum scripsisse iisque se accommodare semper studuisse, ut, quae scriberet, facilius et melius intelligi possent a Graecis, quippe colore Graeco quodam inducta. Optimis sacerdotum fontibus Herodotum in enarranda Ae-

gypti historia usum esse, et fidelissime, quaecunque inde hausisset, expressisse idem Gutschmid l. l. (p. 656 seqq.) monstravit ac per singula persecutus est, summam in his diligentiam non minus adhibitam esse ratus, quam egregium iudicium in ipsis fontibus deligendis et certâ rerum scientiâ ab incertis vulgi rumoribus distinguenda, adeo ut nonnulla, in quibus errasse videatur historiae pater, facile condonari possint (p. 660). Quod denique ad *chronologiam* attinet, hunc quoque per singula, quae hîc respicienda sunt, pari cura pertractavit idem vir doctus (p. 661—686), in fine disputationis haec enuntians, quae ipsis viri docti verbis hîc repetere iuvat: „In temporibus computandis erravit qui„dem (Herodotus) in eo, quod aetates hominum et regnorum tempora „non rite distinuit, sed in universum etiam in hac parte narrationis suae, „quae maxime detrectari solet, ut alias, Aegyptios fontes fideliter ex„pressit."

Itaque Herodotum, quem verum *voluisse* tradere ostendimus, *potuisse* quoque illud tradere crediderim nec quidquam ab eo praetermissum, quo huic officio satisfaceret. Satis fecisse autem Herodotum tum ea, quae attulimus, commonstrant, tum omnis operis indoles, vividus ille ac nativus color, qui nil habet quaesitum, nil fictitium, quique ab omni fuco inani prorsus est alienus *). Et nostra aetate, qua tot peregrinatores remotissimas quasque Asiae et Africae plagas perscrutati sunt, pleraque fere eorum, quae de his ipsis regionibus adhuc incognitis apud Herodotum tradita exstant, quorum haud pauca prius vix ullam fidem merere videbantur, nunc ita exacte et accurate reique tam convenienter tradita inventa sunt, ut iure mireris, qua diligentia Herodotus singula perlustraverit et examinaverit nec unquam fere lapsus falsusve sit**). Qui igitur in iis, quae ipse vidit comperitque, non falsus est, num eum tam facile ab aliis falli potuisse credibile est, praesertim cum tanta crisi, quae ne nostrae quidem aetatis virum dedeceat, iudicio tam subacto, quaecunque accepit, disquirat nec ulla re se deterreri sinat, quo minus verum inveniat. Est quidem Noster λογογράφος, quatenus veterum λόγους accurate et religiose retulit; sed idem quoque historicus, historiaeque pater vocandus, si quidem veram illam historiae notionem, quam animo impressam habuit, primus quoque in opere superstite exhibere studuit.

§. 11.

Hanc autem historiae notionem ipse indicare videtur in operis ingressu, ubi ambitum declarat initiumque rerum ab ipso narratarum constituit. Loquitur enim ita I, 5: ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι

---

*) Vid. Dahlmann: Herodot. pag. 184 seq.

**) Nolo hac in re testimonia congerere, quae affatim Herodotei libri quâvis fere paginâ exhibent. Atque vel ubi errat, facile erroris causam intelligas. Uno defungar exemplo II, 34; ubi vid. nott. (Vol. I. p. 500).

ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών· τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά· τὴν ἀνθρωπηΐην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν τὠυτῷ μένουσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

Reiicit igitur, quae de prioribus temporibus fabulis involuta ferebantur et a logographis tradebantur; maluit certa sectari indeque suae historiae initium ducere a Croeso, de quo primo certiora ipsi innotuerant, Lydiam, ubi olim ille regnarat, perlustranti. Hinc statim post mentionem rixarum, quae inter Graecos barbarosve, quibus enarrandis suum opus destinarat *), olim exortae in Darii et Xerxis expeditionibus quasi repetitae finemque assecutae videantur, narrandi initium facit a Croeso Lydo; quoniam, nisi, quae bellis Persas inter atque Graecos gestis proxime antecesserint, accurate cognoris, haec ipsa bella eorumque rationes et causas vix rite intellexeris **).

Per Croesum sponte devenimus medias in Lydorum res, quas Noster hac occasione oblata, quam etiam in aliis nunquam praetermittere solet, ut scilicet quaecunque de aliqua terra eiusque incolis rerumque gestis comperta habeat, in medium proferat, accuratius et diligentius persequitur; Lydorum vero regnum cum a Persis duce Cyro eversum esset, paulo ante quam Graecis bellum esset illatum, oratio redit ad Cyrum et Persici regni initia, quae Medorum quoque imperium, unde illud exorsum erat, complectuntur. In Persis autem eorumque rebus gestis iam ita

---

*) Vid. modo operis prooemium: Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται, τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι (ubi, quod hoc loco addere placet, Aug. Matthiae in Ephemeridd. Ienenss. 1828. nr. 169. p. 380 τά τε ἄλλα reddi vult: *quam reliqua*, quoniam in antecedentibus sensu quidem contineatur verbum διηγεῖσθαι. Sed ita iam Wyttenbachius, quem attulimus, locum intellexerat in Selectt. historicc. p. 338. Aliter haec explicare video Ostermann. (in Jahrbb. f. Philolog. Vol. LXXVI. p. 596), qui verbis Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε titulum operis quodammodo indicari ratus a sequentibus verbis ὡς μήτε κ. τ. λ. novam periodum institui ac post τά τε ἄλλα verbum ἀπέδεξε inseri vult. Equidem in ea, quam dedi, interpretatione huius loci subsistere malim.

**) Herodotus si chronologia duce historiam enarrare voluisset, ab Assyriis potius proficisci indeque ad Medos Persasque et ad bella cum Graecis gesta descendere rerumque historiam ad sua usque tempora continuare debuisset. Neque vero tale universale quod dicunt historiae opus ille condere voluit, quamquam quale nunc exstat, talis operis vices utique nobis sustinere debet; sed bella barbarorum cum Graecis enarrare et quidem ipsis Graecis in animo habuit; itaque ab ea terra exorditur, quae rixarum omnium origo et quasi fons Graecorum ora maxime in se converterat; atque e Lydia demum ad Persarum ac deinceps ad Graecorum res transit. Monuit Creuzer: Hist. Kunst d. Gr. p. 138 (p. 108 ed. sec.).

versatur oratio, ut vel Graecorum res his magis annexae videantur, quorum ipsorum libertas a Persarum invasione vindicata salusque asserta praecipuum operis argumentum haberi debet*). Nam in eo vim suam apertissime declaravit divinum numen, quod omnes moderatur res humanas et in rerum natura sic dominatur, ut, qui illud non revereantur, vindictam cum magno suo damno persentiscant. Id igitur cum in omnibus rebus humanis sit conspicuum, insigniori quodam modo apparuit in ipso illo bello, quod sibi historiae pater enarrandum sumpserat. Itaque a Cyro, cuius res gestae usque ad finem libri primi exponuntur, oratio progreditur ad Cambysem eiusdemque res persequitur: in quibus cum Aegypti expugnatio praecipuum obtineat locum, pro more suo Herodotus hac occasione oblata de huius terrae indole, incolis, sacris, aliis uberius disserit. A Cambyse transit ad Darium Hystaspis, qui quomodo Cambyse mortuo magnorumque seditione exstincta ad regnum evectus sit et quomodo illud ordinarit, accurate exponitur. Sequuntur reliqua ab eo gesta, bella cum Scythis et Libyae populis gesta, quae ipsa occasionem patri historiae praebent, de Scythia ac Libya pluribus disputandi (nam hae terrae parum ante ipsum Graecis cognitae fuisse videntur); tum expeditiones adversus Graecos susceptae: quo ipso demùm ad praecipuum ac primarium operis sui argumentum auctor accedit libro quinto. Thraciam et Macedoniam a Megabazo subactam, Ionum rebellionem ab Aristagora motam et mox sedatam, Mardonii expeditionem in Graeciam enarrat; tum sexto libro ad Graecorum res domesticas, quales illa fuerint aetate, transit, de Datis atque Artaphernis expeditione, quae pugnâ Marathoniâ finita est, exponit; septimo et octavo de Xerxis expeditione in Graeciam refert, nono pergit in exponendis huius belli vicibus usque ad Persarum reditum, quo bellum finitum est**).

§. 12.

Sed haec ne quis credat sola esse, quae in his libris posteritatis memoriae tradita Noster reliquerit, plura alia his addita et inserta videmus, quae occasione oblata praetermittere cum nollet, in medium protulit, quod illa aliqua certe ratione scitu utilia aut ad finem, quem assequi voluit, accommodata habuit. Hinc in Herodoteis libris haud paucae occurrunt digressiones sive episodia: de quibus satis diximus in nott. ad I,

*) Vid. Creuzer: Hist. Kunst d. Gr. p. 139 (p. 109 ed. sec.): „*Die Persische Geschichte bleibt nun ferner auch der Grundfaden, auf dem das ganze Gewebe aufgereihet wird, denn die Perser sind es, gegen welche die grosse That gethan, die Freiheit gerettet worden ist.*"

**) Plura de singulorum librorum argumento et narrationis connexu qui discere cupiant, videant Dahlmann. in Herodot. p. 138 seqq. et Daunou: Cours d'etudes historiques T. VIII. p. 105 seqq. (Leçon. V—XXXIV). Atque iam antea complures viri docti argumenta singulorum librorum Herodoti enarrarunt, de quibus vid. Fabricium in Biblioth. Graec. II. p. 330 ed. Harles.

23. 56. 131. III, 60. IV, 30. 145. 167. V, 55. V, 92. §. 2. VII, 171. IX, 108—113, ubi vid. nott. *Homeri* exemplum in his Herodotum secutum esse observat Dionysius Halicarnassensis De Thucyd. iud. p. 129 Sylb. (VI. p. 771 R.) his verbis: *συνειδὼς γὰρ Ἡρόδοτος, ὅτι πᾶσα μῆκος ἔχουσα διήγησις ἂν μὲν ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως διατίθησιν, ἐὰν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένῃ πραγμάτων, κἂν τὰ μάλιστα ἐπιτυγχάνηται, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ, ποικίλην ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφήν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος· καὶ γὰρ τὸ βιβλίον ἦν αὐτοῦ λάβωμεν, μέχρι τῆς ἐσχάτης συλλαβῆς ἀγάμεθα καὶ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἐπιζητοῦμεν.* Neque hae digressiones huiuscemodi sunt, ut ipsam narrationem perturbent eiusque facilem cursum impediant, aut ut, quod primarium sibi habuit Herodotus quodque inprimis demonstrandum sibi proposuerat, id minus cognosci possit. Hoc autem primarium, quo omnia singula continentur, unde omnia suspensa sunt, unde lucem suam ac quasi vim accipiunt, positum *) cernimus in barbaris, orbis terrarum dominis, Graecorum vi prostratis, deo ultore atque vindice Graecos adiuvante prosperumque successum parante. Hinc operis finis, ubi de barbaris vindicta sumpta iique gravi damno afflicti sunt. Ita et Graecos libertatis studiosissimos celebrare et divinam vindictam s. divini numinis vim commonstrare potuit auctor, patriae amore aeque ac piâ in deos reverentiâ commotus. Quae ipsa cum omnem animum penetraret religiosissimumque redderet scriptorem, cavit quoque eundem ab omni mendacio fidemque inde conciliavit summam eius narrationibus, in quibus ubivis reperimus virum omni partium studio exemptum nec ipsis Graecis patrocinantem contra id, quod verum et iustum sibi videdebatur. Vid. locos supra allatos **).

Hoc vero cum unum sit primarium, singula quaeque complectens et ad se revocans, Herodotum, rerum scriptorem, efficit ut poëtis epicis similia sectantibus adscribamus eiusque historiis speciem epici carminis tribuamus, quippe quae licet multa ac varia contineant, tamen unum quoddam corpus constituant. Etenim Herodotus, qui varias Graecorum et barbarorum res persecutus est in opere suo, *οὐ διέσπασε τὴν διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβηκε τῷ μὲν μίαν ὑπόθεσιν λαβόντι, πολλὰ ποιῆσαι μέρη*

---

*) Vid. Creuzer. l. l. p. 141 (p. 110 ed. sec.), ubi Dionysii iudicium (De Thucydid. iud. p. 140 sive VI. p. 826) disquirit Herodotum atque Hellanicum statuentis narrationem secundum loca distribuisse et conformasse. Et conf. quoque Meierotto in scriptione supra §. 10 laudata p. 599 seqq.

**) Haec qui reputet, mirabitur profecto, quomodo viro acutissimo in mentem venire potuerit, Herodotum contendere cum recentioris aetatis scriptore famosissimo *Voltario*, adeoque haec perscribere: „A vingt-trois siècles de distance l'un de l'autre Herodote et Voltaire ont conçu sous ce rapport la même idée de l'histoire. Herodote, il est vrai, recueille les traditions plus qu'il ne l'examine; la critique de Voltaire est plus rigoureuse, sa philosophie est plus haute, ses lumières sont plus étendues et plus sûres; mais tous deux ont le même but, d'exposer comment vivaient les hommes, quel aspect offrait la société.“ (Daunou: Cours d'études historiques T. VII. p. 533.)

τὸ ἓν σῶμα· τῷ δὲ τὰς πολλὰς καὶ οὐδὲν ἐοικυίας ὑποθέσεις προελομένῳ σύμφωνον ἓν σῶμα πεποιηκέναι, ut observat Dionysius l. supra l. Nam multum utique abest, ut, qui ὁμηρικώτατος iure appellatur*), talem modo esse appareat in singulis locutionibus, dictionibus, vocabulis ex Homero petitis atque in suum opus translatis, quod proxime adscendens ad carmina, quae sola olim literis consignabantur, vel in soluta oratione haud pauca ligati sermonis vestigia retinere debuit, ut etiam ὁμηρικώτατον esse illum inveniamus in omni operis indole atque conformatione ad epicum carmen proxime accedente**). Quare nos vel in singulis vocibus quae apud Herodotum leguntur, interpretandis maximam dedimus operam, ut quidquid ex Homerico sermone usuque dicendi depromptum aut ad eius exemplar expressum videretur, sedulo indicaremus; ac satis multa quaque fere pagina nobis attulisse videmur, unde pateat, quantum ex Homeri locutione Noster pendeat quantumque inde assumpserit suumque in usum converterit. Ex Homero***) quoque

*) Longin. qui dicitur De sublim. §. 12: μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο. Atque inde Homerum et Herodotum coniungit Nicolaus Progymnast. 2 init. (Rhett. Graecc. III. p. 455 Spengel). Conf. etiam nott. ad Herod. I, 23. De Herodoto Homeri exemplum secuto eundemque imitante diligenter observavit quoque Meierotto l. l. p. 581. 584 seq. 586. 588. 592 seq. 595. Add. Alb. de longh. De Herodoti philosoph. p. 18 coll. 21 et Boettiger (Opuscc.) l. mox l. pag. 183 seq. 185. 188 seq.

**) Vid. Creuzer: Die histor. Kunst d. Gr. p. 146. 148 coll. 155 (p. 114 seq. 121 ed. sec.), C. A. Boettiger: Prolus. De Herodoti historia ad carminis epici indolem propius accedente Prolus I. Vimar. 1792. 4. Prolus. II. 1793. ibid. 4. et in Ruperti et Schlichthorst. Commentt. philoll. (Brem. 1794) T. I. p. 41. T. II. p. 54. (Boettigeri Opuscc. colleg. et edidit I. Sillig. Dresd. 1837. pag. 182 seqq. 193 seqq.), Geinoz. in Mém. de l'Acad. d. Inscriptt. T. XXIII. p. 101 indeque vernaculc Gatterer. hist. Bibl. X. p. 29—136. Ac ne mireris, vel nostrae aetatis poëtis argumenta praebuit Herodotus: singulas enim Herodoti narrationes, quales sunt de Croeso flammis tradito, de Rhampsiniti thesauro, de Cleobi ac Bitone, de Thermopylis aliisque eiusmodi rebus, carminibus singulis tractavit vir Anglus, cuius libellum hic indicare iuvat: Ballads from Herodotus by J. E. Bode, London. 1853. 8.

***) Ex hoc studio Homeri atque imitatione sermonis Homerici id quoque satis apparet, Herodotum Homeri carmina, qualia nunc feruntur, uno volumine comprehensa et Alexandrinorum curâ perpolita novisse et eam, quae vulgo recepta est sententia, de Homero Iliadis et Odysseae auctore habuisse adeoque ab his carminibus, quae Homero iam sua aetate adscribebantur, discrevisse, quae ipsi supponerentur carmina Cypria: vid. II, 116. 117 ibique nott. coll. II, 53 (Exc. VII. p. 855 seqq. T. I.) et II, 120. — IV, 29 coll. 32. — V, 67. VII, 161. II, 23 coll. IV, 32. Conf. Creuzer. l. l. p. 155 seq. Moneo hoc propter eos, qui Homeri carmina per multorum annorum adeoque seculorum decursum orta, postmodo demum a Pisistrato Athenis in unum corpus, cui Homeri nomen fuerit praepositum, collecta esse putent. A qua sententia longe abesse patrem historiae, non est quod operose commonstrem; qui cum Pisistrati res tam diligenter exponat, num eum Pisistrati merita de Homero silentio praeteriisse credibile est? Tum sane non opus habuisset Homeri aetatem definire II, 53, quam carminum famâ ab historiae patre definitam vult Nitzsch. Melett. de Histor. Hom. fasc. II. P. II. p. 21. 38, ubi etiam bene monet, cum hac

ductam esse eam notionem, quam per Herodoti libros regnare modo diximus, *de divina mente* atque *invidia* sive *vindicta*, tradit Eustathius: qui num recte statuat necne, deinceps intelligetur*); nos in naturam potius atque vim huius divinae mentis omnia moderantis et regentis inquiramus, quo simul Herodotei operis ratio melius nobis patescat ipsiusque scriptoris consilium in historia scribenda luculentius perspiciatur. De diis vulgo receptis quid senserit pater historiae, non ita enuntiat, cum piâ reverentiâ ductus**) talia celare mallet quam temere in publicum prodere; indeque etiam ea efferre noluit, quae mysteriorum doctrinae initiatum sanior atque purior ratio docuerat. Quamquam supra vulgus illum sapuisse et altius quid secum statuisse, liquido ex iis patet, quae supra iam attuli de eius studio, res miras easdemque minime credibiles, cum a natura rerum prorsus abhorrerent, ad id, quod verum est, revocandi atque e naturali rerum cursu explicandi. Atque huc etiam referre possis I, 131, ubi Persas, aliter atque *Graecos*, *θεοὺς ἀνθρωποφυέας* statuisse negat, eo ipso indicans, Graecorum deorum vulgo receptorum naturam sibi bene esse cognitam. Adde II, 53: *ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ*, et potissimum ea, quae de Neptuno disserit VII, 129, ubi vid. nott. T. III. p. 630, quibus adde, quae leguntur VII, 133 in fin. (ubi vid. nott. p. 637) et 137 (ubi vid. nott. p. 642) et 189 (vid. nott. p. 738). VIII, 8. 77, ubi cf. nott. Hinc quoque IX, 65 fin. *δοκέω δὲ, εἴ τι περὶ τῶν θείων πρηγμάτων δοκέειν δεῖ, ἡ θεὸς αὐτή σφεας οὐκ ἐδέξατο κ. τ. λ.* Itaque recte mihi sic statuere videtur Iaeger Diss. Herodd. p. 31: „*In universum in aprico est mentis Herodoti cum patria religione conspiratio. At non minus elucet, eum altiori collocatum loco, iudicantem potius quam temere credentem ad eam accedere.*“ Quae pluribus persecutus est in programmate Hildesheimiens. anni 1856 Runge: „Herodots Verhältniss zum griechischen Volksglauben“ pag. 4 seqq. p. 22.

Quaeritur igitur, quid altius Noster senserit et qualem divini numinis notionem animo impressam tenuerit, ut ex ea, quae huius numinis est vis atque potestas in res humanas, rerum, quae accidunt, omnium sive natura sive necessitas intelligatur. Namque ex Herodoti sententia cum hominis certa sit conditio quaedam finesque positi ac termini, intra

---

Herodoti computatione egregie convenire Apollodorum, qui in aetatum seriem et notas accuratissime inquisierit. Tu vid. quae in Excurs. VII. p. 855 seq. de his disputavimus.

*) Conf. etiam Alb. de Iongh. l. l. p. 27.

**) „Relativement au culte des Dieux, Herodote montre l'attachement le plus vif pour ce qu'on peut appeler la religion nationale et un respect profond pour tous les obiets de foi, pour toutes les opinions religieuses que la tradition des pères avoit fait passer aux enfans et que le peuple avoit scrupuleusement adoptées.“ Meierotto l. l. p. 647. Et conf. quoque Alb. de Iongh. De Herod. philosoph. p. 25. 26.

quos illum sese tenere necesse sit, certusque etiam opum ac divitiarum modus destinatus, eum, qui hunc modum divinitus constitutum excedere velit, divinum reprimit numen sive deus ille omnium rerum vindex, qui ordinem in rerum natura constitutum tuetur eo quod superbos homines altiusque sese efferre conantes a felicitatis quem obtinuerunt gradu deiicit atque calamitate immissa eos poenâ meritâ afficit. Quidquid enim in rerum natura nimium est atque iusto altius sese extollit, id divina illa vis reprimit atque intra fines suos compellit*). Hanc vero divini numinis vim in sua historia potissimum commonstrare voluit Herodotus; ad hanc omnia fere refert, quae inde demum suum locum accipiunt atque ordinem. Haec per totum opus quasi regnat primaria divinae mentis notio, qua deum omnium rerum moderatorem habeamus, qui aequabilitatem naturâ constitutam servet integram eamque omnibus modis tueatur incontaminatam. Hominis mortalis conditio, si cum illa divinae mentis vi ac potestate, cui ille se plane subiicere debet, comparetur, infirma atque debilis, eiusque virtus omnis consistit in ea temperantia ac moderatione, qua divino numini sive legi divinae et omnium in natura rerum ordine inde constituto, se subiiciat nec quidquam contra temere suscipiat, illamve legem egrediatur. His consentanea sunt, quae de humanarum rerum statu et vicissitudinibus, et de tristi ipsius hominis sorte hic illic enuntiata reperiuntur**).

Cum enim, quae ab hoc divino numine semel constituta sunt, mutari ac retractari nullo modo possint, apparet simul *fati* illa necessitas cum divini numinis notione arcte coniuncta, quam nemo unquam, neque mortalis neque deus ipse evitare aut mutare possit***). Hac vero dei omnium rerum moderatoris fatumque constituentis notione alteram quoque *divinae iustitiae* atque *providentiae* notionem contineri sponte intelligitur; de hac cum satis dictum sit ad III, 108. T. II. p. 198, nunc plura dicere non attinet; *iustitiam divinam* in iusta illa rerum omnium distributione servanda proportioneque divinitus in rerum naturâ consti-

---

*) Vid. potissimum VII, 10. §. 5: *ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· — οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν*, ubi vid. nott. Vol. III. p. 459, Creuzer: Histor. Kunst d. Gr. p. 149 seq. (p. 117 ed. sec.). Conf. etiam III, 108. IV, 166. VIII, 13 (*ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη*), alia, quae paulo post excitantur. Similem quandam sententiam profiteri *Dionysium Halicarnassensem*, alios, vidimus in nott. ad I, 32. Vol. I. p. 71.

**) Vid. verbi causa I, 32. 86. 207. III, 43. VII, 203 ibiq. nott. Vol. III. p. 755. V, 4 ibique nott. Vol. III. p. 7 seq. VII, 46. Vol. III. p. 524. Conf. etiam Alb. de Iongh. De philos. Herodot. p. 58 seq.

***) Vid. I, 91 ibique nott. Vol. I. p. 198. III, 43 ibique nott. Vol. II. p. 90. V, 33. 94. §. 4. VII, 18 ibiq. nott. T. III. p. 476. IX, 16. Hinc ne iis quidem sacrificiis, quibus mala divinitus imminentia avertere vulgo student mortales, ullam vim tribui videmus contra haec fati sive divini numinis decreta. Vid. VII, 191. 189.

tuta adversus impiorum ac superborum hominum conatus tuenda cerni volumus, quae cum improbos meritâ poenâ afficiat eamque vel ad stirpem illorum extendat*), *divinae vindictae* quoque vim habet iureque *νέμεσις* vocatur in Herodotea narratione**). Inde deus s. divini numinis illa vis fatalis, quae in vindicta tali cernitur, dolos fraudesque adeo nectere dicitur, quibus mortales superbos in perniciem agat, inscios quae ipsis immineant mala***): nec mirum, quod divinum illud numen hominibus ob nimiam felicitatem ultra terminos mortales se efferentibus et divini numinis naturam affectantibus *invidere* dicitur, deusque ipse vocatur *φθονερός*†). Neque tamen hac divini numinis vi fatique necessitate omnem liberam hominis voluntatem arbitriumque tolli credam††), modo iustos intra terminos rerum naturâ atque aeterna necessitate mortali positos ille se contineat; quos si excedit superbiâ inflatus, divini numinis potestate repellitur, nec libere agere potest; nam quidquid agit, id irritum erit neque quidquam valebit contra aeterna divinae necessitatis decreta. Haec autem fati vis ac notio quam coniuncta sit cum poëtarum antiquorum, Aeschyli, Sophoclis, aliorum notione de fato eiusque necessitate, haud opus est pluribus commonstrare. Vid. modo Creuzer. in: Historische Kunst d. Griechen p. 152 s. p. 119 ed. sec. et conf. Chargé: De fati, quale Sophocles sibi finxit, natura (Colon. 1859) p. 11. Unius *Aeschyli* hic mentionem faciam, qui in *Persarum* fabula idem fere, quod Herodotus sibi consilium propositum habuisse videtur, cum insigniori quodam exemplo commonstrare vellet divini numinis illam vim, qua superbiam mortalium sese efferentium reprimat

*) Prava parentum s. maiorum facinora in posteris puniuntur: de qua re vid. quae notavimus ad locos Herodoti maxime insignes: I, 91 (Vol. I. p. 198) VI, 86. §. 3 (Vol. III. p. 346). VII, 134. 137. 197 (Vol. III. p. 637. 642. 746).

**) Vid. potissimum I, 32. Vol. I. p. 71 et I, 34 coll. III, 40. 128. IV, 166. 205. VI, 84. VII, 137. VIII, 108 et 109. 129. IX, 64. Alb. de Iongh. De philosoph. Herodot. p. 40 seqq., qui idem p. 50 de *providentia*.

***) Conf. II, 120 coll. IX, 91. — IV, 79 coll. II, 161.

†) Conf. I, 32 ibiq. nott. Vol. I. p. 71. III, 40. IV, 205. VII, 10. §. 5. VII, 46 fin. Alb. de Iongh. l. l. p. 32 seqq., Boettiger l. supra l. pag. 205 seq. (Opuscc.). Quae sententia de deorum *invidia* ad Procopium usque pertinuit Goth. II, 8 sic scribentem: *τῆς Τύχης ὁ φθόνος ὤδινεν ἤδη ἐπὶ Ῥωμαίους, ἐπεὶ τὰ πράγματα εὖ τε καὶ καλῶς σφίσιν ἐπίπροσθεν προϊόντα ἑώρα.*

††) Conf. Iaeger. Dispp. Herod. p. 40, ubi qui affertur locus VII, 157, eum huc minus referri posse credam. Quod vero idem Iaeger ab Herodoto tolli statuit internum rerum connexum sive pragmatismum, quem vocant, cum omnia extrinsecus imposita necessitate contineantur, secus mihi videtur. Inest utique pragmatismus in Herodoteo opere, sed diversus ille a posterioris aetatis historicorum ratione, qui cum ab humanis omnia ducant consiliis iisque omnia metiantur ac diiudicent, ab Herodoto discedunt divinitus quasi omnia constituente et a divini numinis vi ea repetente, quae illi naturali e rerum cursu, quem ipsum divinum Noster habuit, repetere atque explicare student. Conf. Creuzer: Die Hist. Kunst etc. p. 158 seq. (p. 125 seq. ed. sec).

eorumque opes, vel si maximae videantur, confringat atque contundat: etenim ὕβρις Persarum fnit, quae deorum iram in Persas excitavit Persaeque inde ut prosternerentur, effecit*). Bene perspexit Jacobs (Vermischte Schrift. V, p. 586) et qui ab eo laudatur Suvernius. Add. Blümner: Ueber d. Idee des Schicksals in den Tragoed. d. Aeschyl. p. 83 seq. Hunc autem finem utrique propositum poëtam alio atque rerum scriptorem modo assequi studuisse, nemini mirum esse poterit, indeque etiam in singulis rebus enarrandis alterum ab altero hic illic differre consentaneum utique erit: quare iis locis, quibus uterque aut convenire aut alter ab altero differre videretur, sedulo id indicavimus, iterumque hoc loco Aeschyli versus, qui primarii sunt hac in re, comparari volumus 91 seqq. 470. 720 seq. 742 seq. 791. 805 cum Herodoti locis VII, 10 §. 5. 6. VII, 46 et potissimum VIII, 109, ubi quae Themistocles eloquitur, cum iis, quae Aeschylus sensit, apprime conveniunt: neque tamen hoc intelligendum, ut alterum ab altero expressum esse existimemus, aut Herodotum compilasse putemus Aeschyli scrinia, qui poëta num Phrynichi exemplo incitatus aut eum aemulatus ad Persarum fabulam conscribendam accesserit, id cum ad nostram rem minus pertineat, nunc praetermittamus, praesertim cum pluribus hanc quaestionem iam dudum tractatam esse videamus a Fr. Passov. in Melett. criticc. in Aeschyli Perss. (Vratislav. 1818) pag. 7 seqq.: id unum hoc loco teneri volumus, quod nuper quoque professus est Fr. Althaus. in Diss. de historiae conscriptionis historia (Berolin. 1852) p. 39 quodque neminem, qui paulo accuratius Aeschylum et Herodotum et legerit et secum contenderit, negaturum esse confido: magnam adeoque summam utriusque viri reperiri similitudinem in hoc ipso operis fine atque in sententia de divina vindicta atque iustitia, qua omnia in mortalium rebus continentur et reguntur. Itaque unum fere idemque utrumque de rebus divinis et sensisse et spectasse credimus, adeo ut, si in quibusdam rebus iisque levioris momenti dissentire nec prorsus convenire secum videatur uterque, id ex diversa utriusque viri indole cogitandique ratione aeque ac diversa operis suscepti natura et tractatione repetendum esse censeamus. Neque vero id discrimen inter utrumque tantum esse credo, quantum sibi invenisse visus est vir doctus, qui nuper pluribus persecutus est utriusque scriptoris sententiam de deorum invidia (W. Hoffmann: „Aeschylos und Herodot über den φθόνος der Gottheit" in Philolog. XV. pag. 224 seqq.) puriorem in his Aeschyli doctrinam esse pronuntiavit, Herodoti sententiam ea superstitione imbutam voluit, qua divinum nu-

---

*) Pertinent huc ea, quae Aeschylus Darium, commemorata clade Plataeensi, eloquentem facit vs. 802 (818 ed. Dind.) seqq.:

θῖνες νεκρῶν δὲ καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν
ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.
ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ᾽ ἐκάρπωσε στάχυν
ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.

men non humana tantum specie praeditum, sed humanis quoque affectibus deditum proponatur*). Haec de Aeschylo sufficiant, quem ipsum Herodoto cognitum fuisse satis ostendunt, quae II, 156 leguntur, ubi Aeschylus Euphorionis filius solus inter poëtas priores Dianam Cereris filiam dixisse perhibetur: id qua in fabula dixerit poëta nescimus: nec magis dixeris, num Persas Noster cognoverit; nullum enim uspiam vestigium cernitur. Quid *Sophocles* de hac invidia deorum, quae dicitur, senserit, praeter alios docuit Lübker: Sophocl. Theolog. u. Ethik I. p. 57 seqq., neque haec aliena sunt ab iis, quae Herodotum secum statuisse supra exposuimus. Quin ad *Euripidem* similia transiisse videntur dicentem in Alcest. 1135: φθόνος δὲ μὴ γένοιτο τις θεῶν, et Iphigen. in Aulid. 1097. μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ**). Neque vero hoc *fatum*, quale sibi constituerat Herodotus, prorsus convenit cum *fortuna*, quae vulgo dicitur, quantumvis subinde utriusque notio confundi et quasi coalescere videatur. Namque in *fortuna* (τύχη) inest temeritas atque inconstantia; in *fato* necessitas aeternusque ille rerum sive causarum nexus, quo ad divinae mentis ab initio haec ad certum ordinem constituentis vim omnia in rerum natura revocantur. Fatum igitur ut necessitatem ita mentem quoque divinam quodammodo in se continet, ad quam ea, quae in universa natura fiunt aeque atque ea, quae singulis hominibus accidunt, referantur necesse est***); fortunae notio vaga atque inconstans non certis finibus continetur, nec ipsa certum tenet modum ordinemque. Insignis hanc in rem locus exstat IX, 91: εἴτε κληδόνος εἵνεκεν — εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος, adeo ut vel ea, quae fortunâ fieri videantur, a diis allata aut effecta perhibeantur. Cum enim ne fortuna quidem divinae mentis prorsus expers sit, hinc, opinor, dicitur θείη τύχη IV, 8, coll. III, 153, ubi cf. nott.

---

*) Vid. potissimum p. 254, ubi inter alia haec statuuntur: „Der göttliche φθόνος bei Herodot und bei Aeschylos sind also zwei wesentlich verschiedene Dinge [?]; bei Herodot ist es ein eifersüchtiger Egoismus nach menschlichem Muster, bei Aeschylos eine Aeusserungsform des göttlichen Rechtsgefühls.“ Conf. etiam p. 234.

**) Eadem sententia vere Graeca vel iis subesse videtur, quae *Livius* Camillum precantem fecit, „ut si cui deorum hominumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, ut eam *invidiam* lenire quam minimo suo privatoque incommodo publicoque populi Romani liceret.“ (V, 21).

***) Tu vid. quae accurate de his exposuit Philipp. Iac. Ditges in Programm., quod prodiit Confluentibus 1842: „De Fati apud Herodotum ratione,“ pluribus demonstrans, quantum haec Herodoti sententia „abhorreat ab obscuris quibusdam opinionibus de fati cuiusdam vi a diis seiuncta et, quam ipsi dii fuerint, superiore, ut vel cognatissima sit nostrae ipsorum de divina auctoritate sententiae“ (p. 16). His add., quae exposuit J. H. Lindemann: „Ueber des Herodot religiöse Weltansicht“ in libro qui inscribitur: „Vier Abhandlungen über die religiös-sittliche Weltanschauung des Herodot, Thucydides u. Xenophon u. den Pragmatismus des Polybius.“ (Berlin 1852) pag. 10 seqq. Comparari cum his quoque poterunt, quae de fato statuit Procopius ad Herodoti doctrinam quodammodo accedens; vid. Teuffel in: Schmidt Zeitschrift f. Geschicht. VIII. pag. 70 seqq.

(Vol. II. p. 276 seq.), V, 92. §. 3. I, 126 ibique nott. Vol. I. p. 262*). In iis vero, quae fati necessitate rerumque divinitus constituto ordine atque aeterno nec mutabili divinae mentis consilio fiunt, utitur verbo ἔδεε aut χρῆν **) aut similibus quibusdam. Et cum in his non tam accurate definitam notionem haberet, sed obscurum potius sequeretur sensum, nil mirum, quod in ipsis huius divini numinis appellationibus utique variat neque in una eaque certa appellatione acquiescit. Vocatur enim modo θεὸς***), modo ὁ θεὸς†), modo τὸ θεῖον††), quin etiam subinde δαίμων†††). Et huc quoque pertinet δαιμονίη τις ὁρμή VII, 18 et θεῖον πρῆγμα II, 66. VI, 69; huc faciunt quoque adiectiva θεήλατος VII, 18 atque θεοβλαβής I, 127. VIII, 137.

Ex hac autem fati atque divinae mentis notione fluxit *divinationis* opinio, quam attigi ad VI, 27. Vol. III. p. 257*†), nec inde miramur, tam crebro tantaque cum cura atque religione referri oracula, ostenta, prodigia, alia, quibus dii res futuras indicare solent mortalibus; nam ista quoque inserviunt ad divini numinis vim declarandam: id quod inprimis Nostrum voluisse supra diximus. Et qui reputaverit, quantum his tribuerit antiquitas, quantique momenti haec fuerint ad ea, quaecunque sive publice sive privatim agerentur, is curam eximiam, quam pater historiae illis impendit, necessariam quodammodo fuisse facile sibi persuadebit. Vid. nott. ad VI, 98. Vol. III. p. 361. Aliud illud est, si, quid ipse pater historiae de oraculis ac divinatione senserit, quaeras. Fidem quandam illis adhibuisse Herodotum, vel ex eo, quem sibi finxerat, oraculorum ac divinationis nexu cum notione illa divini numinis,

---

*) Hinc Livius I, 4: *„forte quadam divinitus."* Similia exstant I, 111 κατὰ δαίμονα. VI, 84 ἐκ δαιμονίου. III, 153 et I, 86 σὺν θεῷ.

**) δεῖ s. ἔδεε de eo, *quod fato destinatum* s. *constitutum est*, invenitur II, 161. IV, 79. V, 33. V, 92. §. 4 ibiq. nott. Vol. III. p. 180. VI, 135 ibiq. nott. Vol. III. p. 419. VIII, 53. IX, 16. 109. Eodem fere sensu χρή s. χρῆν I, 8 ibique nott. Vol. I. p. 23. II, 173; χρεὼν VIII, 141 et 3 ibiq. nott. coll. nott. ad I, 8. Vol. I. p. 23 et V, 49. Vol. III. p. 77. — τὸ πεπρωμένον III, 64.

***) Conf. VII, 8. §. 1. IX, 91 et in formula illa modo laudata σὺν θεῷ (εἰπεῖν).

†) Conf. VII, 10. §. 5. IX, 16. VIII, 13. Contra etiam ὁ θεὸς de certo deo II, 24 aut IV, 79.

††) Conf. III, 40. 108. I, 32.

†††) Conf. I, 86. 87. III, 119. VI, 12 coll. II, 40. Sic τὸ δαιμόνιον II, 20. Recte autem illud contendere videtur C. Hoffmann. (Tragoed. Graec. cum plastic. artis operib. comparata. Mogunt. 1834) p. 29 abstractam τοῦ θείου notionem sive ideam, cui nec vita nec vis insit, apud Herodotum nullo modo quaerendam esse.

*†) Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι· καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήϊα μεγάλα ἐγένετο — ταῦτα μέν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε κ. τ. λ. Conf. etiam IX, 100 ibique nott. H. Steudener: Diss. de divinationis apud Herodotum ratione. Rossleben 1856.

colligas; accedunt alia quaedam testimonia VII, 57*) et VIII, 77**), ubi pius scriptoris animus non audet obloqui oraculis, quamvis subdubitans, uti videtur, de eorum veritate. Distinxisse igitur Nostrum dixeris, nec omnibus eiusmodi dictis temere et continuo fidem addidisse: uti supra §. 10 iam monuimus disputantes de illo veri studio, quo Nostrum insignem fuisse atque prae vulgi superstitionibus sapuisse ostendimus.

Restat denique ut videamus, quid Herodotus de iis, quae post mortem futura sint, animo statuerit. De animae immortalitate ei persuasum fuisse, quem tanto ingenio praeditum, Aegyptiorum atque Graecorum mysteriis***) initiatum fuisse accepimus, num dubitabimus? Legas mihi, quae scribit II, 123 coll. IV, 95; adde his, quae exstant V, 4 (ubi cf. nott. Vol. III. p. 7. 8) iis simillima, quae divinus vates canit in Ecclesiast. VII, 1 aut in Iob. XIV, 1 et iunge hisce locos I, 31. VII, 46; nil dubium sane, quin animum immortalem esse crediderit Noster, indeque etiam melioris post mortem futurae conditionis spem habuerit certissimam, ut mortem exoptatum aerumnosae vitae duceret perfugium morique melius esse existimaret quam nasci. Ad quam sententiam sponte ducebat humanae fragilitatis atque infirmitatis notio, de qua supra diximus; qui enim si peccat, poenam eamque gravem luit nec talis est, qui peccatum evitare rerumque aequabilitatem, quam severe tuetur deus omnium vindex atque ultor, servare ubique possit, is perpetuis fere in hac vita iactatus malis atque calamitatibus, meliorem illam sortem non potest non praedicare, in qua vitae terrestis fluctibus exemptus perpetuam tranquillitatem atque felicitatem se adepturum esse sperat. In hanc vero tristissimam vitae humanae cogitationem omnes incidere, qui Christianae religionis luce careant, neminem fugit.

Ex ista autem Herodoti sententia de numine divino eiusque vi ac potestate, de ipsa hominis natura eiusque ratione agendi, qualis a divina mente ei constituta quasi ac praescripta est, haud scio an explicari possit, quae scriptoris fuerit sententia *de rebus publicis*, de ea regiminis forma, quae inter gentes constitui et reliquis praeferri debeat. Cum enim, quaecunque homines affligere possunt mala, ex ea enascantur superbia, quae iustum modum, quo quisque se tenere debeat, finesque mortalibus positos excedens ad divini numinis vim se extollere gestiat, nihil historiae pater magis exosum habet quam tyrannidem, nec quisquam mortalium magis videtur exsecrabilis quam tyrannus, in cuius animo haec sive superbia sive insolentia insidens altas egerit radices: tu conf., ne plura, modo V, 66 ibique nott. Vol. III. p. 116. VII, 156. 164. Sed

---

*) *τέρας σφι ἐφάνη μέγα, τὸ Ξέρξης ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο καίπερ εὐσύμβλητον ἐόν.* Et conf. etiam locum paulo ante allatum VI, 27.

**) *χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν, ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας. — Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω οὔτε παρ᾽ ἄλλων ἐνδέκομαι.*

***) Vid. II, 51. 170 ibiq. nott. II, 171 coll. 3. 45. 46. 65.

ea regiminis forma, quae illam omnium mortalium aequabilitatem quam maxime servare studet, eo quod suum cuique tribuens neminem supra alios sese efferre patitur, quae igitur habet τὴν ἰσηγορίαν atque ἰσονομίαν *), primaria videtur Herodoto, quae ceteris longe praestet. Hinc ut tyrannidem maxime aversatur, ita populari imperio ipse magis deditus fuisse videtur. Vid. nott. ad V, 66 et 78 (Vol. III. p. 116. 149), III, 82 et V, 92, §. 2; deinde VI, 43 (ibique nott. Vol. III. p. 278), VI, 108 (ibique nott. Vol. III. p. 378) et VII, 156 (ibique nott. Vol. III. p. 682). Neque vero hunc popularis imperii amorem eo valuisse, ut rerum veritati in narratione offecerit ipsumque scriptorem partium studio captum a vero abduxerit, ex iis, quae supra iam diximus, satis apparet; adde quod hanc suam sententiam ille non consulto et apertius enuntiat, sed magis tecte indicat, cum ab historiis suis talia, quae ad rerum narrationem pertineant, abesse maluerit.

§. 13.

Opus Herodoteum, quale nunc legimus, in novem libros, qui singuli Musarum nominibus inscripti sunt, divisum videmus. Quae tamen divisio ab ipso auctore num profecta sit, iure dubites; quandoquidem ille nunquam singulos libros ita divisos et inscriptos novit, sed ad prius narrata si respicit, λόγους in universum vocat sive τοὺς πρώτους sive τοὺς ὀπίσω, τοὺς ὀπίσθε λόγους, ἐν ἄλλῳ λόγῳ, et quae sunt his similia, quibus singulas narrationis partes, quas nunc accuratius distinctas et Musarum nomine ornatas videmus, ille indicare solet. Iam monuit Wesseling. in Praefat. §. 2, ubi quaedam addidit Schweighæuserus. Qui eandem rem attigit Mure (History of the language and literature of ancient Greece IV. p. 469 seq.), et ipse dubitat, num ea, quae nunc invenitur Herodotei operis divisio, ab ipso Herodoto profecta sit, licet opus tam spissum et extensum divisionem quandam ac distributionem partium singularum utique postulet: quam si Noster unquam instituisset, eam putat vir doctus illum instituturum fuisse, quae similis fuerit rhapsodiis singulis, quales qui epica carmina recitavissent, facere consueverint. Equidem afferam, quae ad sententiam a me propositam maxime pertinere videntur. Qui V, 36 scripsit: ὡς δεδήλωταί μοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λόγων respiciens ad ea, quae I, 92 tradidit, is I, 75, ubi scribit: τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω, respicit ad ea, quae eiusdem libri primi cap. 107 nunc leguntur, et VII, 93, ubi scribit ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων εἴρηται, iterum ea, quae primi libri cap. 171 nunc exstant, in mente habet. Sic II, 161 scribens: τὴν ἐγὼ μεζόνως μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι, respici vult ad ea, quae IV, 159 afferuntur, et V, 22 (ubi vid. nott. Vol. III. p. 37) scribens καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω respicit ad ea, quae VIII, 137 leguntur, eandemque dicendi formulam adhibet adeo VII, 213 (ubi vid. nott.

*) Conf. nott. ad III, 80. Vol. II. pag. 156 et ad V, 78. Vol. III. p. 178.

Vol. III. p. 768), ubi quae promisit, ea postea aut neglexit aut quo minus scriberet, morte impeditus est. Alio loco VI, 19 ἑτέρωθι τοῦ λόγου (cf. nott. Vol. III. p. 247) dicit, in animo habens ea, quae primo libro cap. 92 enarraverat. Unde satis, opinor, patet, vix ullam certam operis divisionem aut distributionem ab ipso auctore factam esse: quam postea demum Alexandrinorum virorum curâ institutam esse valde fit probabile. Num Ctesias, qui proxime Herodotum sequitur, eumque, ut Photius*) tradit, refutandum sumpsit, Herodoteum opus per singulos libros digestum ante oculos habuerit, e paucis Ctesianae historiae reliquiis cognosci nequit; neque magis id affirmare licet de Theopompo, qui Herodotei operis epitomen duobus libris constantem edidisse fertur, cum perpauca huius epitomae fragmenta supersint**). Primus, quantum scio, Diodorus Siculus, quem Caesaris et Augusti temporibus vixisse constat, Herodoteum opus in *novem libros* divisum commemorat loco insigni XI, 37, quem iam in nott. ad IX, 122 attulimus; eandemqué divisionem Josephus citans in Archaeolog. X, 1. §. 4 Herodotum nominat ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν et contr. Apion. I, 22 ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ, nec miramur Pausaniam inde discedere et ad rationem eam, qua ipse Herodotus singulas operis partes excitat, redire, cum iste scriptor in aliis quoque, ut satis constat, Herodotum imitari studuerit et ad eius elocutionem se applicuerit; itaque scripsit III, 2, 3: Ἡρόδοτος ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον κ. τ. λ. et V, 26, 4: Ἡρόδοτος ἔφη ἐν τοῖς λόγοις, ὡς Ἀναξίλα κ. τ. λ.; uno quoque loco X, 33, §. 8 dicit ἐν τῇ Ἡροδότου συγγραφῇ. At apud Athenaeum Herodotei loci secundum libros singulos plerumque excitantur***) neque aliter apud Theonem in Progymnasmatt. †) aliosque apud rhetores sive grammaticos††), eademque divisio quoque per Stobaei Florilegium adhibita invenitur†††). Itaque hanc operis Herodotei *divisionem* in novem libros, qualis nunc invenitur, non ab auctore ipso factam, sed postea institutam esse satis commonstrasse nobis videmur. Neque aliter statuendum de ea *appellatione*, quae singulis libris tribuitur, Musarum nomine inscriptis. Appellationis originem Lucianus

---

*) in Bibliothec. Cod. LXXII. Persicc. Excerptt. §. 1.

**) quae collegit et illustravit G. Frommel. in Creuzeri Melett. III. p. 135 seqq. Vid. infra quoque §. 15.

***) Sic Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ II. p. 45 A. III. p. 78 E. (ubi additur τῶν ἱστοριῶν) IX. p. 396 C. XIV. p. 640 F. 661 C. ἐν τῇ δευτέρᾳ IX. p. 410. C. et E. XV. p. 701 A, ubi aeque additur τῶν ἱστοριῶν. ἐν τῇ τρίτῃ XI. p. 473 B. ἐν τετάρτῃ II. p. 43 C. ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν XI. p. 502 C. ἐν τῇ ἕκτῃ X. p. 427 B. XII. p. 541 B. ἐν τῇ ἑβδόμῃ XI. p. 486 E. IV. p. 146 A.

†) p. 189 (p. 83 Spengel.) ἐν τῇ πρώτῃ coll. p. 160 (p. 66) 199 (p. 91). — ἐν τῇ δευτέρᾳ p. 160 (p. 67). p. 219 (p. 98); διὰ τῆς τρίτης p. 193 (p. 86).

††) Conf. modo Scholia Apollon. Rhod. ad I, 1024 (ἐν δευτέρᾳ) et ad IV, 277.

†††) Longum est omnes afferre locos, ex Herodoti historia in Florilegium receptos, qui plerumque excitantur: ἱστορίας πρώτης, δευτέρας, τρίτης etc.

indicare videtur in Herod. 1. Vol. IV. p. 117 ed. Bip. *οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτάς*; quae eadem fere exstant in libro: Quomodo histor. conscr. §. 42 p. 48 Herm. Unde hoc certo mihi colligere posse videor, Luciani aetate hanc et distinctionem et appellationem obtinuisse, ab Alexandrinis, opinor, criticis introductam, quos, ut aliis rerum scriptoribus, ita Herodoto peculiarem quandam curam impendisse nemo nescit. Nec desunt similes operum tituli. Bion rhetor, teste Diogen. Laërt. IV, 58 novem quos ediderat libros *Musarum* nominibus inscripsit. Cephalionem, qui rerum scriptor teste Suida s. v. Hadriani aetate floruisse fertur, historiae libros Ionico sermone scriptos, *Musarum* nominibus insignivisse narrant Photius Bibl. Cod. LXVIII. p. 34 Bekk. et Suidas s. v., idemque fecisse Aurelium Opilium testatur Suetonius: De illustrr. Gramm. cap. 6 et Gellius N. A. I, 25. Aeschines, eodem teste Photio Cod. LXI init. p. 20 Bekk., tribus orationibus *Gratiarum*, novem epistolis *Musarum* imposuit nomina. Inde apud Plinium in Praefatione Hist. Nat. §. 23 inter librorum inscriptiones Graecis usitatas commemorantur quoque *Μοῦσαι*, itemque apud Gellium in Praefat. §. 6.

§. 14.

Satis constat, iam a veteribus grammaticis *duo* Ionicae dialecti genera distingui, a recentioribus quoque inde recepta, *antiquius* et *recentius*: alterum, quo Homerus epicique poëtae veteres usi sunt, *τὴν ἀρχαίαν* sive *παλαιὰν Ἰάδα* dicebant, alterum *τὴν δευτέραν* sive *νέαν* adeoque *νεωτέραν Ἰάδα*, adhibitam ab iis, qui post illos poëtas soluto sermone scripserint. Atque Herodotus, Halicarnasso Dorum civitate oriundus, Ionica hac recentiore dialecto libros suos condidit, qua eadem Ctesiam, Hippocratem, Democritum, alios usos esse accepimus, tunc temporis maxime exculta et florente. Quamquam cave credas, hos viros doctos et si qui alii illa fere aetate Ionice scripserint, iisdem prorsus usos esse huius dialecti formis ac parem prorsus in hac dialecto adhibenda rationem esse secutos. Ac de *Ctesia* ipse testatur, qui Persicorum et Indicorum Excerpta nobis servavit, Photius Biblioth. Cod. LXXII., Persicc. Excerptt. §. 64: *κέχρηται δὲ τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ* (scil. *ὁ Κτησίας*) *εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ κατ' ἐνίας τινὰς λέξεις*, et Indicc. Excerptt. initio: *Κτησίου τὰ Ἰνδικὰ ἐστιν ἐν ἑνὶ βιβλίῳ, ἐν οἷς μᾶλλον ἰωνίζει*, qua de re plura dixi in Prolegg. ad Ctesiae fragmm. Francofurt. anno MDCCCXXIV edita pag. 20 seqq. De *Hippocrate* dicere longum est, praesertim cum quae ad Hippocrateum dicendi genus pertinent quaestiones, nondum prorsus absolutae aut ad finem perductae videantur: id vero dubitari nequit satisque apparet ex iis, quae nostra demum aetate accuratius inquisita et disputata sunt*), Hippocratem in

*) Vid. Littré: Oeuvres complets d'Hippocrate Tom. I. Appendice à

haud paucis formis atque ipsis dicendi rationibus ab Herodoto multum discedere; quam discrepantiam bene quoque notavit Bredov. Quaest. criticc. de dialect. Herodot. pag. 10. Ac si, quod tradit Aelianus Varr. Hist. IV, 20 in fin., Hippocrates licet Dorica stirpe oriundus, tamen *Democriti* in gratiam, Ionica dialecto in libris perscribendis usus est, tenendum utique, Democriti sermonem, quantum nunc quidem e fragmentis cernere licet, ad Hippocrateum magis accedere quam ad Herodoteum dicendi genus; vid. Mullach in Praefat. ad Democriti fragmm. pag. XII. Cum vero ipse Noster (I, 142) quattuor Ionicae dialecti genera s. *τρόπους παραγωγέων* commemoret, quaesitum utique est, cuinam ex his magis accommodatum sit Herodoteum dicendi genus s. quanam Ionica dialecto Noster scripserit; qui cum Sami aliquamdiu commoratus ibique etiam Ionicam dialectum edoctus esset, ut Suidas supra §. 1 allatus perhibet *), Samiorum dialecto Ionica Nostrum usum esse inde colligi posse nonnulli putaverunt, aliisque etiam rationibus allatis hoc probare studuit Giese: Ueber d. aeolischen Dialect. pag. 152 seqq. **). Neque tamen id persuasit Bredovio l. l. pag. 8 seq., cuius iudicio mihi quoque subscribendum videtur, cum quae allatae sunt singulae rationes, quibus Samiorum dialecto usum esse Nostrum ostendere volunt, haudquaquam id evincant. Neque aliter de his iudicaverat Iaeger in Disputt. Herodd. p. 7 haec pronuntians: „Quod affert Suidas, Sami Herodotum dialecto Ionicae assuevisse, pro mera coniectura habendum est. Res et per se parum probabilis et convincitur Samiae dialecti forma, ab Etymologici Magni scriptore servata, *Δεύννσος* ***), ab Herodoti dialecto aliena. Dubium non esse videtur, quin dialectus, qua Herodotus usus est, fuerit forma dialecti Ionicae Carica †), eadem, qua et Hecataeus scripserat Milesius. Ad huius potissimum et orationis et linguae rationem sese conformaverit necesse est; quaeque exstant Hecataei fragmenta, magnam ostendunt utriusque sermonis similitudinem.“ Subiiciam his Creuzeri verba in Fragmm. historicc. p. 18: „Etenim Eustathius ad Homer. Il. I. p. 7 Basil. et alia disputat et illud addit: *Herodotum Pherecydis* et *Hecataei* in orationis genere similem esse. Quod uti non praecise negaverim, ita nullus dubito, si *Hecataei* quidam liber integer exstet, plurima repertum iri, unde patefiat elegantior quidam cultus, quem prosaica Ionum oratio *Herodoti* artificio debeat.“ Quae ut vera in univer-

l'introduct. §. 1. pag. 479 seqq. 499 seqq. Iul. Fl. Lobeck in Quaest. Ionicc. libr. fasc. I. (Regimontii Pruss. 1850) pag. 1 seqq. et potissimum in Philolog. VIII. pag. 14 seqq.

*) *ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον.*

**) Conf. etiam Franz. Elementt. Epigraph. pag. 183.

***) Vid. p. 259, 30 et cf. Hesych. I. p. 496, ubi *ἀποφλᾶσαι· ῥογχάσαι· Κρῆτες καὶ Σάμιοι.* Fischer. ad Weller. l. p. 54.

†) Herodot. I, 142. Qui locus a Iaegero allatus sic se habet: *Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ Μυούς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταῦτα διαλεγόμεναί σφι.*

sum disputata videntur, ita Iaegeri illam sententiam, qua *Carica* Herodotum contendit usum esse dialecto, non habeo, quibus accuratius probem, nec magis illud probaverim, quod Carica hac dialecto Hippocratem et logographos usos esse alii contenderunt, cum quattuor illa Ionismi genera, quae Herodotus ipse l. l. indicat, ad locorum diversitatem potius pertinuerint, quam ad eam dicendi formam, qua, qui scriberent, uterentur. Ac sane maxime credibile fit, ad logographorum proxime antecedentium rationem Nostri sermonem propius accessisse, adeoque hac ipsa Ionica dialecto ut scriberet Nostrum eo commotum fuisse, quod qui antecederent logographi, eos hac dialecto usos esse vidisset, ut recte pronuntiat Goettling in Praefat. ad Hesiod. pag. XXXI. ed. secund. Itaque cum Bredovio pag. 9. 10 existimo adhibuisse non localem aliquam dialectum, quales fuerunt quattuor ab ipso Herodoto commemoratae, „sed potius „communem quandam priorum (logographorum aut scriptorum in rerum „monumentis componendis versatorum) scriptis iam conformatam litera„riam quasi dialectum Ionicam, quae pro indole et natura cuiusvis scri„ptoris, pro argumento, quod sibi quisque tractandum sumpsit, aliam in„duebat faciem.“ Ac nihil dubium, quin, qua aetate pater historiae scripsit, Ionum dialectus maxime culta et propagata fuerit, unde factum, ut et Herodotus et alii illa uterentur quodammodo necesse esset*). Hinc vel *Hellanicus*, qui Herodoti suppar censetur, Ionicam dialectum in libris suis praetulisse videtur; quippe cuius in fragmentis adhuc quaedam superesse dicunt Ionici sermonis vestigia**); quid quod *Pherecydis* historias eodem Ionum sermone conscriptas esse fit probabile***)? quamquam ex ipsis fragmentis, quae ad communis dialecti formas sermonem Pherecydis conversum exhibent, certi quid afferri nequit. De *Hecataeo Milesio* diserte tradit Hermogenes de Ideis II. 12. pag. 513 s. p. 399 Walz. et p. 423 Spengel.†), Hecataeum scribens usum esse *τῇ διαλέκτῳ ἀκράτῳ Ἰάδι*, Herodotum vero *ποικίλῃ*, i. e. *multis orationum figuris et numeris variegata*, ut explicat Wesseling. Diss. Herod. X. p. 146, vel potius *mixta*, i. e. non pura Ionica, sed *variata*, aliis epici et vulgaris sermonis formis admixtis. Itaque Hermogenem indicare vo-

---

*) Vid. Dionys. Halic. VI. p. 864. (p. 146. 147): *οἱ δὲ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου καὶ μέχρι τοῦ Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίας ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προαιρέσεις· οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι διάλεκτον, τὴν τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν, καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα κ. τ. λ.*

**) Vid. Sturz. ad Hellanici fragmm. p. 25 coll. p. 44. 143. C. Mueller in Fragmm. Hist. Graecc. I. p. XXXIII haec de Hellanico scribit: „Dialecto usus est, ut plerique istius temporis historici, Ionica, colorata sine dubio formis Aeolicis.“

***) Vid. Sturz. ad Pherecyd. p. 74 seq.

†) Locus ipse sic se habet: (Hecataeus) *τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ ἧττόν ἐστιν ἕνεκά γε λέξεως ποιητικός.* Conf. etiam II, 4. p. 405 (p. 319 Walz et p. 362 Spengel).

luisse existimo, Hecataeum pura Ionica dialecto scripsisse*), Herodotum autem non solum Ionicae dialecti formas vocesque adhibuisse, sed immiscuisse his quoque Homericas atque omnino epicas sive poëticas, tum vero etiam Atticas, adeoque aliarum dialectorum formas vocesque, haec vero omnia ita secum coniungere studuisse, ut bene convenirent indeque oratio exsisteret suaviter delectans hac ipsa varietate concinna omneque taedium evitante eaque de causa vel praestantior haberetur puro Ionico sermone, quo Hecataeum ipsumque etiam Hippocratem (si recte tradit scriptor in Bachmanni Anecdd. II. p. 369**) usum esse volunt. Quamquam vel in hac Herodoti oratione ita variata fundamentum semper praebet Ionica dialectus, ad quam cetera optime conformentur adeo, ut bene coëant***). Quare apud Phot. Cod. LX. p. 59. Ἰωνικῆς διαλέκτου κανὼν vocatur Herodotus, et a Dionys. Halic. Epist. ad Cn. Pomp. VI. p. 775 Reisk. Ἰάδος ἄριστος κανών. In sepulcri inscriptione autem Herodotus vocatur Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανις: vid. supra §. 6.

Quae cum ita sint, operae sane pretium, accuratius in eam, quae Herodotei sermonis fuerit, formam inquirere. Quem enim Ionica dialecto scripsisse diximus, is haudquaquam in omnibus ita certas quasdam leges sequi videtur, ut omnia ad unam eandemque normam dialecti Ionicae constituta sint; quin hoc ipsum posterioris aetatis grammaticorum studium fuisse, ut Herodotum, quem in singulis formis verbisque non omnia ad unam regulam certam exigere invenerant, corrigerent et ad Ionicae dialecti canonem, quem sibi finxerant, magis conformarent, ut sui ipsius magis constans ille appareret, vestigia quaedam indicare videntur†). Nimirum illos grammaticos idem offendisse videtur, quo vel

---

*) In Hecataei fragmentis pleraque reperiuntur ad communis sermonis formas conversa: quae pauca restant, in quibus ipsa Hecataei verba servantur, exhibent sane formas solutas Ionicae dialecti, ut καλεύμενος, οὔρεα, δοκέω, alia; atque haud scio an in operis initio, quale affert Demetrius De elocutione §. 2 et 12: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι, scribendum quoque sit μυθέεται, si quidem quattuor haec priora verba pro ipsius Hecataei verbis habenda sunt.

**) ὅς (Ἱπποκράτης) ἀκράτῳ τῇ Ἰάδι χρῆται· ὁ γὰρ Ἡρόδοτος συμμίσγει αὐτὴν τῇ ποιητικῇ. Atticas tamen formas Ionicis immiscuisse Hippocratem statuit I. Fl. Lobeck in Philol. VIII. p. 20.

***) Vid. Bredov. pag. 7: „Fundamentum igitur Herodoteae orationis est recens Ias, quae cum multa cum Homerico sermone, multa cum vetere Attica dialecto haberet communia, eo facilius etiam alia quaedam ex hac affinitate recipere et ad suas leges formare potuit."

†) Conf. Ephemeridd. Ienens. 1817. nr. 161. p. 352 et add. H. Apetz., qui ad Herodot. II, 121. pag. 290 suae edit. ita pronuntiat: „Nimia fuit grammaticorum prae caeteris opera, quam in eo collocarunt, ut Musae Herodoti mulierum Ionicarum more pretiosis indutae vestibus incederent. Nonnullas verborum formas, quas in textu retinendas editorum religio curavit, huic inutili studio debemus. — Non dubito, quin complures harum formarum Ionicae vel potius poëticae ex versibus Homeri et Pythiae, quos

nostra aetate haud paucos viros doctos offendi videmus, quod scilicet Herodotus non omnia accurate ad Ionicae dialecti leges normamque exegerit, sed alias aliarum quoque dialectorum formas promiscue adhibuerit, ne in ipsis quidem Ionicis formis sibi prorsus constans, quarum in locum vulgaris aut epici sermonis formae haud raro succedunt, ita ut nulla appareat causa, cur hanc sive illam formam praetulerit. Auxerunt hanc sive varietatem sive inconstantiam librarii codicum incuriosi*), prave formas varias permiscentes nec ita discernentes, ut in locis dubiis criticus habeat, quod sequatur, praesertim cum vix adhuc certo constet de singulis huius dialecti formis flexionibusque nec ipsa grammaticorum praecepta cum iis, quae singulis locis apud Herodotum libri scripti afferunt, concinant; quin quod ipsi grammatici veteres ex Herodoti libris quaedam afferunt**), quae in Herodoto, qualem nunc scripti libri exhibent, frustra quaeras. Quae cum ita se habeant, Wesselingio satius videbatur optimos quosque sequi codices, praecepta grammaticorum enotare et ad textum melius constituendum, quoad per libros liceret, adhibere; eumque hac in re, alios ut taceam, secutus est Reizius, deseruit Schaeferus, qui formarum quandam constantiam, quam in Herodoti editionibus aegre desiderabat, restituere cum vellet, omnia ad unam eandemque normam certamque Ionici sermonis regulam ita exegit, ut, parem sibi reddere cum conaretur Herodotum, mox tamen ipse intelligeret, quam temere egerit. Itaque in via subsistens ad priorem Wesselingii rationem utpote tutiorem atque certiorem redire maluit. Ac iuvat ipsa viri praestantissimi verba huc apponere***): „Quum primum Herodoto recensendo „manus admovissem, hanc mihi legem scripseram, ut formis verborum „communibus, etiam tum cum codices tacerent expulsis, Ionicas sufficerem. Hunc morem in prioribus plagulis constanter tenui. Sed mox „instituti me poenitere coepit; *planeque cognovi Herodotum, perinde ac „ceteros scriptores Graecos, dialectum ad grammaticam ἀκρίβειαν non ea „exegisse, quae vulgo creditur constantia atque perpetuitate.*“ Qui post Schaeferum ad Herodotum accesserunt, eandem in universum viam tenuerunt, cum a codicum auctoritate in talibus recedere nollent, valdeque timerent, ne, inconstantiam illam in singulis formis obviam si librariis tribuerent indeque omnia ad unam normam exigerent, temere agere atque in eum scriptorem grassari viderentur, qui ad codicum probatorum auctoritatem refingendus et emendandus esset: accedit, quod ille liber, qui omnium praestantissimus habetur, Mediceus, nondum eâ, quam merito nunc requirimus, curâ est collatus, ut quid in singulis exhibeat, certo sciamus, reliqui autem libri, qui accuratius inspecti et collati sunt,

---

Herodotus historiis inseruit, in textum irrepserint.“ Add. Struve Quaest. Herodd. Specim. I. p. 10 (Opuscc. selectt. II. p. 268 seq.).

*) Ac merito conqueritur Struve Quaest. Herodd. Spec. II. pag. 15 (Opuscc. selectt. II. p. 344), plerosque codices Herodoti in talibus, quas minutias vulgo habent, non satis accurate collatos esse.

**) Conf. Wesseling. Diss. Herod. VI. p. 48 seq.

***) Vid. Praefat. p. 5. Probat Schweighaeuser Praefat. I, 2. p. XXIII.

Florentinus liber, Sancrofti liber et Parisini codices nullo modo in his consentientes inveniuntur, sed eam formarum diversitatem praebent, quae quominus singula quaeque ad unam certam quandam legem et normam revocarentur, prorsus obstitit. Itaque Schweighæuserus et Gaisfordius, a quibus multa in Herodoti verbis melius constituta esse, codicum ope potissimum, negari nequit, tamen formarum illam discrepantiam, vel in una eademque voce modo ad communem dialectum, modo ad Ionicam flectenda obviam, nullo modo sustulerunt, sed intactam plerumque reliquerunt. Necdum enim illa aetate ipsa Herodoteae dialecti ratio accuratius cognita nec leges, quas in his sequitur Herodotus, satis erant inventae, adeo ut aliqua cum certitudinis specie, quid Nostrum dixisse, quamque formam adhibuisse oporteat, affirmari potuerit. Itaque ante omnia in haec ipsa inquirendum erat, beneque id sensit Matthiae, cum in nott. ad Herod. II, 87 scriberet: „Qualiscunque sit dialecti „Herodoteae licentia, leges etsi non invenerimus, esse tamen, quibus „harum formarum ad suam quaeque consuetudinem restringatur, nemo „facile negare poterit. Res est longioris disquisitionis, quam ut brevi „annotatione absolvi possit.“ Ac *longioris disquisitionis* hanc rem esse vere pronuntiavit Matthiae. Cum enim Herodotus, ut supra iam monuimus, ea sermonis forma usus sit, quae diversarum dialectorum formas et voces admisit easdemque non sine artificio quodam apte in unum coniunxit, agitur non tantum de eo, ut, quomodo in singulis Noster egerit, hanc formam vocemque admittens, illam respuens, accurate et certo constitui possit, verum etiam quam maxime erit videndum, num is, qui in aliis formis ac vocibus Ionicam, in aliis magis Homericam et poëticam, in aliis Atticam dialectum secutus est, id quoque admiserit, ut unum idemque vocabulum modo secundum Ionicam, modo secundum Homericam poëticamque, modo secundum Atticam aut communem dialectum formaret ac flecteret, quoniam hac ipsa in re maximam differentiam ac varietatem praebent libri scripti adhuc cogniti, e quibus editi libri prodierunt. Ac primus exstitit Car. Lud. Struve, qui tribus speciminibus *Quaestionum de dialecto Herodoti editis**) Ionicum Herodoti sermonem ad certas leges et ad iustam formarum constantiam revocare studuit, quo certam viro critico viam, quam in singulis formis eligendis sequeretur, pararet, inconstantiae illi formarum singularum ita succurri posse arbitratur, ut, si quam formam pluribus locis Noster secundum optimorum librorum auctoritatem constanter tenuisset, eandem quoque in reliquis locis iisque paucis, in quibus alia forma obvia, recipi vellet vel invitis libris scriptis. Huius viri doctissimi, qui „pauca tantum quaedam vocabulorum genera, sed eximia et diligentia et perspicacitate tractavit,“ exemplum secutus Guilielm. Dindorfius reliquam, ut ipse ait, laboris partem

---

*) Regimontii 1828 et seqq.; inde typis repetita exstant in eiusdem viri docti *Opusculis selectis*, quae edidit Iac. Theodor. Struve Lipsiae 1854. Vol. II. pag. 256 seqq. Tu conf. quae olim de his retuli in Seebodii Biblioth. critic. 1829. II. nr. 98. pag. 390 seq.

absolvere studuit, emisso copiosiore doctrinae apparatu, quem a suae scriptionis consilio alienum esse putabat, cum nihil aliud sibi propositum esset, quam ut tirones probabili huius dialecti scientia imbueret, eosdemque moneret, ut ab superstitiosa sibi caverent reverentia codicum. Praemisit igitur in ea Herodoti editione, quae ipsius curis recognita prodiit Parisiis anno MDCCCXLIV, commentationem, quae inscribitur: *Dialectus Ionica Herodoti cum dialecto Attica veteri comparata*" pag. V seqq., in qua sane, quae sibi proposuerat vir peritissimus, ea quoque praestitit, in ipsis Herodoti verbis edendis haud pauca ad meliorem formam revocans. Eandem fere rationem in edendis Herodoti verbis cum secuti essent Bekkerus et Dietschius, exstitit Ferd. Iul. Caes. Bredovius, quo sane neminem et accuratius et diligentius hanc totam quaestionem de Herodoti dialecto pertractasse merito dixeris*): quod enim in paucis quibusdam formis vocibusque monstrare conatus est Struve, id eàdem ferme viâ progressus Bredovius, *quattuor libris quaestionum criticarum de dialecto Herodotea* Lipsiae anno MDCCCXLVI editis, per omnes quotquot apud Herodotum occurrunt et voces et formas ita persecutus est, ut, quantum id fieri posset, e singulis Herodoti locis diligenter secum collatis, iusta simul ipsius dialecti ratione habita, erueret, quam in quaque voce et adhibenda et flectenda formam secutus inde etiam constanter et omnibus locis ita adhibuisse Noster putandus sit, ut nunquam ab ea deflexerit duasque formas admiserit: qua vera vocis forma inventa si quae aliae hinc discedentes adhuc in libris invenirentur — ac nemo nescit, quantum libri hac in re varient — eas ad illam formam, quam veram et genuinam sibi invenisse visus erat, revocari voluit, normam quodammodo constituens, quam in edendis Herodoti verbis sequi oporteat. Minime enim nobis statuere licere iudicat vir doctus**), Herodotum idem vocabulum vocabulorumque genus modo hac modo illa forma usurpasse, cumque parum praesidii inveniatur ab Herodoteis codicibus, qui plerumque sic comparati sunt, ut modo hanc modo illam formam praebeant, iidemque, qui aliquo in loco eam formam, quae genuina habetur, exhibent, altero in loco inde recedant contrariamque ostendant,

---

*) Interea alii quoque viri docti singulis quibusdam partibus dialecti Herodoteae exquirendis utilem praestiterant operam. Sic de augmento verbi Herodotei exposuit *Bunke* in programmate scholiastico quod prodiit Braunsberg. 1835. 4, itemque *G. Kloppe* Diss. de augmento Herodoteo Schleusing. 1848. 4, *Ed. Wentzel:* De praepositionum tmesi, quae apud Herodotum inveniuntur. Vratislav. 1829. 4, *B. H. Lhardy:* Quaestionum de dialecto Herodoti cap. I et II. Berolin. 1844. 1846. Scholarum in usum de Herodoti dialecto exposuerunt *I. Classen* in septima editione Atticorum Iacobsii (1847) pag. 344 seqq.: „Abweichung des ionischen Dialekts im Herodot von dem Attischen" et *C. G. Lucas* in libro: Formenlehre des ionischen Dialekts im Homer nebst einem Anhange der vorzüglichsten dialekt. Eigenthümlichkeiten des Herodot. Uebersichtlich dargestellt. Bonn. ed. tert. 1853. Ac referri huc quoque poterit *Ch. F. Stadelmann:* De Herodoto eiusque dialecto III Partes. Dessav. 1830. 1832. 1835. 4.

**) pag. 87.

sic occurrendum videtur Bredovio, „ut collectis unius eiusdemque voca„buli vocabulorumque generis exemplis omnibus, ratione quoque in loco „codicum scripturae habita, summam quandam vel depravatarum vel re„ctarum formarum subducamus atque conferamus indeque codices ipsos „inter se conciliemus.“ Quod ubi prorsus fieri nequit, omnibus codicibus summo consensu obnitentibus, vel codicum auctoritate prorsus neglecta rationi et analogiae obediendum esse mavult*). Etenim in hac ipsa convenientia atque concinnitate, quae in omnibus vocabulis constantiam quandam ab ipsa natura profectam servat, neque eadem modo hac modo illâ formâ profert, cerni vult Herodotei operis artificium**). Hac igitur via progressus vir doctus infinitis locis veras vocabulorum formas invenit atque feliciter Herodoto restituit: quare hunc virum, cui quantum deberemus, iam in praefatione (Vol. I. p. X) professi sumus, sequi in plurimis haud dubitavimus, quae ab ipso sic inventa et constituta esse putabamus, ut dubium nullum esset relictum: cautius tamen in iis agendum esse putavimus, quae ad hanc certitudinem nondum adducta cum essent neque unquam eo adduci posse nobis viderentur, satis ostenderent, Herodotum in nonnullis certe formis vocibusque ita variasse, ut non unam formam constanter admiserit, sed plures adhibuerit, modo solutas modo contractas, modo Ionicas aliasve aliarum dialectorum, modo communes, vix ullo certo in eligendis hisce formis singulis consilio ductus, sed ea recipiens, quae animum ultro subirent sponteque se offerrent: ut adeo haec tota res a scriptoris animo ac sensu pendeat indeque unice diiudicari possit***). Neque sane Herodotum in his formis eam, quam volunt, constantiam tenuisse omniaque ad unam eandemque normam exegisse credam †): nec magis credam nobis licere reiecta omni librorum scriptorum auctoritate sic agere, ut omnia ad unam, quae sola vera nobis videtur esse, normam exigamus, ipsumque Bredovium invenimus in nonnullis ita statuentem, ut Herodotum pluribus in uno eodemque vocabulo formis promiscue usum esse affirmaret. Itaque p. 196, ubi de forma nonnullorum verborum in ῶ ex ηο contracta agit, omnibus, quae huc pertinent, locis ex Herodoto collectis recte opinor haec scripsit: „Plura igitur sunt exempla, ubi nostri quidem libri omnes in formas non contractas consentiunt, quam ubi in contractas, ut neque haec neque illa mutare audeas, sed *Herodotus ipse hac in re variasse tibi censendus sit.*“ ††) Neque aliter se res habet in verbo πλέειν, quod Ionice dicitur πλώειν:

---

*) Vid. pag. 87 et 88.

**) Vid. pag. 7, ubi haec etiam addit vir doctus: „neque enim ars esset, si omne fere vocabulum modo hac modo illâ formâ usurpasset (Herodotus), sed negligentia, inconstantia, qualis est librariorum.“

***) Cf. Meierotto l. l. pag. 596 de Herodoti dialecto inter alia id quoque scribens: „peut-on conclure, qu'il suit ici une règle générale, l'usage reçu, sa langue, son dialecte, ou plutôt *ne faudra-t-il pas dire qu'il consulte son oreille et la suite.*“

†) Conf. etiam quae dixi in Jahrbb. f. Philolog. Vol. L (1847). p. 374 seqq.

††) Conf. etiam nott. ad VIII, 1.

utriusque enim formae tot exempla apud Nostrum reperiuntur, ut eodem viro docto iudice (p. 172) „non liceat nobis aut haec aut illa ad unam normam corrigere“ *). Neque idem vir doctus non concedit, Herodotum aeque εἰπεῖν atque εἶπαι dixisse, utramque igitur formam esse admittendam: vid. p. 324 seq. 353 seq. **). Sic θηέομαι atque θεάομαι Nostrum dixisse apparet ex iis, quae idem Bredovius attulit pag. 46 ***). Sic, ut alterum afferam, nomina ex ἄρχω ducta, apud alios, inprimis Atticos scriptores constanter ad secundam declinationem flectenda, apud Herodotum omnia uno modo scribenda esse recte negat Bredov. p. 232, pluribus locis allatis, ubi ad primam aeque ad secundam declinationem pertineant; quo eodem opinor pertinet, quod Noster nomen εἵλως etiam dixit εἱλώτης †): vid. p. 232. Quare consequens est, Herodotum aeque φύλακος et φύλαξ adhibere potuisse, quod negat Bredov. pag. 255. Inde ab hoc viro docto in aliis quoque huiusmodi formis nonnullis discessimus, quas ille ad unam eandemque normam constituere voluit; cum enim in his non unâ formâ Herodotum usum esse tot exempla indubitata testentur, ut, utra forma praeferenda sit, certo constitui nequeat, neque ulla existat certa ratio, ad quam haec exigantur, Herodotum in his quoque variasse statuimus neque quidquam in hac formarum varietate mutandum censuimus ††): quae varietas sive, ut alii dicunt, inconstantia si in nonnullis verbis formisque necessario, ut vidimus, admittenda est, cur in aliis quoque admitti haud potuerit, non intelligimus, praesertim in iis, quae, nisi omnem librorum scriptorum auctoritatem reiicere temereque prorsus agere velimus, ad unam eamque fixam normam ac legem redigi nequeant. Pertinent huc, ne plura commemorem, suo quaeque loco notata, formae promiscue adhibitae ἔπειτα et ἔπειτεν †††), εἵνεκα et εἵνεκεν *†), θέλω et ἐθέλω **†), τρέπω et τράπω ***†), aliae id genus; pertinent huc potissimum formae multae in verbis contractis, praecipue in έω et άω exeuntibus obviae, quas licet solutas Noster in pluribus locis protulerit, multis tamen locis contractas quoque adhibuit, ne in his quidem sibi prorsus constans *††): adeo ut difficillimum sit certi quid in

*) Cf. modo nott. ad I, 5. 24.

**) Cf. nott. ad I, 20. 22. 49. VIII, 65.

***) Cf. nott. ad I, 8. 10. 59. 30, ne plura.

†) Sic ἀδυναμίς et ἀδυνασίη Noster dixit: vid. nott. ad VIII, 111.

††) Conf. modo, quae ad II, 121 (Vol. I. p. 690) adnotata leguntur; aut ad I, 8. 17. IV, 42.

†††) Cf. nott. ad I, 4. II, 38. 92. 95. VI, 83.

*†) Cf. nott. ad I, 115. 136. II, 37. 38. 62. 108. IX, 46.

**†) Conf. nott. ad I, 32. 109. 205. II, 14. VI, 37. VII, 37. Apud Homerum quoque utramque huius verbi formam reperiri, licet unam tantum formam (ἐθέλω) agnoscere voluerit Aristarchus, docuit Bekker in: Monatsberichtt. d. Berlin. Akad. 1859. pag. 393 seq.

***†) Cf. nott. ad I, 98. 102. III, 2. 21. 65. IV, 125. VI, 119 coll. VIII, 118.

*††) Copiose haec tractat Bredov. pag. 372 seqq. et add., quae de verborum in έω exeuntium formis nuper disseruit Car. Abicht in Dissertatione quae inscribitur: Quaestionum de dialecto Herodotea Specimen primum. Gottingae 1859. pag. 9 seqq.

his constituere, in quibus nostra ex sententia Herodotus variasse nec unam tantum formam secutus esse censendus est. Haec in universum dicta hoc loco sufficiant: de singulis formis vocabulisque quid statuendum nobis videretur, in annotationibus indicavimus.

Caeterum vel ex iis, quae pauca h. l. protulimus, satis patebit, hanc totam quaestionem, summâ curâ ac diligentiâ a viris doctis nostrae aetatis tractatam vix unquam ad finem perduci prorsusque profligari posse propter librorum scriptorum *) et inconstantiam, quam in huiusmodi formis omnes adhuc cogniti praebent, et pravitatem, si quidem in omnibus codicibus reperiuntur haud pauca menda, quae cum omnibus sint communia **), e depravato exemplari eos, qui adhuc superstites sunt, codices ductos esse apparet ***): nec mirum hoc videri poterit, cum iam Philemonis (quem ad Alexandrinorum tempora referunt Homeri et interpretem et criticum) et Alexandri Cotyaënsis aetate multa menda in Herodoti libris scriptis ferrentur †) ipseque Aristoteles et Plutarchus initium operis Herodotei sua ipsorum aetate aliter atque nunc legitur e scriptorum librorum auctoritate exhiberi testentur ††). Quo eodem refero, quod a Grammaticis Graecis voces proferuntur Herodoteae, quae ab omnibus Herodoti codicibus, quotquot novimus, absunt; vid. nott. ad II, 158. Vol. I. pag. 795 †††).

Haec si ipsis antiquis temporibus inveniuntur, nemo profecto mirabitur, in iis libris scriptis, qui ad nostram aetatem pervenerunt ac decimum a. Chr. n. saeculum non superant, plura adeo reperiri menda et vitia vix prorsus tollenda: quae singula hoc loco proferre non attinet, cum in adnotationibus suo quaeque loco indicata reperiantur atque idem Bredovius *†) diligentissime hoc totum mendorum genus sit persecutus. Neque enim tantum in scripturae depravatione, i. e. in formis vocibusque depravatis aut verborum ordine turbato haec menda inveniuntur, ve-

---

*) Quos paucos omnino superesse, manifestum erit ex iis, quae §. 18 allata sunt.

**) Refero huc, ut nonnulla certe exempla subiiciam, mendosum *ἀρώμενοι* I, 27, ubi vid. nott.; *διεπρήστευσε* IV, 79 (ubi vid. nott.), cuius loco reposuimus *διεδρήστευσε*; *ἐσταλάδατο* VII, 89 (ubi vid. nott.), quod mutavimus in *ἐστάλατο*; *ἐγκεχρημένοι* VII, 145, quod nunc cessit meliori *ἐγκεχειρημένοι*. Alia menda, quae codices adhuc superstites superare videntur, notavimus ad I, 32. 167. VII, 162; eodemque pertinebunt errores sive vitia in numeris haud semel obvia: cf. nott. ad I, 7. 32. II, 9. 145. III, 95. V, 52 in fin. IX, 29. VII, 187.

***) Confer, quae infra §. 18 afferentur.

†) Vid Porphyrii Quaest. Homericc. cap. 8 et quae plura §. 18 proferemus.

††) Vid. nott. ad I, 1. Vol. I. pag. 1.

†††) Neque vero huc referri posse puto, quod apud Stephanum Byzantinum legitur: *Καλαμένθη ἥτις καὶ Καλαμίνθη πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος περιηγήσει· κρεῖττον οὖν ὡς Ἡρόδοτος διὰ τοῦ ῑ πόλις Φοινίκων.* Valde enim credibile, *Ἡρόδοτος*, ut suspicatur Meineke, mutandum esse in *Ἡρωδιανὸς*, qui in libro de Orthographia de huius urbis scriptura disputaverat.

*†) inde a pag. 13 seqq.

rum etiam graviora exsistunt in lacunis ita comparatis, ut orationis nexus interrumpatur nec facile nisi novis libris scriptis inventis mutilata Herodoti verba restitui possint*); nec denique desunt gravissimae interpolationes**), quibus vel totae sententiae Herodoti verbis intrusae sunt, itemque glossae in Herodoti sermonem illatae, alia huius generis menda haud pauca, quibus Herodoti orationem adhuc scatere dolemus. Quae plurima ita fere constituta sunt, ut probabilia tantum sectari nobis liceat meliorum codicum ope destitutis, summaque inde cautio adhibenda sit in iis praesertim, quae ad hoc gravius mendorum genus pertinent.

§. 15.

Sed revertamur ad ipsam, qualiscunque est, Herodoti orationem***), quam multas laudes apud veteres tulisse plura indicant. Hinc Quintilianus Inst. Orat. IX, 4, 18: „In Herodoto vero cum omnia, ut ego quidem sentio, leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.“ Affert autem hoc contra Ciceronem, qui Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos eius artis, quae in orationis compositione versatur, fuisse dixerat. Neque vero hanc Herodoteae orationis *iucunditatem* sive pulcritudinem in verbis tantum quaerebant veteres, sed *suavitatem* quoque elocutionis, in totius orationis structura et compositione sitam collaudabant, cum ita scriptor res enarret, ut illae fando vel iucundiores fiant quam si oculis subiiciantur nostrique animi inde vel maxime commoveantur †). Inde valde laudatur haec orationis γλυκύτης, quae ἡδονήν quandam parat legentibus omnibusque gratissima fit: vid. modo Crameri Anecdd. Oxonienss. III. pag. 169 et qui pluribus illam persequitur Hermogenes in capite περὶ γλυκύτητος: De ideis II, 4. p. 314 Walz. (p. 357 Vol. II Spengel.), a quo eodem (ibid. p. 319 p. 362 Spengel.) Herodotus dicitur τῆς γλυκύτητος μάλιστα πεφροντικώς, coll. ibid. p. 399 Walz. p. 423 et 424 Spengel. Inde quoque Menander περὶ ἐπιδεικτικ. 4. p. 249 Walz. p. 389 (Vol. II.) Spengel. scribit: μεστὴ δὲ καὶ ἡ ἱστορία Ἡροδότου γλυκέων διηγημά-

*) Vid. Bredov. pag. 13 seq. et quae ipsi adnotavimus ad V, 52. Vol. III. p. 85; ad VII, 76. Vol. III. p. 563 et ad VII, 154. Vol. III. p. 677; conf. etiam nott. ad II, 141 in Excurs. Vol. I. pag. 882.

**) Vid. Bredov. p. 16 seqq. et quae ipsi adnotavimus ad II, 116. Vol. I. p. 682 et II, 117. Vol. I. p. 683, ad IV, 191. Vol. II. p. 647; ad VI, 98. Vol. II. p. 391, ad VI, 122. Vol. III. p. 398 seq., ad VII, 162. Vol. III. p. 691 ac denique ad IX, 122. Conf. etiam VIII, 104 ibique nott. Vol. IV. p. 152 seqq.

***) Vid. Wendt: De oratione Herodoti. Greiffenberg. 1856.

†) Conf. Dionys. Halic. De composit. verbb. III. p. 37—47 ed. Schaefer. (ubi exempla ex Herodoto affert I, 6. 8.) IV. p. 57 coll. X fin. p. 115, ubi Herodoteam orationem et dulcem (ἡδεῖαν) et pulcram esse statuit. Conf. XIX. pag. 267 seq. Add. Lucian. Herod. I init. Hinc apud Athenaeum III, 15. p. 78 E. p. 309 Schweigh. Herodotus vocatur ὁ θαυμασιώτατος καὶ μελίγηρυς.

των, ἐν οἷς ἡδονὴ παντοδαπῶς παραγίνεται τῷ λόγῳ οὐ μόνον ἀπὸ τῆς ξένης τῶν διηγημάτων ἀκοῆς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ποίας συνθέσεως κ. τ. λ. Atque dudum antea Dio Chrysost. Orat. XVIII. p. 479 Reisk. τὸ ἀνειμένον καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ἀπαγγελίας in Herodoteo opere laudaverat, coll. Demetr. De elocut. §. 12. Ac totum huc quodammodo pertinet Hermogenis iudicium de Herodoto ib. II, 12. §. 4. (p. 395 Walz. p. 421 Spengel.), unde potiora in notis apponamus *). Accedit his grata illa orationis *variatio* in verbis singulis aeque ac tota orationis conformatione bene conspicua. Et cum Herodotus in oratione sua iustum ubique teneat modum nec ullo modo molestiam creet, extra fines evagando, cumque singula verba, quin omnis oratio optime delecta reique maxime conveniens inveniatur, praedicatur in Herodoto μέση λέξις **), quae mediocriter temperata delectu constat eorum, quae in reliquis dicendi generibus videantur praestantissima, eiusque sermo medium quoddam tenere dicitur inter nimiam austeritatem atque nimiam venustatem. Quare in Ecphrasi Christodori Coptitae vs. 377 seqq. celebratur Ἁλικαρνησοῦ θέσπις ἀοιδὸς, qui priscorum virorum, qui in Asia aeque atque Europa floruerunt, gloriam novem libris conditam Musis dedicavit atque Ionicae dialecti suavitatem cum facundia coniunxit ***); idem altero carmine †) Musas recepisse dicitur, quae singulae singulis libris ipsi remuneratae sunt. His autem virtutibus, quae apta et argumenti et orationis electione, verborum grata compositione et varietate, unde maximam orationis ipsius venustatem et suavitatem oriri constat, continentur, Herodotum Thucydidi praestare iudicarunt veteres ††), cui etiam in eo praestiterit, quod, unde

---

*) Ἐν τοίνυν τοῖς καθ' ἱστορίαν πανηγυρικοῖς πανηγυρικώτατός ἐστιν ὁ Ἡρόδοτος, τὸ δ' αἴτιον ὅτι μετὰ τοῦ καθαροῦ καὶ εὐκρινοῦς πολύς ἐστι ταῖς ἡδοναῖς· καὶ γὰρ ταῖς ἐννοίαις μυθικαῖς σχεδὸν ἁπάσαις καὶ τῇ λέξει ποιητικῇ κέχρηται διόλου. μέγεθος δὲ πολλαχοῦ μὲν ἔχει καὶ τὸ κατ' ἔννοιαν, κατά μέντοι ἐπιμέλειαν καὶ τὸ πολὺ τοῦ κόσμου τὸ συναμφότερον καὶ τὴν ἡδονὴν ἔχει καὶ τὸ μέγεθος· οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ῥυθμῶν αὐτῷ κατά τε τὰς συνθήκας καὶ τὰς βάσεις δακτυλικοί τέ εἰσι καὶ ἀναπαιστικοὶ, σπονδειακοί τε καὶ ὅλως σεμνοί.

**) Conf. Dionys. Halic. De verb. compos. XXIV. p. 372 Schaef. coll. XIX. p. 267 seq. Schaef. De admirand. vi dicend. in Demosth. §. 41. T. VI. p. 1082 seq. Reisk. (coll. §. 35 seq. p. 1067), ubi Herodoti affert locum VII, 3. §. 1. Marcellin. Vit. Thucyd. §. 40: ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν (χαρακτῆρι) Ἡρόδοτος ἐχρήσατο, ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνὸς, ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν.

***) Integra poëtae verba apponere iuvat (Brunckii Anal. T. II. p. 470. Iacobs Antholog. Graec. T. III. p. 175):

οὐδ' Ἁλικαρνησοῦ με παρέδραμε θέσπις ἀοιδὸς,
Ἡρόδοτος πολυΐδρις, ὃς ὠγυγίων κλέα φωτῶν,
ὅσσα περ ἠπείρων δυὰς ἤγαγεν, ὅσσα περ αἰὼν
ἔδρακεν ἑρπύζων, ἐνάταις ἀνεθήκατο Μούσαις,
μίξας εὐεπίῃσιν Ἰωνίδος ἄνθεα φωνῆς.

†) Inter epigrammata adespota nr. 532 (Brunckii Analectt. T. III. p. 263. Iacobs Antholog. Graec. Vol. IV. p. 230).

††) Vid. Dionys. Halic. Epist. ad Pompei. §. 3. pag. 128. 129. (T. VI. p. 767 seqq.) De vett. scriptt. cens. V. p. 424 seq. Iudic. de Thucydid.

initium ducendum et quousque perveniendum, optime scierit*). Thucydidem *ἐν τοῖς παθητικοῖς* (i. e. in exprimendis vehementioribus animi motibus) excellere, Herodotum *ἐν τοῖς ἠθικοῖς* (i. e. in animi affectibus sedatioribus indicandis — im Ausdruck der ruhigeren Gemüthsbewegungen) iudicat Dionysius**); cui iungo Quintiliani iudicium Inst. Orat. X, 1. §. 73: „Densus et brevis et semper instans sibi Thucydides; *dulcis et candidus et fusus Herodotus;* ille concitatis, hic remissis affectibus melior, ille concionibus, hic sermonibus, ille vi, hic voluptate.“ Hinc quoque Cicero in Orat. 12: „alter (Herodotus) sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter (Thucydides) incitatior fertur et de bellicis rebus

---

T. VI. p. 775—777 Reisk. Equidem insigniora quaedam huc tantum apponam: — *ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος· τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον· ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης· ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν· ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης· ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου.* Conf. etiam ibid. p. 774 et Krueger: Praefat. p. XVI seq. Inde Hermogenes quoque De ideis II, 12, 5. p. 396 Walz. p. 422 Spengel. scribit: *καὶ τῶν ἱστορικῶν δὲ ἐν πρώτοις Ἡροδότου διὰ τοῦτο ἐμνήσθημεν, ὅτι πανηγυρικώτερος καὶ ἡδίων οὐ Θουκυδίδου μόνον, ἀλλ' ἴσως ἁπάντων ἐστὶ τῶν οὕτω γράφειν λόγους προελομένων κ. τ. λ.* Aliter quidem iudicat Aphthonius in progymnasmm. VIII. p. 90 Walz. p. 38. Vol. II. Spengel., ubi in fine laudationis Thucydideae haec leguntur: *εἶτα τίς αὐτῷ παραβαλεῖ τὸν Ἡρόδοτον; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν διηγεῖται πρὸς ἡδονήν, ὁ δὲ πρὸς ἀλήθειαν ἅπαντα φθέγγεται· ὅσον δὴ πρὸς χάριν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν ἔλαττον, τοσοῦτον Ἡρόδοτος τῶν Θουκυδίδου καλῶν ἀπολείπεται.*

*) Dionys. Epist. ad Pompei. §. 8. p. 129, 15, 16 (T. VI. p. 769): *δεύτερόν ἐστι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γνῶναι πόθεν τε ἄρξασθαι καὶ μέχρι τοῦ προελθεῖν δεῖ. φαίνεται δὲ καὶ τούτῳ Θουκυδίδου πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος· ἄρχεταί τε ἀφ' ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι· καὶ προελθὼν εἰς τὴν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λέγει.* Et paulo antea (p. 767) p. 128, 42: *περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ· πρῶτον ὅτι καὶ σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις· τοῦτο Ἡρόδοτος κρεῖττόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου· ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων πράξεων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε· τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας κ. τ. λ.*

**) De vett. scriptt. cens. V. p. 425: *ἐν μέντοι τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης*, coll. Epist. ad Pompei. VI. p. 776: *Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ τά γ' ἤθη παραστῆσαι δεινότερος.* Hermogen. De ideis II, 12, 4. p. 396 Walz. p. 421 Spengel. de Herodoto haec scribit: *ἤθη δὲ καὶ πάθη προσώπων, εἴπερ τις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται.* Vid. Creuzer: Die hist. Kunst d. Gr. pag. 194 (p. 151 ed. sec.).

canit quodammodo bellicum." Add. eundem De orat. II, 13. §. 55 et II, 15. §. 64 coll. Visconti Iconograph. Grecque T. I. p. 313 seq. Hinc Aristoteles in Rhet. III, 9: ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἡ ἀρχαία ἐστίν· Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις, ubi quid sit εἰρομένη λέξις accurate disquirit Turnebus ad Cicer. De legg. I, 1. p. 532 (ed. Moser et Creuz.) *tractam* orationem reddens, die unperiodische Rede, ut Creuzerus interpretatur (Die hist. Kunst der Griech. p. 189 s. p. 147 ed. sec.), quae eadem a Demetrio (De elocut. §. 11. 12) vocatur ἡ διῃρημένη ἑρμηνεία, ἡ εἰς κῶλα λελυμένη οὐ μάλα ἀλλήλοις συνηρτημένα; conf. ibid. §. 44. 112. 113. Subiiciam his Dionysii locum hac in re insignem in Iudic. de Thucyd. §. 23. p. 147, 12 (T. VI. p. 865 seq. Reisk.) οὗτος δὲ (sc. Herodotus) κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν καὶ κατὰ τὴν τῶν σχηματισμῶν ποικιλίαν, μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερεβάλετο καὶ παρεσκεύασε τῇ κρατίστῃ ποιήσει τὴν πεζὴν φράσιν ὁμοίαν γενέσθαι πειθοῦς τε καὶ χαρίτων καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης ἡδονῆς ἕνεκα· ἀρετάς τε τὰς μεγίστας καὶ λαμπροτάτας ἔξω τῶν ἐναγωνίων οὐδὲν ἐν ταύταις ἐνέλιπεν, εἴτε οὐκ εὖ πεφυκὼς πρὸς αὐτὰς εἴτε κατὰ λογισμόν τινα ἑκουσίως ὑπεριδὼν, ὡς οὐχ ἁρμοττουσῶν ἱστορίαις· οὐδὲ γὰρ δημηγορίαις πολλαῖς ὁ ἀνὴρ οὐδ' ἐναγωνίοις κέχρηται λόγοις οὐδ' ἐν τῷ παθαίνειν καὶ δεινοποιεῖν τὰ πράγματα τὴν ἀλκὴν ἔχει· τούτῳ δὲ δὴ τῷ ἀνδρὶ Θουκυδίδης ἐπιβαλὼν κ. τ. λ. Adde alium locum non minus insignem in Epist. ad Cn. Pompei. T. VI. p. 775 seq., ubi singulas, quibus Thucydidem superat Herodotus, virtutes Dionysius accurate persequitur. Ac denique etiam conferri potest Photius Cod. LX.

Hisce orationis Herodoteae virtutibus adde eam, quam appellant τὴν ἀλήθειαν *), ad ἦθος, uti tradit Hermogenes, maxime pertinentem et cum ea bene coniunctam, qua nimirum id, quod cuique proprium naturâ est, tale etiam enarretur et quale revera sit, exhibeatur in oratione, quae uniusque personam diligentius cum tueatur, eo ipso fiat vivida adeoque mimica. Pertinent huc proverbiales locutiones crebrius intersertae, dicta sententiosa saepius obvia, ut quorum magnam sane copiam ex Herodoti Musis colligere possis. Ac denique praedicanda est maxima elocutionis *simplicitas* **) eaque nativa quaedam, quae nihil fucati aut quaesiti habet, expers omnis artis aut structurae artificiosae, sed sponte scriptoris ex animo profluens omnes, qui ad Herodotum legendum accedunt, mirum in modum capit atque demulcet, praesertim cum in maxima orationis suavitate maximam quoque habeat *perspicuitatem*, quae haud raro verborum abundantiam quandam et gratam quandam negligentiam parit, iis molestam, qui Herodoteae orationis naturam atque indolem haudquaquam perspexerunt. Nam multum abest, ut hinc remittat oratio Hero-

*) Conf. Creuzer: Histor. Kunst d. Gr. p. 195 seq. (p. 151 seq. ed. sec.).

**) Hanc Herodoteae orationis ἀφέλειαν iure laudat Valcken. ad IV, 127. Vol. II. p. 532. Et conf. quoque nott. ad IV, 113 Vol. II. p. 515. Nec plura proferre opus, cum hoc argumentum peculiari libello tractaverit *Everh. Waardenburg:* Diss. liter. de nativa simplicitate Herodoti Lugdun. Batav. 1830.

dotea, sed, ut Dionysii*) utar verbis, *ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει.* Nec aliter statuendum de *orationibus* narrationi haud raro insertis, quae sponte profluunt ex eadem scriptoris studio, quo omnia ita enarrat, ut ipsi adesse eaque praesentes percipere nobis videamur. Itaque a Thucydidis orationibus multum absunt apteque vocantur a Marcellino**) *προσωποποιΐαι*, cum Thucydideae Dionysio sint *δημηγορίαι.* Quae orationes apud Thucydidem quam maxime necessariae cum iudicentur***) pro ipso operis consilio ac propositi fine indeque ad veritatem proxime accedant, eorum qui dixerunt et sententias et ipsas, quantum fieri potest, voces referentes†), aliter apud Herodotum se res habet: quippe cuius orationes ita compositae et quodammodo fictae sunt, ut in legentium gratiam scriptae videantur iisdemque sese accommodare studeant, ad sophistarum morem, qui mature iam in medium prodire coeperant, orationibus artificiose compositis auditorum gratiam captaturi populumque delectaturi: de quo Herodoti studio sophistas aemulandi iam supra §. 9 diximus. Ac denique poëticum quendam colorem ab Herodoti sermone minime abesse, vel *Homeri* imitatio, de qua supra diximus, aliorumque poëtarum arguit; testatur non solum ipsa operis Herodotei compositio (cf. supra §. 12) ad epici carminis rationem accedens, verum etiam dicendi ratio, tot locis ad Homerum efficta aut inde repetita, id quod in notis satis declarasse nobis videmur, Herodoti vocabulis singulis ac locutionibus ad Homericas voces dictionesque revocatis. Inter reliquos poëtas *Aeschylum* certe praeterire non licet, cuius tot formulae ac locutiones aeque reperiuntur in Herodoti libris in adnotationibus suo quaeque loco a nobis indicatae, ut animi quandam necessitudinem inter utrumque intercessisse credas, de qua re iam supra §. 12 pluribus monuimus: quamquam alterum ex altero hausisse haud sane credibile est. Certum est, Herodoto innotuisse Aeschylum eiusque fabulas, ut diserte demonstrat locus II, 156, ubi cf. nott. et add. Hoffmann in Philolog. XV. p. 225; alia supra l. l. iam attulimus. Aeschylo adiungere licet *Sophoclem* et ipsum familiaritate quadam cum

---

*) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI. p. 779 ed. Reisk.

**) Vit. Thucydid. §. 38: *δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε* (sc. Herodotus) *λόγων ὡς προσωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας.* Dionysii locum (VI. p. 776 Reisk.) supra iam attuli. De utroque vid. Creuzer: Histor. Kunst. p. 166 seq. s. p. 130 seq. ed. sec.

***) Cf. Creuzer: Hist. Kunst d. Griech. pag. 216 ed. sec.

†) Ipse Thucydides I, 22 sic profitetur: *καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι ἢ μέλλοντες πολεμήσειν ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστ' εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται.* Quae quam aliena sint adeoque contraria iis, quae apud Herodotum obtinere videmus, qui, uti hoc utar, Persas Graecorum ad morem sensusque verba facientes induxit, quo haec omnia Graecis legentibus accommodatiora essent magisque placitura, nemo non intelligit nec opus erit pluribus haec persequi.

Herodoto iunctum (cf. §. 5), cum quo in ipsa oratione tot habet communia, quae singulis locis commemoravimus: vid. modo I, 2. IV, 129 ibique nott. et potissimum III, 119 ibique nott. et Excurs. Vol. II. p. 696 seqq. 702 seqq.

Inter Herodotei sermonis imitatores Dionysius refert *Xenophontem* *), vix recte, cum nullum exstet certum huius imitationis vestigium; cf. nott. ad VIII, 98: maiore iure haud scio an huc referamus *Theopompum*, qui quanti Herodotum fecerit, vel ex ea, quam confecit, historiae Herodoteae epitome intelligi potest, quemque etiam in suis historiis saepius ad Herodoti historiam respexisse certum est **). Quare quod G. I. Vossius ***), qui nulla huius compendii a Theopompo facti fragmenta adhuc superesse falso credidit, hocce compendium ex Herodoti libris factum iuniori cuidam Theopompo adscribi voluit vel Cnidio vel Sinopensi vel Colophonio, dudum reprobaverunt et Meursius et Ruhnkenius †), itemque qui ipsa compendii huius fragmenta, quamvis pauca, collegit et explicuit Frommelius ††). Quae si cognovisset Muellerus †††), vix opinor ad Vossii suspicionem rediisset, ea de causa ductus, quod rem a Theopompi aetate et ingenio alienam haberet indeque denuo suspicaretur a seriore homine talem Herodoti epitomen sub Theopompi nomine in vulgus esse editam: sed ne veterum testimonia susque deque habere iudicaretur, merito veritus id addidit, quod sane ad verum magis accedere putamus: „faciamus Theopompum hocce Musarum Herodotearum compendium, cum ad historias condendas se accingeret, periculi faciendi causa composuisse.“

Inter posterae aetatis scriptores, qui Herodotum aliquo modo sunt imitati, haud scio an *Cephalio* *†) ille, cuius iam supra §. 13 meminimus, sit referendus: namque scripsit teste Suida s. v. παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ', ἅτινα ἐπιγράφει Μούσας, Ἰάδι διαλέκτῳ, auctore Photio Bibl. Cod. LXVIII (coll. CLXVI, 177) σύντομον ἱστορικὸν a Nino et Semiramide usque ad Alexandrum Magnum, cuius res gestas etiam enarravit; qui Cephalio cum iisdem, quibus Herodotus, Musarum titulis histo-

---

*) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI. p. 777—779. Vett. scriptt. cens. T. V. pag. 426.

**) Vid. Frommel. in Creuz. Melett. III. p. 139 seqq. coll. 149. — *Ephorum* quod olim statuebant itidem librorum Herodoteorum compendium exhibuisse, prava apud Suidam (s. v. Θεόπομπος) interpunctione id nitebatur, quam recte nunc constituerunt Gaisfordius et Bernhardyus Vol. I. P. 2. pag. 1143 seq. Conf. quoque Marx. ad Ephori fragmentt. p. 34.

***) De historicc. Graecc. I. 4. (p. 40 Westerm.).

†) Histor. crit. orat. pag. LXXXIX, cui merito adstipulatus est Westermann in not. 12 ad Vossii l. l.

††) in Creuzeri Melett. III. pag. 144 seq. et fragmenta ipsa p. 156 seqq.

†††) Fragmenta historicc. Graecc. Vol. I. pag. LVIII.

*†) Qui bene discernendus est ab altero Cephalione Gergithio, cuius aetas ad Alexandrinorum tempora recedit: de utroque bene disseruit Lobeck. in Aglaopham. pag. 995 seqq. coll. G. I. Voss. de hist. Graecc. II, 12. p. 262 Westerm.

riae suae libros inscripserit Ionicaque dialecto usus sit, credibile sane est, illum Herodoti exemplum secutum atque orationem Herodoteam imitari studuisse. Succedit qui eadem fere Hadriani aetate vixit *Aelianus*, quem Herodoti admodum studiosum fuisse, adeo ut haud pauca verba ac locutiones ex Herodoto assumpserit, plurima testantur imitationis exempla, in Historia Animalium potissimum obvia et a nobis in notis sua quaeque loco indicata*): idemque nuper proposuit Ed. Rasmus in Aelianeorr. fragmentt. Specimine. I. (Berolin. 1858) pag. 7. Praecipue autem hic nominandus est *Pausanias*, cuius dictionem Herodoteae simillimam esse iam Xylander professus est, qui Pausaniae periegesin primus post Aldum edidit anno 1583 idemque etiam pronuntiarunt, qui post Xylandrum huic scriptori operam suam navarunt, Sylburgius**), Kuhnius, Schaeferus, usque ad recentissimos editores, e quibus unum sufficiat appellare Siebelisium, qui in commentariis, quibus Pausaniae libros instruxit, id quoque egit, ut in singulis vocibus locutionibusque, quantum ab Herodoto penderet Pausanias, commonstraret simulque ostenderet, quantum Herodoti verba valerent ad Pausaniae verba singula vel emendanda vel illustranda omnemque eius orationem melius cognoscendam***). Quare nos quoque in singulis locis Herodoteis, ubi Nostrum imitando exprimere studuit Pausanias, sedulo id indicavimus, praeeuntibus ipsis iis viris, qui olim in Herodoti verbis illustrandis idem praestiterunt, Valckenarium dico, qui inter Herodoti imitatores eminere Pausaniam merito dixit†), et Wesselingium††), qui Herodoti sectatorem industrium vocavit Pausaniam idque singulis quibusque locis Herodoteis haud raro indicavit. Et quamquam Pausaniae oratio multum abest a nativa illa Herodoti simplicitate et dulcedine neque omnino iis virtutibus excellit, quibus Herodoteam orationem insignem esse supra ostendimus, tamen in singulis vocibus formulisque, quas imitando exprimere studuit Pausanias, multum valet haec imitatio, eademque in hisce singulis dicendi generibus imitandis et exprimendis magis cernitur, quam in universo orationis habitu et colore†††). Itaque etiam in rebus divinis, praecipue in doctrina de divina iustitia ac Nemesi, quacum apud Herodotum coniunctam esse vidimus (§. 12) sententiam de divina invidia, vel ubi iisdem fere aut certe similibus vocibus et locutionibus Pausanias utitur, tamen non pror-

---

*) Nunc addo Aelian. N. A. XVI, 20, ubi scripsit *οἱ τῶν Ἰνδῶν λόγιοι*, imitans Herodotum I, 1: *Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι κ. τ. λ.* Conf. etiam nott. ad Herod. III, 12. 61.

**) Vid. pag. 933. Vol. II. ed. Kuhn.

***) Vid. Siebelis. Praefat. Vol. I. p. XX seq.

†) in not. ad Herod. III, 133 aliisque haud paucis locis, ubi Herodotea contulit cum Pausaniae verbis.

††) in not. ad Herod. V, 39 aliisque locis compluribus.

†††) Vid. Siebelis l. l. pag. XXI seq. et Boeckh. in scriptione academica, quae prodiit Berolini 1824 de Pausaniae stilo, typis repetita in: Philological Museum Vol. I, ubi vid. pag. 629.

sus eandem vim ac notionem his vocibus tribuit suamque sentiendi et cogitandi de his rationem ab Herodotea notione disiungere videtur *).

Ad hanc ferme aetatem Herodoteae orationis exprimendae studiosissimam **) pertinere quoque videntur duo libelli, qui sive iure sive iniuriâ inter *Luciani* scripta vulgo feruntur *περὶ τῆς ἀστρολογίης* et *περὶ τῆς Συρίης θεοῦ* ***): quippe constantem Herodoteae dialecti Ionicae imitationem prae se ferunt, quae ad solas formas nominum ac verborum dicendique genera pertinet, a librariis atque etiam ab editoribus usque ad nostram aetatem hic illic neglecta ac deserta: in qua restituenda docti viri nunc maxime elaborarunt †).

Neque inter Christianos scriptores desierunt Herodoti studia apteque is, qui historiae ecclesiasticae habetur parens, *Eusebius Caesariensis*, comparatur cum Herodoto, Halicarnassensi historiae Graecae parente ††): qui quamquam de rebus maxime diversis scripserunt, in eo tamen simillimi sibi reperiuntur †††), quod scribendi consilium in utroque scriptore ad unum idemque fere rediit omnemque temporum praeteritorum memoriam complexum est, ita ut alter Graecorum libertatem a Persis vindicatam, aeternâ hominum memoriâ dignissimam, alter Christianam ecclesiam ex tot tantisque eluctatam certaminibus atque egregiâ potitam victoriâ celebrandam sibi sumpserit: accedunt, quae ad hoc consilium perficiendum in utroque scriptore paria cernuntur studia et conamina, utriusque fides in rebus traditis eadem fere lege aestimanda *†), ipsaeque res ab utroque relatae **†), quae similem fere exhibent imaginem eundemque fere colorem habitumque induunt atque ad eandem divinae iustitiae legem, a nullo mortalium impune violandam, revocantur ***†). Quae singula egregie persecutus est Baur in acamedica scriptione, quae inscribitur: „Comparatur Eusebius Caesariensis, historiae ecclesiasticae parens, cum parente historiarum, Herodoto Halicarnassensi.“ *††) Ut igitur hic scriptor celeberrimus cum Herodoto apte contendi et coniungi potest, ita alii et sententias et voces locutionesque Herodoteas expri-

---

*) Vid. de his monentem Gust. Kruegerum in Theologumm. Pausaniae (Lipsiae 1860) pag. 34 seqq.

**) Quod vel e Lucian. De histor. conscrib. 18 colligas, ubi Herodoti imitatorem in scenam quasi produxit ridendum.

***) Libellum de *astrologia* plerumque Luciano abiudicant haud sine iusta causa: alterius libelli de Dea Syria Lucianum revera auctorem esse credere malim cum Fritzschio, Lehmanno, aliis; vid. Lehmann. Annott. ad Lucian. IX. pag. 383.

†) Vid. potissimum Guil. Dindorf. in Commentat. de dialect. Ionic. Herodot. pag. XLIV seqq.

††) Instituit hanc comparationem Ferd. Christ. Baur in programmate Tubingensi anni 1834.

†††) Vid. Baur pag. 9 seqq. 21 seqq.

*†) Vid. Baur pag. 23 seqq.

**†) Vid. Baur pag. 35 seqq.

***†) Vid. Baur pag. 46.

*††) Cf. quae retuli de hac scriptione in: Jahrbb. f. Philolog. Vol. XVI. pag. 324 seq.

mere studuerunt: inter quos unum appello *Basilium Magnum*, quem veteres Graecorum scriptores diligenter lectitasse aliisque vehementer commendasse legendos novimus: apud hunc enim certa imitationis Herodoteae vestigia exstant *). Sexto saeculo post Chr. n. exstitit *Procopius*, qui non tantum Ionicas quasdam formas ex Herodoti sermone assumpsit, verum etiam in dicendi formulis ac locutionibus nonnullis (cf. II, 174 ibique not. III, 14) Herodotum exprimere eiusdemque narrandi et argumentandi rationem imitari studuit **): inde vel in divisione orbis terrarum aliisque huc spectantibus rebus Herodotum sequitur ***) atque in doctrina de rebus divinis fatoque, ut iam supra §. 12 significavimus, sic loquitur, ut ad Herodotum proxime accedere videatur, a quo tamen multum differt †). Denique decimo quinto saeculo *Laonicus Chalcondylas*, qui de Turcarum historia scripsit, Herodotum hic illic aemulatus est ††) ipsumque operis sui prooemium ad Herodotei operis imitationem composuit †††), quamquam durius nec ullo artificio adhibito hanc imitationem instituisse putandus est.

Inter *recentioris* aetatis scriptores haud scio an *Froissarto*, Gallo, magna cum Herodoto intercesserit similitudo, simplicitatem illam nativam et perspicuitatem omneque dicendi genus si respiciamus. Alia ut nunc mittam, legas mihi modo prooemium his verbis conceptum: „Afin que honorables emprises et nobles aventures et faits d'armes, lesquelles sont avenues par les guerres de France et d'Angleterre soient notablement registrées et mises en mémoire perpetuelle, par quoi les preux aient exemple d'eux encourager en bien faisant, je veux traiter et recorder histoire et matière de grand louange.“ (Buchon Collect. d. chroniques T. I. p. 1. Prologue.) Nec immerito in quaestione ab Academia literarum Parisiensi proposita in annum 1854 de Froissarto id quoque postulatum est, ut quantum Gallici scriptoris sermo cum Herodoteo sermone conveniret, inquireretur *†): inde quaestionem qui solvit pretium-

---

*) Cf. Alb. Jahn in: Jahrbb. f. Philol. XLIX. pag. 373 seq.

**) Vid. Teuffel in: Ad. Schmidt Zeitschrift f. Geschicht. VIII. p. 51.

***) Conf. Iambert ad Procopii Anecd. pag. 595. 607. Referunt quoque huc quod de Istro scribit Procopius De aedificc. IV, 5: κάτεισι μὲν ἐξ ὀρέων τῶν ἐν Κέλτοις ποταμὸς Ἴστρος, οὓ τοίνυν Γάλλοι ἐπικαλοῦνται, in quo Herodotea, quae II, 33 leguntur, ante oculos illum habuisse volunt. Mihi vix verum videtur.

†) Cf. Teuffel l. l. pag. 70 seqq. 75 seqq.

††) Conf. Im. Bekkeri Praefat. in edit. Bonnensi 1843.

†††) Simili modo Georgium Pachymerem et Georgium Phrantzem Herodoti prooemium imitatos esse supra monui Vol. I. pag. 2.

*†) Ipsa quaestio his verbis concepta legitur in Journal des Savans 1853. pag. 517 seq.: Etude historique et litteraire sur les écrits de Froissart. Le considérer comme le créateur principal en vers et en prose, d'une epoque nouvelle dans la vieille langue française. Rechercher les charactères de cette époque et l'influence qu'elle a eue sur les âges suivants de la langue. Apprécier la grande chronique de Froissart sous le rapport de la vérité historique, de la peinture des moeurs et du génie de narration, en faire ressortir les divers mérites par un examen attentif de la

que obtulit, Kervyn de Lettenhove in libro postea edito (Froissart. Etude littéraire sur le XIVme siècle. Paris 1857. II Voll. 8.) Vol. II. p. 143 seqq. exposuit, quanta utriusque scriptoris similitudo in haud paucis rebus enarrandis inveniretur. Conf. etiam Villemain: Mélanges Vol. III. p. 343 seq. (ed. Bruxell.).

§. 16.

Tot igitur dotibus cum ornatae essent Musae Herodoteae, non mirum est, illas vehementer placuisse Graecis *) multumque inde lectitatas et iuvenum artes liberales aemulantium manibus tritas fuisse; unde factum, ut Theopompus iuvenis mira operis dulcedine captus eam quam diximus epitomen conficeret duobus libris comprehensam **); quid quod Hegesias histrio Herodoti Musas, ut Herophantus Homeri carmina, in magno theatro recitasse fertur ***). Probant quoque Grammaticorum doctorum opera, de Herodoto et de indole ac natura elocutionis Herodoteae commentantium; quae tamen ad nostram aetatem non pervenisse dolemus. Neque enim ad nos pervenerunt *Salustii* et *Heronis* ὑπομνήματα, de quibus Suidas s. v. Σαλούστιος T. III. p. 276 et s. v. Ἥρων T. II. p. 79 ed. Kuester. Nec magis nostram aetatem vidit *Irenaeus*, qui ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς Ἡρόδοτον (si vera est lectio) citatur in Lexico rhetorico pag. 675, 4 (ad Photii Lexici calcem): pertinet autem hicce *Irenaeus* s. *Munatius Plancus*, qui plura alia ad Graecorum dialectos spectantia scripsisse perhibetur a Suida, ad Augusti fere aetatem †). Su-

---

composition et du style et par quelques rapprochements, soit avec les chroniques italiennes et espagnoles du même siècle, *soit même avec certaines formes des antiques récits d'Herodote.*

*) Graecis displicuisse Herodoteum opus, quod plures inde vituperatores invenerit quam laudatores, ut statuam, a me impetrare non possum. Et vide quae Heyse l. l. p. 44 disputat contra Dahlmann. p. 31 seq.

**) Herodoti quod nulla apud *Platonem* fit mentio, id noli mirari. Namque, alia ut taceam, recte illud mihi observasse videtur Groen. van Prinsterer in Prosopograph. Platonic. p. 33, apud Platonem poëtas saepissime, prosae scriptores raro admodum nominari, nec aliam causam, cur de Herodoto Plato siluerit, fuisse, vel inde illi probari videtur, quod obvii in Herodoto versus apud Platonem reperiantur; sic Hesiodi versus Opp. et D. 282, qui reperitur apud Herodot. VI, 86. §. 3, respicitur a Platone Polit. II. p. 363 D. Et conf. Herod. I, 55 cum Platon. Polit. VIII. p. 566 D.

***) Vid. Athen. XIV. p. 620. Ubi tamen, monente *Creuzero*, pro Ἡροδότου fortasse scribendum Ἡσιόδου: idque nunc recepit Meineke.

†) Ita certe statuit Meier in Comment. Andocid. Sext. P. III. (Hal. 1843) pag. VI. X et in ea commentatione, quae prodiit Hal. 1844 continens Fragmentum Lexici rhetorici emendat. ed. et adnotat. illustratum, pag. XXVIII et XXIX. Ad primum saeculum post Chr. n. *Irenaeum* quoque refert Lepsius in: Jahrbb. f. Philolog. u. Paedag. Vol. LXXXI. p. 609. 610, aliter sentiente Henrico Keil, qui in Quaestionibb. grammaticc. (Lips. 1860) cum Heliodorum, quem Irenaei praeceptorem fuisse Suidas testatur s. v. Εἰρηναῖος, ad Hadriani aetatem revocasset, ad inferiorem adeo aetatem Irenaeum referre coactus est.

persunt tantum glossae quaedam, a prioribus editoribus separatim editae, quas nos suo quasque loco in annotatione commemoravimus. De his vero ita statuit Wesselingius: „Cum Herodoti Musae alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi sollers Grammaticorum cura ad explanandum defuit. Suidas meminit Ὑπομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον *Salustii* Sophistae et *Heronis* Attici rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici. [Res et argumentum potius quam formas et voces respexisse Salustium in his commentariis suspicatur quoque Graefenhan in: Jahrbb. f. Philolog. Suppl. XI. pag. 60.] *Philemonem* Grammaticum ἐν συμμίκτοις non dissimilem instituisse operam, Porphyrio Quaest. Hom. VIII haud temere credimus. Apollonii, itidem Grammatici [quem *Apollonium Dyscolum* fuisse haud immerito suspicatur Meier l. l. pag. XXI], Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου exscripsit Etymologus in Κωφὸς et Σοφιστὴς (p. 722 s. p. 655 Lips.). Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem Ἡροδότου λέξεις ob oculos hic positas, quippe ieiunas, saepissime alienas et non nunquam insulsas et absurdas. [Auctore Meiero l. l. „doctrinam tam modicam vel potius nullam sapiunt, ut infima aetate dignae sint.“] Memorantur in indice legati Antonii Eparchii T. I. Var. Sacr. p. 528 Steph. Monachii λέξεις Ἡροδότου ἱστορικαί, quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus *) hoc Lexicon ex codice Goldasti vulgavit G. Iungermannus, digestum κατὰ στοιχεῖον sive literarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius Montefalconius ostentavit Biblioth. Coislin. p. 484, descriptum nulla litterarum primarum serie, sed secundum librorum, in quorum olim marginibus istae glossae, numerum. Ex oris enim codicum res clamat excerptas esse et schedae ostendunt Eminent. Cardinalis Passionei. Nactus illud ipsum sum Cl. Capperonerii humanissimâ operâ ex Biblioth. S. Germani, in quam Coislinianam migrasse notum est; dignumque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice Goldasti, voces ab aliis imperite avulsae cernantur, tum quoniam locupletius apparuerit et Suidae Hesychioque plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile Λεξικὸν usurparunt; neque eius usum recusavit Timaeus in suo Platonico, nedum praeter caeteros omnes G. Corinthius, sed saepe turpis socordiae reus.“

Neque vero etiam Herodoto iam antiquitus suos defuisse detrecta-

---

*) „At, verum si quaeris, sunt eaedem ipsae, quas iam anno MDLXIV Henr. Stephanus in Dictionario medico post Erotiani et Galeni Expositiones dictionum Hippocratis p. 105—109, eodem titulo inscriptas, Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, ediderat; quas porro easdem Barth. Eustachius Erotiani et Galeni Glossariis, anno MDLXVI a se editis, adiecerat Latina versione illustratas.“ *Schweighaeuser*. Post Wesselingium hoc Lexicum Herodoteum quoque edidit notisque illustravit Io. Ge. Frid. Franzius: Erotiani, Galeni et Herodoti glossaria in Hippocratem ex recensione Henrici Stephani Graece et Latine etc. Lipsiae 1780. 8., ubi vid. Praefat. pag. XXIII et pag. 602 seqq.

tores atque osores, vel ea indicant, quae de *Ctesia*, rerum scriptore, qui paulo post Herodoti aetatem floruit, Xenophontis et Artaxerxis Mnemonis aequalis *), accepimus. Nam ille in historia sua non tantum ab Herodoto multis locis dissensisse, verum etiam mendacii eum arguisse perhibetur: *σχεδὸν ἐν ἅπασιν ἀντικείμενα Ἡροδότῳ ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύστην αὐτὸν ἀποκαλῶν ἐν πολλοῖς καὶ λογοποιόν*, ut ait Photius Bibl. Cod. LXII. **) Quod quomodo accipiendum sit, pluribus docui in Prolegg. ad fragmm. Ctesiana p. 42 seqq. et in annotatione ad singulos Herodoti locos, qui hic in censum veniunt, indicare studui, in quo ab Herodoto ille dissentiat, in quo consentiat: conf. modo nott. ad III, 1, ubi Ctesiam cum Herodoto consentientem reperimus, sed dissentientem pluribus locis, ut I, 88. 95. III, 2. 15. 24. 61. 150. 153. VI, 117. VII, 4, ad quos locos vid. annotatio: add. Vol. I. pag. 844. Unde satis intelligitur, neque auctoritatem Herodoti labefactari, neque fidem Herodoti, quam summam esse supra §. 10 ostendimus, infringi iis, quae contra Herodotum a Ctesia hic illic proferuntur, quem alio certe consilio res Persarum et Graecorum scripsisse quemque aliis e fontibus hausisse novimus auctorem Herodoto certe postponendum nec tamen prorsus spernendum cum in nonnullis vel rectius Herodoto tradidisse putandus sit. Nec vero propter argumenti similitudinem miramur, a quibusdam posterae aetatis scriptoribus et Herodotum et Ctesiam pari modo iis adscribi, qui fabulas narraverint neque omnino vera prodiderint: vid. modo Lucian. Ver. Hist. II, 31. Strab. XI. p. 508 coll. XII. p. 550. XVIII. p. 818 fin. Inde vel apud Ciceronem De legg. I, 1 haec exstant: „quamquam et apud *Herodotum* patrem historiae et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.“ Ac teste Diogene Laërt. in Prooem. §. 9 *καταγινώσκουσιν Ἡροδότου οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες κ. τ. λ.* Atque *Harpocrationis* Aelii, sophistae, quoddam memoratur scriptum *περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν* ***), itemque *Manethonis* Aegyptii liber adversus Herodotum profertur apud Etymolog. Magn. s. v. *Λεοντοκόμος* p. 570, 23 (ubi: *ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον*) et Eustath. ad Homeri Iliad. *λ'*, 480. p. 857 ed. Rom. (ubi *ἐν τοῖς πρὸς Ἡρόδοτον*): nisi hic potius, quod credere malim, de parte quadam operis de Aegypto eiusque rebus conscripti cogitandum est, in qua Herodoto de rebus Aegyptiacis tradenti oblocutus erat Manetho, qui teste Iosepho contra Apion. I, 3. §. 14 in Aegypti historia *πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον*; conf. etiam R. I. Fruin De Manethon. Sebennyt. p. LXXVII seq. et p. 143 seq. Bunsenio videbatur cogitari posse de excerptis postera aetate ex Manethonis opere confectis et in unum opus collectis (vid. Aegypt. Stell. in d. Weltgesch. I. p. 100 sive I. p. 67 ed. Anglic.). *Polionis* cuiusdam librum *περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς* atque *περὶ τῆς Κτησίου κλοπῆς* memorat Euseb. in Praepar. Evang. X. pag. 467 D.

---

*) Vid. Prolegg. ad Ctes. Fragmm. pag. 13 seqq.
**) Vid. Ctesiae Excerptt. Perss. §. 1. 57.
***) Vid. Suid. s. v. *Ἁρποκρατ.* T. I. p. 336 seq. Eudoc. p. 66.

Adhuc fertur inter *Plutarchi* scripta libellus περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας T. II. p. 854 seq.; s. Vol. IV. p. 431 seqq. ed. Wyttenbach. et Vol. XII. p. 285 ed. Hutten.: in quo libello id potissimum egit auctor, ut Boeotos, populares suos, cum ab aliis criminibus purgaret, quorum ab Herodoto incusarentur, tum vero maxime a crimine societatis cum Persis olim initae contra reliquos Graecos: neque vero his contentus auctor scriptionis, quo melius propositum suum assequeretur, in universum persequitur Herodoti historias vehementerque in patrem historiae invehitur, hunc scriptorem malevolo animo ductum res aliter atque acciderint tradidisse clamans, multa finxisse, alia tacuisse, aliis laudem tribuisse, aliorum gloriam invidiosis criminationibus obscurasse, veri minime curiosum. Quae omnia nullius fere momenti esse, in annotatione ad singulos, quos iste auctor tangit, locos probavimus; neque hoc loco haec repetenda censuimus: adeo enim languida, futilia, inepta pleraque sunt, quae contra Herodotum eiusque fidem proferuntur, nec ullo modo digna illa quidem philosopho Chaeronensi, qui non solum summam doctrinam, verum etiam maximam pietatem deorumque reverentiam in omnibus prae se fert eaque re vel propius accedit ad ipsum Herodotum, sentiendi et cogitandi rationem vel in maxima temporum discrepantia si respicias: ab hoc igitur hunc libellum conscriptum esse ut credam, a me impetrare nequeo, idque, ut taceam de iis, quae ad singulos Herodoti locos in hac editione annotata leguntur (cf. potissimum nott. ad VIII, 94), iam alio loco*) libere professus sum argumentis allatis, ubi disserui de libro Lahmeyeri**), qui vir doctus de singulorum criminum a Plutarcho allatorum vi et auctoritate examine accuratissimo instituto***) optime evicit, malevolentiam, cuius Herodotum incusat libelli auctor, commonstratam ab eo idoneis argumentis nusquam esse, quare quod ad ipsum scriptoris consilium spectat, totius scripti auctoritatem prorsus corruere, adeo ut a malignitatis crimine nemo purior esse possit quam pater historiae †): attamen idoneam causam idem esse negat, cur iste libellus abiudicetur Plutarcho, qui patriae amore obcoecatus aliisque praepeditus opinionibus in scribendo tot tantosque errores committere atque in historiae patrem tam iniuste invehi potuerit. Quod mihi haudquaquam persuasit vir doctus: nec magis mihi persuaserunt alii ††), qui e malo adeoque perverso patriae amore, quo captus fuerit Plutarchus, ea derivare voluerunt, quae mihi quidem tanto viro prorsus

---

*) Jahrbb. f. Philolog. Vol. LIV. p. 120 seqq.

**) De libelli Plutarchei qui de malignitate Herodoti inscribitur et auctoritate et auctore scripsit *Gustavus Lahmeyer*. Gottingae 1848. 4.

***) Vid. l. l. pag. 34—78.

†) Vid. ibid. pag. 78 seq.

††) Unum affero Kaltwasserum, qui hunc libellum, inter Plutarchi Moralia qui insertus nunc legitur, in nostrum sermonem convertens initio versionis suae haec adscripsit (Plutarch's moralische Abhandll. übersetzt etc. Vol. VI. p. 678): „*Uebelverstandener Patriotismus war es, was den sonst so einsichtsvollen und vernünftig denkenden Plutarch bewogen hat, diese hämische Abhandlung gegen Herodot zu schreiben.*“

indigna videntur esse, sive iuvenis sive adolescens e rhetorum scholis vix egressus ille haec scripserit: in hanc enim sententiam abire video Schaeferum, qui in animadverss. ad Plutarchi Vitt. (Lips. apud Teubner. 1830) Vol. II. p. 42 (ad Aristid. 16) haec effatus est: „Libellus de Hero„doti malignitate mihi videtur scriptus a iuvene, quem patriae studium „laudabile ageret transversum. Quod ecquis iuveni generoso non facile „condonet? Vir factus opinor in patrem historiae talia non erat iacta„turus, sed ea revicturus lenitate, qua infra (Vit. Arist. 19) plaudenti„bus nobis revicit." Qui igitur in Vitis Themistoclis et Aristidis scribendis Herodotum auctorem adhibuit multaque inde deprompsit sine ulla Herodoti obtrectatione sive criminatione*), eum nunquam de Herodoto tam malevole scripturum fuisse credo, quemadmodum id aperte fecit is, qui hunc libellum de Herodoti malignitate inter Plutarchi scripta relatum composuisse putandus est, sive rhetor sophistave fuit, sive alius quis, qui sive exercitationis causa, sive gloriolae cuiusdam apud populares captandae causa falsae atque ineptae doctrinae speciem ostentaturus istum libellum scripsit ac subditicio celeberrimi scriptoris nomine instruxit. De quo utut statuis, frustratam certe esse eius operam in detrahendo Herodoto positam, omnes concedant necesse est, qui nullo iudicio praeoccupati ad haec accesserint. Ac dudum plures viri docti Herodoti causam contra malignas istas vanasque criminationes susceperunt**), in quibus splendent Ioachim. Camerarius, Ioseph. Scaliger, Henricus Stephanus***), alii, et potissimum Geinoz in pluribus Commentationibus

*) Plutarchus pro more suo, quo auctores a se adhibitos iis tantum locis plerumque nominatim afferre solet, quibus contraria tradunt, aut a se dissentiunt, Herodotum quoque excitavit iis tantum locis, quibus ille vel solus aliquid tradere vel ab aliis rerum scriptoribus dissentire videretur: laudavit igitur Herodotum in Themist. 7 (cf. Herod. VIII, 5) 17 (cf. Herodot. VIII, 93. 123 ibique nott.) 21 (cf. Herod. VIII, 111 ibique nott.). in Aristid. 16 (cf. Herod. IX, 46 ibique nott.). 19 (ubi scribit *θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου κ. τ. λ.*, cf. Herodot. IX, 70 ibique nott.). Comparat. Arist. et Cat. 2 (cf. Herod. IX, 64). Quibus locis quae traduntur, ea quidem, ut in notis ad Herodoti locos ostendimus, et ipse auctor libelli de Herodoti malignitate quodammodo tractat et carpit, cavillandi ansam ex his ipsis opinor locis repetens adeoque dissentiens ab ipso Vitarum auctore, ut ad IX, 46 coll. ad VIII, 4, 94 monuimus, id est ab ipso Plutarcho, celeberrimo Chaeronensi scriptore. Qui quod uno tantum loco, quem modo excitavimus, scripsit *θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου κ. τ. λ.*, id propter magnam auctoritatem, qua inter Graecos floruit Herodotus, scripsisse videtur, neque vero animo in Herodotum malevolo aut obtrectandi studio ductus.

**) Vid. Fabric. Bibl. Graec. T. II. p. 332 ed. Harles.

***) Ac primum quidem Herodoti patrocinium suscepit Henr. Stephanus in: „Apologia pro Herodoto", quae adiecta est versioni Latinae Herodoti, quae hoc sub titulo prodiit: „Herodoti historiae libri IX et de vita Homeri libellus, Latine; illi ex interpretatione Laur. Vallae adscripta, hic ex interpretatione Conr. Heresbachii, utraque ab Henr. Stephano recognita; ex Ctesia excerptae historiae. Icones quarundam memorabilium structurarum. Apologia Henr. Stephani pro Herodoto. Anno MDLXVI. Excudebat Henric. Stephanus. fol." De qua editione, typis saepius repe-

Actt. Acadd. Inscriptt. *) insertis; quibus iisdem usus est Kaltwasser in adnotatione versioni vernaculae Plutarchei libelli subiecta **); accedunt nostra aetate, alios ut taceam, van Marle ***) atque is ipse, quem supra iam laudavi, Lahmeyerus †). Nec opus pluribus haec tractare, quae suis quoque locis in adnotatione tractavimus.

§. 17.

Praeter Musarum libros Herodoto tribuitur libellus, qui in compluribus libris scriptis exstat indeque iam in primas Homeri editiones ††) transiit, de *Vita Homeri*, Ionica dialecto et ipse conscriptus et hoc titulo insignitus: *Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος περὶ τῆς τοῦ Ὁμήρου γενέσιος καὶ βιοτῆς*: de quo libello Wesselingius, qui eundem Musis subiunxit in editione sua p. 747, haec in nota adscripsit: „Herodoto, cuius Musas hactenus iucundissime versavimus, ἐξήγησιν hanc eruditissimi viri Io. Ger. Vossius †††), Tan. Faber *†), Th. Rykius **†), Io. Ionsius ***†), Ez. Spanhemius, Steph. Berglerus †*) alii abiudicant, contra illi maximopere assentientes nituntur Io. Alb. Fabricius ††*), Ios. Barnesius, Bouherius, quique eam ante hos decem annos Londini eleganter descriptam publicavit Io. Reinoldius †††*). Me, in partem cum sit eundum, priores

---

tita vid. Fabricius l. l. pag. 338 coll. 332. not. r. Deinde idem Henricus Stephanus Gallico sermone scripsit: „Apologie pour Herodote ou traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes par Henri Etienne. 1566", quo tamen in libro saepius deinceps repetito (vid. potissimum eam editionem, quae prodiit 1735 duobus voluminibus, à la Haye par Le Duchat) auctor non tam id egit, ut Herodoto patrocinaretur, quam ut Herodoto abuteretur ad morum pravitatem et corruptionem aequalium, clericorum praesertim, declarandam et castigandam; vid. Feugère: Essais sur Henri Etienne pag. 80 seq.

*) Vid. Mém. de l'Acad. des Inscriptt. et de belles lettres Vol. XIX. pag. 115 seqq. XXI. p. 120 seqq. XXIII. pag. 101 seqq. (Vol. XXX. p. 218 seqq. XXXVI. pag. 195 seqq. XXXVIII. pag. 166 seqq. form. octav.): quae vernacule exhibuit Gatterer in: Allgem. Histor. Biblioth. Vol. X. p. 29—136.

**) Vol. VI. p. 679.

***) De fide Herodoti a Plutarcho reiecta, disputat. inaugur. Lugdun. 1826.

†) in libello supra laudato pag. 34—78.

††) Iam in prima editione carminum Homericorum, quae Florentiae 1488 prodiit, invenitur praefationi insertus hic libellus. [Br.]

†††) De hist. Graecc. I, 3. p. 17 s. p. 41 Westerm. [Br.]

*†) De poëtis Graecis p. 5 et p. 199 ad Longin. ed. Toll. [Br.]

**†) Diss. de Aeneae in Italiam adventu pag. 446. [Br.]

***†) De scriptt. hist. philos. IV. §. 25. [Br.]

†*) In praefatione editionis Homeri, quae prodiit Amstelodam. 1707 apud Wetsten. [Br.]

††*) In Biblioth. Graec. I. p. 319 seq. (ed. secund.), ubi aliorum quoque iudicia afferuntur. Sed vid. ibi quoque quae adnotavit Harles. [Br.]

†††*) Vid. Herodoti vita Homeri, Gr. et Lat. in I. Reinoldii Hist. literarr. Graecc. et Latt. Eton. 1752. 8. [Br.]

trahunt. Dictionis sane tenor et filum vocabulaque complura Herodotea non sunt. Abest Ionismi perpetua suavitas, nec de sola scribarum culpa, quod Berglerus in praefatione ad Homeri Odysseam bene docuit atque Herodoti studiosos fugere non potest. Adsunt opiniones praeterea Herodoteis valde pugnantes. Et quis veterum, qualium de Homeri origine, patria, fatis carminibusque commemorantium magna utique corona, Herodoto contribuit unquam? Non nescio, sollertissimum Fabricium in medium collocasse Tatianum Orat. ad Graecos c. 48 tradentem περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου, καθ᾽ ὃν ἤκμασε, sedulo Theagenem Rheginum, Stesimbrotum Thasium, Antimachum Colophonium Herodotumque Halicarnassensem investigasse. At quid Tatianus contra tam pertinax priscorum et aequalium scriptorum silentium? Immo verba eius, ubi penitius inspexeris, tantummodo requirunt, ut Herodotus de Homeri aetate et tempore, quo vixerit, commentatus fuerit, quod eum in Euterpe c. 53 *) sedulo factitasse novimus. Primus, nisi fallor, Vitam Homeri obiter Herodoto attribuit Stephanus Byzantinus **), tum Suidas ***), Eustathius †), Tzetzes, omnes nimis seri. Laudant, fateor, suavem exordii huius simplicitatem ††) et cum Clionis principio contendunt cel. Fabricius asseclaeque: sed aemulatio mera est neque perfecta tamen; Herodotus, bene viri morem si teneo, τάδε ἀπηγήσατο, ἱστορήσας ἐπεξελθεῖν — quem et Vitae auctor alibi amplectitur, maluisset. Ubi vero in Musis οὐ πολύφορτος, *homo fortunae non amplae?* Memini πολύφορτον *multa sarcina gravem*, qualis Moschi πολύφορτος ἀπήνη. item ὁλκάδα μυριόφορτον Libanii T. II. p. 145 D. Si οὐ — πολύφορτα ἔχων optaveris ex manuscripto et naves intellexeris, nexus sermonis obierit. Utut est, libello addidi varietates scripturae ex codice Barocciano a cl. Reinoldio diligentissime excerptas, praeterea ex Palatino Iungermanni et Amstelodamensi."

Wesselingii iudicio subscripsit non solum Harlesius †††) in altera quam curavit Bibliothecae Graecae Fabricii editione, verum etiam paucis quibusdam viris exceptis *†) omnes fere viri docti, qui hunc libellum

*) Vid. Excurs. VII ed. nostr. ad h. l. Vol. I. p. 859 seq. [Br.]

**) s. v. Νέον Τεῖχος, ubi haec leguntur: καὶ Νεοτειχεὺς, ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ (cap. 10). [Br.]

***) s. v. Ὅμηρος Vol. II. P. 1. p. 1108 ed. Bernhardy, ubi haec exstant: Ὅμηρος ἄγνωστος τοῖς ἀνθρώποις· Ἡρόδοτος δὲ ὁ ἱστορικὸς ἔγραψε βίον Ὁμήρου, μᾶλλον τοῦδε ἁρμοδιώτερον. Tu vid. quae ibi adnotavit Bernhardy pag. 1109. [Br.]

†) in Commentt. ad Homer. p. 876, ubi haec leguntur: ἱστορεῖ ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου Ἡρόδοτος. [Br.]

††) Incipit auctor libelli hunc in modum: Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσιος καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἱστόρηκε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς τὸ ἀτρεκέστατον. [Br.]

†††) Vol. I. p. 320 coll. II. p. 334.

*†) Wood: Versuch über das Originalgenie d. Homer. Zusätze u. Veränderungg. (Frankfurt 1778) p. 48 seqq. De Fortia d'Urban: Homère et ses écrits. Paris 1832; de quo libro vid. Welcker: Der epische Cyclus pag. 457.

vel ediderunt vel aliquo certe modo tractarunt, idem iudicium tenuerunt: videtur enim auctor libelli, quem non sine arte concinnatum esse profitetur Heyne *), in unum coniunxisse varias narrationes de Homero sparsas per urbes potissimum, quae eius natales sibi vindicare studebant, aliasque addidisse fabulas, quales iam mature per Graeciam de Homero et ortas et propagatas videmus: ipsosque immiscuit auctor complures versus postera aetate compositos et plerumque ineptos: quae omnia profecto talia sunt, ut nemo, qui aliquo certe modo historiae patrem noverit vel obiter tantum eius Musas legerit, animum ita inducere possit, ut Herodotum huius libelli auctorem esse arbitretur **): id potius quaerendum videtur, quinam revera auctor libelli, caeteroqui haud spernendi propter multa quae continet aliunde non cognita, sit habendus et qua fere aetate hunc libellum compositum esse existimemus, cuius auctor Herodoti nomen mentitus non nisi stupidos opinor lectores fallere potuerit. Hunc infimi aevi grammaticum fuisse Fr. Aug. Wolf. in Prolegg. ad Homer. pag. CCLX statuerat: secundum saeculum post Chr. n. huic grammatico qui antea tribuerat Welcker ***), is postea †) Galli docti viri ††) rationibus adductus ad Ptolemaeorum adeo aetatem reiici vult auctorem huius libelli, quem altero post Christum natum saeculo inferiorem non esse recte mihi contendere videtur Sengebusch †††): cum conditio et compositio huius libelli talis omnino sit *†), quae auctorem Alexandrinorum aetate vixisse ut statuamus, haud permittat eundemque ad longe posteriora tempora reiiciat, quibus alios quoque scriptores (Lucianum, Cephalionem, vid. supra §. 15) Herodoteum sermonem aemulatos Ionica dialecto in libris scribendis usos esse videmus. Ad haec igitur tempora auctorem libelli de Homero sub Herodoti nomine vulgati relegandum esse credimus: Atticus homo num fuerit, qui hanc vitam concinnaverit, ut Nitzschius **†) existimat, an Alexandriae sive alia in urbe Asiae minoris sive Graeciae delitescens sive rhetor sive grammaticus, id in dubio relinquere malim, cum omnes rationes, quibus patriam auctoris cum aliqua veri specie constituere possis, prorsus desint. Hic libellus de Homeri vita Herodoto falso adscriptus, quem primis Homeri

*) in Excurs. III ad Iliad. XXIV. Vol. VIII. p. 822 seqq.

**) Praeter eos, quos supra iam laudavimus, vid. Larcher. Herodot. T. VI. pag. 213. Lauer: Geschichte d. homerisch. Poësie (Berlin. 1851) pag. 69 et qui nuper hanc totam quaestionem denuo tractavit L.Fr. Meunier: De Homeri vita, quae sub Herodoti Halicarnassei nomine circumfertur, Herodoto iucundissimo Musarum auctori eidemque historiae parenti omnino abiudicanda. Paris. 1857. 8.

***) Episch. Cyclus p. 18.

†) ibid. p. 171—181.

††) Dugas Montbel: Histoire des poésies Homer. p. 110.

†††) in Homerica dissertat. prior. pag. 8.

*†) Vid. modo quae disseruit Nitzsch. Meletemm. de hist. Homeri P. II. pag. 68 seqq. et conf. etiam Heyne loco supra laud.

**†) Vid. Indagandae per Homeri Odyss. interpol. praeparat. P. I. pag. 41.

editionibus iam inveniri additum supra dixi, in Herodoti editionibus primum *Latine* comparet, e Graeco in Latinum conversus a Conrado Heresbachio, in Latina Laurentii Vallae interpretatione Herodoti, quae prodiit Coloniae 1526. fol. typisque saepius repetita est*), ac potissimum in ea editione, quam excudebat Henricus Stephanus anno 1566 fol., qui idem primus inter Herodoti editores *Graece* hanc „narrationem de vita Homeri“ dedit in altera Herodoti editione, quae prodiit anno 1592, unde in reliquas Herodoti editiones, infra §. 19 accuratius indicandas transiit: in editionem Gothofredi Iungermanni (Francofurt. 1608 et Genev. 1618), Thomae Galei (Lond. 1679), Iac. Gronovii (Lugdun. Batav. 1715), Petri Wesselingii (Amstelod. 1763), qui multis locis emendatam exhibuit hanc Vitam, separatim quoque una cum Latina versione Etonae 1752. 4 editam curâ Ioannis Reinoldii, Ioannis Schweighaeuseri (Argentorati et Parisiis 1816. Tom. IV. P. I. pag. 299 seqq.); inde descripta quoque est in Herodoti editione stereotypa Tauchnitziana, quam curavit Fr. Palm, Lips. 1839 et 1855. Longe emendatiorem exhibuit hanc Vitam Anton. Westermann in Vitt. Scriptt. Graecc. minn. (Brunsvig. 1845. 8.) pag. 1 seqq. coll. pag. V seq., ubi scriptos libros recensuit, quibus in adornanda hac editione usus est.

§. 18.

Inter codices Herodoti adhuc cognitos primum locum tenere putatur *Mediceus* (M.), membranaceus, fol. min. saeculo decimo exaratus, auctore Bandini in Catalog. Codd. Graecc. bibl. Laurent. II. col. 657 seq., a Iacobo Gronovio iuvene, Florentiae dum versabatur, accurate collatus et superstitiosa paene veneratione cultus, ita ut vel manifestissimos librarii errores et hallucinationes pro genuina Herodoti scriptura, quam ab illo codice uno ubivis repraesantari sibi persuaserat, haberet indeque librum scriptum fide exactissima in textu reddi vellet. Quo ipso multorum virorum doctorum in reprehensionem haud immerito incurrit. Sufficit hic ea apponere, quae de hoc libro statuit Wesselingius Dissertat. Herod. IX. p. 91: „Celebratissima MS. Florentini fama est: unicus, omnium optimus, antiquissimus, cui nihil par aut secundum, et ex quo solo Herodotea suavitas et elegantia in integrum restitui possit, habitus is liber est. Iac. Gronovius, vir celeberrimus, quem iuvenis docentem audivi ac admiratus sum, eum diligentissime versavit et complura inde bonis avibus pristina donavit sanitate: ita tamen eius excellentiâ abreptus, *ut*, quod ipse alibi, fere nimio *studio in Mediceas membranas abductus dici queat*. Non mihi consilium est, de praestantia eius codicis quidquam detrahere: multis egregiam operam praestitit, lucem aliis adspersit, nonnulla in desperatis habita, salute reddita, felicissime adiuvit. Omnes tamen uni postponere, ut tanquam umbrae volitent nullique rei sint, nescio quid dicam. Immo vero opinor vix ullum priscae vetustatis scriptorem dari,

*) Vid. Fabricii Bibl. Graee. Vol. II. p. 338 ed. Harles.

qui in tanta rerum vicissitudine et tot corruptelae occasionibus unarum ope schedarum refici possit, sed aliorum patrocinio atque auxilii concursu indigere.“ De ipso codice, qui signatur *Mediceus primus Plut. LXX cod. III* haec scripsit Bandini in Catalog. Codd. bibl. Laurent. Tom. II. pag. 657: „codex membranaceus Ms. in fol. minori saeculi X optime servatus cum notulis quibusdam in margine, seu summariis charactere minori sed quadrato, nullisque accentibus ac spiritibus instructo exaratis; tituli vero librorum uncialibus literis aureisque sunt descripti. Correctiones quaedam manus multo recentioris occurrunt in principio, quae deinde in progressu fiunt rariores. Constat foliis scriptis 374. Continet hic vetustissimus codex et omni laude maior Historiarum Herodoti libros IX totidem Musarum nominibus inscriptos.“ Hoc iudicium de praestantia huius codicis, unius certe ex antiquissimis et pulcherrimis codicibus quotquot in Mediceorum bibliotheca asservantur, ita affirmavit nuper Abicht (in Philolog. X. p. 201), ut huius codicis primarias esse partes in constituendis Herodoti verbis et ipse profiteretur. Omnibus hic codex caret literarum compendiis: ipsae literae satis magnae et ita perspicue exaratae sunt, ut omnia facile legi queant: unum id difficultatem quandam praebet, quod, cum omnis absit interpunctio unoque tenore omnia scripta inveniantur, extrema vocis alicuius syllaba crebrius cum sequenti voce coniuncta reperitur. Inde a VI, 23 alia eaque minor manus incipit, nec tamen multa diversa a priori: scribendi modus unus idemque. Itaque hicce codex, licet et ipse mendis haud careat, adeo ut „inter omnes codd. malorum pessimus fere habendus sit,“ quemadmodum Struve (De exitu verss. in Nonni Panopol. carminibus pag. 17) pronuntiat, vix recte ille quidem ex mea sententia, tamen caeteris codicibus, qui adhuc inventi et cogniti sunt, multum praestat meritoque primum locum inter codices Herodoteos obtinere iudicatur.

Sequitur alter codex *Florentinus* (F.), cuius usum, procurante Creuzero, *liber Baro de Schellersheim* Schweighaeusero concessit, membranaceus idemque vetustissimus, ut vel literarum ductus, scripturae modus, alia satis indicant. Eundem esse codicem, cuius Montfaucon in Bibl. I. p. 414 D. his verbis meminit: „Codex elegans X seculi membranaceus: Herodoti historiae,“ suspicatur Schweighaeuserus, qui de hoc codice ita iudicat (Praefat. I, 2. p. XXXVI): „Esse hunc codicem ex eadem cum *Pass. Ask.* et *Med.* familia, e lectionibus, quas inde protulimus, facile adparet. Nec vero e Mediceo descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore fonte derivatus probas multas profert lectiones, ubi aut in vitio haeret Mediceus, aut ubi nihil certe a Gronovio e Med. prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat.“

Tertio loco posuerim *Askewii* s. *Sancrofti* (S.) codicem alterumque librum *Cardinalis Passionei* (R.), utrumque iam a Wesselingio adhibitum, qui de Passionei libro sic scribit in Praefat. p. XX: „circa saeculum duodecimum in charta pergamena ab docto scriba exaratus est, praestantiâ Mediceo nihil cedens, saepe superior.“ Alter liber Guilielmi Sancrofti

olim fuit archiepiscopi Cantuarensis, nunc Cantabrigiae servatus, cuius collationem Ant. Askew. manu factam acceperat Wesselingius, addito corollario ex ipsius Askew. Codice chartaceo annorum quingentorum, „primore quidem Musae primae parte manco sed perutili," ut ait Wesselingius, qui huius libri lectiones *Askewii* (K.) alterius nomine *Archiae* (S.) enotavit. Atque hunc Archiae s. Sancrofti librum iterum postea diligentissime et accuratissime contulit Gaisford. „Inde factum est, ait idem Gaisford. Praefat. p. XXXVI ed. Lips., ut non modo errata quaedam corrigere, sed ut lectiones haud paucas hactenus omissas cum publico communicare potuerim. Plura de hoc codice edisserere nihil attinet. Licet enim permulta nunc protulerim, quorum indicio eius indoles certius quam antea innotescat, satis tamen correcte de eius praestantia iudicasse mihi videntur viri eruditi. Atque istius quidem codicis ope una cum lectionibus aliorum codicum plus minusve diligenter excerptis verba auctoris aliqua saltem ex parte ad veriorem scripturam revocare conatus sum." Cum Mediceo codice alteroque Florentino libro haud raro conspirat probasque lectiones affert; nec tamen antiquissimum et optimum dixerim codicem, ut placet viro docto in Ephemeridd. Ienenss. 1817. nr. 162. p. 353: neque eundem librum aeque ac Vindobonensem „si minus chartarum literarumque vetustate ut lectionum mirifica saepe bonitate reliquos antecedere" iudicaverim cum Steinio in Vindicc. Herodd. Specim. pag. 2. Namque Sancrofti liber nec interpolationibus vacuus est nec mendis vitiisque caret nec raro offert Ionicae dialecti formas ad communem sermonem deflexas aliaque praebet, quae longe inferiorem Sancrofti librum habendum esse, si cum Mediceo aut Florentino comparetur, evincunt. Ad Sancroftianum librum proxime accedit, qui iisdem fere interpolationibus mendisque laborat, *Vindobonensis* (V.) quidam liber, cuius lectiones cum Wesselingio fuere communicatae, qui haud scio an ad unam eandemque familiam referri debeat; ubi enim a Mediceo, Florentino, aliis discedit Sancrofti liber, cum Vindobonensi libro conspirat. Hicce liber papyraceus saeculo XIV scriptus, in Bibliotheca Caesarea Viennensi asservatus, in quam una cum multis aliis codicibus curâ Sumbuci, qui quattuor ducatis emit, illatus est, nunc signatus nr. LXXII *), admodum recentioris est aetatis, longe inferior Sancrofti libro, aliisque, quos recensuimus, codicibus, nec multum fructus inde ad verba Herodoti emendanda redundaturum mox intellexi, cum codicem ipsum inspexissem. Quae vero hisce codicibus communia reperiuntur menda, ea reliquorum codicum adhuc cognitorum ope tolli nequeunt, cum ad priora tempora librosque primitivos pertineant. Et hanc ob causam Vol. I. p. 795 ad II, 158 dixeram, videri Herodoteos codices adhuc superstites ex una familia oriundos: nisi huius familiae *duas* velis stirpes constituere, quarum altera Mediceum ac Florentinum, altera Sancroftianum et Vindobonensem librum comprehendat: quamquam Medicei et Florentini in haud

*) Vid. Kollar. Suppl. ad Lambecii Commentt. de Ang. bibl. caesar. Lib. I. (Vindob. 1790. fol.) p. 462.

pancis locis reperiri dissensionem haud sum nescius. Nunc video, eandem fere sententiam de Herodoti codicibus in duas classes s. familias secernendis, quarum altera codices S. V. A. B, altera codices M. P. K. F. complectatur, pronuntiari ab Abicht. (Philolog. X. p. 711), qui eam mox pluribus probatum iri promittit. Ac profecto si omnino codicum Herodoteorum familias constituere licebit, vix aliter id fieri poterit; nec sane probandum, quod *tres* codicum classes distingui vult censor Ienensis (1817. nr. 161. p. 352), quatenus illi scil. magis ad Ionicam, epicam ac vulgarem dialectum inclinant. Caeterum nolim equidem certi quid in his definire, quae quam lubrica et incerta sint, nemo non intelligit: neque opus utique erit hoc loco repetere ea, quae supra §. 14 fin. iam conquestus sum de Herodoti codicum, quotquot superstites sunt, lacunis, interpolationibus, depravationibus, quae non ad medium tantum quod dicunt aevum (quo ipsi codices superstites scripti sunt) adeoque recentiora tempora pertinent, sed ipsam ad antiquitatem recedunt, si quidem iam Aristotelis aetate lectionum ea varietas exstitisse videtur, quae scriptos Herodoti libros dissensisse inter se atque a primitiva integritate descivisse vel illa aetate arguit. Quare viros doctos Alexandrinos grammaticosque maximam curam adhibuisse credo, ut Herodoti verba emendata et ad integritatem suam revocata exhiberent valdeque dolendum est, huius operae ab Alexandrinis in Herodoti verbis positae vix quidquam superesse nec ullum ad nostra tempora pervenisse librum Herodoti scriptum, quod verba Herodoti talia exhibeat, qualia e curis grammaticorum Alexandrinorum prodierint. Insignis hanc in rem exstat Porphyrii locus in Quaestionn. Homericc. cap. 8, nuper quoque allatus et tractatus ab Henrico Stein in Vindicc. Herodot. Specimine pag. 17 seq.: inde enim discimus, non solum *Philemonem* grammaticum, qui haec Alexandrinorum tempora attigit, de Herodoti verbis emendandis egisse (*ἐν τοῖς Φιλήμονος συμμίκτοις*, scribit Porphyrius, *περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ γραμματικὸς διαλεγόμενος πειρᾶται καὶ Ὁμηρικά τινα σαφηνίζειν κ. τ. λ.*), verum etiam *Alexandrum Cotyaënsem* grammaticum, qui post Philemonem floruit, in eodem studio esse versatum: scribit enim Porphyrius in sequentibus: *τοῦτο δὴ θεραπεύων τις* (scil. *Κοτυαεὺς Ἀλέξανδρος*, ut recte statuit Stein. l. l.) *οὐχ Ἡροδότου φησὶν ἁμάρτημα γεγονέναι, μᾶλλον δὲ τὸν γραφέα φησὶ διαμαρτεῖν παρεμβαλόντα τὸ ἰῶτα. πολλὰ δὲ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφὴν καὶ ἔτι τὴν Θουκυδίδου κ. τ. λ. ἐπανάγωμεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρόδοτον καὶ τὸν διορθωτὴν τὸν Κοτυαέα Ἀλέξανδρον.* Quae qui reputaverit, haud mirabitur, vel eos codices, quos ad decimum usque saeculum regredi et in Herodoti verbis constituendis praecipue respiciendos esse diximus (*Mediceum*, *Florentinum* et *Sancroftianum*, qui recentioris aetatis est), vitiis cuiusvis generis scatere eorundemque eam esse conditionem, ut alter ex altero num fluxerit, haud facile dixeris.

Iam eam afferam, quae de aliis Herodoti codicibus, longe inferioribus illis quidem multumque recentioribus, mihi innotuerunt. Initium faciam a *Veneto* codice, cuius lectiones quasdam exhibuit Wesselingii

editio usque ad I, 32, excerptas illas e catalogo (Graeca D. Marci Bibliotheca codd. mss. Venet. 1740. pag. 169) codicum, quem Zanetti, vir doctus, dedit, hunc codicem membranaceum esse foliisque constare scriptis 381 et ad saeculum decimum quintum pertinere testatus, signatum nunc nr. CCCLXIV. Has lectiones non meliores esse iis, quas Vindobonensis liber exhibet ac plerumque Ionicae dialecti formas in communem sermonem transvertere facile intelligimus: neque melioris omnino conditionis esse hunc librum ipse intellexi, cum Venetiis codicem inspicerem. In eadem D. Marci Bibliotheca alius quoque Herodoti codex servatur, qui praeterea Iuliani Caesaris scripta nonnulla continet: chartaceus esse dicitur saeculo decimo quinto circiter scriptus et foliis 264 constans, signatus nunc nr. CCCLXVI; vid. l. l. pag. 175.

Iam dicendum de *Parisinis* codicibus, quorum tres in Wesselingii usum collatos et in eius editione distinctos invenimus signis A. B. C. Neque vero satis accuratam esse horum voluminum collationem, ipse Wesselingius iam conquestus erat; post quem Larcherus in commentariis suis Gallico sermone ad Herodotum conscriptis nonnullas hic illic lectiones ex iisdem attulit. Accuratius illos una cum tribus aliis Schweighaeuseri rogatu contulit Gorgiades, Graecus homo, variarumque uniuscuiusque codicis lectionum libellos separatos Schweighaeusero transmisit, in cuius editionem tota haec collatio recepta est; neque tamen vel sic desunt loci, in quibus quid in hoc sive illo libro inveniatur, dubius haereas, praesertim in singulis quibusdam formis, terminationibus, aliis huiusmodi rebus, quas minutias esse parum recte quidam opinantur*). Inter hos vero sex codices, reliquis, quos modo recensuimus, multo recentiores, longe princeps habetur is, qui numero MDCXXXIII insignitur membranaceus, seculo duodecimo, ut putant, exaratus. Conf. Larch. Herodot. T. I. p. XXXVI ed. sec. Apud Schweighaeuserum notatur signo A. sive Pa, Wesselingii in editione literâ C; quae enim ibi additâ literâ A proferuntur lectiones, e codice Parisino tertio sive C apud Schweighaeuserum depromptas esse invenit Schweighaeuserus.

Alter codex chartaceus est, nr. MDCXXXIV, exaratus anno p. Chr. n. 1372, notatus literâ B sive Pb. In margine quaedam scholia adscripta sunt.

Tertius codex idem chartaceus, anno p. Chr. n. 1447 exaratus; de quo haec praedicat Schweighaeuserus in Praefat. I, 2. p. XXXIV. „Est

*) „Verum enim vero,“ ait Struve Quaest. de Herod. dialect. Spec. II. p. 15 (Opuscc. II. p. 334), „vidimus viros doctos, quibus conferendorum codicum opportunitas erat, in his, quas minutias esse opinati sunt, nullum fere studium posuisse; raro ex codicibus ante Wesselingium collatis eiusmodi varietatem afferri; Wesselingium ipsum confiteri se has terminationes saepius neglexisse, quod ita esse iterata collatio cod. S. a Gaisf. instituta planissime docuit; Schweighaeuserum saepe conqueri, quod quid in Parisinis codd. sit, quod non ipse oculis perlustraverit, se nescire sibi fatendum sit. Duorum itaque codicum tantum paulo accuratiorem collationem possidemus, cui fidere possis; codices dico S. et F., quorum alterum Gaisford., alterum Schweighaeuser ipsi manibus versarunt.“

autem hic codex eiusdem familiae cum eo, quem primo loco nominavi, et licet aetate sit illo recentior, tamen bonitate haud multum eidem cedit; atque usu etiam nobis interdum venit, ut probatissimas lectiones ex illo potuerimus proferre, quas ex altero non reperimus enotatas. Tenet autem haec familia quasi quoddam medium inter codd. *Arch.* (Sancroft.) et *Vindob.* ab una parte et *Pass.* *Ask.* *Med.* et *Flor.* ab altera, modo ad hos modo ad illos magis inclinans.“ Apud Wesselingium huius codicis lectiones indicari literâ A, apud Schweighaeuserum notâ *C* sive *Pc* modo dixi.

Quartus codex Parisinus D sive Pd notatus apud Schweighaeuserum et ipse chartaceus est, anno 1474 exaratus nr. MMCMXXXIII.

Quintus codex nr. MCDV, qui libr. I. cap. 1—87 continet. De quo ita Schweighaeuserus l. l. p. XXXV: „Admodum quidem recens is codex est, quem nos notâ Paris. *E* sive *Pe* distinximus: at, quae quidem ille Herodotea exhibet, ea e probatissimo vetere codice descripta esse cognovi.“ Quibus accedit alius Parisinus liber, excerpta ex Herodoti Musis continens, *Fragm. Paris.* ap. Wesseling., in editione Schweighaeuseri, in cuius usum contulit L. H. Heyler, sub notâ *Pf.*

His subiungam indicationem aliorum quorundam Herodoti codicum nondum, quantum scio, collatorum: ad recentiora tempora mihi pertinere illi videntur indeque etiam minorem auctoritatem habere in Herodoti verbis rectius constituendis.

In *Mediceorum* bibliotheca praeter illum Herodoti codicem, de quo supra diximus, *tres* alii asservantur Herodoti codices, ut testatur Bandini in Catalogo codd. bibl. Laurent. Vol. II. pag. 665:

1. Plut. LXX. cod. VI. membranaceus saeculi decimi quarti, qui foliis constat 340 et Nicolai Triclinii manu scriptus est anno 1318 form. quart., ut testatur subscriptio.
2. Plut. LXX. cod. XXIX. membranaceus saeculi decimi quinti, constans foliis 192 et diligentissime exaratus, ut ait Bandini l. l. pag. 688.
3. Plut. LXX. cod. XXXII. chartaceus formae octavae, decimo quinto saeculo scriptus et constans foliis 345: optimae notae eum quoque esse asserit Bandini l. l. pag. 689.

Inspexit hos codices Abicht (Philolog. XII. p. 204) eosdemque aetate et dignitate Mediceo illo, quem primo loco inter omnes codices Herodoteos supra posuimus, longe inferiores habendos esse affirmat, plerumque cum hoc ipso Mediceo aut Florentino consentientes. Praeterea idem vir doctus in *Riccardiana* bibliotheca codicem Herodoti se vidisse testatur, quem saeculo decimo quarto fere conscriptum his tribus Mediceis parem videri addit.

Inter codices *Baroccianos* Oxoniae servatos commemoratur Herodoti codex chartaceus saeculi XV, nr. CXIV, itemque alter chartaceus saeculi XV exeuntis inter codd. miscell. nr. CII signatus. vid. Coxe: Catalogg. codd. mss. bibl. Bodlei. I. p. 186 et 679.

In inventario librorum Fuggeri, qui in bibliothecam Palatinam Heidelbergam olim illati, sed postea *Romam* adducti sunt, commemorantur: „Herodoti historiarum libri novem. Graece auff Papier geschrieben in quart.“ Vid. Serapeum 1848. pag. 308: quocum coniungo, quod in indice codicum Graecorum, qui in bibliotheca *Vaticana* exstant, Haasii curâ descripto et publicato in eodem Serapeo 1851. nro. 9 seqq. legitur (nr. 10. pag. 153): „83 Ἡροδότου ἱστοριῶν λόγοι ἐννέα ταῖς Μούσαις.“

§. 19.

De Herodoti editionibus praeter ea, quae Wesseling. et Schweighaeuser in Praefat. (Tom. I. P. II.) monuerunt, vid. potissimum Fabricii Biblioth. Graec. II. p. 337 seq. ed. Harles.; conf. Schweiger: Handbuch d. class. Bibliograph. I. pag. 138 seq., Sam. Frid. Guil. Hoffmann: Lexic. Bibliographic. scriptt. Graecc. (Lips. 1832) Vol. II. s. Bibliograph. Lexic. etc. ed. sec. (ibid. 1832) Vol. II, Wilh. Engelmann: Bibliotheca Scriptt. classicc. et Graecc. et Romann. (ed. sept. Lips. 1858) s. v. Herodotos. Nos hîc paucis tantum primarias indicabimus.

Ac primum quidem *Latine* prodiit Herodotus Venetiis anno 1474 fol. per *Laurentium Vallam* e Graeco in Latinum conversus*). In qua versione saepius dein typis repetita licet haud pauca requiras, multa licet falso reddita aut etiam plane omissa corruptave invenias, ad illius aetatis conditionem quoque respiciendum est, neque illud praetervidendum, e codice Graeco ipso illam esse factam eiusque speciem quandam ita referre, ut, quid in volumine Graeco exstiterit, inde colligas. Quare maximum eius usum esse in re critica quivis intelligit. Vallae autem cum multi multa exprobrarint deque Latina eius versione multum detraxerint, iuvat apponere, quae post Erasmum et ipsum Vallae patrocinantem scripsit summus Wesselingius Dissert. Herod. VIII. p. 75: „Vertit is omnium primus Herodoti Musas et veste Latina ornavit non prorsus inelegante. Non quidem eorum nescius sum, quae P. Dan. Huetius in eum iecit, neque facile admisero, *oscitantem saepius et alias res agentem fidem apud eruditos decoxisse.* Erravit, fateor, saepe, deceptus codicis sui scripturâ, saepe quoque ingenii vires haud bene intendens, ut ea praeteream, quae in Latinis eius flagitiosissime sunt corrupta. At da mihi interpretem, qui primus Graecum scriptorem Latine loqui docuerit, ab omni peccato immunem. Vid. *Poggii* Latina Diodori: quantum vero discrimen Diodorum inter et Herodotum, quot non in illis commissa? Sed id non agimus, ut Vallae versio omnis peccati sit expers. Multa animadvertit et dextre sanavit vir rarae eruditionis et modestiae Paulus Leopardus, plura H. Stephanus. Haud tamen pauca sunt, quae illi imputari solent, quorum culpam praestare non debet. Schedae, quas inter

*) „Herodoti traductio e graeco in latinum habita per *Lr. Vallensem.* Venet. Iac. Rubeus 1474 fol.“ Typis repetita prodiit Romae 1475 fol. et Colon. 1516. 1527.

vertendum usurpavit, primore in libro multis partibus defectae mutilaeque erant." Nec aliter idem Wesselingius iudicavit in praefat. Herodot. §. 3. Cum igitur Vallae versio Latina haud paucis locis ab auctoris mente aberret aut adeo obscura sit, ut quid Graecus scriptor, quid interpres Latinus dicere voluerit, incertum sit, cumque et Gronovius et Wesselingius haud pauca quamvis refingentes alia eaque plurima intacta reliquerint, totam Latinam versionem de integro refingere eamque Graecis verbis in sua editione subiicere Schweighaeusero visum est: de quo eius consilio conf. eiusdem Praefat. p. XI—XIII (Tom. I. P. I.). Haec Schweighaeuseri versio Latina typis repetita prodiit Londini 1818. 8. apud Priestley: eandem hic illic mutatam dedit Guil. Dindorf. in Herodoti editione infra indicanda.

Graecis literis expressae primum prodiere in lucem Herodoti Musae Venetiis apud *Aldum Manutium* 1502 et inde descriptae Basil. 1541 et 1557 fol. in officina Hervagiana cum Ioach. Camerarii praefatione. „Cuius dos, ait Wesselingius, praecipua est, quod Ionici sermonis formam raro neglexerit atque elegantissime complascula, insequentium temeritate aut mutata aut socordius praeterita, descripserit." Quamquam suspicatur Schweighaeuserus, a viro docto, qui editioni praefuit, multis locis invectas esse Ionicas verborum formas, quas nullus liber manu scriptus exhibeat.

Secutus est *Henricus Stephanus*, qui postquam primum Latinam Laurentii Vallae interpretationem recognitam atque emendatam additâ Apologiâ pro Herodoto edidit anno 1566 fol. (quae editio postea saepius est repetita), tum Graece exhibuit Herodotum 1570 et 1592 fol. Parisiis, una cum Vallae versione emendata additisque variis lectionibus, quas tamen omnes e libris antiquis manu scriptis fluxisse iure negare videtur Schweighaeuserus (Praefat. I, 2. p. V. VI.), cui vel coniecturae viri docti esse videntur, quibus ille mendosum Aldi exemplar hic illic refingere studuerit, vel lectiones ex Aldi textu, aliis substitutis, eiectae et in margine adnotatae, vel denique etiam lectiones ex uno quodam codice vel etiam pluribus, admixtis coniecturis, enotatae a viro docto quodam et ad Stephanum transmissae, quem ipsum de illis haud raro incertum fuisse intelligimus. Utut est, plura in Graecis aeque ac Latinis melius ab Henrico Stephano constituta esse negari nequit.

Stephani editionem *Gothofr. Iungermann* iterandam censuit Francofurt. 1608 fol. textu primum per capita diviso additoque indice et glossario Herodoteo *) e Goldasti schedis. Repetita est haec editio Genevae 1618 (in qua haud paucae Aemilii Porti suspiciones textui illatae sunt); iterumque (operâ et studio *Thomae Gale*) Londini 1679 fol. paucis quibusdam adiectis.

Quae secuta est *Iacobi Gronovii* editio, Lugd. Batav. 1715 fol.**),

---

*) Vid. supra §. 16.

**) Inscribitur haec editio: „Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX Musarum nominibus inscripti. Graece cum interpretatione Laurentii

in ea ope codicis illius Medicei, de quo §. 18 diximus, haud paucos Herodoti locos optime restitutos esse videmus. Ac nisi Gronovium nimia ista codicis veneratio ita abripuisset, ut vel manifestissimas hallucinationes erroresve librarii in textum recipi vellet, ipse in aliorum erroribus notandis acerbissimus, minime in tot virorum doctorum reprehensiones incidisset. Vid. Fabric. et Harles. in Bibl. Graec. II. p. 342 et Wesselingii iudicium in Praefat. §. 3: „(Iac. Gronovius) Herodotum ad membranas Mediceas, quibus nihil par aut simile arbitrabatur, diligentissime examinavit: plurimis inde vitiosis pristinum nitorem et colorem reddidit, aliis liquidissimam lucem, et Vallae quoque Latinis, adscriptis Adnotationibus exactis profecto et eruditis, adspersit Lugd. Batav. MDCCXV. Magna hinc Gronovio laus et gloria, neque immerita; quam nimia tamen et paene superstitiosa libri Florentini veneratio nonnihil dedecorasse visa est. Non exprobro virulentam dicendi acerbitatem, viros praeclaros ex levi culpa, saepe etiam nulla, lacerantem; neque ea ingero, quae docti homines, Kuesterus, Berglerus, Bouherius atque alii eius in Adnotationibus desiderarunt: cognitissima ista sunt, haud effectura, ut summi viri, quem docentem iuvenis admiratus fui, labor contemptus negligatur.“ In quo iudicio Wesselingii verecundiam agnoscit Schweighaeuserus, ipse longe acerbius de Gronovii opera in Herodoto posita iudicans: vid. T. I. P. 2. pag. IX seqq. ed. Schweighaeus.

Dicendum iam de ea editione, quae coniuncta Valckenarii et Wesselingii operâ prodiit formâ maximâ Amstelodami anno 1763 hoc titulo: „Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος Ἱστοριῶν λόγοι θ'. Ἐπιγραφόμενοι Μοῦσαι. „Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX Musarum nominibus inscri„pti, Graece et Latine ex *Laurentii Vallae* interpretatione cum Adnota„tionibus *Thomae Galei* et *Iacobi Gronovii*. Editionem curavit et suas itemque *Ludw. Casp. Valckenaerii* notas adiecit *Petrus Wesselingius*. Accedunt praeter *Vitam Homeri* varia ex priscis scriptoribus de Persis, Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta, et praesertim ex Ctesia.“ Cui add. *Petri Wesselingii* Dissertatio Herodotea ad Tib. Hemsterhusium. Traiect. ad Rhen. 1758, 8. In hac editione omnium praestantissima dubius sane haereas, Wesselingii sollertiam industriamve magis laudes an Valckenarii sagacitatem in emendando textu, utriusque doctrinam tam in illustrando usu dicendi Herodoteo quam in explicandis rebus ab Herodoto traditis. Nec illud Wesselingio exprobrarim, quod in novis lectionibus recipien-

---

Vallae; ex rass. membrana Medicea post Aldi Manutii, Ioach. Camerarii, Henr. Stephani, Goth. Iungermanni, Th. Gale in edendo operas non tantum adiutis locis, ubi a viris doctis sentiebatur corruptela, sed etiam graecismo per singulas vere paginas remollito; industriâ *Iacobi Gronovii*, cuius accedunt notae. Eiusdem [Herodoti] narratio de vita Homeri graece latine, interprete Conr. Heresbachio. Accedunt Excerpta ex Xenophonte, Strabone etc. et praesertim Ctesiâ etc. Lugduni Batavorum apud Sam. Luchtmans. MDCCXV. fol.“ Repetita haec est editio Glasguae 1761. 12. Graece et Latine. IX Voll. typis nitide expressa, sed omissis notis.

dis cautior esse maluit quam audacior, obscuriore sane et duriore orationis genere usus.

Post Wesselingium, ut de *Borheckii* curis in Herodotum taceam*), *Frd. Volg. Reizius* Herodoti editionem, in qua Wesselingii textum ut recognosceret eumque hic illic refingeret, sibi proposuerat, instituit; prodiit Voluminis primi Pars prior Lipsiae 1778 in 8., altera pars post Reizii mortem curante *G. H. Schaefero* 1800, qui etiam priori parti iterum typis descriptae 1807. 1816 et alteri 1816 praefuit; Volumen secundum cum Latina Vallae versione prodiit 1820; Volumen tertium animadversiones, quas Reizius promiserat, exhibiturum, nunquam lucem vidit. Sed ipse *Schaeferus* mox editionem paravit nitidissimam, cuius tria Volumina, quae verba Graeca, excepto nono libro, continent, prodierunt Lipsiae 1800. 1801 et 1803 in 8. Quartum Volumen cum nono libro**) notisque editoris non prodiit, neque Lexicon Herodoteum, quod Schaeferus promiserat: qui qua ratione in Herodoti textu constituendo versatus sit, ipsius verbis iam indicavimus supra §. 14. Schaeferi recensionem maximam partem secutus est *Davides Schulz* in ea editione, quae Halis 1809. 8. hoc sub titulo prodiit: „Herodoti historiarum libri, qui enarrationem pugnarum inter Graecos et Persas complectuntur. Graece cum animadvv. aliorum atque suis ed. Dav. Schulz. Acc. de Herodoti vita, dialecto et scribendi genere.“ Atque ex Herodoti libris etiam nonnulla receperunt *Io. Matth. Gesner* in Chrestomathiam Graecam, *Friedr. Andr. Stroth* in Aegyptiaca, quae Gothae 1782 prodiere et librum Herodoti secundum una cum tertii parte et fragmentis quibusdam e reliquis libris Wesselingii potissimum e recensione continent, *Daniel Wyttenbach* in *Selecta Principum Historicorum*, quae lucem viderunt anno 1794 et 1808, *Fridr. Iacobs.* in Attica, quorum septima editio prodiit curâ I. Classen. Ienae 1847. 8.

Novis codicum subsidiis, de quibus diximus §. 17, instructus *Schweighaeuserus* editionem instituit, quae 1806 formâ octavâ prodiit Argentorati et Parisiis: „Herodoti Musae sive Historiarum libri IX ad veterum codicum fidem denuo recensuit, lectionis varietate continua, interpretatione Latina, adnotationibus Wesselingii et Valckenarii aliorumque et suis illustravit *Iohannes Schweighaeuserus* etc.“ VI Voll. in

*) Ediderat ille Herodot. Lemgov. 1781 ita, ut in libris quattuor prioribus Reizianam recensionem, in reliquis Wesselingianam sequeretur; altera editio, de qua recte iudicasse puto Schweighaeuserum Praefat. I, 2. p. XXIV. XXV, prodiit ibid. 1809 tribus voluminibus. His accessit *Apparatus ad Herodotum intelligendum et interpretandum* quinque voluminibus, Lemgov. 1795—1798, quorum primum: *Chronologia et Crisis Herodotea*, Larcheri disputationem de Herodoti chronologia ex Gallico in Latinum sermonem conversam continet, reliqua exhibent *Apparatum criticum ad constituendam lectionis Herodoteae integritatem*, i. e. varias lectiones e Wesselingii editione repetitas, Wesselingii et Valckenarii notas et alia quaedam.

**) Hic liber, cuius initium tantum typis expressum erat, postea prodidit Berolini anno 1828. 8.

12 Partt. Accessit: „*Lexicon Herodoteum*, quo et styli Herodotei universa ratio enucleate explicatur et quam plurimi Musarum loci ex professo illustrantur, passim etiam partim Graeca lectio partim versio Latina, quas offert Argentoratensis editio, vel vindicatur vel emendatur. Instruxit Iohannes Schweighaeuser." Argentorati et Parisiis 1824. II Voll. 8. itemque Londin. 1841. Hac in editione quid praestiterit vir praeclarus, neminem fugit, qui ad Herodotum ullo modo accesserit. Textum infinitis locis melius constituit, eximie adiutus optimi Florentini codicis ope; versionem Latinam textui subiectam de integro fere refinxit, ut supra iam enarravimus, variarum lectionum copiam diligenter collectam adiecit, adnotationes Wesselingii et Valckenarii integras repetiit suasque addidit: Iacobi Gronovii notas quod omisit, merito dolendum. Tomo quarto additus est libellus De vita Homeri, itemque accedunt ex Ctesiae Persicis Excerpta quaedam, quae eadem Wesselingii quoque editione, ut supra diximus, continentur. Typis repetita haec editio fertur Londini apud Priestley 1818 sex Voll., additâ geographiâ Herodoteâ, Aemilii Porti Lexico Ionico, tabulâ Larcheri chronologicâ, aliis, quae ad Herodotum illustrandum pertinent. Mihi hanc editionem inspicere nondum licuit.

Post Schweighaeuserum novam Herodoti editionem paravit Gaisfordius, quae prodiit Oxoniae 1824 et in Germania recusa est Lipsiae 1824 seqq. itemque tertium Oxon. 1849. 8.: „Herodoti Halicarnassei Histo-„riarum libri IX. Codicem Sancrofti manuscriptum denuo contulit nec non „reliquam lectionis varietatem commodius digessit Thomas Gaisford," duobus Voll. sive quattuor Tomis; prius Volumen verba Graeca continet, quibus lectionis varietas accuratissime digesta subiicitur; posterius notas Wesselingii, Valckenarii, Schweighaeuseri, non quidem integras, sed resectis iis, quae nullam adhuc praestare videntur utilitatem*). In textu constituendo Sancrofti codice eximio illum adiutum fuisse iam supra §. 18 diximus, ut sane Schweighaeuserianam recensionem textus haud paucis in locis emendatiorem exhibuisse putandus sit: quare nostrae editionis prioris fundamentum posuimus, his locis modo discedentes, ubi Gaisfordius nimio codicis Sancroftiani studio abreptus esse nobis videbatur, aut ubi nostrum iudicium secuti a lectione recepta discedendum esse putabamus; nunc quidem, in hac altera editione vel magis ab

*) In his ponit Gaisfordius censuras editionis a Iac. Gronovio procuratae, vitiorum interpretationis Latinae a Laurentio Valla confectae emendationem, variarum lectionum verbosiorem quam par fuerit commemorationem. „His aliisque, pergit Gaisford., eiusdem generis sublatis, ita ut „earum animadversionum pars circiter quarta deleretur, servavi illaesa „omnia, quae vel sententias auctoris paulo difficiliores aperirent, vel histo-„riam veterem illustrarent vel eruditae antiquitatis studiosis quocunque „modo prodessent. Immo fideliter pronuntiarim, nihil fere me abiecisse, „nisi quod viri praestantissimi et praeconio meo longe maiores, si hodie „in vivis essent nostrisque uterentur et opinionibus et disciplinis, ipsi „cupide resecarent."

eo discedendum putavimus praecipue in iis, quae ad formas Ionicae vel potius Herodoteae dialecti recte exhibendas pertinent, virorum doctorum studiis in hac re positis meliora edocti indeque Bekkerum, Dindorfium, Bredovium, alios haud raro secuti. Quamquam enim novam textus recensionem constituere minime nobis erat propositum, tamen emendatiora exhibere voluimus Herodoti verba, difficiliora explicare, usum dicendi illustrare, argumentum exponere et clariore in luce collocare: quo tandem de scriptoris fide rerumque traditarum auctoritate satis constaret. Conf. quae in Praefatione diximus Vol. I. p. X seq.

Inde Bekkeri editio hic commemoranda sola Herodoti verba exhibens („Herodoti de bello Persico libri IX. Recognovit *Immanuel Bekkerus*"), quae primum prodiit stereotypa Berolini 1833. 8, deinde passim reficta ibid. 1845. Secuta est, quam supra iam commemoravi, Dindorfii editio hoc sub titulo: „Herodoti Historiarum libri IX. Recognovit et commentationem de dialecto Herodoti praemisit *Guilelmus Dindorfius*. Ctesiae Cnidii et Chronographorum, Castoris, Eratosthenis etc. fragmenta dissertatione et notis illustrata a Carolo Muellero. Graece et Latine cum indicibus. Parisiis 1844. apud Didot fratres" in form. lex. 8. De qua editione olim tuli iudicium in: Jahrbb. für Philolog. u. Paedagog. Vol. XLVI. pag. 392 seqq. multumque me eâ in Herodoti verbis iterum exhibendis adiutum esse gratus profiteor. Praeterea hic nominanda est ea editio, quam *Alexander Negris* curavit Graecisque notis instruxit Edinburg. 1833. (*Ἡροδότου τοῦ Ἁλικαρνησσῆος ἱστοριῶν λόγοι θ', ἐπιγραφόμενοι Μοῦσαι· σὺν προλεγομένοις καὶ σημειώσεσιν, ἐκδιδόντος καὶ διορθοῦντος Ἀλεξάνδρου Νέγρη*: vid. Heidelberg. Jahrbb. d. Litter. 1834. nr. 26. p. 404 ff.) itemque 1843 (with emendations by Alexander Negris and a Life of Herodotus by K. O. Mueller.). 2 Voll. in 8. et ea editio, quae in Nova America prodiit: Herodotus from the text of Schweighaeuser, with English notes. Edited by *C. S. Wheeler*. Boston. 1842. in 2 Voll. 8.

Quae reliquae nostra aetate prodierunt Herodoti editiones, eae aut Graeca verba sola aut additis quibusdam notis exhibent. Pertinent huc editiones a *G. H. Schaefero* curatae Lips. 1819 apud Weigel. III Voll. et Lips. 1822 apud Schwickert. 8., *I. B. Gailii* (Paris. 1821. II Voll.), *G. Stallbaumii* (Lips. 1825. III Tomm. 8.), *A. Matthiae* (quae hoc sub titulo in lucem emissa est: „Herodoti Musae. Cum brevi annotat. critic. Aug. Matthiae et Henr. Apetzii. Lips. 1825. II. Voll. 8.), *C. A. Stegeri* („Herodoti Musae. Recensuit et annotatione in usum scholarum instruxit C. A. Steger. Giess. 1826. III Tomm. 8."), *Fr. Palmii* („Herodoti Hist. libri IX. Accedit libellus de vita Homeri et index historicus. Nova edit. stereotypa. Curavit Fridericus Palm. Lipsiae apud C. Tauchnitz. [1815] 1839 et 1855. III Voll. 8.), itemque Anglorum doctorum virorum editiones hoc loco haud praetermittendae: „Herodotus from the text of Gaisford. with notes illustratives and criticals and a geographical Index by *Pet. Edm. Laurent*. London 1837 ed. sec. et 1846. ed. tert. 2 Voll. 8."; „Herodotus Greek, from the text of Bekker, with English notes by *Ed-*

wards. London 1840. 8.“ „Herodotus from the best edition by Schweighaeuser, to which is prefixed a collation with the text of Gaisford. By *George Long.* London. New edition. 1845. 8,“ qui idem praeterea uno volumine ibidem edidit: „A Summary of Herodotus with tables of the travels of Herodotus, of commercials products mentioned by him, chronological events etc.“, idemque mox in Bibliotheca classica, quam Londini edit, prodire quoque iussit Herodotum anno 1854: „Herodoti historiae Graece edited by George Long and the rever. A. J. Macleane, with an English commentary by the rever. J. W. Blakesley,“ 2 Voll. 8. Eam Herodoti historiarum partem, qua de bellis Persicis agitur, scholarum in usum edidit *C. W. Stocker* („Herodotus, containing the continuous history alone of the Persian wars.“ London 1838 iterumque 1843. 2 Voll. 8.). Aegyptiaca ex Herodoti opere excerpta edidit commentariis instructa *J. Kenrick* („Ἡροδότου οἱ Αἰγύπτιοι λόγοι. The Egypt of Herodotus: being the second and part of the third books of his history. With notes and preliminary dissertations by John Kenrick.“ London. 1841. 8. De qua editione vid. quae dixi in Jahrbb. f. Philolog. et Paedagog. XLI. pag. 407 seqq.). Ad Herodotum illustrandum pertinent: „A Lexicon to Herodotus, Greek and English, adopted to the text of Gaisford and Baehr. By *H. Cary.*“ Oxford 1843. 8. itemque: „Herodotus. Notes on Herodotus, original and selected by from the best commentators. By *Dawson W. Turner.*“ London 1847. 8 et: „Analysis and Summary of Herodotus, with synchronistical table of events etc. By *J. Th. Wheeler.*“ 2 edit. revised and enlarged. London. 1852. 8. Alias singulorum librorum editiones scholarum in usum factas apud Anglos transeo: in Germania eundem in scholarum usum institutae prodierunt hae editiones: „Herodoti Historiarum libri IX. Curavit *Henr. Rud. Dietsch.* Lipsiae 1850. (1853) apud B. G. Teubner.“ 2 Voll. 8. Deinde: „Herodotus, erklärt von *B. H. Lhardy.*“ Berlin 1850 et 1852. II Voll. 8. (quibus IV priores libri continentur); repetita est haec editio 1857 seqq.: „Herodotus erklärt von *H. Stein.*“ 3 Voll. 8. (quibus continentur libri I—VI inclus.) — „Ἡροδότου ἱστορίης ἀπόδεξις. Mit erklärenden Anmerkungen v. *K. W. Krueger.*“ Berlin. 1855 Heft 1. 2. 3. 1856 Heft 4. 5. in 8.

Inter Herodoti *versiones* linguarum recentiorum potiores nominamus hasce:

1. Gallicam *Larcheri* versionem, quae prodiit secundis curis anno 1802 seqq. *) novem tomis constans, quorum sex priores versionem Gal-

*) „*Histoire d'Hérodote, traduite du Grec*, avec des remarques historiques et critiques, un Essai sur la Chronologie d'Hérodote et une Table géographique. Nouvelle edition, revue, corrigée et considérablement augmentée, à la quelle on a joint la Vie d'Homère, attribuée à Hérodote, les Extraits de l'Histoire de Perse et de l'Inde de Ctésias, et la traité de la Malignité d'Hérodote: le tout accompagné de Notes.“ Paris 1802 seqq. 8. Postea typis repetita prodiit hoc sub titulo: „Histoire d'Herodote, traduit du Grec par Larcher, avec des notes de Bochart, Wesseling, Scaliger, Casaubon, Barthélémy, Bellanger, Larcher etc.“ Paris 1851 ite-

licam una cum Larcheri notis Gallico sermone conscriptis absolvunt, addità Vità Homeri et Ctesiae Excerptis apud Photium; septimus tabulam geographicam, octavus chronologiam continet, nonus indices. Ipsa Gallica interpretatio, non accurate singula reddens verba, sensum magis curat indeque recentiorem nimis redolet aetatem, perdita illa sermonis Herodotei simplicitate et nativo illo colore, quo historiae pater tantopere eminet. In adnotatione ut plura protulit interpres nova ad res ab Herodoto narratas illustrandas perquam apta atque utilia, ita haud raro nimis verbosus est et modo ea repetit, quae iam priorum interpretum, Valckenarii potissimum ac Wesselingii, curis allata erant.

2. Altera Gallica versio viri docti *Miot* „Histoire d'Hérodote, suivie de la Vie d'Homère. Nouvelle Traduction, par *A. F. Miot*." Paris 1822. III Voll. 8. 1858. 2 Voll. 8.), in singulis Herodoti verbis reddendis multo accuratior, scriptoris sententiam bene plerumque exponit ac praeterea in notis quaedam affert ad Herodoti intelligentiam meliorem valde accommodata, quibus aliquoties in nostra editione usi sumus. Posthac duae aliae versiones in lucem prodierunt hae: „Herodote. Traduction nouvelle par *E. A. Bétant*." Genève et Paris. 1837. III Voll. 12. — „Histoire d'Hérodote. Traduction nouvelle avec une introduction et des notes par *P. Giguet*." Paris. 1859. 8. Quibus addere licet: „Herodote. Récits tirés de ses histoires. Traduction nouvelle précédée d'une notice biographique et litéraire sur Herodote et accompagnée de sommaires, de notes géographiques et historiques et de medailles antiques servant d'illustration au texte par *Bouchot Corbct*." Paris. 1860. 8.

Atque hic etiam nominandus *P. L. Courier*, qui uno tertii libri fragmento in Gallicum sermonem converso satis monstravit, quid praestare potuisset, si totum Herodotum Gallice convertere voluisset. Eximia haec versio Parisiis prodiit 1823 hoc sub titulo: „Prospectus d'une traduction nouvelle d'Hérodote contenant un fragment du livre troisième et la préface du traducteur." 8., ac deinde etiam typis repetita est in libro rariori: „Collection complète des Pamphlets politiques et Opuscules litéraires de P. L. Courier." Bruxelles 1826. p. 305 ff. 311 seqq. Tu vid. quoque, quae disseruit Villemain: Mélanges. Vol. III. p. 338 seqq. (ed. Bruxelles.).

3. Accessit *Itala* versio et ipsa in scriptoris sensu reddendo ita accurata, ut rarius a scriptoris sententia aberraverit. Minoris momenti sunt annotationes Italo sermone ad calcem subiectae; in quibus vix novi quidquam reperias, quod non prius ab aliis Herodoti interpretibus iam allatum fuerit.

Prodiit haec versio in: „Collezioni degli antichi istorici greci volgarizzati" atque sic inscribitur: Le nuove Muse di Erodoto Alicarnasseo

---

rumque 1855. 2 Voll. 8. Larcheri notae, partim auctae, partim mutatae continentur quoque hoc libro: „Historical and critical comments on the history of Herodotus: with a chronological table, from the french of P. H. Larcher, new edition with considerable corrections and additions, by *William Desborough Cooley*." London 1843. 2 Voll. 8.

tradotte ed illustrate da *Andrea Mustoxidi*, Corcirese." Milano 1820. 8. Voll. II.

4. *Anglice* quoque versus aliquoties olim prodiit Herodotus ab *Isaaco Littelbury* (London. 1709 et 1723. II Voll. 8.), qui satis fideliter nec tamen eleganter Herodotum Anglice expressisse fertur, a *Guilelmo Beloe* (Lond. 1791. IV Voll. 8.), cuius versio saepius repetita est, adeoque 1831 (Lond. ap. Valpy in „The family classical library" Vol. V—VII), ab *Isaac. Taylor* (London. 1829. 8.), cuius versio laudatur. Maiori apparatu idem suscepit paucis hinc annis *Georgius Rawlinson:* „The history of Herodotus. A new English version, edited with copious notes and appendices, illustrating the history and geography of Herodotus, from the most recent sources of information; and embodying the chief results, historical and ethnographical which have been obtained in the progress of cuneiform and hieroglyphical discovery. By *George Rawlinson*, assisted by Col. Sir *Henry Rawlinson* and Sir *J. G. Wilkinson*." London 1858 seqq. IV Voll. 8: de quo opere satis copioso ac splendido vid. quae dixi in: Heidelbb. Jahrbb. d. Litt. 1859. nr. 6. pag. 81 seqq.

5. Inter versiones, quae in *Germania* prodierunt, merito laudatur ea, quae hoc titulo inscribitur: „Die Geschichten des Herodotos, übersetzt von *Friedrich Lange*." Berlin. 1811. II Voll. 8, si quidem illa plerumque probe accedit ad sensum scriptoris atque sermonis colorem illum antiquum et nativum vernacule quoque exprimere studet. Hanc excepit nostra aetate versio notis subiectis in extrema operis parte copiosioribus instructa: „Herodots von Halikarnass Geschichten, übersetzt von Dr. *Adolf Schoell*." Stuttgard 1828—1832. XI Voll. 12. Ac denique ipse ad Herodotum nostro sermone reddendum notisque subiectis illustrandum accessi, cuius versionis prima pars lucem vidit hoc sub titulo: „Die Musen des Herodotus von Halicarnass, übersetzt von *J. Chr. F. Baehr*." Erstes Bändchen. Clio. Stuttgart. 1859. 12.

His editionum ac versionum indicibus addimus alia quaedam subsidia, quibus in hac editione adornanda usi sumus: omittimus tamen ea scripta, quae ad vitam et opera Herodoti spectantia in ipso huius Commentationis prooemio iam indicavimus aut §. 4 attigimus; omittimus quoque ea, quae ad Herodoti geographiam pertinent, supra §. 17 indicata, itemque ea, quae ad sententiam Herodoti de rebus divinis atque humanis spectant, allata §. 12, et ea, quae ad Herodoti dialectum aut ad eius orationem in universum pertinent, quae §. 14 et 15 recensuimus. Nec magis repetere hoc loco voluimus eas scriptiones sive dissertationes, quae ad singulos Nostri locos vel illustrandos vel emendandos faciunt; suis enim quosque locis indicavimus: omnium vero horum scriptorum conspectum qui desideret, adeat Guil. Engelmanni librum supra laudatum. Itaque in paucis, quae restant, indicandis subsistam:

Aemilii Porti Dictionarium Ionicum Francofurt. 1603. 8. Ed. nov. Oxon. 1810. 1817. 8. atque additis nonnullis Londini 1825. 8 hoc sub titulo: „Dictionarium Ionicum Graeco-Latinum, quod indicem in

omnes Herodoti libros continet etc. a M. Aemilio Porto olim in lucem emissum. Editio nova, cui subiicitur Appendix tractatus quosdam complectens de dialecto Ionica, nempe I. M. Mattaire ex recensione et cum additamentis F. G. Sturzii, Georgi Corinthi, Grammatici Leidensis, Grammatici Meermanniani, Grammatici Augustani."

Schweighaeuseri Lexicon Herodoteum. Vid. supra.

Commentationes Herodoteae. Scribebat *Fridericus Creuzer.*, theol. et phil. Dr. etc. *Aegyptiaca* et *Hellenica* Pars I. Subiiciuntur ad calcem Summaria, Scholia Variaeque lectiones codicis Palatini. Lipsiae MDCCCXIX. 8.

Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt, von *A. H. L. Heeren.* IVte Aufl. Götting. 1824 seq. (Historische Werke T. X seqq.)

Gosselin: Ueber die Kenntniss der Alten von der West- und Ostküste Africa's und über die Umschiffung dieses Erdtheils; *Rennel's* System der Geographie Herodots (vid. supra §. 7); *Vincent:* Ueber den Handelsverkehr der Alten mit Indien, und über ihre Kenntniss von der Ostküste Africa's; im Auszuge übersetzt und durch Anmerkungen und eigene Untersuchungen berichtiget und erweitert von *G. G. Bredow.* Mit dreizehn Karten. Altona 1802. 8. (Etiam sub titulo: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie, herausgegeben von *G. G. Bredow.* Zweites Stück).

Guil. Hupfeld: Exercitationum Horodotearum Specimen I sive de rebus Assyriorum. Marburg 1837. 8. Specimen II sive de vetere Medorum regno. Rintelii 1843. 4. Specimen III sive rerum Lydiarum Particula I. Cum epimetro de Chaldaeis. Marburg. 1851. 4.

Godofred. Herold. Emendationum Herodotearum Specimen. Norimberg. 1850. 4. Emendationes Herodoteae. Pars I. ibid. 1853. 4. Pars II. ibid. 1855. 4.

Rud. Iacobs: Commentat. de Herodoti mensuris Pars prior. Berolin. 1841. 4.

I. INDEX RERUM.

B.

E.

H.

I.

K.

N.

S.

T.

V.

Z.

II. INDEX VERBORUM.

B.

Θ.

I.

Λ.

N.

Ξ.

O.

P.

T.

Φ.

Χ.

III. INDEX GRAMMATICUS.

---


n t

H

imentum

cae P


cythae



ucasus

Budini





Bakuba
Nahrum
Orla
Biala Fl. sive Choaspes Anderum
Bagdad
Bagdad
Kiseen
Ctesiph
Sabata
Canalis
malka
Seleucia
Kawa
Canalis

